GALENI LIBRORUM TERTIA CLASSIS

MORBORUM AC SYMPTOMATUM differentias omnes & causas & tempora explicat.

SEXTA HAC NOSTRA EDITIONE, *non parum ornamenti adepta: locis pluribus quàm in alijs superioribus editionibus, ad græcorum librorum fidem emendatis,*

Locis etiam Hippocratis in margine adnotatis, quos Galenus sparsim in contextum inserit.

Et nouis alijs annotationibus nunc primum additis.

Librorum catalogum & recognitionem sequens folium commonstrat.

Τὸ Αἰτιολογικόν.

Venetijs Apud Iuntas. M D LXXXVI.

IN TERTIA CLASSE HAEC LEGVNTVR.

Omnia nunc postremum hac sexta editione Io. Costeus cum vetustißimis manuscriptis, & impreßis exemplaribus collatos emendauit, & nouis annotationibus illustrauit.

GALENI
DE DIFFERENTIIS MORBORVM
LIBER

Nicolao Leoniceno interprete.

Ab Augustino Gadaldino recognitus.

ARGVMENTVM LIBRI

Morborum singulorum qui similares, & instrumentales partes inuadunt, differentiæ explicantur.

Propositum Libri. CAP. 1.

Rimum dicere oportet, quid morbum appellemus, ut libri intentio innotescat. Secundo loco, quot sint vniuersi primi & simplices morbi, & veluti aliorum elementa. Deinceps vero tertio, quot sint ij, qui ex eorum compositione proueniunt.

C

Quid sanitas, quid morbus, ac quæ communia genera sanitatis, & morbi. CAP. 2.

A.1.1.f.a.d.1. c.2.f

SVmendum uero & hic omnium consensu approbatũ principium, ꝙ oẽs homines tunc se sanos existimant, cum partiũ corporis ministerio, ad eas quæ in uita necessariæ sunt actiones, sine aliquo uitio perfungi potuerint: ꝙ si cuiuspiam partis operatio offensa sit, illam ægrotare arbitrantur. His igitur ita se habentibus, in duobus his sanitatem quærere oportet: aut in operationibus naturalibus, aut in fabrica instrũorum, quibus operamur. Ex quo fit, vt morbus sit uel operationis, vel structuræ oblæsio. Sed quoniam & dormientes, aut alioquin in tenebris & ocio degentes, aut discumbẽtes sæpe, neq; ulla corporis parte mouemur, neq; alicuius rei extrinsecæ sensum habemus, nihilo minus tñ sani sumus; hinc perspicuũ existit, ꝙ sanitas nõ operatione, sed potẽtia, est diffinienda. Vt aũt operari possimus, structura efficit naturalis. In hac igitur consistit sanitas: unde & hæc ipsa ad operationem uim obtinet causæ. Siue igitur naturalem omnium partium corporis constitutionem, sanitatem appellare libuerit; siue operationum causam; in idem uterq; incidit sermo. At si hoc est sanitas, eius profectò cõtrarium, erit morbus: vel

D constitutio præter naturam, uel læsæ operationis causa. Liquet autem, ꝙ si ẽt dispositionem p̃ter naturam dixeris, cum eo ꝙ nomine uteris antiquo, idem quoque significabis. Quot uero modis exeuntia naturæ normã impediantur in naturæ operibus corpora, si inuenire potuerimus, hac una uia oĩum simplicium morborũ numerum inueniemus. Sumaĩ uero & hic cõstans omnium confessione principiũ, Id quod naturale existit, esse moderatũ non in aĩali solum, sed & in plãtis & seminibus & omni organo: quod uero præter naturam est, immoderatum. Erit igitur sanitas moderatio quædã, morbus aũt immoderatio. Quarũ igiĩ rerum immoderatio morbus sit, deinceps considerandum. An scilicet, quorum sanitas moderatio est, eorundem morbus est immoderatio? Quapropter si moderatio meatuum sanitas existit, eorundem immoderatio morbus existet. Quòd si ex temperantia calidi, frigidi, humidi, & sicci, sanitas pendet, ex eius contrario necessario ęgrotare continget. Eadem rõne si in aliquo alio quopiã genere sanitas fuerit, in eiusdẽ generis immoderatione erit ægritudo. Sed hoc ipsum * rationabilius consideremus. Si quod sit corpus maximè simplex atque unum, id nunquam (quod dici solet) magis minusq; suscipit: neque in hoc genere alterum melius, alterum deterius reperitur. at si ex pluribus constet, multi in eo cõposituræ modi, alij meliores, alij peiores contingẽt. Ex quo illud eueniet, ut ipsa cõposita, conditione meliora & deteriora inueniaĩ. id uero quod optimè sit cõstitutum, inter ea quæ ad

* λογικώτερον, i. magis logice.

idem genus attinent, optimum existet. Nũquid igiť corpora animalium, magis ac minus admit- E
tunt: tantaq; in ipsis uarietas est, ut alia quidem optimi sint habitus: alia simpliciter boni, non tñ optimi: alia, quæ etsi sana dicantur, non tñ sint boni habitus: quædam uero minus ualeant: quædam autem iam ægrotent: atq; horum quoque ægrotatio quandoq; leuior, qñque periculosior: & hæc ipsa, quandoque uehemens, nonnunquam periculum mediocre affert? An omnes similiter affecti sumus, tum sani, tum ægri? hoc certe dicendum non est. Quare animalis corpus non erit unum, ueluti atomus Epicuri, aut Asclepiades incompactorum quid corpusculorũ. Compositum igitur omnino. Quòd si ex atomis, aut ex huiusmodi corpusculis incompactis impassibilibusq; constaret, in compositionis qualitate tantũmodo, magis minusq; susciperet, ueluti domus ex impassibilibus constructa lapidibus, non tamen habentibus compositionem ex omni parte perfectam. Quòd si & lapides ipsos aliquo pacto pati cõtingeret, uarios sanè modos ac multiformes domus eadem in suscipiendo magis ac minus admitteret. Si uero & corporũ nostrorum elementa eam naturam habent, vt & pati & alterascere possint; non in compositione & partiũ formatione tñ, sed in totis se ipsis, magis minusve, corpora ipsa recipient. atq; ex eo, ipsa per se tota, tot morborum genera contrahent prima atq; simplicia, ac ueluti aliorũ elemẽta, quot fuerint componentia. Quod uerò sub his verbis (per tota alterari) significamus, impassibilibus elemẽtis F
nequit accidere. neque enim fieri potest, ut insectile corpus, quod atomum appellant, quicquam patiatur; sed in compositione, ac formatione duntaxat passio contingit.

Triplicem esse animantium corporum compositionem. CAP. 3.

COmpositio* autem atq; formatio in corporibus animalium triplex reperitur. Prima quidẽm earum partium, quæ similares appellantur; ueluti arteriarum, uenarum, neruorũ, ossium, cartilaginum, ligamentorũ, membranarum, & carnium. Secunda instrũalium; cerebri, cordis, pulmonis, hepatis, uentris, splenis, oculorum, & renũ. Tertia uerò totius corporis. Etenim harum unaquæq; partium instrũalium, ex alijs quibusdam simplicibus ut ad sensum est constituta: illarũ uero quælibet, ex primis constat elementis. Carnis igiť, quatenus caro est, in compositione tñ quatuor elementorum dña consistit: at quatenus pars est instrumenti alicuius, in formatione & magnitudine. Et ipsorum itaq; instrũorum, in eisdem erunt discrimina. Vbi itaq; dixerimus de partium similarium morbis quot numero sint, & qui nam iuxta suppositionem primam; veniemus ad secundam, ad eam scilicet quæ totam per totã substantiam alterari, & transmutari supponit.

A.l.1.f.1.d.g. c.1.h

Quæ sint prima genera ac differentia morborum. CAP. 4.

SVnt autem duæ primæ passiones, altera ampliatio meatuũ, altera angustatio. Nam si prima G
elemẽta supponãtur impassibilia, nullæ erũt aliæ præterquam in compositione passiones. Sola autem compositio ea, quæ nuper diximus, discrimina recipit. Quare necesse est similarium quãlibet partium tunc suum habere robur, cum meatuum moderationem obtinet: qua moderatione corrupta, à naturali dispositione digrediať oportet. Sed quoniã unaquæq; mediocritas duplicẽ patitur corruptionem, alteram exuperantiam, alteram defectum: liquet ꝙ primæ passiones corporũ simplicitũ duplices erunt, quarum alteræ ex ampliatione, alteræ ex angustatione meatuũ consistunt. Et os igitur & caro & aliarum vnaquæque partium, quæ si ad iudicium sensus referanť, simplices sunt, cum aut densitatem aut raritatem immodicam habuerint, malæ affectæ esse censenť. Quòd si in utroq; excessu mediocritatem seruauerint, quantum utique earum operationibus fuerit maximè opportunũ, tunc utiq; supremum sanitatis gradum obtinere dicẽtur. Breues uero à medio ad utrũq; extremorum euersiones, donec partis operatio omni noxa sensibili caruerit; nequaquã ægritudines appellabim*. Plurima uerò in his maioris & minoris ratio inueniť, † vtpotè insalubri & morbida natura magnum occupante interuallum, cum ab exquisitissimo sanitatis modo & tẽperie recesserit: vnde in hoc spatio omnes sanorum differentiæ locabunť. Secundum ab hoc quod sequitur interstitium, in quo sensibilis apparet à mediocritate H
recessus, obtinent morbi, donec ad tantã immoderationem natura peruenerit, quòd mẽbro interitum afferat. Neque enim animalium corpora eã habent à natura proprietatem, ut quomodocunq; rarescere aut densescere possint, sed & huic rei limites natura cõstituit, quos præterire citra dissolutionẽ corruptionemq; sit impossibile. Et corporum quidem impassibilium suppositio ita se habet. Atqui elemẽta pati supponunt, mutuisq; inter se actionibus per se tota commisceri ac tẽperari; quocunque numero prima constare elementa supponant, totidem primas esse ægritudines necessario fatebunť. Age igitur, sint prima elemẽta, numero quatuor, calidum, frigidũ, humidum, & siccum, quibus inuicem moderate confusis sanum sit animal; immoderatè uero, ægrotum: erunt consequio ægritudines quatuor. prima, caliditas quę naturalem excesserit symmetriam: secunda, frigiditas: tertia, humiditas: & quarta, siccitas. Hi sunt iuxta secundam suppositionem morbi uniuersi earum partium, quæ similares appellantur, qui sanè & simplices omnino esse uidentur. Compositorum* uero in nobis instrumentorum ægritudines, vtriq; suppositioni cõmunes existunt. Has igitur breui sermone exequemur. Sed hoc ipsum præomnibus, quemadmodũ cõmunes sunt, ostendemus Cum oporteat, membrum quodlibet ad sensum cõpositum (qđ & dissimilare appellant) si rectè opus suum perficere debeat, non ex qualibuscunq; simplicibus

†Ex cod. græ. impressis uerten-dum, utpote cũ magnum sit interuallũ ab immoderatione morbida ad moderationem exquisitè salubrem. Alii qui tamen antiqui codices habẽt, utpota cum magnum sit interuallum ab immoderatione salubri ad moderationem exquisite salubrẽ. quæ uidetur esse melior lectio.

A.l.1.f.2.d.g. c.5.g

A simplicibus particulis,neque ex numero,ant magnitudine qualibet non satis opportuna,neque ex quouis modo compositionis,constare; in quatuor his generibus quæuis instrorum ægritudo consistet.Proprias aũt unumquodq; genus suscipit dr̃ias(id quod primo diximus loco) cum forma membro conueniens fuerit uitiata; qũ scilicet uel figuram incõmodam, uel concauitatem, vel meatũ acceperit, aut unum aliquid horum amiserit,quod adesse oportuerat. ex hoc genere etiã sunt læuitas & asperitas non cõmodè ꝑmutatæ. Secundi generis,quod ad numerũ spectat, in primis ac simplicibus partibus,duplex est morborum dr̃ia:aut quia deficiat aliquid quod haberi erat opportunum,aut quia superabundet quod minime sit necessarium. Tertij quoq; generis,quod consistit in magnitudine,duplex est morborum dr̃ia;si quid aut nimium adoleuerit,qđ minus esse decuerat;aut nimis sit extenuatum,quod maius esse expediebat: ex quo fit ut totum instr̃m non rectè suum impleat officium.In reliquo autem genere morborum secundum compositionem; aut positu uariato naturali,aut mutata partium cõicatione,dr̃iæ constituentur.Quemadmodum verò prima quæq; instr̃a,aut integram ex simplicibus corporibus compositionẽ,aut uitiosam sortiuntur,atq; ex eadem causa uel sana sunt,uel morbida:ita rursus ex his ipsis instr̃is primis,coagmentantur secunda. Musculus enim & uena & arteria inter prima instr̃a connume-
B rantur:digitus uerò inter secunda:atque hoc magis,pes; & pede magis crus.Vniuersaliter enim quæcunq; ex similaribus partibus coalescentibus unius operationis gratia sunt constituta,inter prima instr̃a censentur:quæcunq; uerò rursus ex his componuntur, etsi uni totius instr̃i actui q̃ maxime obseruiunt,inter secunda connumerantur. Eædem uerò & horum instrorum erunt ægritudines,quæ dicuntur esse primorum.Sed instrotum differentias alibi executi sumus; quę potissimum prima appellentur; & quæ secundo post hæc; & quæ tertio,& quarto ordine collocentur: quippe sunt aliqua,quæ ambiguas utrinq; habent notas,ut uideantur tum ad primum, tum ad secundum ordinem pertinere. Hoc uerò in loco non adeo ad exactum est considerat io redigenda. Id unum tantum animaduertere oporter, simplexne ad sensum,an composita sit animalis particula:simplicis enim,primæ (de quibus diximus) ægritudines naturalium elementorum dr̃ia determinantur:ad compositam autem secundæ pertinent,quæ utriq; suppositioni cões existunt.Nullum verò ægritudinis genus,neq; in simplicibus,neq; in compositis corporibus* insuper reperitur,quod utrisq; sit proprium:siquidem uia diuisionis id impossibile ostẽditur. Vnum tñ commune est omnium & simplicium & compositorum corporum,siue prima sint instr̃a, siue secunda,siue tertia,quod nunc explicabimus.Ad huius uerò inuentionem, uiam nobis præstat,
C quædam in omnibus dictis particulis natura cõis.Si quid enim commune omnibus insit,quatenus secundum naturam se habere dicuntur,quod uel usum aliquem, uel actum animalibus largiatur; omnino eo corrupto, cõis quidam assidet morbus. Sed quidnam hoc est,quod omnibus cõe existat?Suarum unicuiq; unitas partium:quæ,cum affuerit, causa erit ut pars quælibet una esse dicatur,unumq; actum uel usum perficiat:q̃, si qua solutio contingat,partis illius erit ægritudo. Quam uerò appellationẽ in singulis partibus ægritudo sortiatur, paulò inferius dicemus, quando dictorum generum differentias,in species secabimus particulares.

** In antiquis cod. græcis additur ἔτι, insuper.*

De morbis partium similarium. CAP. 5.

ID igitur iam exequamur,rursus à prima suppositione exordientes.Duæ,iuxta hanc,in similaribus partibus erant ægritudines,quæ meatuum immoderatione constabant,uel eorũ scilicet ampliatione, uel angustatione. Vtriusq; uerò earum est dr̃ia duplex, angustationis quidem, corporis vndiq; in se ipsum compressio, atq; ipsorum obstructio meatuum: ampliationis autẽ, eiusdem corporis ad oẽm partem extensio,ac meatuum quædam ueluti expansio, cõtingens ex concursu elementorum; quæ proprie corpora appellari asseuerant,cum prima ac simplicia sint. siquidem q̃ ex ipsis fiunt compositiones,uocant syncrimata,id est concretiones. Iuxta uerò sup
D positionem secundam duæ sunt ægritudinum dr̃iæ, cum uidelicet partes similares nõ nunquam solis qualitatibus alterantur; non nunquam uerò ad easdem partes aliqua confluente substantia,in qua eædem sunt qualitates.Et scđm quidem modũ, ex quo tumor aliquis corporibus aduenit,nemo ferè medicus ignorat.Nam & erysipelata,& inflammationes (quàs græci phlegmonas uocant) & tumorum genera,quæ ab eisdem œdemata,phymata,& phygethla appellantur, & strumæ,elephantiases,scabies,lepræ,uitiligines, tumores duri,in hoc genere cõprehendunt.
A.l.1.f.1.d.3 c.1.fol.5.c. qui omnes morbi adeo sunt euidentes,ut neminem possint latere. At quos sola intemperies primarum committit qualitatum,ij non omnibus ita patent, nisi cum plurimum à naturali habitu pars recesserit:tunc.n.facilè affectus ipse ab omnibus deprehenditur; veluti qui superante caliditate ac totum obsidente animalis corpus, febris nuncupatur. eadem uerò caliditas quandoque in singulis animalis partibus sensui subijcitur,ueluti in cruribus,cum quis nimium ea ambulando fatigauerit,aut in manibus cum remigando,aut agrũ fodiendo, siue aliquid tale faciendo ad lassitudinem usq; peruenerit: tunc enim & ijs ipsis qui labore oppressi sunt, & alijs tangentibus,feruidiores sentiuntur. Quòd si ex alicuius humoris ꝑfluuio magnus quidam tumor parti adiectus sit,erit ex secunda morborum differentia.Ex prima aũt erunt, & illa quæ nuper connumerauimus, & si qua præterea dispositio uel in aliqna parte, uel in toto corpore derelicta consti-

terit ex Solis adustione, aut ignis caletactione, quales, quæ ustoriæ & igneæ (græce πυρωμένους καὶ E
πυρεττώδεις) appellantur. Cum uerò morbus frigidus est, calido quidem contrarius, in extremis
qñq; partibus usqueadeo patens dispositio contingit, ut ipsæ emortuæ decidant: Nec minus vni
uersum aliqñ patitur corpus, sicuti iter agentibus in ualido frigore accidit: nam pleriq; ex his in
ipsa uia commoriunẽ: pleriq; uerò anteaq̃ domum perueniant, ad hospitium algidi ac semiani-
mes deferuntur. In morbo aũt attonito, & comitiali (alterum apoplexiam, alterũ epilepsiam græ
ci appellant) & tremore, & distentione neruorum (quam græci spasmum uocant) talis sæpe acci-
dit dispositio. Nam & ij quos in itinere vsq; ad mortem frigus oppressit, talibus rigoribus corri-
piuntur, quales græci emprosthotonos, opisthotonos, ac tetanos appellant: ‖ qm̃ modo in ante-
riorem, modo in posteriorem, modo in nullam flectiẽ partem, sed rectum atq; immobile corpus
intẽditur: ‖ Non nulli autem his, quas congelationes nominant, affliguntur: alij simile quid ijs, q
morbo attonito laborant, patiuntur. In * his uerò omnibus, in quibus superuenit aliquod sym-
ptoma, ipsumq; † multorum distrahit intelligẽtiam, ut symptoma ipsum putent ægritudinem, atq;
ægritudinem symptomatis causam. Nam qui operationum læsiones putant, ægritudines, hi non
absq; ratione, neruorũ distensiones, insensibilitates, torpores, & reliqua huiusmodi, ægritudines
uocant. Nos uerò ab initio de nominibus edocuimus, ne quempiam fortè lateret in hisce omni F
bus, non de rebus, sed de uocabulis tm̃modo disceptari. Illos potius quispiam iure meritoq; ta-
xabit, qui suam non seruant hypothesin, sed licet aberrent, plus se tñ cæteris sapere existimant,
audire.n.licet eos, cum interdum distinguere conanẽ, dicentes: Si neruorum distensio sequatur
inflammationem, ipsam esse aduentitium quoddam, atq; symptoma inflammationis: si uero so-
lam intemperiẽ, morbum. Hæc de febre ipsa arbitranẽ, nimirum, si post sensibilem alicuius mem
bri aduenerit affectum, symptoma esse: alioquin morbum ac passionem esse censendam. Qui q-
dem ob id sunt accusandi, ꝙ non expectantes donec ab alijs confutentur, ipsi se ipsos reuinciũt.
Qui uerò supponunt operationum læsiones appellari morbos, neq; à primo discedunt instituto,
uel ẽt aliud quoddam simile parum aduertunt, in nominibus tantummodo decipi, res uerò ipsas
rectè assequi, sunt existimandi. Sed de oĩbus ad medicinam ꝑtinentibus nominibus, est à nobis
alibi plenius explicatum: & si quis rectè his uti cupiat, librum illum curiosius inspiciat. Qm̃ ve-
rò hic locus rerum cognitionẽ ꝑcipuè desiderat, ea quæ deinceps sequuntur (seruata quam dixi
mus nominum ac uocabulorum * proprietate) aggrediamur. Diximus de calidis & frigidis affe-
ctibus, qui omnis substantiæ affluxu uacant. Eadem ratione & humidi & sicci consistent morbi
cum tota natura corporum alteraẽ, nulla materia in se ipsis extrinsecus recepta. Exiguæ itaque G
permutationes, non facile deprehendi possunt. magnæ uerò manifestissimè patent, in membris
præsertim, quæ emoriuntur: nam quædam ueluti salita, ac valde exiccata apparent, id uerò non
ita crebro euenire solet: quædam adeo muccosa & telaxata uisu ac tactu sentiunẽ, ut si aliquam
ex ipsis partẽ manibus tractandam accipias, ꝑtinus effluat, atq; instar aquæ excidat digitis. hoc
idem in putridis ossibus usu contingit: alia enim non longè ab arena distare uidentur, similia his
lignis quæ sunt uetustate corrupta: alia ueluti mucida sunt: quæ omnia humiditatis uel siccita-
tis immoderata intẽperies ad mortem perduxit. Omnes uerò alij exigui membrorum à naturali
temperamento recessus à multis ignoranẽ, & ab eisdem imbecillitates appellantur. nam si inflã-
matio, aut ulcus, aut aliquid huiuscemodi uentriculum infestet; nullam præterea causam cur ci-
bus non concoquatur exquirunt: si verò nihil horum sit, aiunt esse uentriculi imbecillitatem; tã-
quàm aliquid dixerint præter id, quod sit euidentissimum, malam uidelicet ciborum coctionẽ:
quid enim eos aliud dicere arbitrandum, nisi uẽtriculi in suo opere perficiendo debilitatẽ? Hoc
autem non est quod quærebatur; sed quæ causa sit eiusdem debilitatis: cur.n.uentriculus suum
officium debiliter impleat, cum neque ulcere, neq; inflammatione, neque tumore indurato, neq;
simili aliquo morbo afficiaẽ? neque enim illi sine ulla omnino causa, concoquendi cibum facul-
tas eripitur. Quare relinquiẽ, ut aut meatuum immoderationem, aut * qualitatum intemperiem H
causari sit necessarium. Ex quo etiam illud facile intelligiẽ, nulli earum ægritudinum quæ parti-
bus similaribus accidunt, posse unquam rectam curationem adhiberi, nisi primorum elemento-
rum animaduersio fuerit adiuncta. Sed aduersus hos alibi, quẽadmodum expedire uidebaẽ, dis-
seruimus. At, quod p̃ntis interest loci, agnoscere oportet uẽtriculi imbecillitatem, aut uenæ, aut
arteriæ, aut musculi, aut aliorum (ut simpliciter dicam) instrumẽtorum, tum animalium, tum ui-
talium, uel ob meatuum immoderationem, uel ob * qualitatum intemperiẽ, necessario proueni-
re. Quo pacto uerò tales eorum affectus sint agnoscẽdi, non est præsentis negocij: non.n.indicia
explicare, sed ipsos primos enumerare morbos in præsenti statuimus. Ego uerò iam uideor eos
omnes commemorasse, qui partibus similaribus tribuuntur.

De morbis partium instrumentalium. CAP. 6.

PRoximum est ut eos iam exequamur, qui instrumentalium sunt proprij. In his igitur aliquã omnino esse partem, operationis causam; reliquas uerò ad usum aliquem huic parti subministrandum à natura creatas, alibi ostendimus. Totius autem instrumenti operatio, tum maximè atq; præcipuè detrimẽtum patietur, cum pars illa ægrotauerit quæ operationis est causa. Sed &

aliarum

Hæc addit interpres.

* περιέλκει τὴν διάνοιαν τῶν πολλῶν εἰς αὑτό. i. pertrahit cogitationem multorum ad se.

A.l.4.f.1.c.4. fol.42.b

* συνήθ.

*Qualitatũ, non est in græco.

*Qualitatũ, non est in græco.

A aliarum immoderatæ dispositiones impedient operationem. Quæcunque igitur nō per se ipsas impediunt, sed ea ratione, quòd primo operationis instrumento officiunt; causæ morborum sunt; non ipsæ morbi. Si autem in aliquo non lædentes primum operationis instrumētum, ipsam operationem impedire possint; iam tum huiusce modi dispositiones, morbi sunt appellādi. Fiunt autem (ut diximus) uel naturali formatione permutata; vel non seruato numero partium opportuno; aut magnitudine, quæ vnicuique parti conuenit; vel quòd non, ut naturalis positus expetebat, ipsæ cohæreant. Cum enim (ut iam demonstrauimus) illa animantium natura opifex, nullam partem corporis temere affinxerit atque formauerit, sed ob eum finem omnes, ut uel melius, uel tutius, totum instrumentum, proprium exequatur officium; necesse omnino est earum oblæsiones, quæ uel penitus operationem prohibent, vel saltem impediunt, morbos putari: quæ uerò ad offensionem tendunt primi instrumenti operationi accommodati, morbi causas (ut nuper dicebamus) appellari.

A.l.1.f.a.d.1. c.3.8

illa animantium natura opifex

De morbis qui contingunt in genere conformationis. CAP. 7.

A.ibidem.

OB hoc igitur, qui & introrsum aut extrorsum sunt cruribus, aut pedum plātis læuigatis, deterius ingrediūtur, qm in his uitiata est figura naturalis. Sicq; qui ex perfractis ossibus male conformati fuerunt, actionem membri probam nō hñt. Neq; ij ēt rectè agere possunt, quibus ob morbi, qui arthritis appellatur, magnitudinem, articuli suis sedibus exciderunt: aut perfractis superciliis, quæ iuxta dearticulationes sunt, facilè articuli ad superiorem partem exiliunt ac dilabuntur: aut supra excrescente callo, tota dearticulatio, ob loci angustiam, ad motum inhabilis redditur. Et hæc quidē figurarum uitia aduentitia existunt. Natiua uerò, cum protinus in utero matris formatio deprauatur: quod quidē in quacunq; corporis parte contigerit, ex ea infirmum atq; imbecillum animal redditur. Oportet. n. cordis, pulmonis, uentriculi, cerebri, linguæ, splenis, & renum, & aliorum omnium figuram conseruari: nam, si aliqua noxa interuenerit, totū necessario instrm in suis deficiet operibus. Iam verò cauitatum oīum, quæ partibus debentur, tum magnitudo, tum multitudo nisi seruetur, necessario earū occasione læditur actio. Multi aūt huiusmodi sunt morbi. non nulli coalitu quodam; non nulli lentorum ac crassorum humorū obstructu consistunt. alij etiam ipsis corporibus nimium exiccatis, aut ab aliquo ex circūstantibus ingruenti ac comprimenti, angustioribus effectis, adueniunt. Ipsorum quoq; corporum, quæ tales meatus sortita sunt, substantia est aliquando indurata uel inflammata, uel syderata, uel suppurata, aut inflata, aut quocunque modo aliam adiunctam atque aduentitiam adepta magnitudinem: ac deinceps ad interiores cauernas tumorem refundens, causa est ut obstruantur meatus: qui quidem ab ijs plurimum differunt, quos prioris sectæ auctores supposuerunt ex primorum atq; impatibilium corporum fieri conuentu. Nam intestinorum, uenarum, arteriarum, atq; omnium huiusce modi instrumētorum meatus, hos inquam meatus magnos ac manifestos oēs perspicuo uidemus. quod si ex ipsis aliquis ob nimiam paruitatem sensum effugiat, non tamen propterea ex eodem genere cum illis existit, quos prior secta supposuit. In omnibus uerò huiusce modi dispositionibus, in quibus corpora in tumorem attolluntur, ex quo meatus intercludi aut angustiores effici contingit; non nunquā unus morbus tantum est (obstructio scilicet) qui lædit operationem; non nunquā præter hūc, altera est corporis dispositio, quæ obstructionis est causa. Nam si id, cui tumor accidit, corpus, nullam propriam habeat actionem, unus tm̄ erit morbus obstructio: eius uerò causa, non tamen adhuc morbus, erit corporis tumorē gerentis dispositio. Si enim ita contigerit, ut patiente tunica uenæ, quæ exempli gratia est in concauis hepatis partibus, is meatus, per quem ad ea, quæ in gibbis receptacula, mittitur sanguis, reddatur angustior; duo hac ratione erunt morbi, alter ipsius uenæ affectus, alter meatus obstructio. Impedit autem uenæ quidem affectus, sanguinis optimi generationem; obstructio uerò distributionem: utraque verò operatio animali est necessaria. Nam pro confesso habetur, quòd, quæcunque dispositiones primo lædunt operationes, morbi nuncupantur. Si uerò nihil ipsa patiente uena, lenti tantummodo ac crassi humores impacti meatibus distributionem impedierint, unus tantum erit uisceris morbus, puta obstructio. Idem euenit intestino, si sola adsit obstructio, unus tantū erit morbus: eodem uerò inflammationem patiente, & propterea interioris spatij obserante spatium, ita ut excrementorum descensus prohibeatur, duo erunt morbi. Sæpius enim ex morbo alter contrahitur morbus, ut in ijs quos nuper diximus, facile constat: nec minus ubi inflammationi, erysipelati, herpeti, carbunculo, uel tali cuipiam morbo, febris adiungitur. Non nunquam uero effectus ipse, est operationis oblæsio, quā decet passionem & symptoma appellare: eiusdem autem causam, ipsum morbum: ueluti obstructio causa est ne alimentum digeratur: refrigeratio uerò, ut quis sensum habeat difficilem in causa est: atque ita morbus symptomati originem præstat. Cum uero ipsa dispositio operationem primo impedierit, eiusdem autem dispositionis causa nullam attulerit primo offensionem; dispositionem quidem morbum: quod aūt ipsam facit, causam morbi dicere oportet: ueluti in lentis humoribus atq; obstructione contingit: ipsa siquidem obstructio est morbus, humores uero morbi causa. Quicunque igitur morbi concauitatibus adueniunt, cum præter modum obstruuntur uel laxantur, omnes ad formationis

B

C

D

A.l.1.f.a.d.1 c.3.8

genus referuntur: in his siquidē omnibus formatio naturalis quodammodo vitiatur. At nec læ- E
uitatem nec asperitatem frustra partium opifex natura molitur. Quare & in hoc genere per oēs
animalis partes morbi consistent, cum id quod natura lęue esse oportuerat, asperum fit; aut è di-
uerso, quod asperum, læue. Euidentissima aūt in hoc genere medicis sunt, quæ aut læuigatis, aut
exasperatis ossibus accidunt: quemadmodum etiam & faucium asperitates, quæ tusses commit-
tunt, manifestissimè patent. Illud quoq; hoc in loco agnoscere oportet, ꝙ sæpius figura particu-
læ oblæsa aliquem simul meatum offendit: Veluti in naso aliqñ usu uenit, ꝙ ex ictu uiolento re-
simatus, adeo internum compressit meatum, vt uel nullo modo, uel ægre per ipsum respiraret.
Constat igitur ꝙ in huiusmodi affectibus angustia meatus est morbus, nam primum ipsa spiran
di officium impedit: causa verò præcedens, simitas nasi, quæ naturalem eiusdem figuram depra
uarit. In genere igitur formationis, cum tantum à naturæ modo discessum fuerit, ut operatio læ
datur, quæ nuper dicta sunt morborum discrimina fient.

De Morbis qui ad numerum partium referuntur. CAP. 8.

A. ibidem.

IN numero uero partium simplicium ex quibus unumquodq; constat instrm, duę erunt mor
borum differentiæ, cum scilicet pars aliqua deficit, aut superabundat. In utraq; uerò ipsarum
aliæ dfiæ: nam ex ijs quæ superfluunt, non nulla sunt ex genere secundum naturam, ut sicui sex- F
tus adnascatur digitus; aut in oculo vnguis, Græci pterygion nominant; aut in naribus germen
aliquod carnis; aut in alio quopiam meatu aliud id genus constiterit. Ex his uerò quædā erunt
morbi ipsi, veluti vnguis: nam si multum augmentū susceperit, intuitum impedit, cum pupillam
obtenebret. Morborum autem causæ, sunt germina, quæ meatus intercludunt: in primis .n. ob-
structio est morbus, quoniam & ipsa prima officit operationi. Non nulla uerò sunt quæ toto ge
nere sunt præter naturam, veluti lumbrici, & uermes quidam minuti, quos græci ascaridas uo-
cant, & in vesica lapis, & in oculo grando, & suffusio, & hypopia, & pus, & uerrucarum genera
quas græci acrochordonas appellant, & faui, & atheromata, & steatomata, & uitiligines, lepræ,
leucæ, & pori, & quæcunq; in abscessibus reperiuntur. Quòd verò & ex his ipsis quæcunq; ope-
rationem primo impediunt, morbi a nobis dicantur, sicuti suffusio; quæ uero non sunt eiusmo-
di, morborum causæ, omnibus constare arbitramur. Deficientium aūt partium, nonnullę quidē
funditus abolitæ sunt, non nullæ uerò ex dimidio præcisæ ac mutilatæ. Neq; autem obscurum
est multa talia animantibus in ipso protinus utero solere contingere. Iam uerò in lucem æditis
atq; perfectis, ossa quidē sæpius tota eximuntur è digitis, & artubus, & capite, & costis. Nōnun-
quā verò & digitus aufertur, & pes, & extrema manus, & tibia, & cubitus. Extrahuntur ēt venæ. G
varicosæ, & glandulæ induratæ, & dentes exesi. Auferē pariter & gurgulio, & omentū, & prępu-
tium, & aliqua uerendorum particula, non nunquā & penis integer, quemadmodum & testes.
Nuper vero quidam in magna neruorum distentione, quæ totū corpus oppresserat, linguæ par-
tem anteriorem mordicus abscidit: qui demū ex spasmo sanitati restitutus, minus facile sermo-
nem potuit explicare. Huius generis sunt ea omnia quæ mutilationes appellantur, labiorum, na
rium, aurium: & quæcunq; partes carnulentæ uel ui auulsæ, vel putrefactę, ex toto resectæ sunt.
Nā in his calamitatibus oībus numerus partium naturalis non impletur, siue vna, siue duæ, siue
plures partes defecerint, siue integram passæ abolitionē, siue partim sublatæ fuerint. Quæcunq;
sanè ex his operationem impediunt† simili rōne inter morbos locabuntur: quæcunq; uerò ali-
quam aliam partem operationis effectricem refrigerant, aut parce alimentum distribuunt, sunt
morborum cāæ. Quædam uerò utranq; rōnem complectuntur, & morbi, & cāæ: ueluti uua, cū
radicitus tollitur, & uoci detrimentum affert, & pectus ac pulmonem refrigerat. Nam, cū didice
ris in iis, quæ de functionibus atq; usu membrorum ratiocinationes habentur, ꝙ ex omnibus
animalis partibus nonnullæ quidem operationem toti aīali utilem conferunt: nonnullæ autem
nihil ipsæ agunt, sed usum aliquem agentibus afferunt; liquet earum læsiones, quæ actiones im H
mediate offendunt, morbos esse appellandas: earum uerò, quæ ad usum aliquem tendunt, mor-
borum cās. Quare, si quæ animalis particulę duplicem actionem, aut duplicem usum habuerint,
in una sæpe offensione duplicem subibunt, uel causæ, uel morbi rationem. Quòd si qua pars sit,
quæ simul & usum & operationis prestet officium, ueluti quibusdam esse uidetur & ipse gurgu
lio, huius partis amissio altera quidem ratione erit morbus, altera uerò morbi causa. Neque am
bigitur, quòd eius quę superest partis, erit morbus, non eius quę amplius non sit. Nam si la-
tius oris spatium in illa parte patiatur, ubi nunc est morbus, eiusdem spatij uuam (quę & gur-
gulio appellatur) dixeris esse particulam: quòd si hęc abolita fuerit, deficit aliquid spatio, at-
que ita totum hoc fit morbus, constante eo, quod ab initio pro confesso habebatur, quòd om-
nis operatio ab aliquo morbo læditur. Vel igitur uocem ipsam, uel inspirationem, atque ex-
pirationem, actiones non esse animalis ostendere oportet: aut si hoc ita se habet, pro manife-
sto relinquitur, quòd uuæ abolitio palato morbum affert. Simili ratione, & dentis amissio e-
rit oris ægritudo. Et, si quidem unus fuerit ex ijs, qui manducationi obseruiunt, ea pars qua
manducatur offenditur: si uerò ex ijs qui incisorij appellantur, comestio, atque unà sermonis
explicatio lædetur. Eodem modo si linguæ dimidia pars abscindatur, parti quæ superfue-
rit,

† *Nicolaus Calaber, qui hos libros ad verbū transtulit, ita vertit: secūdum sui ipsorū rationem. videtur enim legisse nō κατὰ τὸν ἑαυτοῦ λόγον ut i ipressis, sed κατὰ τὸν ἑαυτῶν λόγον.*

A.l.1.f.1.d.1. c.1.fol.18.d

A rit, ea mutilatio erit morbus. Idem in obſcœnis, in omento, atq; oĩbus partibus ita affectis eueniet. Et, ſi cui hoc ipſum nõ morbum, ſed paſſionem, aut affectum appellare libuerit, non de re, ſed de noĩe ſolo contendet. Liquet aũt, q in lingua, omento, obſcœnis, atq; oĩbus hmõi partibus hoc pacto mutilatis, erit aliqua magnitudinis diminutio; ipſum uerò animal non adeo neceſſario diminuetur, vt mutilatum eſſe dicatur; ſed aliquis numerus partium erit ablatus. Siquidẽ & arteriæ, & venæ, & nerui, & cutis nonnunquam, & adeps, & membrana, & caro in talibus affectibus auferuntur: in vua aũt, & varicoſis vaſis excẽtis, ipſis ẽt inſtrumentis aliquem partiũ numerum auferri continget. Atq; hæc oĩa ad id attinent genus, in quo membra numero euariant. Quibuſcunque verò inſtrumentis ſi auferantur quædam, non tñ integræ partes eximũtur, hæc ad vtrunq; quodam modo genus referũtur. Nam & particularum ſimpliciũ numerus, & magnitudo inſtrumẽti cõpoſiti, deficit animali: ſiquidem totum mutilatum eſt. Neque alicui obſcurũ eſt, utranq; paſſionẽ tum eam quæ ad numerum, tum eam quę ad magnitudinem pertinet, in ſuperiore genere prædicamẽti, in quanto videlicet, poſſe locari. Siquidem quanti aliud continuũ, aliud diſcretum, quod & quantũ priuatim, ſicuti & continuum, πηλίκον apud Græcos appellatur. Sed in hoc loco manifeſtioris doctrinæ gratia libuit hoc pacto diſtinguere, vt alteram quan B ti differentiam ſub numero, alteram ſub magnitudine comprehendamus.

De Morbis in genere magnitudinis. CAP. 9.

IAm verò qm̃ huius generis morbos explanauimus, nunc de ijs quæ ad magnitudinem pertinent, quocũque noĩe cẽſeantur, diſſeramus. Differunt autẽ ab eo, quod ſuprà diximus genere. Nã, ˚ ſi naturali mẽbrorũ figura cõſtante, magnitudo deprauetur, cum ob hoc ipſum lęditur operatio, parti morbus contingit: Veluti ſi in prima formatione animalis, tantã habuerit lingua magnitudinẽ, vt ad nullam oris partẽ deflecti poſſit: aut paruitatem tantam, vt oẽs illius partes nequeat attingere. In perfectis verò, ſupra naturalẽ magnitudinem membra non admodũ frequenter excreſcunt; frequentius vero minuuntur: atq; hunc morbum non nulli atrophiã, id eſt alimenti defectum, non nulli phthiſim. i. tabem nuncupãt membri. Augmẽta vero particularũ, in vlceribus fiunt, in quibus caro redundat, & in eo morbo, qui à Græcis priapiſmus appellatur. Nicomacho aũt Smyrnæo ad tãtam molẽ corpus increuit, vt loco moueri non poſſet. ſed hunc aiũt ab Aeſculapio curatũ. Nos aũt vidimus cuiuſdã linguã ſupra modũ abſq; vllo doloris ſenſu excreuiſſe: vt neq; mollis tumor, qđ Gręci œdema appellãt, neq; durus, quẽ ijdẽ ſcirrhon appellãt, neq; inflãmatio eſſe videret: neq;. n. premẽti manui cedebat, neq; oĩ ſenſu carebat, neq; C dolore infeſtabat: ſed hoc ipſum, incrementũ dũtaxat erat, nihil ipſa ſubſtãtia particulę vitiata. Sic & teſticuli & vbera, alijs vterq;, alijs alter tãtũmodo ſupra modũ ĩcreuit. Et q̃ ſtruma vocat, eſt ex hoc gñe, q̃ vbi nimiũ exceſſerit, magnã operationibus affert incõmoditatẽ. Et ex eodẽ ẽt ſunt gñe, angulorũ in oculis immoderationes; ex quibus, immoderatũ quidẽ augmentũ, encanthida, diminutionẽ aũt, rhęada gręci appellant. Tales ſunt in hoc genere morborũ differentiæ.

De morbis qui ad compoſitionem partium pertinent. CAP. 10.

EVariante ˚ verò ea, q̃ ſecũdum naturã eſt compoſitione, fiũt morbi: In poſitu quidẽ, ſicuti cũ articuli ſuis ſedibus excidũt, aut loco tãtum mouẽtur: aut cũ omentũ, vel inteſtina ad inferiores teſticulorũ tunicas deuoluunt: alterũ morbũ Græci epiplocelen, alterum enterocelen appellãt. In nõ naturali verò partiũ uicinis partibus copulatione, ſi ligamentũ aliquod aut relaxatũ, aut intẽſum fuerit, aut diſruptũ, in ea parte dearticulationis motus offenditur. In hoc genere ſunt linguæ nexus immodici, & pudẽdorum: qm̃ & linguæ ad ſermonem explicãdum & mãducãdum nõ parum officiũt: & pudẽ da, quo minus procul & directo tramite in mulieris vterum ſemen emittatur, ob meatus inſertionẽ, non minus impediũt. Ad hanc etiam attinẽt morbi differentiam, ſi labia vlcerata, ſi palpebræ, uel ſedes, uel digiti, uel ſi quæ tales particulæ præter na- D turam coaluerint. Tales ſunt morborum ſpecies quæ in compoſitione exiſtunt.

De Morbis qui proueniunt ex ſolutione vnitatis. CAP. 11.

REliquum ˚ eſt quintũ genus morbi, continuitatis ſolutio, ſiue hæc alicui ex particulis ſimplicibus quæ ſimilares appellãtur, ſiue compoſitæ adueniat. Quare inter cõmunes utrarunq; partium morbos, eã paulo ante commemorauimus. Cum enim diuellitur ligamẽtum, uel arteria; cõis eſt & totius inſtrumẽti & diuulſæ particulæ morbus: nam utriuſq; ſoluta eſt continuitas: totius quidem inſtrumẽti, cum partes non amplius cohærent, neq; uniũtur; ipſius uerò particulæ diuulſæ, quoniam nõ amplius eſt una, ſed in duas diuiſa eſt partes. Quòd ſi non ex toto diuulſa fuerit, ſed parte aliqua tantum, non erit iam totius inſtrumenti morbus, niſi ex accidẽti, quoniam uidelicet aliqua ipſius particula patiatur: ſed ipſius tãtum patiẽtis particulæ proprius ac peculiaris erit morbus. Vocatur autẽ cõtinuitatis ſolutio, in oſſe quidem fractio. in omni genere carnoſo, cõmuniter ulcus. Ruptio autem & ˚ conuulſio ex eodem genere ſunt. Fit autem alterũ quidem in carnoſis, alterum in neruoſis partibus, conuulſis quę in ipſis ſunt fibris, cum ex ictu aliquo uiolentiam patiuntur, aut ſubito & affatim intenduntur. Quæ uerò apoſpaſmata, id eſt auulſiones appellantur, inſtrumentariarum tantummodo partiũ propriæ ſunt paſſiones. Hæ quidem ſunt uniuerſæ ſimplicium morborum differentiæ.

Margin notes: A. ibidem. — A. ibidem. — A. ibidẽ. 19. a — A. l. 1. f. 2. d. 1. c. 4. 19. b.

De compositis morbis partium simplicium. CAP. 12. E

NVnc vero superest vt cōposita exequamur, initio iterū à similaribus sumpto. Erit igit̃ iuxta priorē suppositionē,ex dilatatione & angustia meatuū,morbus cōpositus, nō particulatim singulis hęc vtrāq; patiẽtibus meatibus,sed vicissim his q̃dē latioribus,illis vero angustioribus redditis,vt nō magis laxitatē,q̃ angustiā eorūdē in tota similari parte accuses:nec vlla sensibilis particula eius possit ostẽdi,cui alterū tantūmō adsit;sed q̃cunq; sumpta fuerit,utriq; passioni reperiet̃ obnoxia. In secūda aũt suppositione,in unaquaq; similari particula, qualitatibus solis naturæ modum egressis, sunt cōpositi morbi numero quatuor, calidus simul & humidus, calidus & siccus,frigidus & siccus,frigidus & humidus.Profluẽte uero ad ipsas aliqua substātia, erũt pariter alij cōpositi morbi quatuor,qui ex earūdē qualitatū cōiunctione ꝓueniũt.Qm̃ uero continuitatis solutio nō in cōpositis tm̃ instrumentis, sed in simplicibus quoq; particulis fit, implicabitur & hæc nuper dictis iuxta utranque suppositionem, compositis morbis & simplicibus ijs,de quibus statim ab initio sermonē habuimus. Nam fieri potest ut idem membrum & ulcus patiatur simul,& siccitatē habeat, aut humiditatē,uel frigiditatem,uel caliditatem prçter naturā,aut una cum ulcere caliditatē simulatq; humiditatem. Exulcerata igitur,atque unà inflāmata membra,tripliciter naturæ modū egrediuntur, cū ob ulcus quidē unitatem suarū partiū amittāt,ob inflāmationē uero calidiora atq; humidiora reddātur plus q̃ naturalis exigit habitus.Nanq; qui in ipsis est tumor, si ad tantā magnitudinē attollitur,ut ob hoc ipsum operationē impediat,tunc iā morbus est existimandus:si aũt membrum ex hoc nullā patiatur in operatione iacturā,symptoma tātūmodo & passio ipse cẽsebitur,ueluti & dolor. Omnia igitur quę simul inflāmata atq; ulcerata sunt corpora,tres quidē necessario,nō nunq̃ uero & quatuor morbos patiuntur.Hoc uero in loco inflāmationē appellamus,nō ut antiqui cōsueuerunt, quẽdam ueluti feruorem in corporis partibus accensum, sed rubescentem ac renitentem,dolorificumq; tumorem.Ita & erysipelata non nunq̃ ulcera comitantur. Nā carbunculi eam naturā habẽt, ut aliter cōsistere nequeant.Mediā uero sortiuntur naturā herpetes,& cancri; qui maiori quidē ex parte cum ulceribus eueniunt,nō nunq̃ uero seorsum. Omnes igitur huiusmodi morbi etiam si ulcere uacent,compositi sunt:una quidē rõne qm̃ omnes à superfluo humore seu calido,seu frigido procreantur,à flaua quidem bile, erysipelas:ab atra uero,cancer:à sanguine autẽ,inflāmatio:à pituita tumor quidā laxus , œdema Græce dictus: alia uero, qm̃ nunc dicti oẽs humores, etsi formā rei humescentis præ se ferant,uim tñ habent,atra quidem bilis,frigidā & siccā: flaua uero,calidā & siccā:pituita,frigidā & humidā: calidus aũt & humidus est sanguis: Tertia uero rõne,qm̃ simul commiscẽtur omnes , & raro admodum ex ipsis ullus purus sincerus'ue cōsistit. G Nam magna ex parte inflāmationes,aliquid ex erysipelatis,uel laxi,uel duri tumoris,natura cōplectuntur:aut erysipelatibus aliquid quod inflāmationis, uel laxi aut duri tumoris,speciem referat admiscetur . Ita similiter in reliquis oĩbus perpende. Multiformiter ergo omnes huiuscemodi morbi compositi fiunt,de quibus eo in libro,in quo de causis morborum agemus,plenius disseremus: atq; etiam uberius,in eo qui De morborū symptomatibus inscribitur: ac prætere a in ijs, in quibus curandi ratio tractatur,ad quam omnia quæ hic scribimus diriguntur.

A.l.1.f.2.d.9. c.5.29.e. F

De compositis morbis instrumentorum. CAP. 13.

NVnc uero,qm̃ quõ simplices se inuicem complectant̃ explanauimus, iam ad instrumẽtorū morbos ueniamus,ac quo pacto & hi compositi fiant,aperiamus . Primum uero illud meminisse oportet,ꝗ alij quidem primorum corporum,uidelicet similarium,sunt morbi: alij autẽ instrumẽtariorum & compositorum.Inflammatio.n.primorū est corporū,exarticulatio uero instrumẽtariorum.Qñ igit̃ aliquod membrum luxatur,simulq; inflammat̃,totius quidē instrumẽti primo morbus est exarticulatio: inflammatio aũt nō primo neq; proprie, sed ex accidẽti tñ. Qm̃.n.inflammatio singularum eius partium morbus est, fit ut ex accidenti totius ẽt instrumẽti sit morbus.Et lippitudo quidē est inflāmatio mẽbranæ quæ adnata est corneæ, ex accidenti uero est totius oculi morbus.Cõtingit uero non nunq̃,ut tunica cornea appellata, profundū hẽat ulcus,qua deinceps exesa tota,aliquid ex ea tunica procidat,que secūdo post corneā ordine sita est,uuea appellata:& ipsa pupilla unà diuulsionē patiat̃ . Atque ex his tribus oĩbus,quælibet passio oculi existimat̃,ꝗuis ulcus & erosio ad solā corneā ꝑtineat, ꝓcidentia ad uueā, & diuulsio ad pupillā.Sed ut diximus,similariū partium morbi,ex accidenti toto instrumẽto attribuuntur.Igit̃ cum una quæpiam ex ipsis morbo aliquo composito laborauerit , & hic ex accidẽti totius instrumẽti erit morbus compositus : cū uero plures quidem sint affectæ,sed unaquæq; uno morbo laborauerit,sic totius erit instrumẽti morbus compositus.Nā,ut in oculi exemplo persistamus,sit ita,ut eũdem oculū(neq;.n.impossibilis est suppositio) unguis & lippitudo infestet,& erosio corneæ,& procidẽtia uuæ,quibus ẽt malis accedat aliquod suffusionis initiũ . Quòd non unus neq; simplex sit morbus,oĩbus in propatulo est.Appellabit aũt hæc quispiā, cōpositū oculi morbum,alter uero nō unum compositum morbum,sed plures dicet morbos,in diuersis oculi partibus cōstitutos . Nihil uero refert quātum ad ueram curãdi rationem,ad quā hæc omnia dirigunt̃,siue unus sit morbus cōpositus,siue plures,pugnātibus remedijs indigentes . Pleniorē uero

A.l.2.f.2.d.2. c.2.18.e. H

A vero de hisce discussionẽ differimus ad eos libros, in quibus curãdi pcepta tradenẽ. In psenti vero sermone, hoc tñ cõmõstrasse, ac indicasse sufficiat, pbabilẽ vtrosq; afferre sniam, & q plures in oculo morbos esse arbitrant, & qui, queadmodũ unũ est instrumẽtũ, ita & unum cõpositum existimãt esse morbũ, qñ (vt ante diximus) plures in eodẽ particulæ laborauerint. Vt igit ex simplicibus morbis, unus quidẽ erat primo totius instrumẽti morbus, veluti suffusio; alius uero ex accidẽti, ueluti corneæ exulceratio: ita & ex morbis cõpositis, pprij quidẽ erũt totius instrumẽti, qui plures simul eius partes occupauerint: ex accidẽti uerò, quicunq; cõpositi vnã tñmõ ipsius instrumẽti obsederint partẽ; veluti lippitudo, quæ mẽbranæ adnatæ est inflãmatio: siquidẽ inflãmatio e numero cõpositarũ ęgritudinũ fuit ostẽsa. Eidẽ uero mẽbranæ vlcere adueniente, multo ẽt magis cõpositũ morbum pati hanc particulã dicemus: sed nec propterea minus oculus totus morbo cõposito laborare cẽsebitur. Tales quidẽ ex accidẽti totius instrumenti morbi esse putãtur. At, cũ plures eodem tpe particulæ aliquo malo afficiuntur, ipsorum instrumentorũ primo cõpositi sunt morbi: atq; eo magis, si particulatim vnaquæq; simpliciũ, non ex accidenti, sed primo, totius instrumenti fuerit morbus: Quemadmodũ in oculo unguis, suffusio, atque ea passio quã à Gręcis rhoeada antea diximus appellari: nã ex ijs quælibet, proprius est oculi morbus. Et, cũ simul oẽs cõiungunẽ, oculo proprium morbum cõpositum faciunt. Hac si quis rõcinabitur via, oẽs instrumentorum cõpositos morbos facile inueniet. Mihi uero superfluũ visum est opus, oĩa cõplecti, & cõponere: qm si quis omniũ simplicium morborum fuerit scientiã consecutus, atque eorundem cõpositurę modos non ignorauerit, facilè in singulis per se ipsum poterit exerceri. Quare si quispiam semel tantũ quæ in hoc libro conscripsimus legerit, is se parum profecturum intelligat, nisi postmodum plurimum quoque exercitationis adiunxerit.

GALENI DE CAVSIS MORBORVM LIBER VNVS

Nicolao Leoniceno interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Simplicium & compositorum morborum causas peruestigat, tum quæ in similaribus, tum quæ in instrumentalibus partibus, morbos efficiunt.

Quorum morborum causæ peruestigandæ sint. CAP. I.

Vot quidem sint, & qui nã morbi omnes, in propria genera ac species diuisi, tum simplices tum cõpositi, altero iam libro explanauimus. Reliquum est vt singulorum causas explicemus, exordientes à simplicibus aĩalis partibus, quę similares appellantur: à quibus deinde ad cõpositas & dissimilares veniemus. Qm igitur ostendimus iuxta illos, q arbitrantur substantiam, quæ ortui atq; interitui subijcitur, simul misceri* atq; alterari, p oĩs morbus similaris ac simplicis, quo ad sensum particulæ, vel intẽperies quędam existit, uel continuitatis partium diuisio: iuxta vero illos, qui non unionem statuunt, sed quia intercipiaẽ uacuũ, omnium corporum constitutionem, cõcretionem putant; immoderatio meatuũ; & eius, quæ sensu deprehenditur, continuitatis solutio: incipiemus & nunc cõsiderare causas morborum omniũ, qui ad primam attinent suppositionem, quam nos ueram existimamus. Erãt autẽ (ut arbitror) quatuor simplices, quatuor uero compositi. Cum aliquando q dẽ sola supra modũ excrescẽte caliditate, uel frigiditate, uel ex altera oppositione aliqua, ueluti humiditate, uel siccitate: aliqñ uero duabus simul supra modum auctis, ut morbus pariter calidus ac siccus, uel frigidus ac siccus, uel calidus ac humidus, uel frigidus ac humidus fiat. *Al. uniri.*

De causis calidi morbi. CAP. 2.

A.t.1. prima par. ca.569. col.2.b Taq; quæ nam sint cuiusq; prędictorũ morborum procreationis causæ iã inspiciamus, sumpto ab eo initio, qui in caliditatis immoderatæ intẽperie cõsistit. Apparet autẽ & in alijs corporibus oĩbus, quę se ipsis plus satis incalescũt, uel ex motu quodã augeri caliditatẽ, uel ex putredine, uel ex uicinia alterius corporis calidioris, uel ex stipatione, uel ex alimẽto ad calefaciẽdũ accommodato. Ex motu quidem, ueluti in ijs, quę quouis modo exercitantur, & in lapidib' inuicem collisis, & lignis, & flamma uentilata. Ex putredine autem, tum reliquorum corporum tum

tum p̄ſertim ſeminũ ac ſtercoris. Mihi quidem nonnunquam uidere contigit in columbarum E
agreſtium; excremẽtis, ex putrefactione ignẽ accẽſum. Nec eſt quiſpiam, qui ambigat, quin ca-
lidorum corporum uicinia, alia concaleſcant, ſi modò ad memoriam reuocet, & balneas, & So-
lẽ æſtiuum, & oẽm flammã. Ita quoq; ſi hybernis temporibus in ampla domo ignem accende-
ris, atq; omnes meatus ſtipaueris, per quos ſpirandi habeat facultatem; interius calorẽ aceruа-
bis: ꝙ ſi quaque uerſus patentes exitus liqueris, nihil amplius effeceris. Sed non aliter balneæ
atque fornaces, ſuum interius aceruãt calorẽ. Ex quo euidens eſt, ſtipationem augendo calori
occaſionem p̄ſtare. Sed nec in obſcuro eſt, ꝙ idem ex ipſa materia prouenit. Nam aridi calami,
facilius in maximum, flammam attollunt: ligna autem uiridia, & præſertim ſi plura ſuper ignẽ
congeſſeris, diutius quidem aggrauant & ueluti obruunt flammam, demum uerò augẽt. Quo-
modo igitur in animalium corpore ex ijs unumquodque perficitur? Cùm quiſpiam immode- A.l.4.f.1.d.1. c.1. lo.l.41.lx
rata exercitatione uſus fuerit, laſſitudinem ſuſtinet corpus, hoc eſt, caliditatem immodicam in
muſculis atq; articulis habet: hi.n. ſunt, qui primo motum excipiunt. Quòd ſi nõ ultra progre-
diatur calor, atq; eum ſolui contigerit, anteq̃ totum animalis corpus inuaſerit, nihil ultra laſſitu
dinem conſequẽ. At ſi in totum extenſum fuerit corpus, tũc huiuſcemodi affectus febris nũcu
patur, quæ eſt quædam totius corporis immoderata caliditas. Ita & ira, quę feruor quidã eſt exi F
ſtentis in corde caloris, ob immoderatum motum, per totum non nunquam diffuſa corpus, ita
febrem accendit. Iam ea, quæ putreſcunt in animantis corpore, calorem quendam immodicum
in his partibus, in quibus putrent, efficiunt, ſicuti eryſipelata, & herpetes, & carbunculi, & in-
flammationes, & phygethla. Hęc autem ubi totum concaleſecerint corpus, excitant febrem. Et
quidem tertia cauſa immoderati caloris ex his fit manifeſta, quonam modo animalibus adue-
niat, & ex ijs quæ exuſtiones appellanẽ. Nam in bubonibus & inflammationibus, & eryſipela-
tis, atq; omnibus adeo calidis morbis, ſemper cõtingens pars atque cõtinua, ipſa quidẽ primum
caliditatem aſſumit, deinceps uero & partem uicinam afficit, & hęc deinceps ſibi proximã: atq;
ita, uſq; ad principium inſiti caloris, ubi peruenerit intemperies, totum celeriter corpus princi-
pij ſentit affectum. Diuturnæ quoq; moræ in locis Soli expoſitis, nudis quidem, totã aliquando
cutem ſupremam calefaciunt: at ijs qui ueſtibus operti ſunt, ſolum caput: atque hęc exuſtio ap-
pellatur: ꝙ ſi iam totum animalis corpus occupet, tunc ita febris accendiẽ. Quartum uero cau-
ſæ genus, quod inſitum calorem immoderate ſuccendit, in adſtrictionibus & frigefactionibus
fieri uideẽ. Nam ſi quis uehementer riguerit, aut in aqua natauerit, quæ aut alumẽ aut talem ali-
quam naturam acceperit; huic ſtipari cutẽ atq; denſari contingit, ut, quæ difflari cõſueuerãt, in- G
tus cohibeanẽ: ꝙ ſi fumoſa fuerint quæ intus collecta ſunt, febris inde generatur. Quinta uero
ſpecies auctæ ſupra modum caliditatis, ſunt eſculentorum acres ac calidæ qualitates, ueluti al-
liorum, porrorũ, cęparum, atq; huiuſcemodi oĩum: nam & horum uſus immoderatus febrẽ ali-
quando ſuſcitauit. Et quidem calidæ potationes immodicæ, ueluti uini ueteris & acris, imbecil
lo corpori liberalius ingeſti, & medicamina acria, ſiue alexiteria.i. amuleta fuerint, ſiue uene-
na, cauſam ut hoĩes febricitarent, attulerunt. Sed cur (inquiunt) nõ ſemper ob quãlibet harum
cauſarũ febris accendiẽ? Quia cauſæ efficiẽtis quãtitas par nõ exiſtit: & quæ cõſtituta eſt ab ea-
dẽ cauſa in corpore diſpoſitio, magnã in eo, qđ plus & minus, uarietatẽ admittit: ac p̄terea ani-
mantium corpora plurimũ alterũ ab altero differũt, in hoc ut aut facile, aut ægre à naturali rece
dãt habitu. Quemadmodum igiẽ minime ambigis, cur non omnis motus laſſitudinẽ facit, ſed p
confeſſo habes, ꝙ, ubi non exceſſerit, ac potentia ſuperauerit articulorum muſculorũq; naturã,
nunq̃ eos fatigari continget: ſic tibi erat cogitandum, ꝙ nec talis affectus qui laſſitudo nũcupaẽ,
niſi dignam effatu tum magnitudinem, tum moram aſſumpſerit, nunq̃ uniuerſum corpus affi-
ciet. An motus quidem paruus, laſſitudinem nequit efficere: parua aũt laſſitudo, omnino febrẽ
accendet? aut motus quidem effectus, in relatione conſiſtet, laſſitudinis autem minime? Ac qui- H
dem omnibus ẽt uulgaribus ac rudibus in propatulo eſt, athletarũ corpora diuturniores ac ue-
hemẽtiores motiones citra laſſitudinem perferre: & nos priuatos, ſi paulò ſupra conſuetudinẽ
exerceamur, ſtatim moleſtia affici. Nil igiẽ mirum, ſi quiſpiam, quamuis laſſitudinẽ ſenſerit, non
tñ febricitauit: uel enim parua eſt laſſitudo, uel exigui temporis, aut uiribus corporis inferior.
An, ſi fuit exercitatio haud quaquam diuturna, nec uehemens, atq; ẽt minus q̃ pro natura eius
qui exercitatus eſt fortis, nũquam quidem laſſitudinem afferet: † ſ laſſitudo uero febrẽ accẽdet,
etiamſi ea & breuis ſit, & exigui temporis, & lãguentis corporis robore inferior ſit? ſ Sed & hoc
ipſum in ea re quæ ad agẽdum potentiſſimam naturam habet, nimirum in igne, poſſumus intue
ri. Nam frigefactos, nõ abſque tempore ac uiribus calefacit: ſi quidem, cum aliquando è locis ge
lidis diſceſſerimus, manus per maximam flammam ignis ſine aliqua noxa trãſferimus. Neque
omnis materia æque facile ab eodem accendiẽ, ſed arentes quidem calami primo attactu inflã-
mantur, ligna autem humida ac uiridia ut accendanẽ, longo tempore uehementiq; flamma indi
gent. Quo pacto igitur nihil horum in igne admirans, in laſſitudine admiraris, ꝙ magnitudine
egeat, ac tempore, ac corpore incendio opportuno? Satius itaque fuerit ſi nulla te huius rei ca-
piat admiratio, ſed potius animaduertas qualenam animalis corpus facile ſui natura calorẽ ad-
mittit,

† hæc antiquus interpres non habet, atque etiam ſupervacanea & perperam interpoſita videntur.

A mittit,& quale nō facile.Sed de hoc quidem postea es auditurus. Nunc uero nihil tibi sit mirū, si vnumquodque quod aliquid sit effecturum, & tempus & magnitudinem exigat; ac præterea ut proximum sit,quod prompte patiendi habet naturam: quoniam & si hęc desinit,nec ignis cōburere,nec gladius abscindere valet,nec aliquid aliud,in efficiendo potentissimum,in aliud agere potest, quod ipso ualidius sit,aut vbi non interuenerit tēpus effactu dignum. Super lucernæ quidem flammam,nunq̄ totum effunderes oleum,nedum aquam: & gladio incidere lapides nequaq̄ tentaueris,nedum adamantem.Vis autem vt lassitudo,& calefactio,& frigefactio, & reliqua huiuscemodi,febrem semper accedant; q̄uis parua sint; & exiguum tempus perdurent; aut etiam totum corpus minimè idoneum sit ad suscipiendum calorem? quod certe iam calidum est,paratius est ad hoc ut excessum caloris admittat,sicuti & frigidum ut plus satis frigescat: qđ uero e diuerso se habet,ad hoc minimè est aptum.Vsque adeo cæca & rudis est eorum,qui talia perquirunt,dubitatio.Qui uero nihil dubitant, sed promptè ac temere enunciant, ꝙ nihil eorū quæ nuper diximus excitat febrem, horum stupiditas quidem miserationem: contentio uero odium meretur.Sed soluta sunt & horum sophismata in altero volumine, quod seorsum de causis procatarcticis,id est præincipientibus,scripsimus. neque præsentis est negocij aliorum refellere errores,sed uera duntaxat docere instituimus. Rursus igitur ad propositi nostri seriem re-

A.l.1.f.2.d.2.e.1.fol.30.t

B uertamur.Erat autem,(vt arbitror) omninm simplicinm morborum præcedentes causas, usq; ad præincipientes explicare. Non enim est fortassis inutile,eos qui ita earum appellationes manifestioris doctrinæ gratia distinxerunt, imitari. omnes enim in ipso animali existentes uel dispositiones, uel motus præter naturam, morborum præcedentes causas nominant: quæ uero extrinsecus adueniunt, & alterant corpus, atque transmutant naturam vehementer; præincipientes appellant.

De causis frigidi morbi. CAP. 3.

A.T.2.primæ parti.cā.569.col.a.b.c.

CAlidi morbi in uniuersum diximus causas,nunc ad frigidum ueniamus. Sunt uero & huius plures numero causæ,ueluti refrigerantium propinquitas, & ciborum potuumq; quantitas ac qualitas,stipatioq; ac rarefactio, ac præterea ocium, & immodicus motus. Quibus etiā occasionibus ignis extinguitur. Nam si paruo carboni multum niuis aut glaciei superimponas, aut plurimam aquam superinfundas, continuo extinguitur. Sic,ubi circunstans aer sit præter modum frigidus,veluti hyberno tempore iuxta Histrum, nō solum lucernam sub dio positam, sed & omnem exiguum ignem uidebis protinus extingui.Hoc quidem modo,ignis à rerum prę

C gelidarum contactu superatur, Ab ijs autem quæ natura apta sunt ut ipsum enutriant, ob excessum,vel defectum, uel ob alienam qualitatem hoc pacto corrumpitur. Si enim ligna vniuersim & multa supra paruam coaceruaueris flammam,ob immodicæ quantitatis excessum ipsam extingues.Quòd si nihil omnino,aut parum admodum adieceris, ob defectum aut paucitatem alimenti,uidebis continuo marcescere. Sic & lucernæ flammam comminui atque in periculo esse ne propè extinguatur inspicimus vbi nutrimenti proprij modus nō seruetur. Siue enim oleum liberaliter nō adhibueris,aut multum uniuersum superinfundas,vtroque offendes mō.Quòd si largam quidem exhibueris materiam, sed quæ uel nullo modo apta sit ut ardeat, uel cū magna difficultate incendiū suscipiat,hanc ēt statim minorem efficies. Veluti si oleum aquæ commistum supra ignem conieceris.Si etiam qui flammæ circunfunditur,aerem stipaueris, aut nimiū rarefeceris; sic quoque flammam decrescere ac periclitari,ne penitus extinguatur,inspicies.stipatur autem,si cucurbitam,qua medici utuntur,uel furnulum,aut tale aliquod aliud circomponas.quod ēt continget,si fornacum foramina clauseris.Quòd si in multo Sole, & calido & aprico loco,aut ad alteram maiorē flāmam admoueris; tunc quoque minorem flammam marcesce

D re uidebis: qm̄ exterior flamma,ut quę præpotentior sit,claxat atque dispergit minorem. Neq; uero in obscuro est,ꝙ si eas flabellans,hoc est mouens,si quidem modicè hoc feceris,augebis:si si uero immodice,dissolues ac dissipabis. Sic & uentos magnitudini flammæ respondere oportet,siquid eius augmento conferre debuerint: qui vero maiores sunt q̄ illa queat sustinere,dispgent,non flabellabunt.Ex quo manifestum fit,ꝙ flamma quidem ad sui incremētum motu eget aduentitio,non tn̄ immodico. Si ènim nullo modo flabelletur, elanguet: uehementiore autem motu extrinsecus urgente,dissoluitur ac dissipatur. Secundum igitur primam causæ speciem,cū omne frigidum forinsecus aduenerit, partim contactu tantum, partim potentia, frigidus morbus cōsistet.Sic aliquis in frigida natans aqua lęsus est,& male lotus,& ꝑ gelida loca iter faciēs. Non nullos ēt uidi exanimatos,anteq̄ domum deferrentur. Iuxta uero secundam causam, aut morbum attonitum,aut comitialē,aut motus sensusve læsionē, ex ebrietate aliquis subijt: quā quā vinum modice haustum,ut quod maxime proprium alimētum sit,natiuum calorem adauget. Sic & optimi cibi quiq; plurimū animali afferūt nutrimētum,supra modum assumpti, morbos frigidos generant.Sic quæcunq; uel deuorantur uel bibuntur, si frigidiora natura sint,morbos frigidos pariunt: ex horū numero est papauer,mandragora,hyoscyamus,cicuta,q̄ sanè nimia frigiditate ēt interimūt.Vltima autem stipatio,(hanc.n.tertiam frigidiorum morborū causam statuimus)facit graues sopores,& ueternū,& morbos attonitos.Et hoc est quod dr̄ ab Hippocrate

de Vict. rat. in morb. acut. cō. 4.t.23.f.137.b.

pocrate, Venarum interceptiones corpori officere, quod statim uocē eripiāt. Ipse nanque sicuti & E
alij uetustiores duo genera uasorū, in quibus sanguis cōtinetur, venas appellat, nō uti iuniores,
alterum tm̄ quod non pulsat. Vbi uero intercipiuntur quæ sunt in animali arteriæ, hoc est ita op
pletæ sanguine fuerint, ut nullus in ipsis uacuus relinquatur locus, in quē, dū attolluntur, aerem
externū attrahere possint; tunc strāgulatur atq; extinguit̄ calor innatus: ac qui ita affecti sunt,
subito sensum & motū totius corporis amittunt. Ostēsum enim à nobis est hoc, in eo uolumine
quod scripsimus De vsu pulsuū, ob eum finē arterias pulsare, vt calor naturalis in omnibus ani-
malis partibus moderatus cōseruetur. In libro aūt De utilitate respirationis scriptū à nobis est,
quod hæc quoque insitum cordis calorē moderatū conseruat. Sicuti igitur si extrinsecam flāmam
à cōicatu circumfusi aeris separes, interiectu furuli uel cucurbitæ uel cuiuspiam alterius rei si-
milis, statim extinxeris: eodem modo si animalibus caliditatē cohibueris atq; intercluseris, ita
ut nullū cū aere exteriori habeat communicatum, statim exitium afferes. Caliditas igitur cor-
dis per fauciū meatū aeri extrinseco communicat. Quòd si hunc interceperis, e uestigio strāgu
labis ipsam, atq; animal enecabis. Calor uero qui oībus est arterijs, quæ per totum animalis cor
pus diuiduntur, per cor quidē ipsum, inquantum faucibus communicat, & per uniuersam cutē,
in ambientem nos aerem respirat, refrigerium quidem, cum illæ se attollunt, accipiens: cum au- F
tē resident, id quod fuliginosum est, expellens: quorum utrunque natiuam eius mediocritatem
conseruat. Et si quidem stipatæ fuerint arteriæ; siue (vt nuper dictū est) ob sanguinis redundan-
tiam; siue quia earū ora obstructus aliquos patiantur, ita ut nullā habeāt transpirandi viā; calo-
rē extingui necesse est: qd̄ uero ita affectū est corpus, emori. Quòd si fuerit stipatio modica, non
adeo calorē naturalem pati est necessarium. At si quidem in animalis corpore ueluti fuliginosa
quædā ac fumida excrementa tūc extiterint, alius erit caloris naturalis affectus: alius uero, ubi
solum uapor quidā suauis atq; optimus exhalarit. Atque horū vtrunque bifariam hoc modo
euariat. Cum.n. sanguis optimus in corpore fuerit, nullo inquinatus humore superfluo, vapor
ex eo incalescente optimus exurgit, qui nihil aut igneum aut acre secū inuehit. Tale quidē cor-
pus cū mediocriter stipari contingerit, breui aut erit plethoricum, aut supra modum calefiet: ijs
quidē quibus deses uita sit ac minime laboriosa, plethoricum fiet, cum intus remanserint quæ
exercitatione excerni oportebat: ijs uero, qui exercitātur, calefiet, cū motus occasione calor au
geatur naturalis, nō transpiret autē ob id, quod densatum sit corpus. In corpore autem stipato qd̄
à fumeo excremēto obsidetur, aut febris accēdetur ob interclusam interius fuliginosam euapo
rationem, aut strangulabitur atque extinguetur calor insitus. Vtrunque uero horum accidet pro G
multitudine excrementorū, aut magnitudine stipationis. Nam si fumosa superfluitas, quæ eua-
cuari expetebat, plurima fuerit, atque stipatio uehemēs, periculum imminet ne calor naturalis
strangulatus ab excrementis extinguatur: si uero superfluitas pauca fuerit, & stipatio parua, fe-
bris accendetur. Non ergo dubium est, quod & naturales & aduentitias corporis dispositiones co-
gnoscere oportet, in quibus aut fuliginosum, aut uaporosum aut fumosum ē id qd̄ exhalat. Sed
hæc quidē in hisce libris explicabuntur, in quibus curādi doctrinā exequemur. Nunc ad huius
operis institutum reuertamur. Sicuti.n. stipatio sæpius frigefactionis est causa, eo quo diximus
modo: sic & laxatio, qn̄ plusq̄ sit opportunum, dispergit ac dissipat insitum calorem, frigidius ef
ficit corpus. Fiunt autem hæc tum in uniuerso corpore, tum uero ēt in vnaquaque particula, cū
uel stipatur uel laxatur. Si enim quam uniuersum corpus habuit dispositionem in obstructioni-
bus & plenitudinibus arteriarum, hanc ipsam habeat particula ab ijs solum, quæ in ipsa sunt ar-
terijs affectis, necesse est vt hæc ipsa particula simili modo, quo totum corpus, ægrotet. Et quidē
quæ extrinsecus adhibentur medicamina, aut aquæ quæ uim medicā habent, & frigidæ, & aer
ipse circūfusus, laxationem aut stipationē immodicam in ipsa parte cōmittere possunt. Et uin-
cula quædā uiolenta, ipsi aliquando particulæ, aliquando uero superiacentibus circomposita,
corrumpent ipsam, ac frigefacient, ob id quod eam priuant communicatu membri in animali præ- H
cipui, a quo calor emanat naturalis, atque vnde uim sui motus recipiunt arteriæ.

De causis sicci morbi. CAP. 4

DE calidis quidem ac frigidis morbis abunde dictum est, de siccis uero deinceps dicetur.
Si quis magis quidē transpiret, minus aūt nutriatur, † cum eo quod sicci habitus existit, facile
in siccum incidet morbum, ac præsertim, si curis aut uigilijs immodicis occupatus fuerit. Et ae- A.T.2.primę parti.can.309 col.a.d.
ris quoque nobis circunfusi temperaturæ cū siccæ fuerint, exiccant animalium corpora: & na-
tationes præterea in aqua q̄ nitri, aut sulphuris, aut aluminis, aut bituminis, aut alterius huiusce
modi qualitatis est particeps: & quæcunque medicamina uim habent exiccandi, siue intro assu
mantur, siue foris adhibeantur, hæc quoque siccum reddūt corpus. De quibus in eo uolumine,
in quo de simplicibus medicaminibus agitur, abunde dictum est.

† Antiqui quidam co. habent καὶ ταῦτα ξηρότερος ἂν τὴν φύσιν, hoc præter tim cum sicciotis sit temperaturæ: impressi habēt, καὶ ταῦτα ξηρότερα τὴν δίαιταν, i. eaq; s. cibaria, sicciora sint facultate.

De causis humidi morbi. CAP. 5.

HAc quidem siccorum morborum causæ sunt. Humidorum autē sunt oēs causæ contrariæ, A. ibidem.
ueluti ciborum qui humidiori natura constant copia, & potuum excessus, & omnis uiuen
di ratio delicatior, & animi securitas, & balneorum ex aquis dulcibus plurimus vsus, præsertim

post

A poſt cibum:ſic & tota vita otioſa,atq; omni labore vacans,& pluuiarum abundantia, atq; omnis ſtatus temporis humidus,& medicamina,quæ humectandi habent poteſtatem.

De cauſis compoſitorum morborum, qui ſimilares partes inuadunt. CAP. 6.

Liquet autem,ꝙ & compoſitorum morborum cauſæ omnino ſunt compoſitę.Si enim cauſa calida ſimul,& ſicca in vnum aliquando conueniant,neceſſario calidus quidem,atq; ſiccus ſequetur morbus:ſi calida,& humida,pariter calidus,& humidus:idē euenit in reliquis duabus ſimul iunctis qualitatibus,humida.ſ.& frigida, & ſicca & frigida. Quod verò huic ſermoni adiungere,ac ſimul diſtinguere oportet,iam aggrediamur,ꝙ videlicet corpus ſæpius alteratur, cū cauſæ oēs eiuſdem inter ſe ſpeciei exiſtunt: plerunque verò cum viribus contrariæ ſunt: & ꝙ non nunquam ſuperant,q̄ ex ipſis ſunt vel numero plures, vel diuturniores,vel potētiores: interim verò ab vtriſq; ex æquo lęditur corpus.Et ſi verò nullo modo fieri poſſe videatur, vt vnū idemq; corpus calidum vnà efficiatur ac frigidum, humidumq; ac ſiccum plus, q̄ natura ſit opportunum:tñ & hoc ipſum vſu cōtingit;& merito diſtemperantia inæqualis appellatur: noſq; de hac ipſa alibi ſeorſum,vt oportuit,diſſeruimus:neq; nunc de eadē ipſa verba conſumere cōuenit,ſed potius ad reliquorum morborum cauſas explicandas veniendum. Hoc tamē in loco

B prius ſunt repetenda,quæ in libro de morborum differentijs edocuimus, ꝙ videlicet aliqñ quidē ob ſolas quatuor qualitates corpora ab habitu naturali recedūt, nulla extrinſecus cōfluente ſubſtantia:aliqñ verò fluxionibus replentur, idea quidem omnino humidis, vi autem non humidis.Sed de horum humorum poteſtate dictum quidem eſt ab antiquis & medicis,& philoſophis,& à nobis ēt tum in alijs commentationibus,tum in ijs pręſertim,quas de medicaminibus edidimus.Quantum verò huic loco expedire videbitur,in præſentia ēt dicetur, ꝙ flaua quidē bilis facultate calida eſt,& ſicca:nigra autem frigida,ac ſicca:ſanguis autē calidus,& humidus: pituita frigida, & humida: & ꝙ ex his ſinguli influunt aliqñ ſynceri, aliqñ alijs commiſti: & ꝙ particularum œdemate,vel ſcirrho,vel phlegmone laborantium diſpoſitiones hac de cauſa plurimū variantur.Nā & anthraces,& cancri,& herpetes,& eryſipelata,& phygethla,& gangrenę, & phagedænæ,& ſatyriaſis ex hoc genere ſunt;& vitiligines,& atheromata,& acrochordones, & achores,& faui,& ganglia,& ſteatomata appellata,morbi ſunt,qui fluxionū ſunt partus. hęc verò inuicem differunt,ac præterea cū omnia,de quibus prædiximus:qm̄ non nulla quidem ex ſola ſunt pituita,non nulla autem ex ſanguine, quædam ex bile flaua,quædam ex nigra, quædā ex aliquo alio humore, qui nondum omnino ſit extra naturam.Sed hic ipſe,qualiſcunq; fuerit,

C vnus omnino erit ex his,quos enumerauimus. Neq;.n.fieri poteſt,quin ſit aut calidus & ſiccus, aut calidus & humidus,aut frigidus & ſiccus,aut frigidus & humidus. Sed,qn̄ ad plurimū craſſitiei,& frigiditatis peruenit,naturalis pituitæ formam amittit, atq; alius ſiquidē humor eſſe exiſtimatur,qui ex toto genere ſit præter naturā:non tamen ita ſe res habet; donec enim frigidus, atq; humidus ſit facultate,ex pituitæ genere erit.Eadē ratione,quicunq; calidus fuerit & ſiccus, idem cū flaua bile genus ſubibit. De his verò plenius alibi diſſeruimus. quo fit,vt nunc de his breuius dicamus,qm̄ & de his ipſis omnibus copioſius in ijs libris, quos de curādi ratione editurі ſumus,tractare ſtatuimus.Ad id verò,quod præſentis intereſt operis, redeamus. Oēs quidem huiuſcemodi morbi fiunt ſubinde ad partes ignobiliores materiam inutilē deponente natura: quod ēt à multis alijs antea dictum eſt. Quis tñ ſit depoſitionis modus, non adhuc eſt dictum:rationē enim quandam,atq; mentem naturæ tribuemus,ſi ita ſimpliciter ipſam,quicquid inutile eſt,deponere affirmemus ex nobilibus partibus ad ignobiles. Sed, ꝙ quidem in morbis bonæ iudicationes ab aliqua huiuſcemodi facultate fiant, manifeſte apparet. Quis aūt generationis modus his iudicationibus ſit,nondum maiores noſtri exacte docuerunt:qm̄ neq; potentias naturales,de quibus nos in alijs commentationibus egimus,quot numero, & quænam exi-

D ſtant,& quod ſingularum ſit opus,ſatis explanare potuerunt.Sed nulla ſanè difficultas, ſuppoſitionibus,quas in eiſdem cōmentationibus demonſtrauimus, vtentes nunc, de hiſce omnibus tranſigere. Cūm quatuor ſint numero potentiæ,quarū quælibet ſiue animalis, ſiue plantæ particula particeps eſt;& cum vna quidem ex ijs attrahat id,quod ei cōuenit, alia aūt retineat, alia alteret,alia,quod ſuperfluit, excernat:& cum materia ipſa ſuperflua duplex genere exiſtat, aut enim quantitatis ratione,aut qualitatis:cum denique omnium corporis partium non ęquale ſit robur,quippē principaliores partes ſtatim ab initio natura maiori robore dotauit: nihil mirū, ſi in impuris corporibus,in quibus plurima inutilis materia redūdat, ad ignobiliores partes aliquid confluat. Nam ſuperfluus humor, vt qui à partibus omnibus robuſtioribus expellatur, ac nullibi conſiſtere queat:tandem ad imbecilliſſimam omnium peruenit partem. Hæc verò alia, atque alia in diuerſis corporibus exiſtit:aut quia in prima animalis formatione eidem parti aliquis error obtigerit, vel poſtea aliqua ſuſceperit noxam:aut quia talis natura eſſe debeat, quēadmodum cutis:hæc enim(vt quæ nullā operationē habet, ſed vſus tantum gratia à natura inſtituta eſt)optima ratione partibus alijs,quæ aliquā habent operationem, imbecillior eſt facta: eſt enim quoddam veluti velamentum,atq; amictus aīalis cognatus,cum neq; coctionē, nequē alimenti digeſtionem,neq; ſanguinis generationem,neq; pulſum, neq; reſpirationem, neq; voluntarium

A.li.1. f.1.d.4. e.1.f.6.f

τοῖς ἄρ. id eſt quicunq; enim &c.

luntarium motum,neque omnino operationem aliquam afferat animali:ac præterea cum om- E
nium aliarum partium extima sit collocata, non absque ratione totius corporis excipit excre-
menta. Multa enim ab initio instrumẽta,expurgãdæ materiæ inutilis gratia, natura molita est:
& hæc quidem sola ad tuendam sanitatẽ sufficiunt,cum nullam corpori labem is,qui nobis cir-
cunfunditur,aer adiecerit, aut delinquens ratio victus humorum vitiosorum redundantiã im-
modicam in corpore non effecerit. Nam,cum talis acciderit error,non amplius naturalia suffi-
ciunt instrumenta ad excrementi multitudinem expurgandam. ideoq; tunc accidit, vt fluxio-
nes à valentioribus impulsæ partibus,ad imbecilliores irruant. Illud quoq; non nunquam vsu
euenire solet, vt, cum stipati fuerint hi, per quos expurgantur,meatus; ad alia confluant loca.
Hæc quidem principia sunt gignendi omnes prædictos morbos. Malum verò in ipsis membris
augetur,cum in eisdem impactæ superfluitates ac putrescentes, atque ea ratione magis vitiatæ,
influentem postea humorem,etiam si vtilis sit,coinquinant atque corrumpunt.

De causis morborum in genere conformationis. *CAP. 7.*

SEd,quoniam similarium partium proprios recẽsuimus morbos, superest, vt de instrumẽta-
riorum morbis dicamus,exordiũ ab eo sumẽtes,qui primum inter alios obtinet locum, qui
videlicet in formatione consistit. Hic aũt fit naturali quidem figura non nunquã euariãte:non F
nunquam verò læuitate quadam,aut asperitate,aut meatu ipso corrupto. Causa aũt,ob quã fi- A. t. 2. prima part. can. 369. col. 3. c
gura naturalis permutatur, prima quidem est formatio cõceptus in ipso adhuc vtero matris vi-
tiata,vel ob materiæ multitudinẽ,aut ob qualitatem minime aptam; q̃ naturales seminis motus
impediat. Secunda verò,si,dum paritur,dumq; fascijs infans inuoluitur,error aliquis cõmitta-
tur.Mollia siquidem ac penè fluxibilia cũ sint corpora infantium nuper in lucem venientiũ, fa-
cile inuertuntur, & cum in exitu à matris vtero non rectè ab obstetricibus excipiuntur,& non
cõmode fascijs inuoluuntur,ac deinceps à nutricibus sine modo aũt attolluntur, aut reponun-
tur,& dum præbetur lac,& dum lauantur,& dum fascijs alligãtur. In his siquidẽ oĩbus, nisi quis
infantes cõmode pertractauerit,facile vniuscuiusque membri figura naturalis euertitur,ac cor
rũpitur. Et quidem in omni ea,quæ sequitur,educatione,partim ab immodica satietate,partim
à motibus perperã factis,dum ante tẽpus aut stare, aut ingredi permittuntur, aut vehemẽtiori-
bus motibus exponunt,plura in ipsis mẽbra inuerti contingit. Siquidẽ nimia satietas operatio-
nes impedit naturales. Intempestiui aũt & vehementiores motus labefactant artus,ac, in quam
minime sit opportunum,partem circumagunt. Crura etenim ex ipsa innitentium corporũ gra-
uitate aut ad exteriora,aut ad interiora vertuntur,vt magis ad hæc, q̃ ad illa primum tibiæ mo- G
mentum declinet. quibus enim rectiora sunt, q̃ naturæ conueniat, blæsa fiunt magis. quibus
aũt cautiora,efficiuntur rhæba. Voco autem blæsum,quod ad exteriora conuertitur: rhæbũ au-
tem,quod in contrariã partem. Et thoracis quidem partes plerunque à nutricibus inuertũtur,
dum ipsas in prima educatione nimium arctè extrinsecus vinciunt. Maximè verò hoc quotidie
apud nos fieri intuemur in virginibus: quibus, dum student nutrices augere ea, quæ sunt circa
coxas ac ilia,vt hæc magnitudine thoracẽ exuperent,vittis quibusdã totum circumprehendũt,
atque oẽs scapularum ac thoracis partes vehementius stringunt ac comprimunt. quo fit, vt, cũ
sæpe non æque omnes intendantur,aut pronum in partem anteriorem reddatur pectus, aut po
steriores partes,quæ ad spinam pertinent,gibbæ reddantur. Illud verò non nunquam accidere
solet, vt veluti perfractum atque ad latus adductum fiat dorsum, ita vt altera quidem scapula-
rum non aucta,sed parua ac valde compressa appareat: altera verò prominẽs, tumidaq;, ac om-
nino maior. Hæc quidem omnia figurarum existunt vitia, quæ in thorace committuntur ob
errorem imperitiamq; non æquo momento alligantium nutricum. Sic & medici plerunque
male alligantes atque efformantes artus effractos, ipsos inuerterunt: non nunquã verò, vbi me-
dicus rectè suum opus impleuerit, ipse, qui patitur, si, antequam callus satis inualuerit, mem- H
brum exercere conetur, sibi inuersionis est causa. Sed & collisæ partes sicuti nares,& circunfra
ctæ sicuti supercilia cauitatum ossium,quas corylas græci vocant,& excisa quandoque ossa,aut
magna portio carnis,cum deinceps non æqualiter supercreuerit,hæc omnia occasionẽ afferũt,
vt naturalis figura perdatur. Alius autem modus est figuræ deprauandæ,quĩ ob immodicam re-
pletionem,aut alimenti defectum contingit,sicuti ijs,qui aut nimis crassi facti sunt,aut nimium
contabuerunt; siue id in vna tantum corporis parte,siue in toto corpore eueniat. Nam & mor-
bus,qui elephas appellatur,& tabes (græce phthoe) manifestissime figuram immutant. Resima-
tur enim nasus,& labra crassa fiunt,atq; aures extenuatæ videntur his,qui elephantiasim patiũ-
tur: atque hi omnino satyrorum effigiem præ se ferunt. Nares autem acutæ,& collapsa tempo-
ra, & oculi cõcaui,& circa scapulas ac brachia veluti quædam alæ,his, quos tabes male habet,
apparent. In his quidem omnibus prima ratione corrumpitur figura naturalis. Ex accidenti au
tem his,qui resolutionem aut distentionem neruorum,aut inflãmationem,aut duritiem patiun
tur,aut quibus nerui dissecti sunt aut chordæ,aut duris cicatricibus astricti. in his siquidẽ om-
nibus aliàs ob aliam causam,ad alteram partem membrum declinat, tractum quidẽ à musculis
motum facientibus in his, qui altera tantũmodo parte sunt resoluti: sic & in neruorum disten-

tionibus

A tionibus,quæ ad alteram contrahunt partem a musculis distentis. Inflammationes ēt & duri tu
mores,atq; induratæ cicatrices,& quicunq; tales affectus partem ad se proximam tendunt, ea
dem rōne membrum peruertunt.In eisdem uerò dissectis neruis & tendinibus,sicuti in resolu-
tis,oppositorum & secundum naturam se habētium actio,membrum ad se attrahit:adeo ꝙ hæ
plures numero causæ ad unam reducuntur, quæ membrum urgente ad alteram partem tensio-
ne peruertit.Et de figurarum quidem præter naturam differētia,hæc dixisse sufficiat.Cauitates
autē, q̄ partibus corporis insunt,& earum meatus,ob eas quas subiiciemus causas , corrumpi ,
uel lædi contingit,coalitu angustiam,obstructionem,compressionem,subsidentiam,& eorū
q̄ ora appellantur patefactionem. Nam quum nonnunquam exulcerata sit cauitatis interior su
perficies,ac deinceps simul coalescant exulceratæ particulæ , formatio naturalis necessario de-
struitur.Nonnunquam uero uel carne adnata,uel aliquo alio germine præter naturam, uel du-
ro quopiā,siue inflammato tumore,aut abscessu in ipsis corporibus instrorum, ac deinceps eo-
dem tumore præter naturam,interiorem occupante cauitatem,loco angustia superuenit.Et sa-
nè obstructio ob lentos ac crassos humores,uel ob callos aliquos,uel ob grumos prouenieēs, ca
uitates ad similem perducit affectum.Sic & si aliquid extrinsecus incidat,ac uehementius com
B primat,necessarium est ut circum iacentia corpora ad interiorem cauitatem detrudanť.Quin ,
& si subsideant in se ipsa corpora,ueluti cū ab astringentibus coguntur,aut à frigidis dēsantur ,
aut ab arefacientibus marcescunt,ipsos quidē meatus in primis , iam uero & ipsas ēt cauernas
constipabunt.Nā ora quidē meatuum non solum constipantur , sed ēt penitus in huiuscemodi
affectibus sæpenumero occæcātur.Sed & eius uirtutis, q̄ cōtentiua appellatur, motus immodi
cus,cum ora meatuum supra modum colligit & cohibet,constipationis est cā. quemadmodum
& excretiuæ uirtutis motus immodicus nimium laxat. Hoc idem sæpenumero faciunt & uirtu
tis contentiuæ imbecillitas,& medicamen aliquod,aut aqua , q̄ aperiendi ora uim habeat , aut
mollities immodica,q̄ ipsis accidit instrumentis,aut circunfusi aeris temperatura,quæ ad humi
ditatem & caliditatem immodicam uergit.Hæ quidem sunt & meatibus,& ipsis præterea cauer
nis talium affectuum cāæ. Atq; ex his intelligi potest quasnam in corporibus similaribus cās es
se uelint hi,qui ex tumoribus,atq; meatibus eadem putant esse constructa.Sed cum tota ipsorū
suppositio sit falsa,mihi superuacaneum uisum est de ipsis priuatim facere mentionem .Quare
ad id quod propositi nostri est institutū,reuertamur,ac reliquorum morborum cās assignemus,
ab eo rursus genere quod ad formationē attinet,exordientes.Superant āt duo in eo modi,cum
C instrumenta aut præter naturam læuia fiūt,aut aspera.Exasperantur āt quæ prius erāt læuia, &
læuigantur,q̄ prius erant aspera:illa quidem ab acritudine humorum,aut medicaminū abstersa
hæc uerò a pingui humiditate,aut lento humore irrigata.Præcipue uerò in ossibus hæc euenire
euidenter conspiciuntur,cum non recte a medicis curantur: sed aliquando ex humorum natu-
ra, qui in animalium corporibus inueniūtur, habent originem. Oculorum autē & gutturis aspe
ritates,non ex his tantum,sed ex acribus uaporibus,aut puluere,uel fumo contingunt,sicuti,ut
arbitror,& stomacho,& uentriculo,& intestinis a materia inutili,quæ in ipso corpore gignitur,
atq; ex eorum q̄ eduntur,& bibuntur qualitate:inter quæ etiam uenena cōnumerantur.Liquet
autem,ꝙ exasperantium causarum singulæ cum inualuerint,ulcerationem quidem aliquā , aut
corrosionem in partibus carnulentis afferunt,in ossibus uero cariem inducunt. Hæ quidē sunt
primi generis ægritudinum,quod in formatione consistit,causæ.

De causis morborum in genere numeri. CAP. 8.

A.ibid.h SEcundi autem generis,quod in numero consistit,ubi quidem aliqua ex partibus defuerit na
turalibus,aut sectio,aut ustio,aut putrefactio,aut ualida frigefactio præcessit. Et causæ qui-
dem frigefactionis prius sunt explicatæ.Putrescunt āt nonnulla quidem a medicaminibus,quę
D uim habent putrefaciendi,aut ab iis,quæ in ipsis animalibus oriuntur superfluitates : nonnulla
uerò ob id quod minime transpirant.Causas etiam prohibitæ transpirationis præcedētes prius
aperuimus.Vbi uero aliquid supercreuerit,quod non fit è numero partium natura constantiū,
hic quidem etiam morbus ad numerum partium spectabit:sed cum id quod superadditum fue-
rit,formam obtinuerit secundum naturam, optimæ materiæ abundantia erit in cā : at si præter
naturam,erit & materiæ qualitas præter naturam.Atqui uires utrobiq; ualidas esse oportebat ,
[illegible] A alioquin neq; quod utile erat,natura afformasset,neq; quod uitiatum,excreuisset. Format autē
in conceptibus,quando aut sex digitos,aut tale aliquid facit:in iam adultis autem, quādo exul
ceratis particulis ualidas carnes superaluerit,aut in oculis unguem.Deponit autem id quod est
inutile in his passionibus,quas græci ganglia,meliceridas,steatomata,atheromata appellant, ac
in reliquis eiusdem generis affectibus.

De causis morborum in genere magnitudinis. CAP. 9.

A.ibid.e ET magnitudo quidem partium augetur ab optimæ materiæ multitudine,& à potentię robo
re:imminuitur autem a contrariis causis,aut ubi sectione aliqua,aut exustione,uel putrefa-
ctione,uel immodica frigefactione,quæ interitum affert,aliqua instrumenti corrumpitur pars,
adeo ut quæ remanet,mutilata reddatur.

De causis morborum in genere positionis. CAP. 10. E A.t.a. primo par can. 509 col 4 5

QVi uero in compositionis genere morbi fiunt, nonnulli quidem a repentinis, ac uehementibus motibus præcedentibus ortum habent: nonnulli autem ab articulorum immodica humiditate, quæ ligamenta madefacit atq; laxat, totamq; dearticulationem ob lentitiam, lubricã reddit: nonnullis autem ob id, q cotylarum. i. cauitatum ossium, supercilia circunfrangunt, aut q cotylæ ipsæ statim a principio supinæ incontinentesque, ac penitus in superficie factæ fuere, promptius artuum capita ex suis sedibus excidunt. Hæc igitur omnia exarticulationum causæ sunt. In his autem morbis qui enterocelæ, & epiplocelæ appellantur, laxari magna ex parte, non nunquam uero & abrumpi eum meatum contingit, qui a peritonæo ad testiculos pertingit: sic quoque deinde ad ipsum meatum, aut ad tunicam, quam græci erythroudem appellãt, aut omẽtum, aut aliquod labitur intestinum. Mouentur prætera suis sedibus intestina, cum dissecto peritonæo deciderint. Et pulmonis quoque fibra sæpi⁹ in nulneribus pectoris exit. Et tunica uueę ut plurimum relaxatur, cum corneam nimium erodi contigerit. Vbi etiam uisceris cuiuspiam fibra aliqua nonnunquam ob uehementiores casus, aut compressiones complicetur, hic quoque morbus ad situs simul & figuræ euariationem pertinebit, factus ob illas, quas commemorauim⁹ causas. Ad uicinas autem partes communicatio deprauatur, cum aliqua non opportune coaluerint, aut cum aliquod appendiculum, aut uinculum relaxatur, uel intenditur, uel abrumpitur. F Neque in obscuro est ex quibusnam occasionibus horum singula eueniant.

De causis solutionis unitatis. CAP. 11. A.l.1.f.a.do. 1.c.1.f

VNius uero adhuc generis morborum quod commune omnibus existit partibus, siue similares ac omnino simplices, siue compositæ existant, causæ sunt explicandæ. Ego uero hoc uniuersum genus unitatis solutionem appellare consueui, aut unitatis corruptionem, aut continuitatis solutionem, uel quomodolibet aliter, prout sperauerim sermonem auditoribus fore perspicuum. Neque enim nomen aliquod ab ijs, qui ante nos fuerunt, impositum accepimus, sicuti nonnullas eius species proprijs designauere uocabulis: Fractionem quidem, & cariem, cũ in osse soluitur continuitas: Vlcus autem ac uulnus, cum in carne hoc fit, appellantes. In ossibus autem capitis, plures etiam sunt nũcupationes: qualis. n. est in reliquis ossibus fractio, ruptio, vel ruptura uocatur. Quæ uero ab aliquo acuto occursante, atque abscindente fit, incisio atq; dissectio appellatur & sedes. Nomen autem teredonis apud græcos, quod cariem significat, uidetur quodammodo (ut apparet) e, litera superabundare: nam a trematε. i. foramine deriuatũ esse creditur, ueluti tredon quædam. i. foratio existens, quæ uidelicet ab acutis humoribus erodentib⁹ G fit. Sub aliud autem ab initio quidem cadit morbi genus, & ossis asperitas potius, quàm caries nuncupatur: maiori autem foramine facto, & quodam ueluti sinu apparente, caries dicitur. Et collisio quidem ex hoc genere existit, quæ magna ex parte in partibus fit carnulentis, nonnunquam uero, & in ossibus capitis, in pueris præsertim: nam in seipsum cedat oportet quicq d colliditur: hoc autem & molle esse expostulat, ac non perfecte durum; quare aut ex carnosis partibus, aut ex tenera ossiũ natura existet, quæ duri ac ualidi corporis extrinsecus occursantis violentum sustinet impetum. Cum igitur exterior superficies eius, quod ita patitur, corporis continuitatem seruauerit, multæ uero exiguæ diuisiones in profundo constiterint, collisio ac contusio uocatur hoc morbi genus: At, cum cauitas aliqua apparet, quam rei collisæ percussor impresserit, tunc illisio dicitur. Necessarium est igitur omnino ut sub ipso ictu, in se ipsum impellatur & cauum fiat id quod colliditur, alioqui. n. non collideretur: ut uero abeunte causa cauitatem retineat, non est necessarium: nam magna ex parte mollia omnia ad naturæ suæ locum regrediuntur, ubi percussor discesserit. Si uero non solum introcesserit capitis os, uerũ ẽt ruptio aliqua in superficie exteriore fuerit adiũcta, tũc est morbus compositus: neq; ei nomen aliquod inditum ab antiquis authoribus habemus: sed potius est oratione explicanda, quàm nominibus extremè barbaris, quibus pleriq; iuuenes medici uti consueuerunt. Continuitatis uero solutio existit & ruptio & † conuulsio, altera carnosis partibus, altera neruosis, adueniens. Horum uero generationis est causa, repentinus quidam ac inæqualis, uehemensque motus, ac tum pręcipue cũ neq; perfricata, neq; calefacta, neq; ad æqualitatem ducta aut molliciem, corpora motibus exponuntur. Diuelluntur. n. in huiusmodi affectibus plurimæ eorum partes. Atq; ut summatim dicã omnium huiusce generis ægritudinum causæ, nonnullæ quidem extrinsecus adueniunt, nõnullæ autem ex ipso corpore ortum habent. Atque extrinsecæ quidem sunt ea omnia, quæ uulnerare, ac collidere apta sunt: Ex ipso autem corpore causæ sunt inmodici quidam, ac sine ordine motus animalis, & nonnulla humorum uitia, quæ corrodendi uim habent. Tales quidem sunt causæ morbi omnibus partibus communis, primis. s. atque simplicibus, quæ similares appellantur, atque ijs, quæ ex illis componuntur, quæ & instrumenta, & instrumentariæ dicuntur. Compositorum uero morborum causas non est admodum inuenire difficile, cum ex his quas commemorauimus componantur. Quare si quis hoc desiderio tenetur, potest sibi hanc parare facultatem. Nunc autem est tempus ut huic sermoni finem faciamus, ac de symptomatum differẽtia deinceps differamus. H A. ibidem f

GALENI

GALENI DE SYMPTOMATVM DIFFERENTIIS LIBER VNVS

B

Thoma Linacro Anglo interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Ad quæ capita differentiæ omnes symptomatum reducendæ sint.

Quid sanitas, quid morbus, affectus, pathos, causa per se, & per accidens, & symptoma. CAP. I.

Vinam, & quot numero morbi in uniuersum sint, tã simplices, quàm compositi, generatim, membratimq; diuidentibus, quot itẽ cuiusque generationis sint cãæ, alijs commentarijs prodidimus. Reliquum est de symptomatis disserere, quò de affectibus oĩbus, qui pręter naturã sunt, oĩs nobis absoluatur disceptatio. Oĩs igitur corporis affectus, q̃ à naturali statu recessit, uel morbus est, uel morbi cã, uel morbi symptoma, quod ẽt epigennema quibusdam medicis nominare in usu ẽ: uerum non admodum id uocabulum græcis usurpatum est, sed symptoma, & pathema, & pathos omnia id gen⁹ nominare solẽt. Sanè nõ idem omnino significatur per iã dicta noĩa, sed sicuti ipse distinguã, de omnibus deinceps, quæ propinqua inter se sunt, ad hunc modũ differens. Ergo dictũ est morbum esse corporis statum quendam præter naturam, à quo functio læditur primum. cõstat aũt, & si eum esse affectum quendam præter naturam dixerimus, a quo actio læditur, idẽ dicturos: si quidem omne quod est, siue id sanum sit, siue ægrum, siue neutrum, quodammodo afficitur. A διακεῖσθαι uero. i. affici, διάθεσις. i. affectus nomen quodammodo est ortum, atq; in hunc usum nõ ab antiquis modo philosophis, sed etiam aliis græcis tractum. Et affectus quidem tum eorum, q̃ sani, tum qui ægri sunt, tum neutro modo se habentium omnium, est commune: etenim & cantus, & harmoniæ, & orationis, & dictionis affectio quædam esse vr̃: morbus autem sanitati contrariũ. Dissidet autem ab utrisque (ueluti Plato ipse definiens prodidit) q̃ græce pathos, & pathema dicitur, latine passionem appelles: quicquid. n. patitur quis, pathos siue passio est appellãdũ. Eoq; arbitror sensuum quoq; alterationes, pathemata siue passiones appellauit; In uisu quidem eas, q̃ ab albo, nigro, flauo, & cæteris coloribus fiunt: in tactu, quæ à calido, frigido, humido, sicco, molli, duro, cæterisq; id genus; ad eũdem modum & in singulis reliquorum sensuum. Nominat ãt is & uoluptatem passionem, omnemq; in summa motum, quicunq; ab altero fiat in alterum: quippe agentis motus actio est: eius verò quod ab eo est quoddammodo affectum, passio: in summaq;, ipsum affici, idem quodammodo quod pati est. Differtq; passio ab affectu affectioneve, motu. quippe cessante eo quod alterabat, alteratio quę in passo iam remanet, affectus eius est: ita. s. ut in ipso uerti, & mutari, & alterari, & moueri, passio generationem habeat: in eo uero quod manet, & in subiecto corpore reseruatur, affectus constat. Iam ipsum quoq; permanẽtem affectum græci passionẽ nominant, ueluti etiam quod iam fecit, nec etiamnum facit, cãm. Quãquã neq; hoc absoluto sermone cã est, nec affectus qui manet, absoluto sermone passio: sed exacte loquenti, affectus passio est iam facta, non ãt quæ adhuc fit. Quòd autem græci sic nominare consueuere, in libro De medicis nominibus à nobis est monstratum. cuius memores, id agam⁹, ut (quod a nobis semper est dictum) de nominibus, q̃ primum inter nos conueniat, ad res autẽ ipsas properemus, in ijsq; moremur. Verum pleriq; eorum qui sibi doctrinam vindicant, contra

C

A.1.3.f.1.d.1. c.1.28.d.

D

faciunt:litigando.n.de nominibus totam uitam conterunt.quare ad finem artis attingere nunquam possunt.Quidnam igitur est agendum ei,qui ueritatis est studiosus?Nempe res ipsas, quę inter se natura sunt similes,eoq; minus aduertuntur,ostendere:dein nomina ijs imponere, potissimũ quidem si potis est,q̃ maxime sint in usu:sin hæc non nouit, apta fingere : ante oĩa uero singulis rebus singula nomina,ne qua in sermone,uel obscuritas ex homonymia nascatur,inde que sophismata oriantur,uel res ulla omittatur:Illud uero recte ne,an nõ recte,& proprie,an im proprie,nomen sit positum,per longius ocium ęstimare,cum res ipsas iam intellexerimus: qppe in harum cognitione successus operis consistit,non in nominibus.Ac nos quidẽ, sicuti dixi, tum consueta uulgo nomina rebus imponimus,tum res,quæ inter se sunt uicinæ,distinguimus: cæteris nominare quidẽ sicuti libet permittimus,rem aliquam indefinitã relinquere nõ permit timus.In his nanq; ipsis quæ proposita nunc sunt, qm̃ id quod in ipsa corporis conuersione, & mutatione & qualicunq; alteratione consistit,diuersum est ab eo,qđ iam factum est & subsistit: eius autem quod factum est,aliud naturalem actionem efficit,aliud eam lædit: quod in ipso(ut sic loquar)fieri essentiam habet,actionem passionemve nominauimus: quod in permanẽtia ad aliquod tempus,sanitatem morbumve.Passionem uerò ab actione discreuimus,tanquam quod fit ab eo,quod facit:sicuti morbum a sanitate,ueluti id quod præter naturam est, ab eo quod se- F cundum naturam.Rursus igitur integris horum orationibus positis, deinceps q̃ reliqua sunt ꝓsequamur.Sanitas est secundum naturam affectio,functionis effectrix . Nec interest,sicuti diximus,an affectum cõstitutionemve,q̃ actionem efficiat,dicas,an actionis cãm: Simili modo nec si illud secundum naturam auferes,quicquam referet;adsignificatur.n.in reliqua oratione.Ita sanè & morbus,constitutio corporis est extra naturam,vitiatę actionis cã:uel breuius ad hũc mo dum,morbus est affectus præter naturam qui actionem impedit:passio,motus in materia qui fit ab agente:ipse uerò agentis motus actio:quod autem ex sua natura ei,quod fit partem aliquam generationis confert,cã ipsius dicitur.Porrò huius multa sunt genera,nã & materia,& utilitas, & scopus,& instrumentum,& unde motus initium:singula.n.horum,ei quod fit,perfectionis aliquid conferunt:quæ uerò nihil conferunt,sed tñ ab ijs,quæ cõferunt seiungi non possunt,hęc eius,quod sine quo non,rõnem obtinent.Sanè hæc cum ita se habeant,fieri subinde põt,ut cau sarum,quæ se deinceps excipiant,series quædam existat:nõ aliter q̃ si calculis aliquot deinceps positis,primum eorum moueat quis,ac primus secundum,& ille tertium, atq; deinceps vnusq̃ que eum qui sibi succedat.In talib⁹ autem omnibus nisi quis id,quod per se facit,ab eo quod ex accidenti facere dicitur,distinguat,plurimi absurdissimique errores in disputatione contingẽt. G Significat autem per se,idem quod primum , tametsi atticizantium quidam non ita particulam usurpent:Ex accidenti verò,idem quod secundo loco. Igitur qui primo calculo digitum admo uet,primum quidem hunc mouet:ex accidenti uero ac secundo loco eum qui illi succedit, atq; ad eum iam modum reliquos omnes.Pari modo primus quoq; secundum quidem mouet per se ex accidenti uero tertium,& qui reliqui ab hoc habentur . Iam secundus ipse pro eadem rõne , primo,siue per se,mouet tertium;secũdo loco quartũ & quintum,& si qui sunt deinceps . Quòd si diligentius adhuc distinguere libet(quippe ad exquisitiorem rei notitiam sic præstat)quisque calculus eum,qui sibi deinceps habetur,primum mouet,secundo eum qui post hũc ,& tertio ad huc eum qui post illum,& quarto eum,qui huic est deinceps .His ita se habentibus ac definitis, quoniam morbus affectus quidam est præter naturam,qui actioni incommodet·morbum ãt ipsum præcedere potest affectus alter,qui etiam præter naturam sit, non tamen sua ipsius ratione actionem labesfactet,sed morbi interuentu:talem affectum non morbum,sed causam quæ morbum præcedat,appellabimus. Quo in loco diligenter animum ad eos aduertamus oportet, qui illum quoq; affectum lædendæ actionis causam dicunt:Non.n.per se aut primum,sed ex accidẽti & secundo,impediri offendique per eum actionem dicemus : à morbo uerò ipso primum , & secundum ipsius substantiæ rationem.Itaq; cum dicitur,morbus est corporis affectus,qui actionem impediat,ijs, qui statim subaudiunt,quòd primum & ex se ipso id facit,sufficiens est defini H tio;si qui uerò uel minus dextere,uel contentiosius inaudiunt , ijs adiiciendum in oratione est, primum,quo talis sit finitio:morbus est affectus corporis,actionem aliquam impediens primũ. Quotquot igitur affectus hunc præcedunt,ij morbi non sunt. Quòd si ulli alij cum his affect⁹ in cidunt,qui ipsos ueluti umbræ sequantur;nec hos morbos uocabimus,sed symptomata. Ita nõ statim quicquid est in corpore præter naturam,morbum uocabimus:sed id quod primum actio nem uitiat,morbum:quod hunc præcedit,morbi causam, nondum autem morbum . Quòd si⁹ quis alius affectus in corpore morbum sequitur,is symptoma duntaxat dicetur .Quin etiam actionis ipsius læsio, symptoma animalis est : quicquid nanque animali præter naturam accidit, symptoma est.Ac nominum quidem usus apud Græcos ita se habet:quæ tamen mutare , dummodo res ipsæ (sicut prædictum est) maneant immotæ , ei qui uolet,licebit:uerbi gratia, si cui non placet symptoma uocasse,sed epigennema,quasi superueniens, uel supergenitum:symptoma enim esse,quicquid præter naturam animali accidit:epigennema uero non omne, sed quod solos morbos necessario sequitur. Verum nos(sicuti dixi)omnem alterationem quæ adhuc fiat, passionem A.l.r.f 1.d.1 c.1.a6.d

A passionē:omnia uerò quæ in corpore præter naturam subsistunt, nominauimus symptomata. Accidetq; aliquoties eandem rem & passionem & symptoma nominari,quod scilicet utriusque significatū(quanquam secundum aliam atq; aliam rationem) illi insit. Verbi gratia, ipsum tremere,pati est,propterea φ tū alterari,tum moueri particulā aliter, quàm pro suæ & naturalis actionis ratione,cōtingit:præterea tremor,passio est, propterea φ talis motus alteratio est. Idem etiā tremor symptoma est,propterea φ motus est præter naturam. Quòd si alteratio solū esset, qualis in uidendo, audiēdo, odorādo, gustando, tāgēdoq; intelligitur;passio tantū nominaretur, non etiam symptoma:symptomatis enim id proprium est,ut sit pter naturā. Quo fit, ut in dñjs omnibus,quæ à naturali statu immutantur,consistat:siquidem in figuris naturalibus, & coloribus,& magnitudinibus,& actionibus,& passionibus,ubi corrūpunt,existit.Estq; hęc eius maxime propria finitio,mutatio à naturali statu.Quid igit?nū & morbus mutatio naturalis est status?an non absolute mutatio,sed mutatio quędā:symptoma uero absolute mutatio est?Quippe naturali in affectibus statu mutato,actionemq; lædēte,morbus existit:duoq, hæc quo morbus sit oīno exigūtur,ut in genere sit affectus,& functionem lædat: quorū neutrū symptomati necessario adest:quippe,qđ,licet neq; affectus sit,nec actionem aliquam lædat,tamen eo solo, qđ B pter naturā sit,abūde definietur.Atq; à morbo quidem ea ratione differt:a passione uero,φ hęc oīno fit in motu,interim,uerò & secundum naturam:Symptoma non solum in motu,sed etiam in habitu quodam,omnino autem præter naturam. Erit igitur passio, alteratio motusve circa materiam,adhuc(ut sic loquar)fiens: Affectus uerò post manens: symptoma, omne quod animali præter naturam,incidit.Qua ratione morbus quoq; sub generali symptomatis appellatione veniet:est enim is quoque ad quendam modum symptoma. Quin etiam præcedentes morbum in corpore animalis causæ,sub generali symptomatis notione cadunt.

Trifariam esse Symptomata:ac quæ proprie ita appellentur. CAP. 2.

A.t.1.primæ part.cau.569 col.4.g

AC de ijs quidē iam dictū est:De proprie uerò dictis symptomatis, in hoc opere disputare paramus.Est porrò horū triplex differentia.Alia nanque ipsius corporis nostri sunt affectus: Alia functionum offensæ: Alia hæc ambo comitantia,idque tum sit moderata non sint mēsura quæ excernuntur & retinentur:tum in ijs qui in ipso animali æduntur sonitibus; tum etiā in reliquis quæ sensibiles sunt differentijs omnibus.Sub læsionis autē siue offensæ nomine,nūc priuatio quoque mihi audiatur.non enim difficultas modo motus,quam Græci dyscinesiā uo C cant,& difficultas sensus,quam dysæsthesian appellant,uitia quædam actionum sunt,sed etiam immobilitas & insensibilitas.ad eundem modum nō dyspepsia idest mala concoctio solū, sed etiā apepsia idest cruditas.Atque hæc quidem genera symptomatum sunt, in quibus æstimādę sunt membratim differentię:quarum singulas prosequi sermone deinceps cōueniet: illo primū admonito,qđ in libro De morborum differentijs diximus,nempe qui sanitatem nō esse affectū corporis,vñ actio proficiscatur,sed ipsas actiones putarunt,hos utiq; quam nos nunc doctrinā in symptomatis de actionū læsione tradimus,in morborum esse doctrina traditturos.Constatq; à nobis,si modo nihil in ipsis rebus errabunt, de solis nominibus esse dissensuros.oriuntur autē (vt sæpe dictū est)huiuscemodi doctrinarum errores ex omittenda quapiam differentia. Itaque si differentias oēs percensentes,non esse eas symptomatum sed morborū dicant,in nomine tātū,non re,à nobis dissentient.Ergo dicendæ differentię nobis iam sunt,disputatione ad principiū reuocata: quoniā symptoma generatim quidē appellatur quicquid animali præter naturā contingit,ita ut tū morbi ipsi,tum morborum causæ,quæ scilicet intra corpus subsistunt,non quę extra habentur,symptomata sint: Altera uerò significatione ac ueluti magis propria, detractis tum morbis,tum eorum causis,reliqua omnia quę præter naturam sunt,symptomata nominan D tur.De quibus nunc agere nobis est propositum.

De Symptomatis actionis animalis. CAP. 3.

ERgo repetita iam eorū triplici natura, deinceps omnia diuidemus, ab actionum læsione auspicati. Hæc ergo diuidenda est primū in duo genera, propterea nimirum quòd actionum ipsarū duæ sunt primæ differētiæ,alteræ animæ,alterę naturæ.itaque etiam appellantur,illæ quidem animales,hæ naturales.Rursus igit animales primum diuidētes, in sensibiles, motiuas, & tertias hegemonicas,id est rectrices(neque enim incōmodū est ita clarioris doctrinæ causa eas

A.l.1.C1.d.1 c.5.27.c

nominasse)iterū earum quanque in suas differentias diducamus. Sensibilis igitur animæ functio,quinq; in totum habet differentias,uisiuas,olfactorias,gustatorias,auditorias, & tactorias. Motiua uerò actio,continuatum sibi instrumentum unum habet, motionisque eius rationem vnā(demōstratum enim,id est in libris de musculorum motu) variatur autem in particularibus instrumentis,ita ut uarias habere species uideatur.Reliqua animalis actio,quæ à rectrice parte procedit,in imaginatricem,ratiocinatricem,& recordatricem diducitur.Ergo etiam noxæ omniū sentiendi actionum,communes quidem insensibilitas, & disæsthesia id est sensus uitiosus sunt:uoco autē nunc sensum uitiosum omnem, qui perperam obitus est, sensum; In parte uerò

A ibid.

quæ in quoque sunt sensu, In oculis quidem cæcitates, & uisus obscuritates, & deprauationes

quaſdam: In auribus ſurditates,& auditus grauitates,& obauditiones quędam: Simili modo in lingua, naſo,& tactu, tametſi propria nomina ſortita non ſunt, tamen reſpondentia prædictis ad proportionē habentur: quando uel prorſus non ſentiunt propria ſenſibilia, uel cum uitio ſentiunt: eritq; illud (cum uitio) duplex, alterum diminute, alterum deprauate. Porrò tactus egregiſi pręter cæteros ſenſus in actione ſua ſymptoma, poſſidet dolorem: qui etiam reliquis ſenſibus, ſed tamen ab externis proprijs ſenſibilibus incidit: Huic uerò nō ſolū ab externis, ſed etiā multo magis ab affectibus, q. intra corpus conſiſtunt: iſque ſubinde tam uehemens, ut non nulli cruciatu uicti, ſibi ipſis mortē conſciſcant. Ac ſentiunt quidem & oculi ex lucis ſplendore dolorem quendam: & aures ex magno quopiam & aſpero ſono: hic in guſtū quoque & odoratu alij tales incidunt dolores, à proprio ſcilicet ſenſibili unoquoq; ſenſu male affecto: Maximi uerò dolores tactus ſenſui contingunt. Quippe, qui ex aurium phlegmone aliove affectu uehementer nos angunt, ij proprij auditus dolores non ſunt, ſed tactus: eſt enim is ſenſus omniū ſenſoriorū communis reliqui quatuor ſui quiſque ſolius. Ad eundem modum in oculis non raro dolores immodici urgent, tangendi ſcilicet in his ſenſu cōtriſtato; non minus etiam in dentibus & craſſo inteſtino. Iam pruritus quoque ex hoc genere ſymptomatum eſt. Non eſt igitur quòd per qd que membrum proprium nomen quæras, qualia ſunt cephalalgia, id eſt capitis dolor, & cardialgia id eſt cordis dolor, & otalgia, id eſt auriū dolor: non enim inueniens poſitum: ſed oratione omnia talia explicaſſe contentus eris, veſicæ & renum & lienis dolores, item genum & pedis cæterorumque, ad ſimilem modum dolores appellans. Ac talia quidem & tot numero ſenſibilium actionum ſunt ſymptomata. Ad hæc etiam duo egregia, ſopor & peruigilium circa primum ſenſorium, quod omnium ſenſuum eſt commune, cōſiſtūt. At motiuarum actionum prima ſymptomata ſunt immobilitas,& uitioſa mobilitas. Huius autem alius diminutus infirmusque motus eſt, alius prauus: Praui autem, alius tremulus, alius conuulſiuus, alius palpitans, alius uibrans. Horū ſymptomatum aliqua ubi in toto corpore conſtiterunt, diuerſam appellationem ſunt ſortita, ueluti emproſthotonus,& opiſthotonus,& tetanus. Quòd ſi totius corporis non ſolum conuulſio ſit, ſed etiā rectricis partis actionum cohibitio, epilepſia dicitur: ſicut apoplexia cum eſt totius corporis reſolutio, unà cū rectricis partis functionibus cohibitis: Atque hæ quidem motiuarū actionum ſunt læſiones: quarum ſi quæ proprium præter cætera nomen non habent, non eſt quòd quiſquā eius occaſione deceptus, aliquod ſymptoma præteritum à nobis putet, ueluti nec uel apnœan,& diſpnœan, uel iſchuriā & dyſurian, uel aphonian & dyſphonian. Sed ipſi medico omnia talia in quaq; animali actione ſunt exploranda: Non minus etiam cuiuſque eorū differentiæ: Verbi gratia, cum dyſpnœa unum ſit animalis operis nempe reſpirationis ſymptoma, quot ſint in uniuerſum eius differentiæ (quemadmodū in libris de dyſpnœa eſt indicatū.) aut cacophoniæ, quot itē membratim habeantur differentiæ, ueluti in ijs q̃ de uoce ſcripſimus eſt traditum. Sane non raro dubitauerit quiſpiam, cuius generis ſymptoma ſit? ueluti de pandiculatione,& oſcitatione, ſternutationeque,& tuſſi accidit. Verùm de eiuſmodi omnibus proximo libro, q. de ſymptomatum cauſis aget, differetur. Proximum eſt, ut rectricis actionis offenſas narremus, ac primum imaginatricis. Eſt igitur huius quoque alia ueluti paralyſis ſiue reſolutio quædā, quam Græci caron & catalepſin nominant: alia ueluti prauus quiddā errāſq; motus, quod utiq; paraphroſynē ſeu delirium uocant: alia ueluti deficiens & imbecillus, qualis in comatis & lethargis cernitur. Quin etiam ratiocinatricis functionis quæ ueluti paralyſis eſt, anoea ſiue amentia dicitur: quæ ueluti deficiens motio eſt, moria & moroſis ſiue fatuitas: quæ veluti errans eſt, delirium appellatur: plerunque enim in utriſque ſimul delirium cōſiſtit, tum parum probè imaginando, tum parum apte ratiocinando; eſt autem aliquando in altero dūtaxat: quod genus Theophilo medico ægrotāti cōtigit, cui reliqua quidem prudentia ſupererat & diſputandi & præſentes exacte noſcendi, cæterum tibicines quoſdam angulum domus ubi decūbebat occupaſſe, aſſidueque ſonare tum pulſare putabat: atque hos ſe intueri rebatur, partim illic ſtantes, partim ſedētes, adeoque ſine intermiſſione ſonantes, ut neque noctu, neque die uſquā uel minimum tempus quieſcerent: exclamare igitur non ceſſabat, ac iubere ut domo eij cerētur. Atque hæc illi erat delirij ratio. Idem, poſtquam planè conualuit à morboq; euaſit, tum reliqua omnia quæ ingredientium quiſque dixiſſet feciſſetve narrabat, tum imaginationis de tibicinum tædio meminerat. Quibuſdam uerò nulla aliena imaginatio uiſit, ſed perperam ratiocinātur, ratiocinatrice animæ parte ijs affecta: Veluti phrenitico cōtingit qui fores ſibi intrinſecus occluſit, ac ſingula uaſa per feneſtrā promens, accedentes rogabat, num proijcere iuberent. Hic enim ſingula uaſa rectiſſime nominabat: in quo ſe manifeſte declarabat, nec in imaginatione circa ea læſum eſſe, nec in nominum memoria. Quid igitur ſibi vult, quòd ab alto omnia, proiecit ac perfregit? hoc ſcilicet intelligere non poterat, ſed opere ipſo delirare ſe declarabat. Qd autem & circa memoratricem animæ partem ſymptomata eueniant, non ægrotantibus modo ſed ijs etiam qui ægrotare deſierūt, id didiciſſe de Thucydide licet: qui nō nullos, qui a magna illa Athenis peſte cōualuiſſent, eatenus omnium quæ præceſsiſſent oblitos prodit, ut non ſolum propinquos, ſed etiam ſe ipſos ignorarent.

Galenus primo Perrhet. 27. hoc facit ſymptoma audituria facultatis.

De

A *De symptomatis functionis naturalis.* CAP. 4.

A.c.2. primae par. can. 569. col. 4. g

QVoniā autem quæ rectrici animæ parti symptomata incidunt, dicta iam sunt, tempestiuū est ut ad alterum actionum genus, quas naturales vocant, transeamus. Fuerint igitur & in harum singulis, uel non obitis, uel male obitis, symptomata. In appetitu quidem, tum inappetētia, tum difficilis appetentia, tum immodica sibi appetentia. In concoctione, cruditas, & concoquēdi tarditas, & eiusdē operis prauitas. Pari modo in digestione, & sanguinis generatione, uel nō peracta, uel nō rite peracta, symptomata incidunt: Cuius generis symptomatum, & hydropū uitia sunt. Iam in nutriendi actione atrophiæ quædam & tabes, frustrationes eius sunt. Leucæ uerò, & ophiasis, & alopecia, & quicquid eiusmodi symptomatū genus habetur, à uitiosa nutritione prouenit. At asphyxiæ id est pulsuū priuationes, & cacosphyxiæ id est pulsus uitiosi, circa pulsuū actionē sunt symptomata. In excrementorum quoque separatione, uel omnino non peracta, uel nō rite peracta, symptomata fiūt, aliqua nomine proprio uacantia, ueluti quæ circa nigrā bilem eueniunt: alia uulgo nominata, ueluti icteros, siue regius morbus. Methodus uerò hic quoq; omnium inuentionis est, naturalium facultatū cognitio. Eas in libris quos de ijs prodidimus, quatuor esse in quaq; corporis particula indicauimus. Attractricem, Retentricem, Alteratricē, & Excretricem. Erit igitur in harum unaquaque duplex symptoma: alterum non rite obitæ actionis, alterū prorsus non obitæ. Quare in quoque naturali instrumento, octo incident in uniuersum symptomata. Ergo si cui ex dissectionibus exploratus est particularū animalis numerus, hic breui immo uerò facile ex sese omnem symptomatū multitudinem inueniet. Quippe q̄ naturæ tantum sunt instrumenta, octo solum symptomatis laborabunt: quæ uerò sunt animæ, tū istis, tum his amplius alijs duobus. Monstratum enim paulò supra est, cuiusque animaliū actionum duplex esse symptomatum genus, uel prorsus nō peractarum, uel parum rite actarū. Dictum præterea est hoc, non rite, duplex esse, aliud ueluti ex defectu proueniens, aliud (ut sic dicā) ex uitio siue errore. Ita utique ut si non duo tantum in quaque actione & facultate symptomata esse dicas, sed tria, alterum scilicet priorum duorum in duo secans, duodecim quidē in quoq; naturali instrumento symptomata inuenienda sunt: quindecim uero in ijs, q̄ animæ subseruiunt. Porrò prior diuisio, quæ in duas facta est differentias, octo quidem naturalium, decem animaliū actionum efficit. Si quod uerò instrumentum duplici ratione animale sit, ut tum sensus simul particeps sit, tū motiuum; huic ex secunda diuisione decem & octo symptomata incident; ex priore duodecim. Monstrato igitur quod dicimus in una alterave particula; qđ nos in ijs, hoc ipsum in oībus facere cēsemus eū, q̄ numerare symptomata studebit; minime quidē nominibus attentū (neque enim ubiq; usitatas appellationes inuenier) sed ipsam rerum naturam spectantē. Est igitur uentriculus concoctionis instrumentum, quod trahit in se, uti ostendimus, conueniens nutrimentū: excernit autem quicquid est alienum: præterea qđ attraxit, id retinet: & qđ retinet, alterat. Cum igitur uel omnino nō trahere, uel uitiose trahere illi cōtingit; duo mihi symptomata circa tractricē potētiam intellige. Scindeq; alterum rursum in duo, nēpe (quod vitiose) oratione saltē quatenus utiq; licet (tametsi nominibus clare nō possis, q̄ scilicet his nullum impositum nomen est) interpretari conatus. Verbi gratia, q̄ etiam illud (non rite) aliud ueluti imbecillū est, aliud ueluti uitiosum: imbecillum quidem, quod uix & ægre & longo tempore fit: uitiosum, quod ueluti palpitando, tremendo, uel conuellendo, uel uibrando agitur. In alteratrice uerò uētriculi facultate, aliud est ubi omnino alteratio non fit: cum scilicet quales assumpti cibi sunt, tales in oī qualitate manent; aliud ubi imbecilliter; quod proprium nomen græce bradypepsian habet: aliud ubi uitiosa est alteratio; cum in alienam qualitatem cibi mutātur. Quare tria in totum symptomata circa vnam actionem frustratam habentur. Vocatur autem ipsa actio, concoctio: ea est ciborum in conuenientem animali qualitatem alteratio: Bradipepsia verò siue cōcoctionis tarditas, mutatio in eā qualitatem est, sed ægre & spatio longiore; Alterationem autem in alteram qualitatem, non tamen in eam, quæ secūdum naturam est, apepsiā nominant: Priuatio quoq; eius actionis æquiuoce cum ea nominatur: quanquam utiq; clarius fuerat, hanc solā apepsiā nominasse: illam uerò uitiose factam, dyspepsian: sicut inbecillam alterationē, bradypepsian. Cæterum ut Plato testatus est, ueteres cum plurimas rerū ignorarent, alias omnino nō nominarūt, alias non recte. Non est igitur quòd nomina nobis imponant, sed inspicienda nobis est ipsa rerū substantia. Quod si fiet, inueniemus retētricis quoque facultatis actionem secundum naturam se habere, cum tempus complectendi cibi cum tempore concoquendi exæquat, ac cibos undique prorsus constringit: priuationem omnimodam eius actionis, cum prorsus non cōplectitur: accidit autem id in lienterijs, siue in intestinorū læuitate: imbecillitatē verò, cū uel non probe vndiq; amplectitur, uel non usque ad consummatam cōcoctionem; uel cū ambo hæc simul incidunt. Cum enim retentricis & complectentis facultatis agēdi probitas in his duobus consistat, ut tū nullum locum relinqueret inter uētrem & cibos uacuū, tum cōplectēdi tēpus cum concoquendi tempore exæquaret: uel altero tantū nō probè actionē obibit; vel utroq;: symptomataq; consequentur, imbecillo quidem complexui, fluctuationes cū sonitu,

(Margin letters B, C, D beside the text.)

quas Greci clydonas uocant,& flatulentiæ:iniusto autem complectendi t̄pi,excretio celeris & E
ciborum in inferiore uentre corruptela.Hoc loco illud aduertendum censeo, ꝙ alteri sympto-
mati alterum nonnunquam succedit.quippe imbecillum complexum,mō clydones excipiunt,
mō flatulentiæ:iniustum uerò complectendi tempus,omnino diminuta cōcoctio:deinceps ve-
rò uel celer ciborum exitus,uel eorum in uentre corruptela. Ac celeris quidem exitus insepara
bilia symptomata sunt deiectionis humiditas,& digestio in corpus diminuta:Corruptelæ aūt,
in alui quidē deiectionibus graueolentia necessario;nō necessario āt mordicationes.aut infla-
tiones:sed interim neutrum eorum,interim alterum,interim utrunq;.Cur āt tum in istis,tum ī
ijs,q̄ prius sunt dicta,quædam necessario sequanť, quædam nō necessario,proximo libro ī quo
de symptomatum causis agemus,docebitur.In p̄ntia uerò ad reliquam retētricis facultatis sym
ptomatum d̄riam est transeundum.Cum igitur circū cibos uenter se constringit,cæterum cum
palpitatione quadā,uel tanq̄ conuulsione & tremore & vibratu; eiusmodi constrictionis op⁹ ui
tiosum fuerit.Ac palpitationē quidē uentris clare sentimus,itēq; conuulsionem(singultū.n.hoc
symptoma nomināt)noxam uerò eius,q̄ uelut tremor sit,nō clare.Cæterū si ijs,quæ dicem⁹ ani
mo eris attentus,id quoq; non magno negotio deprehendes.Ergo ubi a comedendo,nec clydō
aliq̄s,siue fluctuatio cū sonitu te infestat,nec inflatio,nec palpitatio ulla,nec singultus, sed diffi F
cultas aliàs insueta in uētre sentitur,& ueluti grauatur is,ac laborat,†ac magis desiderar graui-
tatē infra deponi,quā sursum ferri:accedit p̄terea ructus quispiā, tū displicētia quædam aliena
†nec facilè interpretabilis in anhelitu adsequiť:existimabis uentriculum circa cibos constringi
q̄dem,cæterum id ueluti cum tremore fieri.At,q̄ ueluti uibrans motus est,in concutientibus ri
goribus maxime est conspicuus,oēs animalis particulas occupans. Ac de his quidē fusius in li-
bris q̄ hunc sequuntur agemus.In p̄ns ad quartam uentris facultatem excretricem,propultricē
que ueniendum·Cuius qđ quidē ueluti priuatio est,in ilei quibusdā gēneribus cernitur; imbe-
cillitas uerò subinde in tardis excrementorū deiectionibus incidit:q̄ āt eius ueluti uitiosus mo
tus est,tū incidit,cum uel prius quā absoluta concoctio est,ad actionē proruit: uel absoluta ea,
cessat ac tardat:uel unà cū aliquo iā dictorum symptomatum fit,aliterve quouis mō inæquali-
ter:uel tanq̄ impos sui uenter in cibos irruit,minime tēperato moderatove motu vtens,exēplo
corū qui in decliui currunt,nec sistere se ualēt Ac uentris quidem,ut instrumentū cōcoctionis
est,dicta symptomata sunt: ut āt tum nutriri postulat;tum quod nutriat,non solum trahit, sed
ēt eatenus retinet,quousq; alterauerit & superuacaneū excreuerit ; alium parem symptomatū
numerum ceu similare corpus sortietur.Fortasse igitur præstiterit oīa quæ circa nutritoriam a- G
ctionem symptomata incidunt p̄currere,& quæ uentris corpori,& quæ cæteris particulis omni
bus,insunt cōia;quippe clarior ita legentibus disputatio fiet,illustriusq; docebit quod paulo su
pra est dictum,symptoma symptomatis causam esse.Atrophian.n. cum unum symptoma sit,si-
ue ea in toto fiat animali,siue in una eius particula,multa præcedunt symptomata . Cum.n.qđ
probè nutriendum est,& trahere ad se conueniens nutrimentum debeat;& id,quoad tum alte-
rauerit, tū assimilauerit,retinere;præterea quod superuacuum est pellere,est āt id duplex gene
re,aut.n.quantitate superuacaneum est,aut qualitate: necesse omnino est particulam quæ atro
phia laborat,uel unius prædictorum alicuius occasione id pati,uel plurium. Nam siue diminu-
te trahat,quod nutriat;siue non trahat;siue perperam trahat;atrophia particulā consumet : siue
id quidē quod nutriet,& quantum,& quale esse oportet suppeditatur , cæterū symptoma aliqđ
in retentrice facultate incidet simile ijs,q̄ in uentre sunt dicta;atrophia tentabitur sic quoque.
Quòd si hæ facultates legitima fungant actione,excretrix āt uis erret,plus.s.q̄ opus est uacuās;
sic quoq; gracilis, nutrimentoq; parū frugens,particula reddetur. Iam alteratricis uirtutis sym-
ptoma,quod ueluti priuatio est(eam āt apepsian siue cruditatem uocari diximus)liquido patet
ꝙ particulam gracilem efficiet.Quod uero ei⁹ ueluti imbecillitas quædam est, quā bradypepsiā H
uocamus,spatio quidē longiore, sed tamen luculenter ipsum quoq; aliquando gracilitatem in-
ducet.Tertium uero symptoma,quod dyspepsiæ est simile,non gracilem*modo nutritionis de-
siderio,sed*ēt aliena specie particulam reddet, ueluti in uocatis leucis & elephantiasi cernitur.
Sanè aduertere hoc in loco animum,ac discernere conueniet,utrumne succo aliquo affluente,
an solidis ipsis ita affectis,mutatus color sit.Quippe si ex affluente est mutatus succo,alteri⁹ ge-
neris symptoma est,nec alteratricis facultatis error: si āt tota particula per totam, qualem esse
oporteat,talis non sit,alteratricis in eo uirtutis id uitium est.Fit.n.& in arquatis naturalis colo-
ris mutatio:sed ea,nisi alteratricis uenarum uirtutis uitium aliquando est, separatricis actionis
est symptoma. Vitiosus āt in singulis priuatim particulis color,si modo ex succo aliquo extrin-
secus affluente non proueniat,ex alteratricis & cōcoctricis uirtutis quam in se h̄nt,uitiosa fun-
ctione oritur.Ergo hanc atrophian,cum cacotrophia quædam.i.uitiosa nutritio dicēda potius
sit,à præsenti disputatione eximamus:Ad eā uerò quæ nutritionis omnino est priuatio reuersi
illud admoneamus,tum ipsam symptoma esse,tum symptomatis aliàs alijs,q̄vel in attractrice,
uel retentrice,uel segregatrice,uel alteratrice facultate incidūt,superuenire.Omnium uerò ho

rum

†Copus ita hūc locum uertit,cū ptiq; celeriter onus uel per infernas,uel per supnas partes abiicere, quem sensum ēt Leonicenus habet. Linacrus uidetur locoipsius θε...τον, legisse μᾶλλον.
†Al. δυσερμην.i. nec facile tolerabilis.

*Hæ duæ uoces non sunt ī græcis codicibus, nec in ullo alio interprete.

A rum ſymptomatum,morbi ſunt cāæ. Finge.n.diminute in aliquam particulam trahi alimētum, ideoq; eam non nutriri;omnino morbus aliquis diminutum hunc tractum præcedit.Siue.n.particula ipſa imbecillius ad ſe ipſam nutrimentum trahat,omnino ſanè intemperata exiſtit,morbus autem eſt intemperies;ſiue bene temperata quidē ſit particula,obſtructio āt aliqua in digeſtionis inſtrumentis digeſtionem impediat,obſtructio ipſa morbus eſt;digeſtionis impedimentum eius ſymptoma.Non ſolum autem ſingula ſymptomata percurrens, quæ.ſ.læſæ alicuius actionis culpa proueniunt,intelliges, ꝙ ea omnino morbus præcedit,ſed etiam id ex ipſa rerum eſſentia licet,citra inductionem colligas.Quippe ſanitatem actionis cauſam poſuimus; morbū autem læſionis quæ in actione eſt,cauſam:at uero ſymptomata , de quibus nunc propoſita nobis diſputatio eſt,actionum eſſe læſiones diximus.Quare ex his propoſitis cōſtat huius generis ſymptomatum morbos eſſe cauſas.

De ſymptomatis,quæ in affectibus corporis conſiſtunt. ·CAP. 5.

QVòd āt & duo,quæ reliqua ſunt genera,morbi præcedant,& cāæ rōnem reſpectu eorū obtineant,id quoq; paulo infra docebimus,ſed ubi totum de ipſis abſoluerimus ſermonem , auſpicati rurſus a ſymptomatis ijs,quæ in corporis conſiſtunt affectibus. Sunt ° porrò eorū primę differentiæ numero quatuor:alia.n.ſunt uiſibilia,alia odorabilia,alia guſtu apprehenſa,alia tangibilia.Ac uiſibilia quidem in coloribus,qui præter naturam ſunt,conſiſtunt, idq; uel totius corporis,uel alicuius,uel aliquarum eius partium.Ac totius quidem corporis,ueluti in arquatis ſe hēt, præterea in hepatitide, & ſplenitide uocatis morbis : ad hæc hydropum generibus quibuſdā: Vnius uero particulæ,quemadmodum tum in lingua ſola alienus color ſubinde aſpicit̄ , tum in particulis,quæ abſceſſuum uitio uel nigricant,uel liuent.Pari mō in carbunculis,& eryſipelate,& ſerpentibus ulcerum,& gangrænis,naturales colores immutantur.Sanè huius generis ſunt uitiligo,leucæ,elephantiaſis,aliaq; id genus:quippe hæc quoq; naturalem colorem mutāt. Iam in compluribus ſimul particulis uitiatum eſſe colorem in multis morbis uideas:idq; vel circa crura magis,uel circa faciem,uel circa totum ſupernum corpus,uel circa totum imum.Ac uiſibiles quidem differentiæ in ijs ſunt contēplandæ.Odorabiles uerò primum quidem in reſpiratu,ac diſſlatu : uoco autem quod circundantis nos aeris per fauces attrahitur & rurſus emittit̄ , reſpiratum:quod autem per totum corpus exhalat,diſſlatum ſiue perſpiratum.Ergo his quæ accidunt graueolentiæ,in hoc ſymptomatum conſtituentur genere:Poſt has uero in auribus,naribus,alis,& quæcunq; uitij cuiuſquam occaſione putreſcunt particulis.His amplius in ructu idē

C ſymptomatum genus licet inuenire,ipſo.ſ.uel fumoſam,uel acidam,uel uiroſam,uel piſcoſam, uel aliam quampiam eiuſmodi referente qualitatem.In guſtabilibus uerò qualitatibus laborantes ipſi ſymptomata conijciant:Quippe ſudorem defluentem in os aliquando guſtāt : præterea eius quæ circa linguam eſt,ſaliuæ mutatam qualitatem:æque utiq; ut ſanguinem,quib⁹ is quoque modo per os uacuatur,alii quidem notabiliter dulcem,alij ſalſum,alij amarum ſentiūt.Ad eundem modum & quæ ex pulmone reiiciuntur,& quæ ex uentriculo euomuntur,alijs hæc acida,alijs ſalſa,alijs amara,alijs dulcia,alijs auſtera,ſentiuntur.Porrò ſunt ex medicis nō pauci, qui ēt ſudores atq; aurium præterea ſordem guſtu explorandā cenſent: quippe ex hoc quoque aliquid coniectari.Iam tangibiles differentiæ,ubi naturæ modū exceſſerunt, in eiuſmodi ſymptomatis numerandæ non minus ſunt:ueluti cutis dura,& diſtenta,& præarida:ſimili modo ꝑhumida,uel rugoſa,uel alia quapiam differentia tali prædita.Ergo ex his ꝙ iam dicta ſunt,manifeſtum eſt,hoc quoq; ſymptomatum genus uniuerſum a morbis ortum habere.Quippe colorū, halituum,& ſaporum differentias omnes,ſolidorum ipſorum corporum temperamenta ſequi,ī naturalibus libris didicimus:Ad eundem modum & tangibiles, multo etiam magis quàm oēs , quæ ſunt prædictæ,propterea ꝙ cum actiuis qualitatibus congeneres eſſe dixi , utpote , quæ ad

D eiuſdem ſenſus iudicium referantur:Etenim mollities duritiesq; tactu iudicantur, haud aliter, ꝙ effectrices qualitates ipſis cognatę.Quare quicquid in ijs alienum à naturali eſt,id intēperiei acceptum fertur:æque ut quod naturale eſt,ex commoda temperie prouenit.At eſt omnis intēperies morbus: quare omnia id genus ſymptomata,a morbis ſunt oriunda.Quæ uero ex influēte quopiam humore cognata prædictis ſymptomata in particulis excitantur,alia obſtructiones uel compreſſiones ſequentia , alia trahentium & ſegregantium uirtutum functiones male obitas;neceſſe eſt hæc quoq; ueluti fontem ſuæ generationis morbos habere.Ac iecinoris quidem obſtructio,qui compoſiti & inſtrumentalis corporis eſt morbus,alieni coloris,ꝙ in arquatis viſitur eſt cā.Cuiuſque uero ſimilaris partis intemperies, quæ ipſa quoque eiuſmodi corporis morbus eſt,aliàs aliam eius facultatem impedit,uel eam quæ trahit,uel eam quæ excernit,uel aliam quampiam:quarum occaſione cum parum æqualiter riteque humores in corpore fluant,particulæ aliàs aliæ in colore,halitu,ſapore,omnibusque tangibilibus differentijs, alterantur. Quin etiam quodcunq; reliquum eſt ſymptomatum genus,ſiue id in uocibus ſit & ſonis,qui in animalibus exaudiūtur,ſiue in iis,quæ a corpore excernuntur,in eove detinentur; nihil non a morbis natum eſt,uel ab ipſis continentur,uel ſymptomate aliquo interueniente.In uocibus.n. morbi, qui in ore,faucibus,arteria aſpera,pulmone,& thorace ſunt,ſymptomata faciunt:clāgoribus.ſ.

A.t.1.primæ part.cau.569 col.4.h

quibuſ-

quibusdam tremulisque ac taucis edendis nocibus. In alijs uero quibusdam animalis particulis E
sonitus, & murmura, & trismi. i. stridores, aliaque eiusmodi, partim quidem ex instrumentorum
angustia, uel indebito motu; partim ex flatuosi spiritus abundantia; aliquando etiam ex horum
aliquibus, omnibusve simul coeuntibus cientut. De quibus plenius inter symptomatum cau-
sas agetur.

De symptomatis, quæ consistunt in excrementorum mutatione. CAP. 6.

QVæ uero uel a corpore excernuntur, uel in eo præter naturam detinentur, ea quoq; in pri- A.t.1.pr.par. can.570. col. 1.a.b
mas treis diducuntur differentias: utiq; aut totis substantijs, aut qualitatibus, aut quanti-
tatibus, a naturali statu egressa. Succedunt autem omnino morbis, uel continenter, uel alijs sym
ptomatis intercedentibus. Siquidem sanguinis profusio toto excretæ substantiæ genere præter
naturam est: ea uero uel uulnerato, uel perrupto, uel ore tenus recluso, uel eroso sanguinis uase
incidit. Porrò horum uulneratio, ruptio, & erosio, proprij similarium partium morbi sunt: reclu
sio, instrumentalium: quæ ipsa modo ex complectẽdi functione imbecilla, modo expultrice im
modice concitata, modo ambabus simul læsis, ortum habet. Simili modo fluxus muliebris, uel
proptet iam dictarum actionum symptomata fiet, uel ꝙ totus sanguis tenuis serosusque est red
ditus. Est vero & id symptoma, cuius etiam multiplex habetur ortus: Est nãq; uel sanguificæ uĩr F
tutis, uel eius quæ tenue & serosum separat, uel eius quę excernit, operis frustratio: incidere aũt
aliquando potest, & retentrice ipsa immodice opus suum urgente, & cute ipsa spissata, & renibꝰ
occlusis. Ad eundem modum & sudores immodice digeri, uel indebite retineri, aut propter cu
tis, aut propter aliquem dictarum uirtutum affectum, aut ipsam humorum naturam, necessario
continget. Sanè constat, ꝙ in omni huiusmodi sermone, disiunctiuis coniunctiouibus utimur.
omnino. n. cuique dictorum symptomatum, una quæpiam est causę ratio: nihil tamen prohibet
duas, & tres, & simul omnes una concurrere. Non latet autem nec ꝙ dysuria, & ischuria, & stran
guria, & quem hydropen in uas urinale, alij diabeten, aliqui diarrhęan in urinam uocãt, ex hoc
genere symptomatum sint. Iam ꝙ eorum, quæ præter naturam excernuntur, & colores, & odo
res, morbos necessario sequantur, nihil opus est ostendamus: si modo nullum talium sine intem
perie prouenit. Patet autem & quod propositum à nobis est, clare esse demonstratum, omnem
symptomatum naturam morbos præcedere: fierique nonnunquam symptomatũ, quę deinceps
sibi succedant, ueluti seriem quandam: A morbo quidem ipso primum, ab hoc uerò secundum,
dein rursus post hoc tertium, ac ab isto deinde quartum. Verum hic attendendum diligẽter est,
ut accurate distinguantur ab operibus animalis symptomata: sæpe. n. ita similia inter se sunt, ut G
& symptoma putetur opus, & opus symptoma. Ac nisi quis in hoc sano sit iudicio, ex ijs, in qui-
bus ipse fallitur, nostram disputationem calumniabitur. Quippe si naturalium excretionum (sic
autem uocant eas, quæ sanis accidunt) uel quantitatem, uel qualitatem, uel genus ipsum substã
tiæ, pro scopo sibi proponat, deinde huc intuens, symptomata iudicet, subinde falletur. Quippe
sudor aliquando multo amplior, q̃ pro naturæ modo, uel alui deiectio, uel urina, ægrotantibus
incidit, non solum nulla actione læsa, sed etiam cum uirtutis robore, & prouidentia de animalis
salute. Aliqua. n. quamuis etiam toto genere præter naturam sint, ueluti sanguinis per nares pro
fusio, uel uomitus, uel sangninis deiectio, uel hæmorrhois, uel aliud eiusmodi, tamen præter na
turam adhuc non sunt, si modo tempestiue fiant. Fiunt autem tempestiue, cum id quod contri-
stat, expellitur. Stante igitur de quo inter initia cõuenit (nempe ꝙ symptomata actionum læsio
nes sint) nihil eorum, quæ ad animalis commodum fiunt, ex hoc genere symptomatũ est: opus
nanq; naturæ unumquodque eorum potius est, quàm læsio aliqua. At alteri fortassis symptoma
tum generi, quod. s. præter naturam est affectuum, omnia talia subiiciat quispiam: omnino. n. di
uisam esse in quacunq; animalis parte uenam aliquam, aut eatenus reclusam, quoad sanguinem
quem prius retinuerat profundat, naturalem affectum non esse. Quanquam hic quoq; alui fluo- H
rem, aut urinæ copiam docere non possit affectibus præter naturam omnino succedere. sangui
nis nanque profusiones, & uomitiones, toto genere præter naturam esse dicet quis: non tamen
aut eam quæ per uentrem, aut uesicam, aut uterum fit excretionem, toto genere præter naturã
esse. Fortasse uero dubitauerit quispiam & de sudore, ceu nec ipse naturæ lege incidat:
quippe quod Diocles etiam docere tentauit. Videtur autem dura esse opinio, & præ-
ter rerum euidentiam, tametsi eam maxime probabiliter confirmet. Ac de
talibus quidem posthac aliquando fortasse agetur, perpauca
enim sunt de quibus ambigitur. De reliquorum uero sym
ptomatum tota multitudine abunde est disputatum,
finiendusque iam hic liber est. Si quis enim e-
xercitatus in iis, quę confessa sunt fuerit,
facilius de ijs quæ in dubio sunt,
iudicium conseque-
tur.

GAL. DE SYMPTOMATVM CAVSIS LIBRI TRES

Thoma Linacro Anglo interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Symptomatum recenſet cauſas, quæ in ſenſuum inſtrumentis, & in ipſo fonte ſenſus, conſiſtunt.

Quotuplicia ſint ſymptomata. CAP. I.

B

Auſas ſymptomatum in his libris contemplabimur, eundem ſequẽtes diſputationis ordinem, quem de ipſorum differentijs propoſuimus. Cum igitur ſymptomatum genera in totum ſint tria, de eo primum diſputauimus, in quo læſam eſſe actionem diximus: ita nimirũ intelligere lectorem cenſentes, etiam ſi prorſus periit. Cum autem duplices genere actiones ſint, aliæ naturales, aliæ animales, ab animalibus incepimus: eaſq; trifariam diuiſimus, in ſentientes, motiuas, & quas appellauimus rectrices. Ergo in ſentiẽdi actionibus, triplex incidit ſymptomatum differentia: una, cum ipſum primum ſenſus inſtrumẽtum eſt male affectum: altera, cum ſentiendi facultas: & tertia, cum aliqđ eorum, quæ primo ſentiendi inſtrumento ſubſeruiunt, male habet.

De ſymptomatum cauſis in ſenſu uiſus. CAP. 2.

A. de me. cot: t.1.c.1.557 g — VEluti in oculo, primũ ſentiendi inſtrm, cryſtallinus eſt humor: qppe quẽ ſolum à colorib⁹ alterati monſtratũ eſt. Sentiẽs vero facultas, q̃ à cerebro per neruũ inde porrectum ad cry-
C ſtallinum puenit. Ad ſubſeruiendum ãt huic, reliquæ oẽs quæ in oculo habentur particulæ sũt cõditæ. Itaq ẽt uno quolibet ex prædictis male affecto, uel male uidebit aĩal, uel prorſus nõ uidebit. Ac cryſtallini quidẽ humoris morbi in octo intẽperamentis cõſiſtũt: Facultatis ãt morbi, in eo q uel neruus, uel cerebrũ male ſit affectũ. Sũt porrò & horũ utriuſq;, ut ſimilares particulæ ſunt, octo morborum genera: ut inſtrales ſunt, tum obſtructiones, tum alienorum innixus, ſiue cõpreſſiones, aliaq; quæcunq; ex humorum influxu molem præter naturam attollunt. Vnitatis uero diuiſio, ſuper oĩa quæ prædicta ſunt, tum ſimilarium, tum inſtralium particularum cõis eſt affectus: non cerebro mõ aut neruo, ſed ẽt cryſtallino humori incidere potens. Huic ãt trãsferri ac ſede moueri, inſtralis morbus incidit. Quanq̃ trãslatio, ſiquidem ea uerſus angulũ maiorẽ minoremve eſt facta, nihil quod æſtimandũ ſit, incõmodi affert: Sin ſurſum deorſumve inclinat duplicia q̃ vñr, oĩa apparere facit. Atq; hi quidem ſunt, tum primi uiſus inſtrumẽti, tum eorum, q̃ illi facultatẽ ſubminiſtrant, morbi. Eorum uero q̃ uſum aliquem ei conſerunt, hi: Si uel in foramine rhagoidis, uel ẽt eo qui inter hoc & cryſtallinũ eſt loco, humor ſpiritusve tantus conſtiterit, quãtus primo uiſus inſtro ad internoſcenda ſenſibilia ſit impedimento. Ad eundẽ modũ corneæ quoq; tunicæ particula ea, q̃ pupillæ anteſtat, uiſum impedit, ſiue ea p ſe, ſiue alia quapiam
D rõne à naturali habitu eſt remota. Ac foramen quidẽ rhagoidis, quatuor modis a naturali ſtatu mutatẽ: nẽpe uel ampliatũ, uel imminutũ, uel in aliquã partẽ detortum, uel ruptũ. Verũ ampliatio ſiue a natali ſit, ſiue poſt accedat, ſemp uiſui incõmodat: Imminutio q̃ utiq; a natiuitate incepit, acutiſſimi uiſus eſt occaſio: q̃ uero poſt incidit, mali: Reliquorũ uitiorũ neutrũ, neq; ſi a natiuitate, neq; ſi poſt incidit, quicq̃ quod æſtimatione dignũ ſit, uiſui officit. Iã.n. ſubinde uidimus ex parua rhagoidis procidẽtia, detortã pupillã, poſtq̃ cicatrice eſt incluſa, nec tñ hoĩs visũ fuiſſe impeditũ: ubi. ſ. ante ſe corneę particulã ſplendidã inculpate habuit: atq; hæc quidẽ experiẽtia ipſa docuit. Sanè cã ppter quã amplitudo foraminis ad perſpicaciã uiſus ſemp ſit noxia, anguſtia non ſemp, æſtimatione nõ indigna eſt. Vr̃ ãt mihi neruus is, qui à cerebro ad oculum pertinet, quẽ ió porum, ſiue meatũ Herophilus appellat, q eius ſolius foramen clare cernitur, ſenſibilis eſſe ſpũs uia: eoq; ubi altero oculo conniuemus, alterius pupillam dilatari contingit, tanq̃ in unum ſolum commeãte ſpiritu, qui prius in duos eſt diſpertitus. Itaq; etiam hoc maxime ſigno intelligitur, an ſuffuſi cõpũcta ſuffuſione uiſum recepturi ſint, an nõ. Quippe quibus altero oculo conniuentibus, alterius pupillã dilatari cõtingit, ijs ſi cõpunctio adminiſtreẽ, recipiẽdi viſus
A l.3.f.3.t.1. c.1.220.c.d — fiducia eſt: quibus non dilataẽ, horũ nemo vnq̃ reuidit, neq; ſi minimo cũ dolore ac cõmodiſſime ijs eſt adminiſtrata compunctio. Ex his oĩbus liquet, confluere ad oculos à cerebro ſpiritũ

~~[illegible]~~ animal.

animalem,tum in cryſtallinum ipſum humorem,tum uerò in locum oẽm,qui illi anteſtat, quẽ E
ſ.rhagoidis foramen determinat. Vbi igitur amplior reddita eſt pupilla, ſiue id ex prima ſtatim
formatione,ſiue poſtea contigit,parum commode tota animali ſpiritu impletur. Fundi igiť diſ-
ſoluiq; ac diſſipari cogitur. Sicut contra in minore pupilla colligitur,conſtringitur, ac denſatur
ſpūs. Atqui demonſtratum in libris de particularum uſu eſt,eius collectionem ac conſtrictionẽ,
ad ſenſus bonitatẽ illi conducere:contra,diſſolutionẽ ac diſperſionẽ ad ſenſus noxam cedere.
Qui igitur fit ꝙ pupilla morbi uitio nõ natura minor reddita,multo deterior efficitur, q̃ medio
cris? An quia uitioſos affectus ſequitur,quorum culpa neceſſario peius cernit oculus ſic affect⁹,
non ꝑꝑ pupillæ anguſtiam? Quinam igitur hi ſunt affectus? nam hoc etiam diſputatio requirit:
Vnus quidem ipſius rhagoidis tunicæ tantum:alter humoris tenuis, q medio loco inter ipſam
rhagoidem & cryſtallinum humorem hř,effuſi. Ac tunicæ quidem ſolius affectus,extenſio rela-
xatioq; ſunt:qualis utiq; in extrinſecus poſitis articulis ſubinde cernitur,cum ligamenta redun
danti humore ſunt perfuſa. Humorum uero uitium in defectu conſiſtit: cuius occaſione rhagoi
des uacuato interno eius loco,in ſe concidens,contrahitur ac rugatur,atq; idcirco pupillam im-
minuit. Deterius ergo aut nihil oĩno ex talibus affectibus cernere contingit,non utiq; ꝑꝑ pupil
læ paruitatem,ſed propter humoris deſiderium. Monſtratum.n.eſt in ijs,quę de uiſu,tũ in libris F
quos de utilitate particularum,tum quos de Hippocratis & Platonis placitis ſcripſimus, cryſtal
linum humorem munimento aliquo indigere,quo externum ſplendorẽ ſine offenſa ſuſtineat.
Vnum igitur munimentorum eius & is humor eſt, cum eo ẽt ꝙ ſubſtantiæ cryſtallini humoris
nonnihil conducit. Vbi igitur parcior redditus hic humor eſt, & cryſtallinus ipſe ſiccior efficiť,
utpote iam humore à quo largirer imbuatur,deſtitutus:& rhagoides tunica in ſe cõcidens, ſpa
tiũ quod inter ipſam & cryſtallinũ intereſt,anguſtius efficit. Itaq; fit,ut cũ cogatur cryſtallinus
humor paruo interſtitio cum externo ſplendore commercium habere,perſimilem patiatur affe
ctum iis,qui Solem nictando contuentur:horum.n.aliqui occæcati ſunt:oẽs uero ita læſi, vt vix
recuperarint priſtinum uiſum. Quippe monſtratum nobis eſt,fieri non poſſe, ut ſplendidam lu-
cem inoffenſe toleret uiſus inſtrũ:eoq; factum eſſe ut rhagoides tunica, quæ nigra ſimul & cœ
rulea eſt,illi ſit prætenta:ꝙ.ſ.hi colores uiſum,ubi a ſplendida luce laborat,maxime conſolenť.
Atq; hæc quidem cã eſt,cur imminutus is,qui in pupilla eſt humor,tum deterius cernendi,tum
foraminis rhagoidis tunicæ minoris reddendi,ſit occaſio: eoq; maxime inſanabilis eſt eiuſmo-
di oculorum morbus. Alter affectus,qui propter humorem rhagoidis,minorem reddit pupillam
minus illo eſt noxius: difficilius nanq; eſt ſimilarium corporis particularum cuiuis cũ ſiccata ẽ, G
humiditatem reſtituere,q̃ eam,cum humecta eſt,ſiccare. Atq; hæc quidem medendi rationem
quodammodo iam attingunt. Dicamus autem quod a primo eſt propoſitum. Mala quidẽ eſt pu
pillæ paruitas,quæ præter naturam accidit,bona quæ connaturalis eſt. *Laxitas autem eius ſeu
amplitudo;nec quæ naturæ lege habetur,bona eſt,nec quæ præter naturam eſt: Cæterum min⁹
mala eſt,quàm anguſtia. Quippe laxitatis generandæ cauſa(ut ſic dicam)coniuncta tenſio rha-
goidis tunicæ eſt: ſicuti paruitatis,eiuſdem relaxatio. Quoniam autem duplici ratione tẽditur,
cum utiq; ex ſuapte natura id patitur,uel ſiccata ut corpus ſimilare,uel humectata ut inſtrumẽ-
tale:ſiccitas quidem eius difficile ſanabilis eſt:humiditas non etiam. Siquidem phlegmone, &
ſcirrhi ſiue durities ſenſu carentes,& abſceſſus,& alij id genus morbi, inſtrumentaliũ ſunt par-
tium,ex ſuperuacuis humiditatibus oriundi:quos omnes,ſi in rhagoide conſiſtant,peritus me-
dicus non magno negocio ſuperabit. Sanè accedit rhagoidi nonnunquam etiam ex accidenti
tenſio,a multitudine.ſ.ſubiectorum humorum nata. Quippe cum ueluti uter, veſicave, iis q̃ ĩter
ipſam & cryſtallinum humorem aceruantur eſt impleta, in omnem partem diſtenditur. Quoniã
autem non ſolum qui in foramine rhagoidis ſint, morbos diſputatio percenſuit, ſed ẽt aliquos
ipſius rhagoidis commemorauit:ſuperq;,qui tenuis ſub ea ſint humoris:ſequens fuerit,quæ re- H
liqua in ipſis ſunt perſequi,quorum uino uel impeditur uiſus,uel omnino aufertur. Ergo ex ijs,
qui In tunica rhagoide conſiſtunt,ac uiſui obſunt, unus adhuc morbus reſtat, tam ſimiliarium,
q̃ inſtrumentalium partium communis:is eſt unitatis diuiſio:quæ utiq; in hac particula,tũ uul-
nus eſt,tum ulcus. Cum igitur tale uitium magnum eſt,ita ut & ualenter diuidatur rhagoides,&
profundatur extra eam tenuis humor,ac iam corneam contingat; neceſſe eſt incidant hoc caſu
incommoda duo:tum ut concidat ſuper cryſtallinum humorem tunica rhagoides, tum ut ſpiri
tus a cerebro in pupillam totus non perueniat,quoniam per uulnus effluat. Quòd autem nõ ſo-
lum ambo hæc coeuntia impedimento uiſui ſint,ſed etiam eorum alterum;iis qui prædicta nõ
negligenter legerunt,manifeſtum arbitror. Mihi uerò tempeſtiuum iam fuerit ad tenuẽ humo-
rem conuerti: de quo ſupra dictum hactenus ſaltem eſt,ꝙ ſiue eius plus,ſiue minus iuſto eſt,ui-
ſum lędit. Quòd ãt etſi aut craſſiori aliquando ſit conſiſtentia,aut colore quodammodo alieno,
ſic quoque ſymptoma aliquod circa uidendi actionem excitabit,id dictum prius non eſt, ſed iã
eius dicendi eſt tẽpus. Ergo hic humor ſi craſſior,quàm prius erat,eſt redditus,tũ perſpicaciam
uiſus adimet,tũ ne longinque uideatur efficiet:ita ut nec q̃ longe poſita ſunt cernantur,nec quę
ꝓpe ſunt admota,exacte perſpiciãtur. Sin uehementer craſſus eſt factus, ueluti in ſuffuſionibus
euenit,

A euenit, utiq; uidere hominem prohibet. Quòd si totum foramen à crasso illic cõsistẽte corpore obtenebratũ nõ sit, sed aliqua pars eius pura supersit, vtiq; per illam, quæ extrinsecus sunt singula p se sola nihilo deterius, q̃ ante uidebũtur: non tamen similiter uno tempore multa, q scilicet angustior q̃ ante factus sit uisionis con⁹. At si in pupillę cẽtro exigua suffusio cõstiterit, partibus q̃ circa sunt manentibus puris; omnia ijs qui sic sunt affecti, ueluti fenestras habere vñr: quippe qđ in medio nõ cernitur, quasi excisum uidetur. Iam si diuulsa, nec inter se coniuncta crassa corpora in iã dicto humore fluitãt: ijs qui sic se habent, tanq̃ culices quidam foris obuersari uideãtur, imaginatio pbetur. Sæpenumero uero ex crassiore quoq; humoris cõsistentia, tanq̃ idolum aliqđ sibi appareat, imaginantur. Porrò eiusmodi idoli apparitio, postquam à somno surgitur, plerũq; incidit, potissimũ pueris, & ijs qui plusculum uini biberunt, aut aliàs capite sunt impleto. Quòd si colore immutatus sit humor, q inter crystalloidem & rhagoidem habetur, si quidem ad fuscũ inclinet, veluti per nebulam fumumve hominem uidere faciet: sin ad alterum ullum colorẽ vergat, eius nimirũ phantasiam uisibilibus impartietur. At si inæqualiter uel à naturali cõsistẽtia, uel colore recessit, quæcunq; eius pars sic affecta, ad pupillæ locum peruenerit, similem etiã sibi imaginem in uisibilibus repræsentabit: quippe illius, tum colorem, tum consistentiam,
B tũ figuram foris se uidere homo putabit. Ex hoc symptomatum genere, sunt tum ea quæ suffusi imaginanẽ, tũ quæ de ijs, quibus uel sanguis ex naribus profluxurus est, vel qui uomituri sunt, ab Hippocrate sunt scripta. Iã uero quibus adeo perfectus sincerusq; uisus est, ut eum ne vel minimũ sensibile fugiat, exhalationes uero quæpiam à ventre ascendunt, potissimum ubi non probe concoxerunt, similia ijs q̃ suffusis symptomata incidunt: quippe purissimus natura tum crystallinus humor ijs est, tum hic ipse aquosus, de quo nunc agimus. Magnitudo autem symptomatũ in his, pro magnitudine passionis semper respondet, non solũ in ijs de quibus paulo ante agebam, sed etiam in omnibus, quæ prædicta sunt; Verbi gratia, Similarium partium intemperies si paruæ sunt, paruã noxam actioni afferunt: sin maiores habentur, actioni ad portionem nocẽt: Sicut quę plurimum à naturali statu excesserunt, omnino actionem tollunt. Aeque uero, & quæ de †qualitate & cõsistentia & colore aquosi humoris sunt dicta, si paululũ à naturali statu sunt mutata, paruã etiam actioni afferunt noxam: sin longius recesserunt, pro modo uitij sui etiam actioni incommodant: sicuti cũ plurimum à naturali sunt aliena, omnino actionem adimunt. Ad eundem modum & quæ de rhagoidis ruptura, & pupillæ magnitudine sunt dicta, uel paululũ aliquid actionem impediunt, uel amplius, uel omnino. Simili modo & animalis spiritus uel
C ad unguẽ pur⁹ est, qualis æther; uel nebulæ ritu humidus ac turbidus. Præterea in quantitate substantiæ, uel plus eius habeẽ, uel minus: Ac si quidem multus est & æthereus, etiam quæ longissime absunt, uidet, ac perfecte discernit: sin paucus est & purus, q̃ propè sunt exacte dignoscit, q̃ procul absunt non uidet: quòd si humidus simul multusq; est, longissime quidem uidet, sed non exacte. Sicuti etiam si humidus simul exiguusq; est, nec exacte nec longissime uidet. Et de hoc quidem, ut ad rem propositam, hæc abũde. Corneæ uero tunicæ pars, quæ pupillæ antestat, & cum crassior, & cum spissior, & cum humidior est facta, uisionem lædit: Ad eundem modum si colorem suum mutauit, & si ulcus maiusculum in se habet, & si quid eorum, quæ extrinsecus illi præiacent inauctũ obscuritatem affert. Ac crassior quidem & spissior cornea habetudinem visus creat: humidior autem, siue ut instrumentum est, siue ut similare corpus, non solus uisus hebetudinem affert, sed etiam ut quasi per caliginem, uel nebulam, uel halitum quempiã, uel fumũ cernatur efficit. Si uero humores non multi, sed colore mutato sint, pro eorum natura error in visu respondet. Proinde qui regio morbo laborant, pallida omnia uidere se putant: †quibus autem ex plaga ruptæ recenter sunt in prima tunica uenæ, rubra. Vlcus uero maiusculum, non solũ eò quod superuacuum contrahit humorem, uisionem lædit, sed etiam quòd exiguo intersti
D tio crystallinũ cum externo lumine committi cogit. At si descendat introrsum quod ante pupillã est ulcus, etiam aliquid aquosi humoris foras effundit: proinde is, qui sic est affectus, in summũ cæcitatis discrimen adducitur: Eoq; fit ut qui in parte corneæ, quæ pupillæ prætenditur, vulnus acceperunt, si id vulnus introrsum descendit, magna ex parte occæcẽtur: Cæterum incredibile quiddã, nec fieri uulgo solitum in puero uidimus, qui stilo in pupillæ loco fuerat compunctus. Nã cum statim effluxisset aquosus humor, tum pupilla ipsa minor est reddita, tum tota cornea apparuit rugosior: cæterũ sanatus, postea recte uidit, collecto scilicet paulatim eo qui effluxerat humore. Verum hæc rara sunt: cæcitates autem eiusmodi vulneribus plerũque succedũt: sicuti etiã omnibus iam dictis causis, ubi scilicet plurimum sunt inauctæ. Nam siuę uehementer spissa, siue ad summũ crassa, siue immodice humida, cornea est effecta; omnino tenebrã uisioni offundit: ita ut qui sic est affectus, prorsus non uideat. Et quid quæso miri si prædictorum singula cũ inaucta sunt, uisum animali adimunt, ubi ipsa sola cornea rugata aliquando similem noxã affert? Incidit hoc uitiũ ijs, qui ad vltimum peruenere senium. Sanè consideranda hoc tempore diligenter est pupillæ magnitudo: Quippe quæ si minor est facta, etiam aquosus humor in ijs est imminutus: sin æqualis sibi permanet, corneæ solius uitium est. Verum eiusmodi discrimina p̃sens opus non req̃rit. Corneæ uero tunicæ morbi, si magni sunt, prorsus uisum impediũt: & ma

xime

in Prog. cõ. 3. 1 30. & 31. 4 216 c. & 251. a

† Græc. ποιότητος, sed legẽdũ ποσότητος, i. quantitate.

† Qui uero hyposphagma patiuntur. Interpresãs descripsit morbum.

xime cum uel phlegmone,uel ſuppuratione laborans,uel inſenſibili duritie obſeſſa,aliudve tale E
quippiam paſſa,ueluti inſtrumentalis pars,*humidis morbis afficitur.Ac corneæ quidem tunicę
morbi,qui uiſum uitient,tales & tot incidunt.Mẽbrana uero adnata ubi phlegmone laborat, ex
accidenti uiſus actionẽ impedit.At in ijs,quæ græce vocantur chymoſes,præterea in pterygijs,
non ex accidenti,ſed iã ex prima ratione,pupillam obtenebrant. Ad eundem modũ magnæ pal
pebrarum phlegmonæ tumoresq́;,ſi qui ſuper has præter naturã orti,cò magnitudinis uenerũt,
vt pupillæ umbram offundant.Atque hæc omnia aut non uidendi,aut male uidẽdi ſunt cauſæ.

De Symptomatum cauſis in auditus ſenſu. CAP. 3.

ET de oculis quidem ſatis hæc ſunto:quippe exempli magis cauſa, q̃ ut ſingula membratim
perſequeremur,de his diſputauimus:cũ ſit mihi inſtitutum ad præſens per generaliores ſer
mones,methodũ indicare,qua uſus quiſpiam,ſymptomatum cauſas inueniat.Qm̃ aũt nõ ſolum
methodos ipſas nouiſſe oportet,ſed etiã multifariam in particularibus exercitari, qđ facere om
nibus in promptu nõ eſt,idcirco qualem fieri modum exercitationis oporteat,in oculis nũc oſtẽ-
di.Ergo ad eius exẽplar,reliquæ ſentiendi potentiæ ſunt adeundæ: æſtimandaq́;, in unaquaq́;,
tũ primum eius inſtrumentum,tum cætera,quæ illi uſum aliquem præſtent . Ad hæc diſcernen-
dũ,ceu paulo ante eſt dictum,quinã ipſius potentiæ laborantis ſint morbi, quinã inſtrumẽtorũ A.l.3.f.4.c.1.
cuiusq́;,cuius culpa lædi functionẽ contingit.Siquidẽ*audiẽdi grauitas, & ſurditas, aut propter F&.3.f.25.5.b
auriũ ipſarum particulam aliquã,aut propter neruũ,qui in has à cerebro pertinet,aut propter ce
rebrũ ipſum,in ea ſcilicet parte læſum,unde neruus exoriť,animali incident. Atq́; in neruo qui-
dẽ & cerebro uitia ſunt,ſimiliter ijs,quæ in oculis:q̃ uero in reliquis particulis ſunt,ad portionẽ
quidẽ,non tñ oĩno ſimiliter lædẽt.Quã.n.habet in oculo cryſtallinus humor tõnem , hãc habet
in auribus audiendi meatus finis,ubi neruo dilatato coniungitur:oĩa uero q̃ extra hũc in anfra
ctu meatus ſunt,ijs q̃ pdicta in oculo de cryſtallino ſunt,ad proportionẽ ſe habent.Itaq; ẽt mor
bos eorũ huc transferri ex illis conueniet:Similarium quidem corporũ, qui in intẽperie & cõti
nuitatis ſolutione cõſiſtunt:Meatus autẽ ipſius,obſtructiones, ſiue hæ tumoris alicuius pter na
turã ipſarum particularũ occaſione,ipſum meatum obſtruãt,quemadmodũ abſceſſus, & phleg-
mone,& inſenſibilis durities,& œdema :ſiue propter tumorem aliquem acquiſititiũ: vel deniq;
quiſquis pter naturã ſit,qualis in meatu ſæpe oritur, poroſa quapiam in eo carnoſave ſubſtãtia
enata.E numero eorum quæ meatum obſtruunt,& ſordes ſunt,quæ in auribus colligi ſolent.

De Symptomatum cauſis in guſtu & odoratu. CAP. 4.

VT igiť in ijs particularum ratio ſymptomatum indicauit cauſas,ita & in lingua & naſo in-
dicabit;modo in ijs quoq; tum primã ſentiẽdi particulam,tum reliqua,quæ totum inſtru- G
mentũ cõplent,nouerimus.Monſtratũ ſane eſt linguã cò q duabus ſacultatibus,ſenſui volũta-
tiq́; ſubſeruit,duas quoq; actiones habere:nunc autẽ eam ueluti ſentientem cõſideramus. Odo
ratus uero ſenſoriũ ipſos,cerebri eſſe uentriculos indicauimus.Ac guſtandi quidem ſenſus ſym
ptomata ſunt,tũ omnino nihil ſaporum ſentire,tum non legitime ſentire: Cum autem non legi
time ſentire(ut monſtratũ eſt)dupliciter intelligatur,aliàs cum diminute ſentitur, aliàs cum ui-
tioſe:diminute quidẽ guſtare,in uiſu amblyopiæ id eſt uiſus habetudini,in auditu barycoiæ , id
eſt audiẽdi difficultati,proportione reſpõdet: Vitioſe autẽ guſtare,eſt ueluti cũ oculis,colore, fi
gura,magnitudine,uel ſitu,mutata uidentur: hoc in auditu,obauditio nominatur.Porrò morbi
prædictorũ ſymptomatum,uel quæ in guſtandi actione,uel quæ in potentia incidunt,partim in
ſimilari linguæ ſubſtantia & tunica,qua inuoluiť ſunt,partim in neruis mollibus,partim in loco
cerebri, illo pſertim unde hi nerui originem habent. Ac reliqui quidem prædictorum omnium
morbi in manifeſto ſunt.Lingua*vero vitioſe ſapores ſentire ſolet,cũ extraneo humore eſt im- A.l.3.f.6.c.2.
pleta:quo caſu,q̃ guſtantur omnia uel ſalſa uidentur,vel amara,vel alia quapiã aliena qualitate 244.f.g.
dicibili indicibilive affecta.Tã q̃ enim in ſuffuſis viſiua uis foris ſe cernere iudicabat ea q̃ in ipſis
oculis inerant:itidẽ guſtandi facultas ea quæ ſunt in lingua,ſenſibilibus imputat. In arquatis q H
dẽ bilis amarorem non linguæ eſſe ipſius,ſed eorum quæ guſtat deputãs:in alijs uero quibuſdã
affectibus ſalſuginẽ acoremve edulijs ipſis ineſſe imaginans:ſcilicet ſucco qui extinſecus acceſ
ſit,uitioſum linguæ ſuccũ,qui prius quieuerat,excitante mouenteq́;:guſtãdi autem ui nõ eum ,
qui acceſsit,ſed eũ qui in ſe redũdat,ſentiẽte.Raro ſanè accidit,ſed tamen aliquando, ut lingua
ex guſtãdi perfectione prius q̃ aliqđ guſtet,ſuccos quos in ſe habet,ſentiat.Simile huius ſympto
ma eſt,ubi in ſtomachicis affectibus,ſuffuſionis imaginatio oculis incidit,vel ſonitus aurib⁹ cũ
nihil extra ſonet,ſed motus ipſe circa cerebri mẽbranas imaginationes erect,uel odoris in nari-
bus,ab ſucco aliquo in his cõtento.Sed quoniam de naſo meminimus, q duplici facultati ueluti
lingua ſubſeruit(quippe qui & odoratus inſtrumentorum & reſpiratus ueluti finis quidam eſt)
non alienũ ſit dè hoc quoque ſicut de prædictis egiſſe.Si enim accidit in eo morbus aliquis, qui
eius meatũ uitiet,aut deterius ſentiet odores odoratrix vis,aut omnino non ſentiet. Ergo ſi uel
vehemẽter ſit cõtuſus,uel polypo,uel tumore aliquo pter naturam laboret,ſpiritus uiam occlu-
det.Huius generis eſt & ſi qua circa internam eius mẽbranam incidit phlegmone . Quin etiam
quęcunque in aliqua parte oſsium colatoriorũ,aut etiam in cerebri inuolucris,aut ipſis oſsium
foramen-

A foramentis obstruũt hæc quoq; odoratricem vim impediũt: atq; hoc magis si in processibus cerebri, q ad has perueniũt particulas, fiãt. At in catarrhis, & coryzis, & deniq; ijs quibus ab ęstu, frigore, vel humore oppleti priores cerebri uentriculi sunt, nõ locorum modo, qui istic habẽtur obstructio fit, sed ẽt tũ spiritui ipsi qui in uentriculis est, tum cerebro, quod hos continet, intẽperies quædã accedit. Iam compressiones & diuisiones notabiles cuiusuis prædictarum particularũ, tum non legitimum odorabillum sensum, tum odoratus priuationem inducunt. Vitiosus uerò errans q; sensus hoc loco fit, propter uitiosum aliquẽ q in eo cõtinetur succũ, qui.s.mali odoris aliq d exhalans, ascendẽtes ab admotis corporibus ad odorandi facultatẽ halitus obturbat: Taleq; est in hac facultate hoc symptoma, quale arquatis in gustatrice accidere est dictum.

De Symptomatum causis in sensu tactus: ac cur seorsum uel sensus, uel motus aliquando deperdatur. CAP. 5.

QVoniã autẽ de sensibus, qui in proprijs & sibi addictis animalis partibus exercẽtur, abunde diximus, age nunc de eo, qui omnibus qualitercunq; sentientibus est cõmunis (quẽ utique tactum uocant) agamus. Sunt igitur huius quoque ad aliorum proportionem symptomata. Vtitur autem is non proprijs appellationibus, sed cõibus, sicut etiam prædictorum aliqui. Neq;
B enim aut in gustatrice, aut in odoratrice ui, tale aliquod nomen habemus, qualia sunt in visiua virtute, amblyopia, id est uisus obtusus, & cæcitas, & parorasis quædã id est uisus prauitas: In auditrice vero barycoia id est grauis auditus, & surditas, & obauditio, siue obauditus. nihil .n. hoc in loco interest, q busnã quiuis pro arbitrio utatur nominibus. At hæmodiæ siue dentium stupotis, tũ nomen, tum symptoma vnius tangendi est uirtutis: cæterum hoc tam in ore, q in dentibus post acidos, & acerbos cibos, incidere maxime cõsueuit. Torpor uero, q ex tam motus q sensus difficultate est cõpositus, in toto corpore & maxime in artubus, manifeste uidet à frigore, & cõpressione neruosorũ corporum incidere: ad hæc etiam à torpedinis marinę contactu. Si autem sua spõte nulla talia causa pcedenti incidat, omnino uita deses, & ciborum uel crassorum, uel lẽtorũ abũdantia, uel consuetæ alicuius uacuationis suppressio, necessario antecessit. Ac continẽs quidẽ, siue contẽtiua, siue proxima, siue quomodocunque alio uocabulo libeat appellare, huius symptomatis causa est, talis quispiã in neruo affectus, cui⁹ occasione à principio ad ipsum uirt⁹ trãsmitti prohibetur. Porrò prohibetur, si quidem meatum aliquem neruus habet, qualem q ad oculos descẽdunt manifeste habere cernuntur, vel ex obstructione, uel compressione: si autem nõ habet, ex constipatione, uel frigore, uel cõpressione. Atque ꝙ animalis quidem uirtus, siqui-
C dẽ meatum aliquem tãquàm certam viam à cerebro per neruum habet, hoc obstructo impeditur, cuius arbitror pateat. Quin etiã ꝙ compresso extrinsecus neruo, angustia meatui eius continget, ne id quidẽ ullum lateat. Quòd autem & si nullus meatus, sed, tanquàm per aquam uel aerẽ Solis radij transeunt, sic principij vis per ipsum corpus neruorum permeat, cum hi ad crassiorẽ habitum sunt mutati, trãsitus impeditur; nec id mihi longius probationibus egere uidetur, recordanti ꝑsertim ea, quæ in aqua & aere eueniunt. quippe in aere nebula & fumus & nubes, in aqua lutũ & limus, Solis splendorem, quo minus per ea syncerus procedat, impedimento sunt ac uetant. Ad eundem igitur modum & neruus, si crassiore habitu & duriore quàm pro sua natura sit redditus, virtutis trãsitũ ꝓhibebit. Sanè crassiore habitu erit, si uel glutinosis uel crassis alat succis, uel uiolento frigore sit stipatus. Si autem à duro aliquo corpore quod illi extrinsecus innitat pressus sit, ne sic quidem virtutis transitum non morabitur. Proinde nerui, qui uel funiculis vel manibus sunt cõstricti: & q ab externo aliquo, quod uel phlegmone sit obsessum, uel cũ sensus noxa duratum (scirrhum uocant) premuntur: & qui aut luxatis aut fractis ossibus angustant, omnes principio quidem torpent, postea uero omnino sensus motusq; expertes fiunt. Et uocatus quidẽ eiusmodi ueruorum uitium græce Paralysis, id est neruorum resolutio. Quæ
D cũ in eodẽ genere cũ torpore sit, magnitudine certe ab eo differt. Ac si in oẽs incidat neruos, illico totũ corpus sensu motuq; priuat, ac mortem celerem respiratus priuatione infert. Si ig it spinalis medullæ principiũ sit læsum, particulis q in capite sũt solis quoad uiuit homo, tũ sentit, tũ mouet. Sin & in cerebro ipso læsio incidat, statim oĩbus partibus impotẽs insensibilisq; efficit. Viuit ãt utervis horũ tãto tpc, quãto uiuet si angina* premeret. Quibuscumq; uero spinalis medulla infra neruorũ exortũ, q pectus dilatant, est læsa, siue uertebra aliqua loco suo mota, siue ẽt aliter, si magna quidẽ est læsio, insensibiles immobilesq ue omnibus, q infra sunt, partibus statim fiunt: sin parua est noxa, torpẽt ij, nõ tñ moriunt, propterea ꝙ respiratio ijs illæsa manet. At brachiorũ sensus ijs qbus spinalis medulla circa quintam uertebram est uitiata, totus simul cũ motu amittitur: Quibus autẽ circa sextam, non totus, quippe primæ brachij partes illæsæ perstant. Iã multo ẽt minus eius desiderat, si circa septimã vertebrã male sit affecta. Quòd si circa octauã sit læsa, q minimũ eius requirit. Ac si quæ post hãc habetur, iniuriam est passa, prorsus nihil mali brachijs accedit. Cæterũ quibus spinalis medulla in collo est uitiata, ijs oĩbus uox adimit. Quibus circa dorsi uertebras est læsa, ijs, vtiq; nõ tota. Verũ quantũ eius, secundũ unamquamq; , definitũ in ijs est, quæ de voce scripsimus: nũc enim mihi uideor plura, q pro instituto dixisse: neq; enim oĩa symptomata mẽbratim persequi, hoc in opere est propositum, sed ea in generales causas

ſas reducere.Illud ergo generatim mihi de oĩ ſenſus læſione fit dictum,ꝗ à quibus neruis ualen E
tibus ſuppeditatã ſibi vim habent,ab iiſdem male affectis læduntur. Quòd ſi quis cuiuſq; nerui noſſe vim ſtudet,eorũ qui ad reſpiratum cõducunt,in libris, qui De reſpirationis cauſis iſcribũtur,vim diſcat:eorũ uero qui ad vocem,in opere quod de uoce habet titulum. Ergo de his alibi ſcrupuloſius eſt proditũ.Qui autem colli,capitis, abdominis,brachiorum, & crurum partibus, nerui ſubminiſtrent,non alij modo ante nos incommode prodiderunt, ſed ipſi quoque in libris De diſſectione adminiſtrãda ſcripſimus. Ac propoſitus quidem nobis ſermo erat de ſymptomatis,quæ ſenſus comitantur.Quoniam autem partes quæ per neruum aliquem uoluntarie mouẽtur,eędem protinus ſenſum quoque per eundem poſſidet, duplicem iis noxam ex nerui iniuria neceſſe eſt accedere,alterã ſenſus,alteram motus.Qui igitur fit,ꝗ uidentur particulæ quędã ad voluntarias quidẽ functiones reſolutæ eſſe,& tamen ſentire:rurſus aliæ moueri quidẽ, minime autẽ ſentire?Sanè in lingua & oculis nulla fit dubitatio,propterea ꝗ hæc duplici neruorũ genere ſunt pdita:at in quibus membris duri tantum nerui ſunt, in iis diſtinguendus ſermo ad hunc mod̃ı eſt.Si cute ablata,ſubiectus ei nudus muſculus immobilis appareat, tangentem tamẽ ſentiat,paruã illi noxam incidiſſe eſt putandum: vtpote per quam minime ſtetit,quin tantum animalis uirtutis ceperit,quantum ad ſentiendum quidem eſſet ſatis,ad muſculum mouendũ nõ ſatis. F
Conſiſtit enim in patiendo magis,ꝗ̃ agendo tãgẽdi ſenſus : itaque etiã parua uirtute perfici poteſt.Muſculorũ motus,cum agendo,non autem patiendo obeatur (totum nanque corpus ab hoc transfertur) multa eget animali uirtute.Contra uero nunꝗ̃ deprehendas muſculũ ullũ moueri, vt idẽ nõ ſentiat.At ſi ſuperiacẽs muſculo cutis ſenſum amiſit,ipſe autem moueatur, nihil eſt qđ mirere: Veluti nec ſi duorum muſculorum alter moueatur, alter moueri non poſſit:aut altero ſentiente,alter ſit inſenſilis.Sicut enim in iis alterius læſum neruum eſſe,alterius integrũ licet:ſic is qui in cutẽ diſpergitur,iniuria affectus eſſe poteſt: qui autem in muſculũ, minime eſſe affectus:Contraq; qui in cutem ſpargitur,nullam eſſe paſſus iniuriam: qui in muſculo eſt, non eſſe noxa expers. Ac de propoſitis ſymptomatis,hęc ſatis.

De Cauſis delectationis & doloris in unoquoq; ſenſu. *CAP. 6.*

Delectatio autem & dolor oĩbus ſenſibus contingunt,non tñ pari euidentia, ſed in uiſu minus ꝗ̃ in cæteris euidenter:in tactu autẽ & guſtu,maxime luculẽter:ab iis deinceps in odoratu, & poſt hũc in auditu.Quænã igitur eſt tum omnium cõmunis,tum cuiuſq; cauſa propria? Sanè cõis ea eſt,quam Plato in Timæo reddit ſic ſcribens. Violenta paſſio, ꝗ præter naturam eſt, cũ ſimul multa & celeriter fit,dolorem affert:è diuerſo,quod ad ſuam naturã uniuerſim & celeriter redit,iucundum eſt:qđ autem ſenſim & paulatim fit,ſenſum latet.Atque ita quidem Plato. G
Hippocrates uero eo antiquior, Iis inquit quibus natura alteratͣ & corrumpitur, dolores fiunt. Quippe illud,corrumpitur,celeritatem ſimul ac magnitudinem mutationis indicat. Sanè tactui accedunt magnæ mutationes naturæ,à frigidi calidiq́, uiolento contactu : pterea ab iis,ꝗ quaſſandi,uel ſecandi,uel diſtendẽdi,vel excedendi uim habent : qui ppe humidum & ſiccũ,ſi abſint calefactio & refrigeratio,citra violentiã corpus contingunt.Id quod opus De ſimplicibus medicamẽtis ꝗ reuoluet,facile diſcet.In his vbi & illud monſtratum eſt,frigidum alia ratione oblectare,ꝗ calidũ:quin etiam ipſum in ſubſtantiam diuellendo, dolorem afferre. Videntur autem & ꝗ quaſſant,& quæ tendunt,dirumpendi corporis periculum afferendo, dolorum cauſæ eſſe: Non ſecus autẽ & quæ pungunt, & quæ diuidunt. Neq; enim poſtꝗ̃ aliquid diuiſum ruptumve eſt,dolorẽ infert:ſed in ipſo(ut ſic dicam)fieri,talia omnia doloris cauſæ euadunt. Niſi tamẽ ex accidenti aliquo,eos ꝗ ſic affecti ſint,dolor ſequitur,aliàs quidem acri humore exulceratũ corpus mordente:aliàs phlegmone ſuperueniente,ꝗ ipſa quoq; nunꝗ̃ non diſtendendo contriſtat; non rarò verò etiã caloris iniuria, vel humorum acrimonia. Diuellitur autem & guſtus inſtrumentũ,quatenus utiq; tactus eſt particeps,à iam dictis: quatenus uero guſtus eſt proprium, ab acidis,amaris,acerbis,& acribus ſuccis,propterea ꝗ horum ſinguli,ſicut monſtratũ eſt, cõtinuitatẽ diuidunt.Contriſtant uero & olfactum,qui à iam dictis ſuccis exhalant halitus, ꝗ hi quoq; continuitatẽ diſtrahunt. Auditum uero infeſtant, uox aſpera & maxima & celerrima : quibus etiã in magnis tonitribus in idẽ coeuntibus,aliqui auditus ſenſu omnino ſunt priuati,ipſius.ſ.inſtrumento ſoni uiolẽtiã diuulſo.Iã uero ipſum uiſum maximi ſplendores nimia ſecretione,non infeſtant modo,ſed etiã corrumpunt.Eſt ãt ipſa quoq; ſecretio ex diuidẽtiũ genere : Videturq; oĩbus ſenſibus cõmune,infeſtantem paſſionem ex ſecretione ac diuiſione continui unitiq; corporis tũ excitari, eum ea uniuerſa vel magnis portionibus & celeriter, qđ græce athróos uoco,incidit.Hoc aũt & Plato profectò ueluit,cũ dixit,Moleſtum ſenſum, ex paſſionis tum uiolẽtia, tũ quę magnis portionibus cũ celeritate ſenſibilibus corporibus incideret,prouenire. Neq; enim refert an moleſtũ, triſtem, an dolorificũ, an doloſum,an laborioſum appelles:ſicuti nec ſi paſſionẽ ipſam,moleſtiã dicas,an triſtitiã,an dolorem,an dolentiã, an laborẽ. Atqui perſpicuũ eſt,Platonẽ ipſum pro eadem re dictis nominibus omnibus promiſcue vſum & in Timæo & in Philebo,ꝑterea & in aliis libris ſicubi de ipſis ſermo inciderit.Quòd autem & Hippocratis opinio eiuſdẽ ſit tum in nominibus ipſis,tum rebus ſententiæ, non ſolum ex iis conſtat quæ paulo H

supra

In libro de locis in homine.

A.l.de me. c. 1.c.4. 55.c d

A.l.1.ſ.2 d 2 c.22.42.b

A ſupra ſunt dicta, ſed etiam ex omnibus libris quos ſcripſit. Ac quod contriſtat quidem in oĩbus ſenſibus, ad hunc modum prouenit: Iucundum uerò, quod illi, eſt contrarium, contrarijs ex cauſis: quippe eius, qđ diuelli periclitabatur, reditus ad naturam ſimul & celeriter factus, uoluptatẽ affert. Idcirco oculis iucundiſſimũ ſpectrum cœruleum eſt: ſicuti è diuerſo, grauiſſimum triſtiſſimumq́;, quod ſplendidum ſimul albumq́; eſt, quemadmodũ Sol. Proxima his ſunt, inter ea quidem quæ contriſtant, albũ: inter ea quæ delectant, fuſcum: illud quidẽ, ꝙ ſubſtantiã† eius ſegreget ſimul ac reſoluat: hoc, ꝙ citra uiolentiam congreget. Neq;.n. profectò ſola congregatio ſatis eſt, cũ ſic nigrum quoq; iucundum eſſet, nunc aũt ſic non eſt: cum.n. uiſionis ſubſtantiæ ſit contrarium, uiolentius eam cogit, quã vt eam ad naturam reducat. At uerò quod nigerrimũ eſt, eo quod ſplendidiſſimũ eſt, minus infeſtat: non utiq; ꝙ contrarium minus ſit triſte quã exceſſus, q eſt in genere cognato (quippe hac rõne magis cõtriſtaret nigrũ, quam quod eſt ſplendidiſſimũ) ſed ꝙ uiſus inſtrm̃ ſit† radioſum, radius uero oĩs ſubſtantia ſit ſubtilium partium, nigrum verò ſemper craſſarum: eſt autẽ perpetuò, quod tenuium eſt partium, magis actiuum natura, quã id quod eſt craſſarum. Ergo cũ inter ſe committuntur quod tenuium partium eſt & qđ craſſarum, remiſſius agit quod craſſum eſt, in id quod tenue, quatenus ſcilicet id à tenui potius pati eſt na-

B tũ. Ita igitur & Sol uiſum offendit, ꝙ cũ magis tenuis ſubſtantiæ ſit, facile eũ ſegreget: ac cognatione quidẽ ſubſtantiæ, minus contriſtat, quã ea, quæ ſunt contraria: ſed cum actionis uehemẽtia ſit uiolentior, hoc ipſo celeritatem quoque ad uiſus noxam obtinet. Quod enim in minimo tp̃e uiſus noſter à Solis ſplendore patitur, id in plurimo patitur, vbi omnino nullum ſplendorẽ uidit, ſed in profundis tenebris eſt uerſatus: quippe is quoq; ad lucem reductus, uidere non poteſt, eò ꝙ extinctus ad quendam modum craſſatusq́; ſit, ac tenebroſus effectus. Iucundiſſimus igitur merito gratiſſimusq́;, cœruleus color uiſui eſt, ſi tñ is à Sole non eſt digeſtus: huic.n. cum utiq; ægrotat, contrarium remedio eſt: ſicut ei qui fatigatus eſt quidem, ſed iam ſanus eſt, cœruleum aut fuſcum ſaluberrimum eſt ſpectrum, utpote quod nec eum ſegreget, ueluti tum album tum ſplendidum; nec cogat & extinguat, ueluti nigrum. Ac fuſcum quidem ex albo & nigro ſimul miſtis efficitur: cœruleum uerò ex albo ac ſplendido tum coeuntibus, tum in ſaturũ nigrũ incidentibus: ſic.n. nos Plato de ambobus docuit. Ergo hi colores ex cõtrarijs immodicisq́; miſtis, medij ac mediocres fiunt: qui & exceſſum vtrunq;, quo uiſus læditur, declinẽt, & mediocres ipſius fatigationes recreent: non ſecus quàm morbos, qui ex ſegregatione proueniunt, nigrum. Sanè uoluptas quæ ab his prouenit perinde euidens non eſt, ac in alijs fit ſenſibus; propterea ſci-

C licet ꝙ nec dolor par erat: quippe ſubæ tenuitas in uiſu, neq; dum ſegregatur, propter ſubſtãtiæ cognationem uiolentum aliquid patitur (qſi ad quod ducitur, ipſa per ſe præueniens properat:) neq; dum congregatur, propter mutationis imbecillitatẽ. Monſtratum.n. eſt, quod tenuis ſubſtãtiæ eſt, id ab eo quod craſſum eſt, languide cogi. Atq; ita quidem in uiſu ſe habent uoluptas, & dolor: In auditu uerò, iucundiſſima uox eſt, quæ leniſſima tardiſſimaq́; eſt: propterea ꝙ è diuerſo infeſtiſſima eſt, q̃ aſperrima celerrimaq́; ſit. Verũ hæc ſano integroq; ſenſui iucunda triſtiaq́; ſunt: fatigato ea grata fit, quæ præter lenitatem & tarditatẽ, etiam parua eſt: at ei, qui iam ægrotat, quæ ſimul & leniſſima & tardiſſima & maxime exilis eſt: † atq; hac ẽt magis, quæ numeroſa eſt: quippe omnimodum ſilentium ſimile quid in auditu eſt, atq; tenebra in uiſu. Vnde etiam in quæſtionem uenit, contrariumne luminis tenebra ſit, an eius priuatio; ſicuti uocis, ſilentium; & motus, quies. Voluptas autem euidentior in hoc ſenſu eſt, propterea ꝙ ſubſtantia eſt craſſiore: ſicut in odoratu adhuc manifeſtior eſt delectatio, propterea ꝙ eius ſubſtantia eſt magis craſſa: quantum.n. aer ſplendore eſt craſſior, tñ aere craſſior eſt halitus. Eſt uerò ſplendoris quidẽ ſenſus uiſus, aeris uerò auditus, halitus odoratus, æque ſcilicet ut humidæ naturæ guſtus, & ſolidi corporis tactus. Quũ autem cognati generis cum guſtu odoratus eſt, ſola ſubſtantię tenuitate ab

D eo diſſidens (eſt enim halitus humor attenuatus) de ambobus ſimul agemus, à guſtu claritatis gratia incipientes. Gratiſſimi igitur huic ſucci ſunt, cum naturaliter ſe habet, omnes qui dulces ſunt & pingues; hi nanq; oẽs monſtrati ſunt corporis ſubſtantiæ maximè conſentientes: recenter autem ab aliquo, quod contriſtabat, affectæ pingues, quippe qui quod exaſperatum eſt maxime leniunt: ægrotanti uero contrarij ijs, qui affligant; craſſis quidem, qui attenuant; tenuibus, qui craſſant; glutinoſis, qui diſſecant; exaſperantibus, qui leniunt: ad eundem modum calidis, qui frigidi ſunt, frigidis, qui calidi, ſicut ſiccis, qui humidi, & humidis, qui ſicci. Dictum autẽ de horum natura eſt in quarto De ſimplicium medicamentorũ uiribus: legendusq́; non negligẽter is liber eſt, ut qui tum ad cognitionem, tũ ad curationem ſit utilis. Siquidem uẽter uiſceribus veniſq́; ſubſeruit: itaq; & quales hæc ſuccos requirunt, tales appetit. Porrò huic pro diſcernẽdi inſtrumento lingua proſtat, ijs ſcilicet ſuccis maxime gaudens, quos uẽtriculus deſideret. Huiuſce autem ſocietatis, tunica, qua ueſtitur maxime, eſt cauſa. Ac delectatur q̃dem lingua diuerſis in tẽporibus, ex ſuccis q ſibi extrinſecus admouent̃, ſanè alijs atq; alijs. Delectatur aũt non nunq̃ etiã, dulce, quod habet in ſe ipſa, ſentiens: porrò dulcis hic ſuccus pituitę ſpecies eſt. Quoties autẽ effuſum à uenis ſanguinẽ, lingua ut dulce ſentit, tale q̃d patit̃, quale ab extrinſecus admotis. At in odorandi facultate, externorũ q̃dem tũ iucundorũ, tum triſtium ſenſus perinde ſe habet,

A. ibi. c. 23. 43.0

† αὐτῆς legitur græce ſed uide, an legendum potius αὐγῆς. radij.

† ἀκτινοειδὲς...

† Cod. græci impreſſi habent ut Linacer & Leonic. tranſtulerunt. Antiqui tamen non nulli habẽt καὶ ταύτης ἔτι μᾶλλον ἡ παντελὴς ἡσυχία ἀνάλογον γὰρ &c. atq; hac etiã magis omnimodũ ſilentiũ: quippe hoc ſimile &c. & ita uetus interpres & Copus uerterunt, & Nicol. Calaber.

ut in gustatrice. Halitus uerò quos in se habet, graueolentes quidem, ut dictum prius est, aliqñ sentit: beneolentes aut in summa iucundos, non sentit, veluti nec uisus nec auditus. Hi nanque sensus cũ tenuis substantiæ sint, nulla in se ipsis ualida passione afficiunt: tactus uerò & gustus vehemens quidẽ tale aliquid nec ipsi sentiunt, consuſum tñ eiusmodi aliq̃d non nunquã patiuntur: Lingua quidẽ (ut dictum est) à dulci in se pituita, quã Praxagoras & Philotimus speciali magis nomine dulcem succum appellant: Tactus uerò ipsum motum in se non raro sentit, qñ scilicet ijs, quæ ipsum intus exasperant, uel concoquendis, uel digerendis, vel sensibiliter excernẽdis, ad naturã suam reuertit. Quin ẽt qui lassitudine laborãt, ubi molli frictione, uel ĩ balneo loti, ab ijs quiescunt, euidentem sentiunt voluptatem. Iam magis ẽt sub iam dictis motibus in fatigatis ipsis particulis, dum ad statũ naturalem redeunt, oblectantur. Sanè non solum lauando, & molliter cũ largo oleo fricando, voluptas lassatis partibus accidit, sed ẽt in maioribus doloribus pertractatio, quæ mollis blanda & lenis sit, solatium quoddã non exiguũ affert. Cæterum talia externa sunt, dicendũq; de his oĩbus deinceps. Quippe de odorabilibus nihil opus est pluribus disseramus, cũ se cum gustabilibus ad proportionẽ habeant. Delectamur igiẽ in hoc sensus genere (ut uno uerbo dicam) dum ad naturalẽ statum reducimur: contingit aũt id nobis semper per cõtraria, contrarium, prout consentaneum est, accipiendo. Est autem consentaneum in omnibus F talibus id accipere, quod primo & secundum se, nec per alterum interpositum, finis sit causa: nõ quod græce procatarchon & procatarcticon, latinè externam causam uocant. Id quod Hippocrates rum in alijs multis nos admonere uidetur, tum cũ ait: Est ubi in tetano quòd citra ulcus sit, iuueni bonæ habitudinis, frigida, æstate media, largiter affusa, repercussum caloris facit: calore autem hæc liberantur. Quippe si quis de his inconsideratius iudicet, putabit aliquid eorum q̃ præter naturam sint, aliquando per similia percurari, ueluti tetanum à frigida lauatione: secus tamen se habet ueritas, cum perpetuo talia omnia ad naturalem statum per contraria redeant: sicut etiam tetanus per caloris repercussum: ac, si quidem simul & celeriter id fiat, sanatio cũ delectatione perficitur: sin paulatim, insensibilis erit ad naturam reditus. Similiter autẽ de abitione à naturali statu ad eum, qui præter naturam existit, est sentiendum: quæ enim simul & celeriter fit, & uiolenta & cum dolore omnino est: quæ paulatim, insensibilis. Proinde cum non naturalis affectus, q̃ paulatim in nostris corporibus contrahitur, nullũ sui sensum excitet, eius ad naturalem statũ reditus, cum uniuersim & celeriter perficitur, non solum sentitur, sed etiã delectationem secum affert: potissimumq; qui à maxime nobis cognatis efficitur, cuiusmodi sunt in gustu quidẽ, dulcia: in odoratu, quæ his proportione respondent, uocantur aũt odorata siue odorifera. Egregiũ uerò proprium quiddam habet generatriciũ particularum ° sensus, propterea q; ẽt facultatem habent ualentissimam, in mari quidem, seminis expultricem: in fœmina uerò, tum hanc ipsam in testibus & seminalibus uasis, tum attractricem in toto utero: coniunxit.n.natura & cũ seminis effusione, & cum eius conceptu, ingentem cupiditatem simul ac uoluptatem. Cęterum offensa redundantis & intus manentis seminis, † quod paulatim multo tempore, ac idcirco plus colligitur, quanquã magnopere infestet, sicut alibi dicemus, impar tñ est magnitudini uoluptatis, quæ in venere sentitur. Offendentis °enim expulsio simul & celeriter facta, etiam delectationis magnitudinem celeritati reditus ad naturam, proportione respondentem habet. G

5. Apho. 21. Ext. ord. 39. b

A. l. de mé. cor. t. 1. c. 4. 558. cd

† Al. paulatim multo tempore colligitur: ac idcirco quanquã magnopere etc.

° Al. autem.

De Symptomatum causis quæ ventriculo eueniunt. CAP. 7.

Reliquum autem fuerit de ijs symptomatis, quæ circa os uentris contingunt (cor ẽt appellant) disserere: sunt.n. hæc quoq; ex tactorio genere. Cæterum nullum membrorum aut ita exactum habet sensum, aut ita utrunq; principium unà secum afficit, sicut os ventriculi: nominatur autem in consuetudine non vulgo solum, sed etiam à medicis stomachus. Quæ nanq; stomachicæ uocantur syncopæ, huius particulæ symptomata sunt quemadmodum & cardialgiæ, quæ ab altera eius appellatione nomen sunt sortitæ. Inducit præterea & dyspnœas & apnœas H & °demorsus & epilepsias & deliria & melancholias: Atq; hæc quidẽ omnia societatis ratione: inappetentias uerò & diminutas uitiosasq; appetentias, per se ipsum. Voco autem inappetentiã cum quis nihil omnino appetit: diminutam uerò appetentiam, eam quæ imbecilla est. Porrò uitiosarum, aliæ ad immodicã cibi & potus sumptionem sunt deditæ, aliæ ad alienarũ qualitatum desiderium propensæ. Dicendũ ergo ordine de oĩbus, initio à proprijs eius symptomatis sumpto. Sequuntur hæc ipsas naturales particulæ functiones, quarũ utiq; gratia maximos à cerebro requirebat neruos: propter quos etiam excellentiam hanc sensus præter cęteras particulas possidet. Nam, qm̃ cute tenus unumquodq; animal in ambientem aerem digeritur, accidit ut mẽbra quæ sub ea sunt, prima uacuentur: quorũ ingenita uis (ut in opere de naturalibus facultatibus à nobis est monstratũ) ex proximis sibi alimentũ trahit, id. s. quod uacuatẽ reficiens: deinde rursus illa, ex ijs quæ sibi sunt proxima: sicut q̃ tertio loco sunt posita, ab ijs quæ sibi: atq; ita semper p continuum, veluti in choro quopiã translatione celerrime facta, ad uenas quæ ad uentriculum pertinent, uacuatio peruenit. Hæ uerò & solent pariter, & natæ sunt ex uentriculo nutrimentũ trahere, perinde ut stirpiũ radices quæ in terrã sunt dimissæ, ab ea: cum.n. hoc opus uniuersum naturale sit, non aĩale, similiter in stirpibus & animalibus perficiẽ. Ac in stirpibus quidem, terra

° Hæc dictio nõ est in Codi. aut quis, nec cæteri interpretes uidẽtur eam habuisse, sicuti sanè superflua est.

Nicolaus tamen Calaber, & vetus translator uidẽtur loco dictionis δήξεις, i. demorsus, legisse πνίξεις, cũ ipsi habeant suffocationes.

perpe-

A perpetuò paratum largumq; alimentum rigantis ritu subministrat,quandiu cœlitus temporum status pro natura se habet:qñ,si ex terra squaloris excessu siccatus est humor, stirpes nutrimenti penuria marcescunt:animalibus aũt,vtpote terræ non affixis,præter utiq; pauca quędam,natura uentrem pro nutrimenti veluti penu fabricauit,quemadmodũ stirpibus terram. Dedit aũt aĩalibus & penuriæ sensum,quo.s.ad cibum potionemq; proritata,in tempore expleantur : vocaturq; eiusmodi implendi desiderium,appetentia.Fit aũt ex penuriæ sensu, cum.s.venæ ex ipso ventriculo veluti emulgentes sugentesq; aliq d trahunt:non ferens aũt eum suctum uentriculus,sed ueluti diuulsus,offensæ eius medelam cibũ comparat. Quippe venæ hoc pacto ad obiectos cibos conuertuntur,atq; ex ijs nutrimentũ trahunt,nequaquã ex uentriculo. Fitq; post cibi sumptionẽ,ut & uenæ simul ad cibos se conuertant,& uentriculus ex ijs,quantũ prius per uenas est exhaustũ,in se ipsum trahat.Ac suctus quidẽ ipsius sensus,fames est.Reliquorũ duorum, alterum uenarũ suctum præcedit,uocaturq; appetentia homonymōs cum altera: est aũt naturale opus,non aĩale:talem uerò appetentiam uacuatio præcedit. Existuntq; in totum quinque symptomata,ordine quodã sese deinceps sequentia:quorũ Primum uacuatio est,Secundum uacuatorum appetentia naturalis,Tertium uentris suctus,Quartum eius sensus, Quintũ appeten-

B tia eius animalis,quę omnium est ultima.Itaq; ẽt huius actionis amissio,aut eò accidit,ꝙ sensus suctus sit amissus:aut eò ꝙ suctus nõ fiat:aut eò ꝙ corpus non uacuetur.Ad eundem modũ exiguæ & languidæ appetentiæ erunt,non perditis ijs quæ diximus,sed propè ut pereant ꝑductis. Vitiosæ uerò appetentiæ,quæ quidẽ in quantitate modum excedunt, uocanturq; à quibusdam caninæ,tum existunt,cum uel acidus quispiam uitiosus succus uentriculũ mordet:vel totũ corpus immodice digestum,inops alimenti redditur. Vitiosus nanq; succus,qui frigidus est, similẽ suctui morsum infert:appetentiã uerò proritat,naturalis affectus similitudine: alimenti aũt,nõ potus desiderium excitat,propter frigus: at uitioso succo qui salsus & biliosus fit,uentrem mordente,potio magis,quã cibus appetit: præterquã.n.ꝙ calefiat sicceturq; ab eo uentriculus,quæ utiq; sitis causa sunt, ẽt liquari fundiq; tum in eo tum in uenis succos contingit. Fundendorum autem succorũ symptoma,ea quibus continentur implet,quemadmodũ(arbitror)frigiditas uacuat.Itaq; ẽt non parum ad esuriem,frigiditas eorũ quæ in uentre habentur,confert,cum & corpora uacuet,&,eorũ tunicas cogendo constringendoq; ad appetẽtiam iritet.Non esuriendi uerò continens in primis causa est caliditas,vt quę solida corpora laxando resoluat,atq; ad tractũ imbecilliora reddat:liquida,liquando amplius extendat. Atq; una quidem caninæ appetentiæ

C causa est,uitiosus is succus qui acidus est:altera (ut dictum est) amplior per totũ corpus uacuatio,q̃ uel caloris robore,uel retentricis facultatis imbecillitate, sit illata. Proinde in priore affectu accidit,ut plurima sumptorũ incidat deiectio:in secundo, ceu qui ex uacuatione habitus sit conflatus,alimentum in corpus digeri. Atq; immodicæ quidem & appetentiæ & fames ob hæc fiunt. Vitiosas aũt qualitates concupiscunt ij,quibus uentris tunicæ uitiosum aliquod excremẽtum imbiberunt. Solet id maxime mulieribus, quæ uitiosi sint succi, cũ grauidæ sunt incidere: uocaturq; affectus græce citta,{picationem aliqui latinè appellarunt.} Appetunt autem sub hoc affectu,acida maxime acerbaq;:aliqñ uerò acria:sicut non nunquã uel terram cimoliam, uel testas,uel extinctos carbones, taleve aliquod alienũ edulium. Porrò sic afficiuntur earũ pleræq;, usq; ad scd̃m & tertiũ mensem:in quarto uerò desinunt, partim uomitione uacuato uitioso succo,partim tẽpore concocto:scilicet muliere ipsa præ cibi auersione,exigua comedente, partim etiam abundantia ipsa humorũ uacuata. At primis duobus mensibus parum sanguinis in fœtũ attrahitur,utpote adhuc minimũ,cum scilicet quod in utero est hoc tẽpore,nec embryon gręce uocetur,sed cyema adhuc,id est uteri gestatio.Hoc autem auctius redditũ, tum ipsum ampliore nutrimento vtitur,tum non solum quicquid optimũ in uenis est,id attrahit(ceu prius dixi) sed

D etiã quia plus indigeat,eius qđ uitiosum est,aliquid unà trahit. Atq; ita totum corpus,tum plenitudine laborare desinit,tũ minus uitiosi fit succi. Ipse autem fœtus alimẽti,quod attrahit, excrementa,in duplicibus mẽbranis reponit.Ac fit quidẽ magna ex parte ipse quoq; & uitiosioris succi,& intemperatior,utpote ex uitioso nutritus sanguine: nisi si quæ eum gestat,in reliquo gestationis tẽpore salubribus utatur alimentis.Verum hoc nihil ad rem propositam. Vitiosæ autẽ qualitatis appetentia,de qua disputãs picationis memini , aliqñ in uiris quoq; incidit:cum.s.ijs quoq; in uentris os,similis aliquis uitiatus succus procubuit.Atq; hęc quidem circa cibi appetẽtiam,symptomata fiunt. In potionis autem appetentia,altera totidem ijs similia. Est quidẽ ueluti priuatio desiderij potus, cũ corpus uel propter excessum humoris & frigoris omnino potione non eget;vel uenter offensam ex desiderio in se non sentit:Diminuta verò est appetentia,cũ eadem ipsa remissiora sunt:at quæ uitiosa est,ad proportionem se habet cũ ea,quæ circa alimentum est praua:aliqñ quidem immodicũ postulans potum,vtiq; cũ in ipsis uentris tunicis,malus quispiam succus salsus aut biliosus continetur: aliquando aũt naturali humido in eo ueluti ferueute.alieni verò desiderantur potus,perinde utiq; ac cibi, pro dominãtis uitiosi succi ratione. Atq; hæc quidem in lõgo tẽpore ijs,qui uitiosa uictus ratione sunt usi,superueniũt. Inexplebili uerò nouimus cruciari siti,ex qua ẽt perire , tum eũ,qui uiperam comederat (erat autẽ fortasse

A.l.1.f.1.d.1. c.7. fol.18.a

A.ibidem.a

dipsas) tum messores, qui uinum in quo talis serpens fuerat mersa biberant: tū eum qui vetus ui E
num vsq; ad ebrietatē hauserat: non minus eum qui ꝑtinaciter sustinere sitim sibi imperauerat:
ad hæc alios in nauigio cui deficeret aqua dulcis, quorū qui ausi sunt marinam bibere, cū immo
dice supra cæteros sitirent, quidam ēt eorum & fluxa essent aluo, nec id sine morsu uehementi,
celerius q̄ alij perierunt. Vidi aūt & ex ijs qui ardenti febre laborarant, quendam cum morbus
inualesceret, & frigidam impudenter bibere, nec vnquām quoad moreretur, expletum. Ac talia
quidem & tot numero circa uentris appetentias sunt peccata. Est ēt cardialgia, quod oris uētris
infestum est symptoma, & ad sensum refertur à succis mordentibus prouenien s. Præter hæc est
quod bulimos græce dr: est autem symptoma ex indigētia simul imbecillitateq́; & refrigeratio-
ne huius loci ortum. Nec est mirādum si eius dolores, tum animi deliquia, tum uirium defectus
comitātur. ubi.n. ex digiti ad aliquid offensione, uidentur aliqui animo linqui, mirum profectò
non est; ex stomacho id pati, cum & propter eximium sensum, & ꝑꝑ situs uicinitatem, duo prin
cipia promptius in societatem doloris asciscere possit. Maximeq́; symptomata maxime sensibi
les stomachos ingerere deprehendas, utpote qui magis quā alij, ex quolibet infestante cōtristē-
tur: eosdem ēt vtrique principio suam offensam transmittere inuenias. Cum autem vniuersum
quoq; neruorū genus in quopiam magis sensile magis ue patibile est, tum vtiq; vel maxime ipsa F
quoq; principia in societatem noxæ promptius trahuntur, cum uel ex affectu aliquo, uel etiam na
tura, infirmiora fuerint. Cum verò quatuor simul cōfluant, maximū necesse est fieri symptoma.
Quatuor intelligo, tum affectum, qui stomacho nocet, cum.s. uehemens est: tum sensum eius, cū
maxime est acer: tum neruorum arteriarū ve genus, cum est imbecillum: ad hæc etiam uel cere
brum ipsum uel cor infirmum. Ita nanq; & comitialibus morbis, & caris, & comatis, & catalepsi,
& delirio, & melancholijs quidā ex stomachi vitio corripiūtur, vtiq; cum principiū quod in ce-
rebro & neruis est, simul afficitur. At quæ cardiacæ vocantur syncopæ, tum incidūt, cū quod in
corde & arterijs principium habetur, cū stomacho laborat: ad eūdem modū & pulsus priuatio,
itemq́; tum paruitas eius, tū prauitas. Apnoeæ verò id est spirationis defectus, cū utrunq; prin
cipiū in magni affectus societatē est adductum. Sanè dyspnoeæ id est spirandi difficultates etiā
duplici rōne proueniunt; aliàs transuersi septi angustia, aliàs utriusq; principij sympathia. Sunt
aūt occasiones quæ animal ad eiusmodi symptomata ducunt, non paucę. Nam & valida refrige
ratio interim quidē ipsa per se: interim verò ex pituita, quæ admodū sit frigida (est aūt talis ma-
xime quæ fuso vitro colore ac consistentia sit similis, quem uitreum succum Praxagoras & Phi-
lotimus nominant) nō minime verò ex spiritu qui flatuosus sit idemq́; frigidus; aut ex potu; aut G
cibo, aut medicamēto aliquo, quod valde sit frigidum; nō solum ipsum os uētris perfrigerat, sed
ēt vnà cū ipso per neruos quidē cerebrū, per magnam verò arteriam cor ipsum frigidū reddit;
neruosi quidem generis societate cerebrum, situs autem uicinitate cor. Postquàm.n. maxima ar
teria à corde exorta, super spinam incessit, primum quidē gulæ tum iungitur, tum per membra
nas annectitur: post hanc uerò, & sub os uentris, & ipsum uentrem per longitudinē porrigitur,
infraq́; procedit. Ac per hanc quidē arteriam quæ & maxima est, & ex ipso corde nascitur, alte-
rum principiorum cū ore uentris simul afficit: per neruos aūt cerebrum. Nihil igitur miri est, ex
eius ægritudinibus, maximis & uehementissimis symptomatis animal torqueri. Ac quis quidē
cuiusq; symptomatis generandi sit modus, in sequentibus dicetur: ad præsens occasiones ipsas
dicere sat habeo. Hæ sunt fungi quidam, & buprestes, & cerussa, & gypsum, & lac concretum, &
uteri *perfrigeratio in uiduis, & ijs quæ non purgantur, præterea quæ in uiris ad horum portio-
nem fiunt. Dicetur etiam alibi de respiratus priuatione seorsum.

* Al. πνίξεις, id est, strangulationes, vt uetus etiā interpres & Copus & Nicol. Calaber.

De symptomatum causis, quæ in primo & communi sensu fiunt. CAP. 8.

Actum de sensorijs instris omnibus, tum q̄ in his sunt facultatibus, iam mihi absoluta dispu
tatio uidetur. Nunc ad ipsam eorum originem, & q̄ ex se ueluti fonte membratim ijs ui H
res transmittit, conuerti tempestiuū uidetur. Est aūt ea, id quod primum sensorium est. Quippe
cuiusq; sensus alteratio quæ à sensibilibus infert, in singulis instrumentis perficitur: eius aūt sen
sorium est ipsa quæ alteratur particula, ex eo ꝙ à cerebro delatam ad se per neruum uirtutē re- A.l.1.f.1.d.6. c.4.27.a.b
cipit. Ipsum nanq; cerebrum, sensorium organum à natura conditum non est, sed sensoriorum
sensorium. Quòd aūt per neruos semper sentiendi uim omnibus animalis particulis transmit-
tat, inde maxime liquet, ꝙ præciso neruo quolibet, ilico particula in quam dispergitur, sentiēdi
uim amittit. Liquet aūt non secus & ꝙ in somno, aut omnino ferient sensus, aut exiliter & ob-
scure agant: rationabile ergo est exiguum uirtutis à principio in singulos tum confluere. Et pro
funde quidē ac non ꝓfunde dormire, sicut vulgo loquimur, ex quantitate influentis uirtutis cō
tingit: cum tanto minus eius influere sit credibile, quanto somnus est profundior. Igitur in toto
eo tpe uidetur animalis uis quiescere, naturalis aūt uehementius operari. Id aūt inde adeo con-
iectet quis, simul ꝙ fatigata prius, postq̄ dormitum est, uires recipit, potissimum ubi post medio
crem cibum est dormitum: simul ꝙ dormientibus nobis nutrimentum non in uentre modo, sed
etiam in tota animalis mole, optime concoquitur. Est ēt alioqui consentaneum, illud quoq; ani-
malis membrū aliqñ quiescere, in quo rationalis animæ principiū residet. Quippe cor breuibus
inter-

A intermissionibus videt hoc facere, ita ut multo tempore ad requiem non indigeat: cerebrum autem non ita, sed in uigilijs semper exercetur, in somnis quiescit. Ergo fit, ut qui liberalius se exercitarunt, eos altior somnus premat, tanquam multæ ijs uires cũ laborarent, à principiõ defluxerint. Igitur cerebrum, tum p̄p uirtutis, quam transmisit absumptionem, tum propter fatigationem, qua p̄p multos labores est affectum, & requie simul & refectione eget. Veluti aũt ab exercitationibus & promptius & profundius dormitur, sic & à sumpto nutrimento: quantoq; id humidius natura fuerit, tanto magis somnum conciliat. Idemque accidit & ijs, qui plusculum uini biberunt, & qui caput liberaliter in balneo calido lauarunt: quippe omnia talia uidentur cerebrum humiditate implere: qua vtiq; indiget, vbi in multo negocio & fatigatum est, & siccatum. At uerò quòd caput impletum somnum afferat, monstratum ab Aristotele abunde est: nec est q̄ de ea re nos nunc quicquam agamus. Qui enim librum eius de somno & uigilia leget, tum hoc ipsum, quòd capite repleto, somnus animali superueniet, clare perspiciet: tum quod apud eum in sermone claudicat, intelliget. Quanquam enim & ad ratiocinandum sit uehementissimus, & ad disceptationem quocunque uelit probabiliter perducendam maxime potens, tamen cur capite repleto primum sensorium, si id (sicuti ipse existimat) in corde sedem habet, quiescat, nihil

B potuit probabile inuenire: multo enim p̄babilius sit, ex pulmonis humiditatibus somnos fieri, quem natura ob nihil aliud cordi circundedit, quàm ut illi ministraret. Quis uerò aut medicorũ qui contrariæ sunt sententiæ, aut qui à nuda experientia procedunt, in caris & lethargis & comatis, denique omnibus præter naturam somniferis morbis, non aggreditur caput, illudq; perfundit, ac super cataplasma imponit, raditq́ue, & cucurbitas affigit, omniaq; molitur, tanquam hic morbi radix consistat? Ad eundem enim modum & cum deliria & phrenitides, omnes denique, quæ præter naturam sunt uigilias, curant, præsidia capiti admouẽt. Verum de his alibi pluribus est disceptatum. Ad ea uerò de quibus nunc agitur, illud ad rem pertinet, quòd cerebrum ubi requiescere à multa actione vult, naturalem somnum animali inducit: quod etiam magis facit, cum nutrix in eo uirtus largum quo fruatur humorem habet. At cum à multo uel frigido humore grauatur, eum qui in comatis & lethargis cernitur, somnum affert: aliosq; similes ijs morbos, quorum caput humiditas ac frigiditas sunt, uel alterutra per se solã in eo consistens, vel ambæ simul iunctæ. Talia igitur sunt, cum medicamenta omnia, quæ uerè somnifera sunt: tum quæ sic quidem uocantur, inferunt autem non somnum, sed coma, & caron, & totius corporis torporem. Ac quæ quidem duntaxat humectant, omnia merito somnifera uocantur: quæ uerò perfri-

C gerant, nec somnum nec indolentiam afferre rectè dicuntur, sed pro somno, coma & caron: pro indolentia, ob perfrigerationis excessum, vel prorsus insensibilitatem, uel certe sensum diminutum. Porrò dictum prius est torporis uitium, sensum motumq; diminutum neruosarum esse partium: fitq; (ut dictum est) tum ex alijs causis, tum ex intemperie, veluti post medicamenta, quæ perfrigerant. Atque ita quidem somni, & comata, & cari, & torpores fiunt. At siccitas immodica & calor, quales in phrenitide propter succum aliquem mordentem & calidum spectantur, irritationes & uigilias, quæ quidem tristitiæ uel curarum occasione non consistant, inferre solent. Vt autem talia symptomata toti corpori communia fiunt, ex eo quòd principium est affectum: sic alia omnibus uoluntarijs functionibus, ob principium affectum incidunt: nam & apoplexiæ & epilepsiæ propter cerebrum affectum fiunt. Est tamen apoplexia eiusmodi uitium circa uoluntariam actionem, quale est in sentiendi actione, altus somnus: Aliud uerò tale est in epilepsijs conuulsio, quale in sentiẽdi functione vigilia. Ambo enim hæc uitiosi motus cerebri sunt, ideoq́ue etiam partium sigillatim omnium: reliqua uerò duo, actionum eius, tum cohibitiones, tum quietes. At in conuulsionibus totius corporis, quę sine delirio sunt, uel caro, morbus spinalis in collo medullæ est: quemadmodum ubi uel brachium, uel crus, uel musculus unus tenditur, ac

D uiolenter conuellitur, unius semper nerui qui particulam mouet, uitium est. Quæ uerò omnino morbi causa sit, cuius occasione partes contrahantur, difficile dictu est: æque ut palpitationis, & tremoris, & eius agitationis quæ græce homonymos cum uehementis frigoris sensu, rigos dicitur: est autem inæqualis totius corporis concussio ac uibratio: { uocetur si libet concutiens rigor: } Quippe quæ omnia musculorum genus, vel solum, uel magis quam cæteras partes, tentare uidentur. Exactius autem id sciemus, si prius eorum notiones distinxerimus. Ad præsens enim quatuor memorauimus appellationes, conuulsionem, tremorem, palpitationem, & quod rigos græce dicitur. Qualia uerò singula symptomata sint, quæ hæc uocabula signent, à nullo me priorum definitum inuenio: sed alij ad morborum substantias, quibus superueniunt, statim se conferunt: alij ea distinguere aggressi, in interpretationibus suis falluntur: quod facile intelliget, qui lectis quæ à nobis traduntur, euoluere libros eorum volet: neque enim difficile est ubi ueritatem noueris, quæ parum rectè sunt dicta, deprehendere.

Ergo de his omnibus proximo agetur libro.

GALENI DE SYMPTOMATVM CAVSIS LIBER SECVNDVS

Thoma Linacero Anglo interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Causæ Symptomatum declarantur, quæ motum animalis & principem functionem solent deprauare.

Quotuplicia sint deprauati motus symptomata. CAP. I.

Conuulsio igitur, & tremor, & palpitatio, & rigor (qui scilicet totius corporis est concussio vibratioq;) præterea horror, & singultus, & tussis, & ructus, & sternutatio, & pandiculatio, & oscitatio, & stridor seu strepitus (trysmō græci uocant) omnia motum illegitimum pro cōi genere habent. Dissident inter se, vno primoq; potissimum, q alia eorum naturæ sunt opera, quæ tñ à morbosa quapiam causa uiolenter moueri sit coacta: alia morbosos comitantur affectus, natura ad eorum generationem suppetias minime ferente: alia fiunt vbi ad opus efficiendum simul coeunt & morbus & natura. Naturæ nomen in hac disceptatione pro omni facultate, quæ aīal siue uoluntatis nutu, siue citra hūc, regat, intelligas uelim: Quippe hoc loco omni causæ pter naturam, cuius uitio læditr & corrumpitur aīal, totum illud facultatū genus, cuius beneficio seruatr, ex aduerso opponimus. Eiusmodi ergo facultatis opera sunt, sternutatio, tussis, oscitatio, pandiculatio, & singultus: Vnius aūt morbi opera sunt palpitatio & conuulsio: Sicut amborū, morbi facultatisq; coeuntium, tum torpentium oīum motus, tum cæteri quos ædunt ij, quorum nerui adhuc resoluuntr, nondum autē sunt resoluti: quibus etiam adnumeratur tremor. Atq; hæ quidē nunc nobis propositi symptomatū generis primæ dfiæ sunt: quarum cuiusque propriæ quædam deinde habentur, de quibus nunc agendum, à motibus ijs, quos innata aliqua uis ciet, auspicatis. Sanè societas quędam istis est cū ijs, qui oīno pro naturæ lege se hñt: quam utiq;, ut quæ sit eorum generatio doceam, necesse est prius exponam. Igitur cū quatuor facultates sint, quibus omne nutriendi munus in nutritis corporibus administratr, prima quæ ad se qd utile est trahat, altera quæ id retineat, tertia q̄ alteret, quarta quæ quod excrementum est, expellat: quādiu pro naturæ lege animalis actiones obeuntur, nullus earum motus symptoma est: cum uerò subsistit in corpore aliquid qd alienum à natura sit, vbi id expultricium uirtutum aliqua abijcere nititur, aliquando insensibiles omnino earum motus sunt, aliquando sensibiles euadunt. Ac de insensibilibus quidem post agetur. F G

Quæ Symptomata deprauati motus naturæ, quæ morbo, quæ utrique ascribantur: & præsertim de Tremore & Palpitatione agitur. CAP. 2.

De sensibilibus uerò, qui cum uoluntarijs consortium habent, communis à me doctrina tradetur. Ergo uoluntariæ functionis læsiones sunt, neruorum resolutio, hoc est paralysis, conuulsio, tremor, & torpor. Variant aūt horum singula in particularibus instrīs, non speciem modo, sed etiam nomen. Quippe spirandi instrorum paralysis, apnœa uocatur: eorum verò quibus uox fingitur, aphonia: at linguæ paralysis nullum nomen habet, ipsa tñ nihilo secius loquelam, quæ uoluntatis non leue est opus, prorsus adimit. Contra uerò ischuria, apnœę, atq; aphoniæ simile quid indicare uidetr: cæterum uoluntariæ actionis amissio non est, sed naturalis: quippe q lotium præter uoluntatē fluat, voluntariæ actionis est noxa. Simile qd ac in urina, in deiectionibus quoq; accidit: retentio .n. eorum, naturalis actionis est culpa: inuolūtarius effluxus, actionis uoluntariæ. Porrò demonstratū uberius de his oībus est, in libro De musculorū motu. Atq; ita quidem paralyses varia specie sunt. Conuulsiones verò ad hunc modū. Dentiū inuita concussio trysmos græce dicta, musculorum mandibulariū est conuulsio: quā uerò illosin græci uocāt, pterea strabilismi, eorum qui in oculis hñr. Veluti ēt gonorrhœæ alia est differentia: si quidem rigido pene fiat, velut quædam conuulsio est: si non rigeat penis, ad retentricis facultatis imbecillitatem referri dēt. Sunt qui singultum quoq; conuulsionis speciē esse arbitrentr. Atq; duplex inspirantium reuocatio non nunquā ob musculorum inspirationem facientiū conuulsionē fit. Est & expiratus species qdam ex conuulsione proueniens, q̄ musculorum qui expiratum efficiunt, cōuulsionem sequitur: appellat hanc Hippocrates spiritum inter exeundum offendentē. Quòd autem apoplexia totius corporis sit paralysis, & epilepsia totius corporis cōuulsio, supra est dictū: nec minus q torpor, leuis qdam sit paralysis. Sanè torpore laborantium particularium, nō parua in excessu defectuq; dfia est, propterea q id symptoma ex morbo & facultate est mistum. Quippe si morbus uirtutem prorsus superat, oīno mēbrum sustinere non ualet: sin uirtus uincit, haud quaquam impeditur: ac si veluti pugna quædam eorum est, mouetur quidem membrum, sed ægre: ac, si iubeas, cum læsum membrum extendunt, ut id extensum seruent, nequeunt; decidit H

de Victus rat. in mor. acu. cō. 2. t. 44. 7. 122.

enim

A enim naturali pondere propter imbecillitatem sustinentis id virtutis, deorsum : quod.n.attollit
ac sustinet,uirtus est: quod,deorsum fertur,ipsum brachij,crurisve est corpus. Causa verò huius
rei reddita prius est, vbi de sensibilibus actionibus egimus: ostendimusq; neruũ uel frigore den
satum,vel crassis & lentis humoribus obstructũ,uel à quapiã extrinsecus causa pressum, in tor-
porem & paralysim adduci. At conuulsio in eandem dispositionem neruos musculosq; ducit,in
quam, cum pro naturæ lege se habebant,ab aĩali uirtute ducebanť.Siue igitur ad principium tẽ
sis,siue flatus influxu impletis musculis uoluntarij motus erant obiti,hęc eadem in conuulsione
accident,tum spiritu flatuoso in musculis,gigni potente,tum multis qui tensionẽ creent (è quo
rum numero phlegmone est) affectibus. Quorum caput (sicut Hippocrates dixit) duplex est, im- 6. Aphor. 39.
pletio,vacuatioq;: In phlegmonarum gñis uitijs, impletio : in ardẽtissimis siccissimisq; febribus
uacuatio. Porrò quod impletis uacuatisq; plus iusto neruosis corporibus, tendi eis oĩbus contin
gat,docent non in postremis,quæ in instris musicis intentæ sint chordæ: quippe quæ siue in hu-
midam & humectam,siue in siccam & squalentem domum, tentæ sint repositę,rumpunť: ideoq;
eas artifices, priusquã reponantur,laxant. Propter hoc igiť dictum est superius conuulsionis mo
tũ ex solo fieri morbo, immobilitati, q̃ in paralysi uisiť, non dissimiliter, ut quæ ipsa quoq; mor-
B bi occasione incidat. At scd̃m naturam in animalibus motio & immobilitas, vbi sublatum quis
brachium in motum seruare põt, utraq; ab animali fit potentia. Quòd si sanum brachiũ super so
lidum aliq̃d reclinans,oẽm musculorum relaxet actionem,nec ꝑꝑ morbum, nec propter uirtu-
tem eo casu quiescit brachium;sed,quod animalibus naturale est,pondere. Ita trium quietũ,ea
quidem quæ in paralysi cernitur, à morbo solo fit,obligata (ut sic dicam) eo tꝑe uirtute: quæ ue-
rò in membro,cum extensum est, hť à potentia : quam uerò ultimo loco posui, à neutro : Non
ignorantibus scilicet nobis quæ in libris de musculorum motu de extento brachio sunt dicta, ta
lem habitum ipsa re uera ex actionum,motuumq; esse genere: motum præterea hũc,tonicon.i.
tensiuum à nobis nominari dictum est. Ac talis quidẽ habitus,alio modo motus,alio immobili-
tas, dici potest : Reliqui duo,nullo modo participes sunt motus : æque ut reliqui duo motus &
conuulsiuus & uoluntarius,nullo modo ad immobilitatem attinent. Præterea dictum est porre
ctũ extentumq; brachiũ ex duobus æque ualẽtibus,administrari motibus, virtute scilicet id sur
sum attollente,& naturali pondere cõtra pessum trahente. Ad eundẽ modum tremor quoq; ex
duobus constat motibus,& eo q̃ pondere brachium deijcit, & eo quem uirtus attollens contra
C opponit. Ac in ualente quidẽ brachio, ne uel minimum quidẽ uinciť uirtus à pondere, sed potẽ
tior membri deorsum nutu,sustinet id, tm̃q; in sublime attollit, quãtum illud deorsum trahit. In
tremore uerò inuita uirtute , mẽbrum ruit deorsum : licetq; liquido cerni eorum pugnam , nec
uirtute mẽbrum decidere sinente, ueluti in paralysi;nec pondere permittente uirtutem id subla
tum seruare ita,ut cum ualens erat. Inuicem igiť uincente uictaq; potentia, mutuoq; semper cõ-
trarijs succedentibus motibus tremor efficiť , estq; cõpositus motus,qualis est arteriarũ pulsus.
Verum in ijs sensibiles motuum q̃etes, dilatationem à contractione dirimunt: si tñ non adeo fre
quens pulsus est,ut in ijs,qui propterea ꝙ formicarum motum æmulanť , formicantes dñr : Hic
aũt nullam inter contrarios motus sensibilem quietem inuenias : neq;.n.uicissitudo motuũ est,
quæ ab vna perficiatur natura,sed pugna uirtutis & ponderis corporis. Cæterũ ut maxime hunc
motum alteri cuipiam,qui in corpore habeatur assimiles , formicantis pulsus est non absimilis.
Vt enim in hoc arteriæ motus,in minima spatij intercapedine agiť: sic in tremore animalis par-
ticula,quæcunq; ab imbecilla uirtute moueť. Patet ergo huius quoq; symptomatis generatio: &
ꝙ omnino cum conatu fit mouendi,& cum uirtutis infirmitate. Sunt qui putent uoluntatẽ à tre
more non esse inseparabilem,uidentes uidelicet totum interim caput tremulo motu agitari,sine
D uoluntate mouendi: sed hi ignorant,ꝙ ẽt in custodiẽda quauis particula recta,tũ uoluntas agit,
tum tenduntť ab ea musculi,non aliter q̃ in alijs actionibus tenderẽtur. Sanè hoc in libris de mu
sculorum motu à nobis demonstratum est. Sed & nunc non exigua ponemus indicia, & ꝙ uolũ
tas in tremoribus agat, & ꝙ imbecillitatis culpa rectam custodire partem non ualet. Illum.n.cui
caput tremit, si super molle aliquid supinum reclines,non amplius tremet. Ad eundem modum
si quis scribens secásve , aut aliud quippiam factitans tremit,si manus ab opere abstineat, treme
re iam desistet. Pari modo si quis cruribus cum ingreditur,sit tremens , si ingredi desinet,non tre
met: uideas enim non raro robustissimos iuuẽnes, ubi maximum aliquod onus humeris impo-
suerunt,cum progrediuntur,cruribus tremere: vbi progredi desierunt, aut onus abiecerunt, sta
tim à tremendo liberos: quippe cum graue leueq; ad aliquid referantur, fuerit nimirum & onus
adeo magnum,ut ẽt fortissimo sit graue. Ac ualidam quidem uirtutem maximum onus uincit :
quæ uero ualida non est,hanc non maximum modo,sed etiã paruum superat : ꝙ si adhuc sit in-
firmior,ipsum eius insitum corpus oneris ritu graue erit. Eoq; fit,ut senes omnes si quando ma-
iorum uirium opus moliuntur, statim particulis ijs quibus agunt,tremant. Sic etiam qui ad præ-
altum aliquem præruptumq; accedit locum, cruribus tremit: deijcit enim uirtutem timor. Non
secus etiã serpentem qui conspectum fugiens,tremens redditur. Quid qui formidabilem magi-
stratum adit, nonne toto corpore tremit? quem si loqui iusseris, ne uocem quidem non tremu-

Iam edet. Vt igitur animi affectus, vbi debilitatem motrici facultati intulit, tremulos facit; sic & E
corporis morbi cum uires labefactant, tremoris symptomata inducunt. Ac primũ quidem maxi
meq; uirtutem lædunt morbi, qui in intẽperie consistunt: quippe cum senium quoq; propterea,
ꝙ intẽperies q̃dam est, ad frigidius siccius q; conuersa, tremoris affectibus facile tentetur. Corri-
piunt ijs non minus & ex iuuenibus ij, qui uehementer sunt refrigerati, & q uino meraco se am
pliter impleuerunt, vel multis cruditatibus laborarunt, vel longo tp̃e cibis repleti, inexercitati
ociosiq; oĩno exegerunt: sunt & qui ex frigida intẽpestiue hausta tremebũdi sunt redditi. Quip-
pe talia omnia frigidam intemperiem creant, non raro quidem in toto corpore & ipso neruorũ
principio: interim verò, in quibusdam partibus, q̃ scilicet & imbecilliores natura sunt, & ad no-
xam cæteris magis opportunæ. Iam crassi glutinosiq; succi, cum uirtutis uiã sic obstruunt, ut par
cior influat, tremoris causæ fiunt, potissimum cũ prorsus obstruxerunt, ac neruorum aliquorum
partes vllas resolutas laxasq; reddiderunt: quippe reliquæ fibræ valenter musculum intendere
non ualent. Vbi tñ humores qui uirtutis uias per neruos obstruunt, non penitus sunt impacti; sed
concuti & dimoueri uirtute uiolentius se ingerente pñt: eiusmodi motus existunt, quales in pa-
ralysi incipiente nonnunquam accidere prius diximus, mẽbro scilicet aliqñ exaltato, statimq;
decidente. Siquidem cum excitata collectaq; uirtus uehementius se inijciens, neruorum obstru F
ctiones amolita fuerit, membrũ moueť: Rursus aũt humoribus in priorem locum cõfluentibus,
decidit, immotumq; manet, quòad rursus secũdo uirtus uniuersa irruens, humores, qui eius uias
occuparant, dissipet. Verum de his hactenus abunde. Palpitatio autem dilatatio quædam pręter
naturam in particula est. Fit aũt in omnibus corporis particulis in quibus dilatatio distentioque
accidere pñt: non. n. profectò os cartilagove vnquã palpitant, propterea ꝙ dilatari nõ pñt. Ergo
in cute sæpe incidit, non nunquã uerò ẽt in subiectis illi musculis: non in postremis autẽ in uen
triculo, vesica, utero, intestinis, iecinore, liene, & septo transuerso: vnoq; uerbo in oĩbus, quæ di-
stendi dilatariq; pñt, ita ut tum arterijs, tum cordi ipsi videatur incidere, aliusq; in his præter pul
sum motus esse. Est igitur passio hæc neq; uoluntariæ uirtutis propria, nec instrorum ad hãc spe
ctantium, cuiusmodi sunt tremor & conuulsio: sed, ceu modo dictum est, omnibus corporibus
quæ dilatari pñt incidit. Porrò ea sunt omnia quæ naturaliter sunt mollia, ita ut tum dilatationẽ
sui tolerare, tum rursus in se sidere possint. Sanè causam huius symptomatis ab ijs, q̃ manifestissi
me apparent, indagari conueniet: nempe palpitationibus ijs, quæ in palpebris, supercilijs, frõte,
malisq; contingunt. Cernitur. n. in ijs cutis exaltari inflariq; ad eum modũ, quo arterię dilatanť.
Ergo quod in ijs quæsitum est, vtrumne ex sese dilatatæ, vnà cum dilatando trahant quod se im G
plebit, veluti fabrorũ folles: an utrium ritu, cum implenť dilatantur: idem primũ definisse in pal-
pitantibus quoq; particulis conueniet. Videtur aũt qõ genere quidem similis esse ei, quod in ar-
terijs quæritur, facilitate autem inuentionis dissimilis. Neq;. n. sicut arterijs, quæ semper & secun
dum naturam pulsant, rationabile est uim aliquam inesse innatam, quæ id efficiat, ita etiam par-
ticulis quæ palpitant: quippe & semper ijs inesset, & cum sanæ essent præcipue. Qñ itaq; talis uis
neq; semper neq; bene habentibus ineſt, liquet eas ex se ipsis non dilatari. At uerò si non ex se,
oĩno ab aliqua quæ in ipsas influat substãtia. Porrò hanc unã è duabus esse credibile est, vel suc-
cum quempiam, vel aeream aliquam naturam. Ac quò minus succus sit, repugnat palpitationis
o generationis. tum *motus, tum solutionis celeritas: vt quæ & ilico fiat, & statim desinat: Succus aũt nullus aut
ita celeriter influit, aut refluit, potissimum in ijs q̃ modo memoraui circa faciem partibus: vtpo-
te in q̃bus cutis super nuda propemodum extendiť ossa. Ita necesse est causam, vnde palpitatio
exoritur, aeream esse substantiã. At verò si hæc tum exigua, tum subtiliũ esset partium, facile per
corpus transflueret: Non alienũ igiť à ratione est substantiam quandã crassarũ partium halituo
samq; esse; et quantitate, vt ad locum in quo consistit, semper satis magna: Ergo dilatat (ut uerisi
mile est) attollitq; ac inflat partẽ, quoad rusa & cõpulsa ad sui generis perspiret subãm: simili. s. H
effectu ei, qui dũ coquunť succi, visitur in bullis; nisi ꝙ bullæ hic rumpunť, palpitans corpus ob
firmitudinẽ non rumpiť, sed attollitur quoad flatus per id extrudať ac transeat; decidit rursus in
pristinã sedẽ, vbi totus vacuatus est, & exiuit. Rationabiliter aũt & ijs q̃bus perfrigerata est ali-
qua particula, palpitationes accidũt. Quippe qđ ab ea sub naturali ipsius statu attenuatũ, oĩno-
que p naturalem aĩalis calorẽ confectũ, effluxit, id nunc ubi ea pp frigus reddita est imbecilla,
& halituosius & crassiorũ partiũ efficitur. Ita nec facile sicut prius perspirat, sed cohibeť à cute,
& transitus angustia impeditũ, in uia tardať. Quòd si ipsa quoq; cutis sit densata, utiq; duplabiť
symptoma. s. ad crassitudinẽ transfluentis substantiæ, angustia quoq; viarum accedente: Atq; ita
quidẽ in palpitationibus distendiť cutis. Simili aũt modo & musculi, cũ simile in ijs excremen-
tum colligiť, dilatati aliqñ totum membrũ attollũt. Distat tñ manifestissime is motus à motu cõ
uulsionis, ꝙ membrum neq; prorsus extendit, neq; inflectit. In palpitationibus. n. membrum, nec
qđ notabile sit extendiť, nec inflectitur: concutiť autẽ quodãmodo huc atq; illuc, quoad muscu
lus palpitare cesset, ad eũ sanè modum motu obito, quo ẽt in tremore: eo autem differente, ꝙ p
magna fiat interualla, cum tremor incidat per exigua. Siquidem palpitans musculus cũ satis no-
tabili magnitudine est, dum dilatatur, totum sæpenumero mẽbrum secũ attollit; dum contrahi-

tur,

A tur,veluti rẽ inanimẽ deorsum ferri permittit, ita vt totus motus pter naturam sit, nõ aũt sicut
in tremore, mistus quodammodo & cõpositus.Sanè qualis est palpitãrium mẽbrorum motus,
paucus simul tardusq; & rarus;talis ijs qui concutientem rigorem patiũtur, numerosus dẽsusq;
ac celer incidit.Intelligo numerosum,ipso motuum numero:celerẽ autem,ipso motus impetu:
densum,ipsa breuitate quietum.Est autem motus hic non vtiq; sicut palpitatio, & conuulsio to
tus prẹter naturam,sed alio modo,nempe quo tremor.Est igĩ ipse quoq; mistus quodammodo
ex causa quæ præter naturam sit,& animalis uirtute:habeturq; in hoc virtutis plusquã in tremo
re.Immo verò(si fateri uerum oportet)motus omnis insitæ illius est virtutis,quam nos excretri
cem & expultricem nominare solemus. Quod hanc uirtutem ad uiolẽter mouendum proritat
& cogit,id causa est præter naturam.

De motibus quæ Symptomata sunt ob causas,quæ naturam cogunt. CAP. 3.

QVisquis igĩ huius virtutis functiones,dum sanũ integrũq; aĩal est,nouit, estq; alioqui pru-
dens,huic longiore sermone opus nõ est : qui nec illas nouit, & mẽtis est hebetioris, huic
suaserim,siquidẽ ei veritas oĩno cordi nõ est,ab hoc libro abstineat : sin veritatis est cu-
pidus,eãq; magnificat,ubi naturaliũ uirtutũ commẽtarios prius adierit,& se affatim in ijs exer
B cuerit,ad hũc librum se cõuertat.Si.n.nihil horum fecerit, nec demonstrationem eorum quæ à
nobis dicenĩ,intelliget:nec eorum,quæ prius dicta sunt,quod sine ulla demonstratione est posi
tum aduertet.Ac mihi quidẽ statutum est,nullã in hoc opere opinionem refellere. Licet autẽ ei
qui volet,uigesimoquarto Athænei libro plecto,causas,quas priores eo,tã medici,q̃ philosophi
*de {affectu quẽ nos cõcutientem rigorem cũ uenia uocamus.}attulerunt,q̃ absurdę fuerint in- * περὶ ῥίγους: de rigore.
telligere:refellit.n.eos omnes Athæneus. Licebit sanè & ipsam Athenæi opinionẽ examinare,q̃
ut probabilior superioribus est,ita nec ipsa uera est. Verum cui ueritas est curæ,is hæc scio,quẽ-
admodum exposui,facere tẽtabit.Ego verò, ueluti cum ijs agam,qui ea,quæ de naturalibus fa-
cultatibus scripsimus legerunt,pauca loquar,sed si prius ad memoriam reuocauero,quæ de ute
ro,uẽtriculo,intestinis,ac uesica in ijs demõstraui. Siquidẽ mõstratum est,uteros nullo alio mo
do ad fœtum edẽdum se comparare,q̃ per expultricis facultatis actionem: Quippe,qui tum fœ
tus grauitatem, tum sui distentionem,nouem mẽsibus pertulerũt: atq; ita ad unguem toto hoc
tempore cõniuente ore fuerũt,ut ne styli quidem mucronem reciperet;ij absoluto in ipsis fętu,
ad eius expulsionem se comparãt,diuersa omnino cõstitutione affectus.Etenim collum eorum
quod prius se cõstrinxerat,tũ aperiĩ,ut fœtui facilis præsteĩ exitus:tunicæ aũt quæ q̃ maxime
C prius fuerãt distẽtę,undiq; contrahunĩ,ac fœtum extrudũt,ita ut q̃ celerrime per uteri ceruicẽ
excidat.Sanè eadem virtus quę sic de fœtu est solicita,ut nouẽ mẽsium spatio eius sustineat põ-
dus,atq; vt absolutus tuto emittaĩ,prouideat;si circa tertium quartumve,aut aliũ mẽsem fœtus
est corruptus,statim eũ eijcit,tum quoq; similiter collũ adaperiẽs,sicuti,cũ pariẽdi tp̃s instabat,
aperuit:Quippe præfinitũ illi claudẽdi se aperiẽdiq; tp̃s est, non certi alicuius temporis circui-
tus,sed ipsius usus occasio.Ad eundẽ modũ monstratũ est uentriculũ quoq; inferius os suũ post
cibos claudere,nihilq; sinere abire,priusq̃ planè sit cõcoctũ: si tñ eũ nihil aliud intermittere a-
ctionẽ cogit,quemadmodũ vterum fœtus corruptela: quippe similis affectus uẽtriculo incidit,
ubi cibi in eo sunt corrupti : immo uerò non raro simul ac sunt deuorati,si.s.ita uel uitiosi sunt,
vel copiosi,ut eos ferre nõ possit.Atq; idcirco q̃ quidẽ in se fluitant, per uomitiones eijcit : quæ
deorsum uergunt,ad exictũ qui illic habeĩ,detrudit.Sed & citra cibos uẽtriculi uis sępe impetũ
ad uomirũ capit,aut bili urgente,aut mala pituita,aut alio quopiã eiusmodi succo sanieve infe-
stãte.Est enim in quaq; animalis particula facultas,quę,quod pter naturã in ipsa est collectũ,ex-
pellat,ueluti in propria de eiusmodi facultate disceptatione est demõstratũ. Satius nanq; est ad
psentis disputationis claritatẽ,ea demũ ex huiusce facultatis operibus retulisse,quę de utero &
D uẽtriculo sunt dicta.Quippe qualis est cũ euomiĩ,expultricis in uentre facultatis actio: talis est
cũ tussiĩ,in pectore & pulmone. Sanè nullũ animal aut nauseare,aut uomere,aut tussire doceĩ.
Immo longo sæpe à natali usq; spatio integra sanitate fruẽtia,tã alia complura animalia,q̃ homi
nes,nec uomirũ experti sunt,nec tussim:& tamen ubi contristans aliqua causa,uel os uẽtris,uel
spiritus uias occupauit,ilico & tussiũt & uomunt. Et in uomitu quidem sic moueĩ uentriculus,
sicut in partu uterus.In tussi uerò aliter fit motus: neq;.n.potest pulmo tali motu,quod cõtristat
expellere,sed inuenit sibi natura aliud remediũ,magna solertia : quippe cũ externus aer in aspe
ras arterias trahatur,quæ & cartilagineæ duræq; sunt,nec contrahi circa id,qđ cõtinet,possunt,
incitatum hunc excogitauit spiritus exitũ,quã uocant tussim. Cuius generis & sternutatio est,
ad persequenda protrudendaq; ea quæ nares offendũt,instituta : quę ipsę quoq; respiratus sunt
uiæ à natura inuentæ.Quippe expurgat spiritus sibi ipsi uiolẽter & cũ impetu delatus uias,non
aliter q̃ tibias & fistulas expurgant harum opifices.Ac qualis quidẽ mouẽdi modus sit,quo hoc
fiat,in progressu docebitur.Quod ad rem propositam est utile,iã accipiamus. Nempe φ eiusmo
di motus naturę quidem opera sunt:sed tñ pp causas quæ naturam moueri sic cogunt,sympto-
matis,quæ præter naturam sunt, adnumerantur. Atq; intestinorũ quidem & uteri & uesicæ ex-
pultricis facultatis similes motus sunt,siue quid eorũ,quæ secundũ naturam,siue quę prẹter na-
turam



turã sunt, expellitur: quo minus symptomata ab ijs clare discreta sunt. At quę in tenesmis, & dy E senterijs, & lienterijs excernuntur, symptomata sunt: ueluti (arbitror) & quæ in strãgurijs & in urinæ diarrhoeis: ꝙ si quis exacte loqui uelit, ẽt uentris crepitus, & stridor, qui trysmos Græce dicitur, & ructus, & uentris murmur, aliaq; id genus: de quibus etiam proxime dicetur.

De Tussis & sternutamenti causis. CAP. 4

VErum in uentre manifestius est id, quod in uomitibus cernit̃: multiq; hos nõ naturæ opus, sed symptomata esse dicunt. In tussi uerò & sternutatione, clarius quidem est, quod in tussi notatur: sternutatio uerò nõ similiter uidet̃ p̃ter naturã esse. Cęterum sunt, nõ hęc modo, sed ẽt tussis, & uomitus, & diarrhœæ, taliaq; oĩa ex illo symptomatũ genere, in quibus causa aliqua quæ præter naturã sit, ad tales actiones naturã extimulat. Quanquam mouendi modus nec in oĩbus idẽ uisitur, nec ab eadẽ facultate fit, sed circum ea quæ ab utero, intestinis, uentre, uesicaue excernuntur, ipsæ particulæ se cõtrahunt, ad eum modũ id, quod in se cõtinent, extrudẽtes, quo manus nostræ aliquid exprimunt. Facultas aũt quæ motũ ijs præstat, una è quatuor naturalibus est. Verũ cũ in asperis arterijs contineatur corpus quoddã cartilagineum, duræq; substantiæ: quod idcirco constringi circa id, quod intra se habet, nõ ualet: natura spiritum cũ concitato impetu extra deferri subigit, ac tussim mouet. & fit per eadẽ instrumẽta, per quæ magnę & F uehemẽtes spũs expulsiones (quas efflationes nominamus) efficiunt̃: sic ut tussis nihil sit aliud, q̃ uehemẽtissima quędam efflatio, quo plurimus simul celerrimeq; foras actus spũs, attrahat ꝓpellatq; suo impetu, quæ uias suas obstruunt: cumq; primo aggressu pellere quod offendit non ualet, bis terq; se inijcere in id non grauat̃: fitq; uoti plerunq; compos, ubi.s.tũ spiritus ipse cum uehementia defert̃, tũ quæ obstruunt contumacia ad propellendũ non sunt. talia sunt quæ nec aquosæ, nec glutinosæ substãtiæ sunt: aquosa nanque propter tenuitatem, potius à spiritu dissecãtur, q̃ ultra deferunt̃: glutinosa pertinaciter arteriæ, adhærẽt. Quoties igit̃ spiritus cũ eiusmodi humoribus contendit, omnino sæpe uiolenter se inijcit, fiuntq; ex eiusmodi humoribus plurimæ tusses, & uehementes, nec sine magno nixu. Porrò eos humores qui in arterijs cõtumaciter hærẽt, & qui difficulter reijciunt̃, magis expediunt sternutationes: ut pote in quibus maior ẽt est spiritus impetus, q̃ in tussi, cã uerò generationis altera: Quippe ꝓꝑ ea quæ in naso, nõ ꝓpter ea quæ in arteria aspera offendunt, emittitur in ijs spiritus uehemẽter: emittit̃ aũt cũ eo ẽt ex prioribus cerebri uentriculis aliquid. Atq; idcirco tusses quidẽ, caput nihil iuuãt: sternutationes (si tñ ex catarrho nõ fiunt) maximum remediũ capitis halitu repleti sunt. Nec mirum uno impulsu tũ à pulmone, tum à capite spiritum emitti: monstratũ.n.est, ubi de his disseruimus, caput quidẽ pectori motus principiũ tradere; pectus autem pulmonem & dilatare & contrahere. G Cum igit̃ quæ in naso offendunt, persequi properat, utrisq; emittendi spiritus uijs simul utitur, altera quidẽ ea, quam ipsum per se facit: altera quam per neruos, ueluti per quædam longa brachia, quæ in pectus descẽdant, quippe ꝑ hos id cõtrahit: halituosum aũt spũm ꝑ colatoria ossa, ipsum per se exturbat. Atq; hæc quidẽ symptomata, uolũtariæ sunt facultatis. Vomitus autem q̃q̃ ad ꝓportionẽ horũ se habet, naturalis facultatis est symptoma. Veluti aũt uomitiones nauseæ præcedunt, ita tussim, quod cerchnos Græce dr̃: † est aũt non tussis, sed exiguus quidam ad tussiendũ impetus.‡ Præterea sicuti non nulli nausearunt, nec tñ uomuerunt, ita non nullis symptoma modo dictũ incidit, nec tñ tussis ꝓꝑ causę paruitatem̃ est secuta: quippe interim ex parua faucium aspredine, interim uerò ex tenui aliquo exiguoq; prorsus humore, contingit. Perpetuo.n.spũs quicquid illi sit obstaculo, reijcere id per tussim conat̃: est aũt id uel humor aliquis à capite descẽdens, sicut in catarrhis; uel in asperis arterijs aliquid collectũ, ueluti in peripneumonia, & pleuritide, & gibbi iecinoris phlegmone, uel fauciũ asperitatibus. Extra.n.hæc sunt ad ꝓportionẽ eorũ, quæ à capite defluũt, quæ bibentibus edentibusve nobis in arterias delabunt̃. Est & aliud tussis genus ex instrumẽtorũ spirandi ortum intemperie, quod agnouerũt quidẽ ẽt H Pneumaticæ sectæ probatissimi, quorũ est & Athenæus. Necessitatẽ tñ, ꝓꝑ quam ex intemperie tussis oriatur, alij eorum oĩno ne conati quidem sunt reddere: alij in se ipsum impingere spũm aiunt: alij ẽt obscuriore q̃ hoc, uerbo usi, putãt se aliquid dixisse. Sũt aũt nõ tam ꝙ causam ignorarunt accusandi, quã ꝙ pulchrũ theorema & suo studio dignum inuenerunt, laudandi. Fit igit̃ ea tussis spirandi organis perfrigeratis, nihilq; in ea exputuitur: nec est oĩno uiolenta, sed adeo parua ac sine ui, ut eam cohiberi, & g̃nationem eius uel plurimum, uel omnino prohiberi liceat: at uiolentę tusses spũs cohibitione nõ uincuntur. Porrò cuiusmodi res sit spũs cohibitio, sæpe mihi in alijs est dictũ. Tussim aũt ex intẽperie nõ solũ in præsens fieri spũs cohibitio prohibet, sed ẽt cã sanat: mõ ne admodum sit magna, Auget̃ nanq; in spiritualibus, spũs cohibitione, calor: permeatq; spiritus uiolẽter à pectore pressus ac compulsus per oẽs angustos meatus: quibus utrisque peractis, æquantur omnia, atque in similitudinem temperamenti ueniunt.

† Interpretis uerba.

De causis Pandiculationis, inæqualitatis, lassitudinum, horroris, rigoris, tremoris, pruritus, & cæterarum uitiosarum motionum. CAP. 5.

CVr autẽ ex inæquali spũalium intẽperie tussiatur (id.n.dixi non admodum cõmode à Pneumaticis medicis doceri) ipse reddere tentabo, orsus sicuti cõgruum est ijs, qui aliquid cum

demon-

A demonstratione dicturi sunt, à rei substantia. Intẽperies igitur aliàs ex nudis prouenit qualitatibus, ipsis corporibus aut calidioribus, aut frigidioribus, aut siccioribus, aut humidioribus redditis, aut ẽt ex horum cõiugatione affectis: interim uerò unà cũ disperso in ijs roris specie, aliquo intẽperato. Atque æqualis quidẽ intemperies oĩno sine dolore est, ueluti indicãt & hecticæ febres, & multi frigidi affectus, vbi æqualiter particulas occuparũt: fit.n. talis intemperies singulis qui sic sunt affecti, velut acquisititia quædam natura: nullum.n. corpus offendiẽ a propria natura, veluti Hippocrates dixit: His quibus mutaẽ corrumpiturq; natura, dolores fiũt, nõ quibus corrupta iam est & mutata. Inter enim ipsum mutãdum & a sua natura recedẽdum (quẽadmodum in priori libro demonstratum est) corpora dolẽt. Cum igitur in aliquo sensibilium corporũ intemperies inæqualis gigniẽ, tanta est doloris magnitudo, quãta est intemperiei. Atque in acutissimis & uehemẽtissimis febribus dolore afficiũtur solidæ partes, dum a calido quod pter naturam est, mutanẽ atque alterantur. Præterea incipientibus morbis pleriq; homines priusquam febricitent, sentiunt interdum in tota corporis mole inæqualitatem quandam, quam tamẽ, qualis sit, explicare uerbis nequeunt. Ac miramur quidem si quis eorum, qui hos libros reuoluerũt, ita fuit fortunatus, ut ipse symptoma hoc nunquam senserit: quippe profũdus quidam fit sensus B in tota corporis mole, ceu dispersæ p eam rei cuiusdam à natura nostra alienæ. Id autem quod dispersum est, aliqñ quidem ueluti subcalidum esse uideẽ, aliqñ mordax citra calorem, aliquando vtroque modo afficiens, aut sine his leuiter omnes carnes distendens. Atque in oĩbus huiusmodi symptomatis, tum inæqualitatem quandam sentire se aiunt, tum pandiculantur, tum oẽs corporis particulas distendunt naturæ quodam instinctu: qualem scilicet dudum diximus, omnibus animalis partibus ad salutem, statumq; earum cõseruandum à natura datum. Maximè autem distenduntur per somnum, cum in carne halituosum excrementũ sentiunt: quod & ex confectione nutrimẽti, & per cessationem ab eiusmodi motibus est collectum: atque id vel minimi pueruli sine doctore faciunt. Verum ad talem motum animalia impellit ipsa natura, cum perspiratum halituosis excrementis molitur. Diuersum ab hoc tristis sensus genus est, quod in lassitudinum affectibus sentitur, siue id post multos labores, siue sua sponte incidit. Ac triplex quidem est in lassitudinibus sensus, utique putantibus, qui ijs laborant, uel cõquassatum sibi aliquid pulsatumq;, vel tendi sibi vndequaque corporis molem, vel tanquam multa ulcera in ipsis, quoties mouentur, sint dispersa. Ac, cum tendi quidem corporis putatur moles, si citra exercitationem id incidit, lassitudo tensiua spontanea nominatur. Fit autem maxime ex plenitudine, quæ corpo C ra in quibus continetur distendat, nec ab ijs contineatur sed transmittatur. Ac, cum ulcerosa sensu afficiuntur, fit quidem & is motis magis q̃ quiescentibus, nisi si admodum magna lassitudo est. Pungi verò, ceu multas spinas habeant infixas, se putãt, cum a mordaci humore symptoma oriatur. Tertia lassitudo, sub qua se ostocopo, id est ossium dolore laborare dicunt, ne minimum quidem motum sustinet: Sentiunt tamen, quos ea male habet, manifestum calorem unà cum demorsu & tensione, uitioso humore in totam animalis molem ampliter trãsfuso. Eorum verò qui hac laborant, nemo pandiculari tentat, ut qui omnem motum formident. In reliquis duabus lassitudinibus, quarum alteram vlcerosam, alteram tensiuam nominare solent, fit ẽt talis aliquando motus, cum uidelicet uel exiguæ omnino sunt, uel ex flatuosis & halituosis excrementis proueniunt: quippe si ulcerosa lassitudo maior euasit, ne quidem qui ea laborãt, motum ullum sustinent, sed dolorem ueluti ulceris per corpus sentiũt horrentque. Quòd si augetur symptoma, ad horroris affectum propè perueniunt: quippe sub hoc horrent prius quàm ẽt moueantur. Vt autem, cum ulcerosus fit sensus, quoties mouentur, horrent, magisque, si uehementius; sic horroris affectus, cum in motum agitur, concutientem rigorem efficit: Hæc nanque omnia ex mordacibus oriuntur excrementis. Differunt inter se, tum excrementorum multitudine, tum motu: præterea q excrementorum, alia magis sint mordentia, alia minus: et quòd cor- D pus laborantis uel non facile afficiatur, uel facile, uel robustum imbecilllum ve sit, uel acuti naturaliter hebetis ve sensus. Nam quod acuti sensus est & imbecillum, etiam ex leuissima causa dolet: contra, quod valentissimum nec facilis sensus est, magnam causam ad talis symptomatis generationem requirit. Vtrumne igitur in his solis, an etiam in mouendo, aut non mouendo: prætera quod mouetur, in eo quod uel celerius uel tardius moueẽ; plurima est in symptomatis differentia? Ac mihi quidem sic videtur: eundemq; hominẽ sicuti quiescentem quidem solã inæqualitatem sentire, ita motum horrere, & exercitatum rigore cõcutiente urgeri. Ideoq; & medici ijs, qui ita laborant, experientia docti, cõsulunt, ab omni motu abstineant. Iam aliquos, q cruditate laborarãt, scimus cum quieuissent, nullo affectos dolore: cũ balneũ fuissent ingressi, aut in Sole stetissent, horruisse: atq; hoc magis, si se exercitassent. Nam & Sol, & balneum, & exercitatio, excrementa quæ prius quieuerant, calefaciendo, attenuando, ac in spiritum uertendo, ad motum excitant, quemadmodum & ex animi affectibus ira: † ex quibus & ad motum excitanẽ excrementa, quæ prius quieuerant, calfaciendo, attenuãdo, ac in spiritũ uertẽdo. Nec mirũ corpus, cũ excrementa quiescunt, minus dolere; cũ mouentur, & magnopere angi, & uibrari, & cõcuti, horrens, ac rigens, & febricitans: quãdo etiã dura corpora quæ oculis incidunt, conniuẽtibus

In lib. de Locis in homine.

† Al. a seipsis aũt ad motum &c. dum calefiũt, attenuantur, & in spiritum vertũtur.

tibus

tibus nobis palpebras,& particulam sub quiete habẽtibus,uel parum omnino,uel nihil contri- E
stant:mouentibus,uix tolerabilẽ afferunt cruciatum. Sed & citra exemplum, ex ipsamet re inuenias licet,motã causam quiescẽte magis esse infestam: quoties uidelicet agit̃ per corpora fen sibilia,ueluti in oculis est propositũ: neq; enim de succis qui in uenis,& arterijs fluunt,est disputatio,sed de ijs qui in carnibus sunt,& toto corporis habitu.Quoties igit̃ aliquid per hęc violenter agitur,ac ad cutim defert̃,necesse est,dum carnem cutimq; permeat,oĩa in quę incidit pungat,stimulet,diuidat,ac vulneret.Quòd aũt oĩs mordax & dimota causa,siue ea calida,siue frigida sit,animal in horrorem ac rigorẽ ducit,primũ quidẽ ex talibus intellexisse licet. Si sano corpori feruẽtem aquam subito infundas,aut ignis scintillas incutias,statim horrore uexabit̃. Iam cum ulceratæ particulæ causticum medicamẽtum imponit̃,primum quidem horrent,deinde rigent,mox etiam febricitant non nulli.Quid ꝙ tertianæ febres,quę omnium febrium maxime biliosæ calidæq; sunt,omnium maxime horrore infestant̃:quantoq; synceriores tertianę sunt,tanto etiam rigor in ijs incidit uehementior?‖ Quin etiam eũ,qui ardenti febri laborat,rigor superueniens à morbo liberat,Hippocrates ait:quoniam scilicet bilis,q̃ prius in venis errabat,à natura decretorie per carnes ad cutim truditur.Ergo motus eius delationisq;,quę p sensibilia corpora agitur,simul & symptoma & signum,rigor est. Quin etiam sudant deinde,q̃ ita obriguerunt, F uacuataq; ijs bili,à febre liberant̃.Interim uerò,ubi nõ ad cutim,sed ad interna loca bilis impetum capessit,per uomitiones simul & aluum uacuatur: Non raro aũt simul intro forasq; eodem die est delata,ita ut & sudata sit,& vomita,& deiecta. Quicunque verò rigorem profligandæ ardentis febris salubrẽ esse cãm propter frigus putant(quippe contraria contrariorum esse remedia)omnino falluntur. Iam primum.n.si id uerum esset,liceret ipsis rigorẽ excitare,partim quidem frigida aqua inspersa,aut affusa,partim ægro ipso nudo in frigidum aerem delato, aut in frigidæ aquæ labrum demisso. Deinde si per mutationẽ ad cõtrarium habitum, ijs qui in ardenti febre obriguerant,solutio accidit morbi,debebanr post rigorẽ febricitare desistere, quod tamẽ non faciunt: Adeo.n.cum rigent febricitare non desinunt, ut ẽt multo grauiore febri post rigorem urgeant̃,q̃ ante: sed,postq̃ largiter sudarunt,aut flauam bilem uomuerũt,aut per intestinũ deiecerunt,tum febris cessat:quippe ex ualentiore bilis motu, uehementiorem accendi febrim est rationabile.Ac ꝙ homines nõ solum ex frigidis causis rigore tenentur, sed etiam calidis, iã monstratum est.Verum quam ob causam,occasionibus maxime cõtrarijs,idem symptoma succedat,deinceps docebimus:sed admonitis prius,quæ de expultricis facultate mõstrauimus.Nõ enim ea quæ in amplis instrumentorũ capacitatibus sunt expellit,neluti quæ in uètriculo sunt, G & utero,& utraque uesica,& intestinis,& pulmone,& naso;quæ uero in ipsis corporibus excrementa colliguntur,negligit: sed ab ijs quoque quotidie quicquid superuacaneum est, citra ullã animalis offensam insensibili perspiratu eijcit; vbi scilicet lege naturæ animalis functiones administrant̃:Verum ubi mordens aliquid in ijs constitit, ac potissimum, quod uehementi agatur motu; & angitur,& id expellere festinat, eo modo quo maxime licet ex ipso membrorum corpore aliquid eijci,f.particulis ipsis sese contrahentibus,atq; constringẽtibus:mox unaquaq; earum partem excrementi quod in se habet,protrudente. Verum si omnes hoc motu simul motas intelligas,concussionem uibratumq; totum corpus comprehendere intelliges, quales id in rigoribus comprehendere cernuntur:Quippe necesse est musculis omnibus uibratis,articulos quoque cum ijs unà uibrari: & his sic agitatis ẽt extensiones quasdam inflexionesq; præter uoluntatem incidere:Est tamen hic motus diuersus ab eo,qui in conuulsione palpitationeq; uisitur : In conuulsione nanq; similiter quidem,non tamen ab eadem saltem facultate,motus cient̃:In palpitatione non similiter,sed sicuti prius est dictum,nempe ꝙ membrum unà cum musculo, qui à flatuoso distenditur spiritu,exaltat̃:At cum concussu rigentibus,ceu dudum est dictum,mouet̃ omnis particula,musculo se ipsum expurgante:in illarum uerò motu, totus musculus cõcussus H uibratusq; articulum in quem inseritur,unà secum uibrat.Talis etiam motus & pectoris musculis sub intemperie inæquali accidit: eamq; ob rẽ læuis quidam tussiendi impetus, quem Græci cerchnon uocant,ijs superuenit:concutiuntur enim musculi, dum student ea quæ contristant, à carne sua per pulmones & arterias expellere. In cæteris autem tussibus uehementer eos pulmoni se inijcere est demonstratum,ꝙ scilicet multum simul & celerem efflatum moueant. Iam etiam uehementius huic se in sternutatione incutiunt, cum qui in naso est, spiritum simul uniuersum expurgare nituntur: Id quod nonnulli,qui infirma erant uirtute,cum intelligerent,expuendumq; per pectus,& pulmonem aliquid haberẽt,sternutationem sibi nares lacessendo mouerunt, quò scilicet,quod per tussim eijcere non ualuerunt, huius motus uiolentia educerent. Verum de eiusmodi tussi diligenter prius est dictum. Quæ uero ex spiritualium instrumentorũ intemperie incidit,ex eodem est cum concutientibus rigoribus horroribusq; genere: differt autem,eo,quòd celerior eius fit sensus,nunquam scilicet quiescẽtibus spiritualibus organis : mõstratum nanq; prius est,quòd motus, etiam in toto corpore eiusmodi affectiones maxime prodit. Ac cum humida quidem natura sunt quæ offendunt, violẽto hoc cõcussu ac uibratu,qui in tussi & concutiente rigore cernitur,ab excretiua facultate trusa,vndique ad loca cedentia ferũtur,

4. Apho. 58.

A tur, quædã ſupra, quædam in imum uentrem, quædam foras ad cutim, ita vt ſenſibilis eorum vacuatio ſit. Cũ uerò flatuoſa tñ ſine humore ſubſtantia, uel iuſto calidior, uel frigidior per corpus permeat, vtiq; horrent tunc quoq;: aliqñ etiam & cum concuſſu rigent, eadem ex cauſa: nihil tamen ſenſibile his uel uomitur, uel ſudatur, uel infra deijcitur: vt pote cũ aerea ſint quæ expultricẽ uim laceſſunt. Sic in balneis præcalidis, ſi ſubito præſertim & confeſtim minime præcalfacti ijs acceſſimus, ſtatim horrentes reddimur, æque ut cũ in frigidum aerem confertim trãsferimur; aut ſi nõ confertim, ſaltem ſi diutinam in eo morã facere cogimur, quemadmodũ in itinere agẽdo accidere aliqñ conſueuit: Eiuſmodi rigoris remedium calfactio eſt, non ſudor, uomitus ve, aut alui deiectio. Qm̃ aũt (vt dictum eſt) & frigida cauſa & calida concutientem rigorem creat, ad calidã quidẽ quæ ſcilicet aerea ſit, refrigeratio ſatis pro remedio eſt: eã uero quę humida eſt, febris neceſſario comitatur: ſanatio uerò eius uacuatio eſt. At frigidæ q̃ aerea ſit, calfactio remediũ eſt: ei uero quæ humida eſt, aliqñ ſola concoctio ſufficit, aliquando uacuatio deſideratur: eſt uerò quando hęc ambo competunt. Ac uetus quidem ſermo eſt, ‖ Rigori febrem ſemper ſuccedere: nõ tñ eſt in totum uerus, ẽt ſi quis eum commode determinet. Id quod ẽt facere par eſt, amice potius ueterũ dicta interpretantibus, q̃ maleuole arguentibus. Verũtamẽ ne ſic quidẽ uerus

Lib. 1. de Morbis

B eorũ ſermo eſt, nec ſi determinans dixeris; Qui citra externam occaſionẽ ex corpore noſtro cõcutientes rigores oriuntur, hos febris neceſſario ſequitur: quippe non nobis modo, ſed etiã multis medicis qui nos præceſſerunt, iam uiſi concutientes rigores ſunt ſine febre: non tñ ita ualidi, ac qui legitimas tertianas quartanas ve p̃cedunt, aut qui ardẽtes febres finiunt. Solent ſanè eiuſmodi rigores uitioſam ſequi uictus rõnem, cum homines in deſidia ſe repleuerũt, ac ſæpe à cibo ſe lauarunt: Cũ verò ipſæ ciborũ qualitates frigidioris ſæpe ac pituitoſioris temperamenti ſint, promptiſſime qui ſic ſunt affecti, rigoribus qui ægre recalfiant capiunt̃. Nihil igitur miri eſt, antiquos medicos nullũ eiuſmodi rigorem uidiſſe, hominibus qui tunc uiuebant, nihil perinde ac q̃ nunc uiuunt, in ſalubri uictu peccantibus, ſed nec balneorum uſu tam frequenti. Cæterum (ſicuti dictum mox eſt) eiuſmodi rigores horridi magis ſunt, q̃ cum uibratu concutientes. Primũ enim quod ex uitioſis excrementis ſentimus, inæqualitas eſt: cum uerò acria fuerint, mordicatio: ſecundo loco horror exiguus: deinde maior: poſt magnus ita, ut iam rigoris aliquatenus ſit particeps: deinde rigor ipſe ſolus, qui dimoueat cõcutiatq; particulas. Hic rigor à frigidis ſuccis nunquã creatur. Oĩno enim eiuſmodi ſucci præ craſſitudine ſua concitato motu non mouẽtur: quòd ſi aliquando attenuantur, rigorem quidem excitant, non tamen uehementem: neq; enim

C poteſt eandem recipere tenuitatem attenuata pituita, quam attenuata recipit flaua bilis. Ac talem quidem rigorẽ non admodum norunt antiqui medici, qui autem in lethalibus incidit febribus, hunc norunt. Ait igitur Hippocretas in ſententijs: ‖ Si rigor in febri non interciſa incidit, ægerq; infirmis ſit uiribus, lethale eſt. In talibus enim rigoribus incipit quidem natura perſequi quod offendit: ſed uicta, cõcidit atque extinguitur: eoq; mortale eſt ſymptoma. In quartanis autem miſtus rigor ex calido frigidoq; eſt: nigra nanque bilis, frigidus natura ſuccus eſt: ſed cũ putredinem quandã ſibi adiunxit, cuius cauſa febrem accẽdit, tantum poſſidet caloris, quantum ẽt putredinis. Ac quòd rigores quidem calidis etiam cauſis ſuccedant, indicauimus. Quòd aũt in talibus quoque omnibus perfrigerantur, ac ſanguine deficiuntur maxime quidem extremæ corporis partes, cum his uerò tum cutis vniuerſa, tum quæ proxime ſub ea ſunt; & quam ob cauſam id accidat; deinceps æſtimemus. Eſt igitur ex primis ac (vt ſic dicam) qui maxime principalis ſint notæ motibꝰ, ipſa naturalis caloris intro foraſq; delatio, multas animi ꝑturbationes paſſioneſq; ſequens. Simul aũt cũ ipſo ſpiritus quoque ac ſanguis, aliàs intro & ad ipſum principiũ feruntur, ac contrahuntur: aliàs foras tendunt, & funduntur. Ipſius nanq; animæ ſubſtantiã, uel alio quouis opere definiſſe fortaſſe ſit audacia: in eo uerò quod nunc proponitur, non ſolũ auda

4. Apho. 46. Ext. ord. 32. g

D cia, ſed ẽt ſuperuacuum. Videtur tamen quæcũque ea fuerit, duorum alterum: uel primis ad omnem actionem inſtrumentis ſpiritu ſanguineq;, præterea calore, tum qui in altero, tum qui in utroque eſt, uti; uel in his ipſis eſſe. Licet aũt motus eius euidenter cõtemplari cum in alijs multis, tum maxime in ipſius perturbationibus. Timor enim intro & ad principium, tum ſpiritum tum ſanguinẽ vnà cum refrigeratione eorum, quæ in ſummo corpore ſunt, abducit ac contrahit: ira uerò & foras agit & fundit & calefacit: quæ uerò compoſita ex ambobus eſt, quã Græci agoniam dicunt, inæquales habet motus. Itaque ẽt pulſus tum arteriarum, tum cordis ijs, qui timent, minimi ac maxime imbecilli ſunt: iratis contra maximi & uehementiſſimi: His autem q̃ compoſita ex ijs paſſione laborant, inæquales. At in uerecundia, primũ quidem intro agitur animalis potẽtiæ motus, deinde rurſum foras celeriter uniuerſus: quippe cum niſi redeat, timor ſit, non uerecundia. Siquidẽ verecundia derepẽte ſit, omnino nihil expectante malum animali facultate, ſed (vt ſic dicam) præ mollitia & timiditate naturali, cum homine longe meliore uerſari non ſuſtinente, ſed refugere, & ſi poſſit à conſpectu ſubducere properãte: ideoq; ueluti refugiẽs tñ, citra ullam perfrigerationẽ in profundum recedit: ratione uerò patibilem partem animi, id eſt quæ terretur & uerecundatur, excitante, atque inhortante, redit, extrorſumq; mouetur ſimillimo motus modo, atq; cũ ex frigida lauatione caloris ſit repercuſſio. In timore uerò, cum ratio

patibilem

patibilē animi partē nec excitet,nec inhortetur,magis magisq; extinguit calor,ita ut ēt rigeant E
eorum non nulli.Quod aūt in timore semel & cōfertim,id in tristitia paulatim patiunt,dissiden A.l.3. f.5.d. c.6.279.b.
tibus,s.inter se passionibus ijs nō toto genere,sed magnitudine & uehemētia. Itaq; ēt ex subito
timore non nulli iam interierunt,cum.s.animulus eorum naturaliter imbecillus uehementi pas
sione detentus,semel & cōfertim extinctus est & suffocatus. Quippe extingui eum accidit ꝑꝑ
affectus ipsius naturam,vt cuius generatio in refrigerando cōsistat: suffocari autem,eò ꝙ totus
sanguis vnà commeet,atq; ad principium deferatur. At ab ira nemo interijt, vtpote nec calore
perfrigerato,nec eius robore soluto.Ex gaudio tñ ingenti,non nulli pusillanimes perierūt,ęque
atq; ex timore: non.n.unà cum robore & feruore † mouetur extrorsum animalis facultas : sed
contra,si quid prius habuit robotis,id nunc remittit ac resoluit:ergo cum plurimum relaxata re
solutaq; extrorsum fert,digeritur.Dolor aūt cum animum cōtra cogat moueri,similia maximo
timori affert symptomata: quippe sub eo & color abit,& perfrigerantur,& rigēt,tremuntq;, ac
pulsu sunt paruo,atq; eodē priuant,demum moriuntur,similiter ijs qui perterrētur.refugit.n.in
his quoq; ad principium innatus calor,resoluiturq; pariter & extinguitur.Cum aūt mortē afferant eiusmodi perturbationes passionesq;,nihil profecto miri est,si animi excitāt deliquia.Quo
minus etiam mirum est,si reliqua,quæ animi deliquia sequuntur,symptomata inuehunt,cū cæ- F
tera,tum excrementorum præter voluntatem exitum. Cæterum pluribus in his morari præsen
tis occasionis non est,sed ad propositum redeundum. Cum concutiēs rigor à calidis & mordē
tibus succis excitatur,mirum nō est,si refrigerant omnes externę partes,animali uirtute unà cū
sanguine in profundum commeante.Sētiunt enim hoc tempore,qui sic rigent,externarum par
tium frigus,non earum quæ sunt in profundo: quippe cum sitiant sensibiliter eo tēpore nō nul
li,tanquam calore ijs in internis seruato.Quòd aūt talia rationabiliter rigentibus accidant,licet
inde colligi.Si enim in una quapiam parte dolor uehemēs infixus,tum animi deliquia,tum per-
frigerationem infert,mirum nō est eum, qui in toto sit corpore,etsi nō animi deliquia mortēq;,
certe perfrigerationem efficere.Sunt enim dolores rigentium, eiusdem cum cæteris oībus dolo
ribus,generis: deficiunt autem ab ijs qui interimunt, magnitudine & tempore,quippe cū & mi
nores multo sint,& breuioris temporis.Coli nanq; siue pinguis intestini dolor,sępe duobus con
tinuis diebus torsit:rigor quanto est uehementior,tanto breuioris est temporis.Est enim qui in
eo habetur motus non ei,qui in timore,sed ei potius qui in uerecundia, ac frigida lauatione vi-
detur,similis:pugnat enim virtus ac certat cum ijs quæ offendunt, quoad excusserit profligaue
ritq; omnia.Ergo tum ex ualido eius in ea,quę offendūt,impetu,tum, ꝙ vbi in profundo corpo G
ris est collecta,cum magno calore reuertitur,febrim post rigores accendit,materiam scilicet ha
bens ad magnitudinem eius coadiutricem.Si quando autē certans,prius fatigatur , q̃ quæ infe-
stant profligauerit(fit enim hoc vel ob virtutis imbecillitatē,vel causæ magnitudinem) necessa
rio mors sequitur,ceu prius est dictum.

Summa causarum omnium, quæ superioribus capitibus comprehensæ sunt. CAP. 6.

ERgo,qñ huc in disputatione peruenimus,imponamus illi finē,non solum quę iam dicta sunt
oīa breuibus summis cōplexi,sed ēt quæ reliqua sunt adiectis. Tussis quidē,sternutatio , &
singultus,& rigores,expultricis virtutis validi motus sunt: pandiculatio,& oscitatio,eiusdē qui
dem uirtutis motus sunt,sed mediocres.In horrore verò ēt magis mediocres,quam in prędictis
motus sunt. Ac multo magis adhuc his mediocres sunt,quos inæqualitas çier: ita vt eiusmodi
motus dixeris propemodum motus non esse,sed tantum sensus: Cuiusmodi scilicet sensus in vl
cerosa lassitudine aduertuntur,atq; hoc ēt magis in pruritu , quippe in quo symptomate pruri-
tuosorum excremētotum est tm̃ sensus:neq; enim aliter ea nominare datur, nisi quis nitrosa ea
& salsa,uel amara,nominare uelit,talis nāq; natura eorū est : licet autem id intelligas, tum ꝑ ea
quæ extrinsecus habenē,veluti vrticam,& scillam,& muriam,& mare,aliaq; id genus: nihiloq; H
minus per ea,quæ in ipso sunt corpore:Quippe illotos,& sordidos,& qui cruditate laborant, &
qui nutrimēta mali succi comedūt,hos pruritus exercet : multoq; magis scabiosos & leprosos,
ꝑpea ꝙ in his affectibus & copiosior & crassior est uitiosus succus : quo utiq; & diutius & ma-
gis scabunt,quàm vlli alij,qui citra talem affectū pruriunt: nec ti iuuantur,nec si seipsos immo
dice scabendo excorient, ꝑpea nimirum,ꝙ eiusmodi succus infixus in ijs manet,ac(vt sic dicā)
cuti impactus hæret: non.n.adeo exiguus & tenuis est,sicut in illotis,aut sorde affectis,sed plu-
rimus & crassus,interim uerò & glutinosus. Omnia igitur eiusmodi symptomata a uitioso suc-
co proueniunt.Diffident inter se,causæ tum qualitate, tum magnitudine, itemq; quiete & mo-
tu:Quippe tenuis,salsus,immotusq; succus,in ijs est,qui pruriunt : Paucus, tenuis,mordens, &
immotus,in ulcerosis affectibus:Multus, salsus,crassus,& immotus,in lepris & scabie: Paucus, A.l.4. f.s.d. c.6.418.b.
tenuis,& mordax,cum exiguo motu,in horroribus: Quòd si uel uehementius mouetur,uel co-
piosior mordaciorve est , concutientem rigorem infert , non horrorem : maximum quidem ,
qui plurimus est,& mordacissimus, & uehementissime motus: minimum vero qui propter vnū
aliquid horum , mediocriter auctum,ex horrore in rigorem transire facit. Sanè complures a-
liæ inter maximum minimumque rigorem differentiæ sunt , excessu & defectu inter se diffiden

tes:

Ates:propterea quòd cā magis minusve moueatur,itemq; φ magis minus ve sit mordens;ad hęc quòd in causæ quantitate sit diuersitas:his amplius φ causa,quę rigorem facit, uel omnibus prę dictis differentijs,vel aliquibus,uel aliqua fit adaucta. Atque hæc quidem omnia symptomata, causa circa cutim,& quæ sub ea sunt carnes aceruata , incidere consueuerunt : Tusses autem & sternutationes & singultus,alibi:illæ quidem,in pulmone & faucibus subsistente causa : hæ uero,in naso:singultus,cum in uentriculo & † gula subsistit. Commune in omnibus iam dictis est, φ expultrix uis ad uehementiores motus se concitat, † ad ea quæ cōtristant(sicut prædiximus) persequenda: præterea cum cætera, quæ ad generationem eorum spectant : tum φ sternutatio ex accidenti aliquando, humorum qui in pulmone colliguntur,remedium est, q̄q̄ eorum causa non fiat:Ad eundem modum ea quæ in uentre & gula singultus excitant,sternutationes ex accidenti purgant,itaque fiunt singultuum remedia : quippe abdominis musculi intenti applicitiq;, uentrem unà contrudunt, ita ut uiolentiorem impetum faciat in ipsas affligentes causas , quas conatur expellere.Ac dixi fermè omnia,tum actionum,tum facultatum animalium,unà cū causis quæ ipsa gignunt,symptomata . Verum in primo libro nullius quod naturalibus actionibus facultatibusque superueniat , symptomatis mentionem feci : in secundo ex disputationis con-
B sortio,de illis quoq; pauca locuti sumus : verum absolutam & propriam de ijs disceptationem , in libro qui hunc sequetur faciemus.

De Symptomatum causis, quæ existunt in principe animali functione. CAP. 7.

NVnc quò omnia,q̄ animalibus facultatibus superueniunt symptomata , duobus his libris sint absoluta,ea quæ rectrices actiones comitantur, symptomata dicemus. Sunt igit̄ in his tria prima symptomatum genera,Vnū,actionis amissio : alterum, actionis læsio : tertium, eius in alteram speciem mutatio.Et amissio quidem in stoliditate & obliuione: uisum nanq; nō raro est,morbos ubi in abscessum aliquem abierunt, stultitiam obliuionem ue intulisse : Vidimus.n. quosdam,qui & literas & artem omnino fuerant obliti , immo nec propria nomina meminerāt: cuiusmodi aliquid Athenis in peste accidisse memorat Thucydides: quosdā enim ex ijs qui euaserant,& se ipsos & suos ignorauisse. Iam uisi sunt & propter extremum senium non nulli similibus symptomatis tentari. Ex quo manifestū fit,& fatuitatem, & obliuionem, ex refrigeratione creari . Quin ēt medicamenta,quæ eiusmodi symptomata inducunt, frigida uiribus sunt. † Ac talia quidem symptomata ipsum cerebri corpus perfrigeratum esse docent: sicuti apoplexiæ & epilepsiæ ex pituitosi succi multitudine,in ipsius cerebri uentriculis collecta,gigni uident̄. Eoq;
C fit,ut subitanea sit earum tam generatio,quàm discussio: qđ accidere in corporū intēperie nullo modo pōt.At mediocres tum rationis tum memoriæ noxæ , quasiq; torpores , ex minore refrigeratione incidūt,ueluti aut ex medicamento aliquo refrigerante in corpus assumpto,aut capiti imposito,aut etiā frigido succo in cerebro collecto.Iam deliria omnia, tum praui motus regentis facultatis sunt,tum uel ex uitiosis contracta succis,uel eorum quæ sunt in cerebro intēperie.Nominātur aūt ex his,quæ quidem cum febri sunt,phrenitides:quæ sine febri sunt,insaniæ, græce maniæ.Ac reliqua quidem deliria ex mordentibus & calidis oriuntur succis,qualis maximè flaua est bilis:sæpe ēt ex calidiore cerebri intemperie: Sola uero illa quę melancholica uocātur,frigidū succū pro causa habēt.Quippe phrenitis nō tm̄ ex calidis ortū habet succis,† sed supra id, etiā phlegmonen in cerebro , & eius inuolucris excitat. In reliquis uero febribus deliria fiūt,eiusmodi succo in cerebro exuberāte : In ijs uero, quæ in acutissimarum febriū summo incremento incidūt,uapor aliquis mordēs ac calidus ad cerebrū ascendit. Melancholica verò deliria,multarum sunt specierum,ex corruptis scilicet speciatim imaginationibus: Vnū tamen illud,quod ab Hippocrate perhibetur, omnibus commune esse uidet̄: ‖ Si timor & mœstitia multo tēpore durant,melancholicum eiusmodi symptoma est. Sunt enim oēs sine causa mœsti,nec
D si roges quamobrem mœreant,reddere causam possunt. Timent aūt eorum non nulli tum mortem,tum alia quæ minimè sunt timenda.Non desunt & qui mori uehemēter expetant . Cæterū quòd ex atra bili,cum principium rationalis animæ occupauit,timor mœrorque ac mortis expectatio accidant, nihil mirum: siquidem etiam eorum,quæ extra corpus sunt, nihil uidemus, quod nos perinde terreat , ac tenebræ . Ergo cum tenebræ rationalis animæ parti sunt circunfusæ , necesse est hominem timere : ut qui semper unà cum corpore suo timoris causam circunferat . Quod enim nobis extrinsecus fit , altissimis tenebris circundatum nobis aerem ad tempus aliquod occupantibus, id melancholiæ uitio laborantibus , ab interno & ipso corpore contingit : scilicet uel ipsa nigra bili cerebrum occupante : uel aliqua melancholici halitus exhalatione , veluti in morbo quem flatuosum, & hypochondriacon vocant.

† *Græce κατὰ στόμαχον, idest ore uentriculi: etenim os uentriculi a medicis, & oībus hoībus esse appellatū stomachū docet Gal. 3. de loc. aff. c. 7. in gula verò fieri singultum rōni consentaneū nō est: Imo verò antiquus interpres loco gulæ, os uētriculi interpretatus est: Nec obstat quòd 7. Aph. 3. videatur Gal. statuere ēt ex Gula fieri singultū, quoniā & ibi, nisi pro stomacho os vētriculi exponamus, nec docēdi modus rectius seruabitur, necve rū erit, vt plurimū in gula fieri singultū, cū quis id tuentur, rarè tamē fieri afferant.*

† *Ad ea quæ cōtristant persequenda, sicuti superius diximus, tum etiā cætera &c.*

† *Al. ex cod. græc. Ac talia quidē symptomata ipsum cerebri corpus perfrigeratum esse docent, sicut apoplexiæ ac epilepsiæ ex pituitosi &c.*

† Græce ita legitur ἀλλὰ μετὰ τοῦ φλεγμονὴν ἐργάζεσθαι κατὰ τὸν ἐγκέφαλον, καὶ τὰς μήνιγγας. Sic uero antiquus interpres, [illegible] quādo apo[illegible] in cerebri substātia, uel in eius pāniculis generatur.

‖ Aph. 23. Ex. ord 48 e

GALENI DE SYMPTOMATVM CAVSIS LIBER TERTIVS

Thoma Linacro Anglo interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Causæ Symptomatum functionis naturalis, mutationisq́; excrementorum & qualitatum, declarantur.

De Symptomatum causis, quæ sunt in concoctrice facultate. CAP. 1.

QVæ vero in naturalibus functionibus facultatibusq́; symptomata fiunt, eandem, quam ea, quæ in animalibus actionibus incidunt, inuētionis rationē habēt. Præstiterit tñ fortassis, in horum quoque speciebus exercitatos esse: F quemadmodum ēt in ijs, quæ animalium sunt actionum, sumus exercitati. Ergo omnium quæ uirtutibus nocent inueniendarum causarum caput est, modi, quo per sanitatem operabantur, cognitio. Si.n. aliquando concoqueret cibos ventriculus, cum attritio eius esset impedita, concoctionis symptomata existerent, scilicet cū prorsus non attereret, vt prorsus non concoqueret: cum vitiose attereret, ut uitiosè cibos coqueret. Eadem ratio si putrefaciendo cōcoqueret, cum nō putrefacere, non cōcoqueret. At si ueluti nos demostrauimus, ipsa concoctio alteratio in qualitate est (sicut à uentriculo cibū sibi assimilante) palàm est frustrationē in alteratione, concoctionis symptoma fore. Ac, si quidem nulla omnino alteratio fit, symptoma id apepsia siue cruditas nominatur ad eum modum, quo in animi functionibus immobilitas & insensibilitas, significantibus scilicet his uocibus actionis in primate animæ particula amissionem ac priuationem. Sin alteratur, non tñ sicut oportet, cruditas quidem siue apepsia id quoque appellatur: significatur tñ non itaque sicut prius priuatio, sed deprauatio duntaxat. Cum autem sit deprauatio duplex, vel q̄ tarde & nondum conuenientem mutationem cibus suscipiat: vel q̄ corrumpatur oīno, ita ut naturalem gratiam prorsus recipere nequeat: priorem quidem bradypepsian, id est tardam concoctionem nominant: secunda nomen proprium nō inuenit. Ac tot quidem concoctionis sunt noxæ. Causa uero earum communis quidē est, alteratricis facultatis frustratio. Ea diuiditur in species & genera. Ac prima quidem duo genera frustrationis sunt, alterū ex facultate ipsa læsa, alterū ab externo quopiā errore prouenieus. Diuiditur rursus horū utrūque: uirtutis quidem læsio bifariā, aut.n. substantiæ suæ incidit culpa, aut morbi alicuius instrumentalis: Externus error triplex est, alius in excrementis quæ in uentre habentur, alius in cibis, alius in tpe somni. Verum quæ in facultatis substantia noxæ incidunt, intemperies quædā sunt actiuarum qualitatum: quæ uero ab instrumentalibus oriuntur morbis, eæ in ijs, quæ erysipelata græce uocantur, & œdematis, & phlegmonis, & scirrhis, & abscessibus, & carbunculis, & alijs circa uentrem id genus partim simplicibus, partim compositis morbis, cōsistunt. Ac horum quidē omnium occasione, uenter male concoquit, ipsa scilicet facultate eius concoctrice læsa, in temperamenti quidē uitijs, propria eius substantia labefactata: in cæteris morbis, qui tantū sunt instrumentales, duntaxat impedita: qui verò ex intemperie simul & instrumentali morbo compositi affectus sunt, utroque modo sunt noxij. Atq; omnibus his occasionibus uenter male concoquit, ēt si in nullo alio eorum, quæ extrinsecus sunt, peccetur. Rursus uentre ipso minime affecto, non concoquit animal, uel p̄p cibi ac potionis immodicam copiā, uel p̄p qualitatem alie- H nam, uel p̄p intempestiuitatem, uel incongruum ordinem, uel uitiosum excrementum, uel somnum exiguum. Verum quæ à uitiosis ciborum qualitatibus, & excrementis, quæ in uentre habē- A.1.4.f.1.c.21 tur, cōsistunt, cum corruptione sunt inconcocta: sicut interim quæ parum conuenienti ordine, c.1.416 & intēpestiue sunt sumpta. Dico autem parum conuenientē ordinē, si mala, verbi gratia, & punica primo loco sumantur, olera ex oleo & garo ultimo loco: Intempestiuitatē uero, si mane antequam prior cibus descenderit, vel paulo ante exercitationem, prandeatur. Porrò corruptelæ aliæ quidem nidorosæ sunt, ex calidioribus magisq́; biliosis uenīūt cibis: acidæ uero, ex ijs qui frigidiores natura sunt, magisq́; pituitosi. Similiter autem & in excrementis fit: acidas quidem creant quæ pituitosa sunt & frigida, nidorosas quæ calida & biliosa. Etiā ipse vēter, sub frigidioribus quidē morbis acidas, sub calidioribus nidorosas mutationes facit. Tarditatem uerò concoctionis efficiunt ea, quæ ægrè quidem corrumpuntur: cæterum plus ualent, quàm uirtus aut somnus. Vbi autē citra corruptelam, concoctionis omnino est priuatio, scire licet eo casu prorsus superatum esse uentrē, uel ab immodica multitudine ut ad uirtutis imbecillitatem, uel à ualido frigore: adeo enim in tali statu uenter non concoquit, ut etiā concoquere prorsus non tentet. Ergo hæc tibi eius quoque cruditatis, quæ in uasis sanguinis accidit, exempla sunto. Siquidē hanc

A hāc quoq; ad eosdem modos reduces, sicuti ad hanc & eam quæ in tertia est cōcoctione: quam totius habitus nutritio sequitur: scilicet eādē proportionem habēte alimēto quod ex ventre in venas digeritur, & quod ex venis ad carnes digeritur, q̃ habēt ad ventriculū, quæ comeduntur & bibūtur. Hæc igitur omnia nobis indicauit conctionis modus præcognitus. Scientes enim q̧ quatuot elementorum certa quædam tēperies, quæ proprietatē corporis ventriculi effecit, mutationis ciborum esse causa, tū q̧ plurimā in id vim, calidum elementum confert: veluti à manu, ad causarum in cruditatibus inuentionem ducti sumus. Est porrò nō in cruditatibus modo, sed etiā in omni symptomatū genere, aliud actionis veluti amissio, seu priuatio, seu quomoducūq; aliter id nominare libet: aliud inchoata deficiensq; actio: aliud praua & errans. Atque in ventre quidem, ceu mox est dictum, priuatio actionis est, cum cibi ne uel minimam quidem mutationē accipiunt: deficiens autē, in tarditate cōcoctionis cōsistit: sicuti praua & errans, in corruptelis. In uenis autem priuatio actionis est, cū succi omnio sunt crudi: deficiens actio, cū semi cocti: praua, cū uitiosi. Ad eundem modun in tota quoq; animalis mole, quæ velut priuatio est, in crudis isthic cōsistit succis: quæ tanquam deficiens est functio, in semicoctis: sicut praua, in vitiosis hoc loci succis. Porrò ex ijs vitiosis succis, erysipelata, cancri, gangrænæq; nascunt: ꝑterea B phagedenę, carbunculi, vlcera serpentia, aliaq; eiusmodi. In nutriendi autem actione, priuatio q dē actionis, in atrophia est: deficiens verò nutritio, in gracilitate: vitiosa, in leucis, & elephātiasi cernitur. Causæ omnium quæ prædicta sunt syptomatū, eædem genere sunt, cum ijs quæ suprà de uentre sunt dictæ: quędam scilicet in uirtutis imbecillitatē: quædā in nutrimenti vitiū: tertię in uitæ rationē, & ea, quæ extrinsecus animali incidunt, reducūtur. Ad eundē quoque modū virtutis imbecillitates, quæ quidem propriæ sunt similiariū, intemperiē: quæ non propriæ, instrumentales sequuntur morbos. Vitia uero nutrimenti, in abundantiam & qualitatē diducuntur. Nō secus arbitror, & vitæ rationū, & eorū q̃ extrinsecus appropinquant, errores, in ordinē uitiatum & intempestiuitatē quandā diuiduntur. Voco rationē uitæ, equitationē, piscationē, venerem, balneas, ambulationes, nauigationes, venationes, oīa deniq;, in quibus aliquid corpore agimus. Oportet aūt medicum nō solū symptomatū agnoscendorū facultatem habere, ac generationis eorum inueniendæ peritū esse, sed ēt modi quo generentur: qui inter effectricium causarū differentias numeratur. Neq;.n. illud tm̃ scisse, an uenter omnino non concoxit, par est, nisi etiā norit quamobrē id acciderit, vtrumne propter nimiam cōcoquentis facultatis imbecillitatē, an copiam aliquam immodicā, an pessimā aliquā ciborum qualitatē. Quippe symptoma, quod ex ci- C bis oritur, ex facili corrigitur: quod aūt ex ultimo uirtutis incidit collapsu, in linteriā, aut tympaniam hydropa finitur. In venis quoq; simili ratione, non solū sanguinis frustrationē æstimari cōueniet, sed ēt qua ex causa ea cōtingat: vtrum'ne ex sanguificæ uirtutis imbecillitate (non.n. incōmode ita nominem) an ex multitudine succorū crudorū frigidorūq;, qui à uentriculo dige rūtur: quippe hoc facilis sanationis est, illud in hydropem terminatur. Ad eūdē modū in carne: Ex crudis nanq; humoribus, q a morbis immodice se satiāt, flatuosi, ac toto corporis habitu tur gidi redduntur: Ex imbecillitate uerò uiriū, q anasarca uocanē, hyderi existūt: Atq; oēs quidē magnæ intēperies uirtutē deiiciunt. Verum quæ ex frigido superante constāt, frigidos affectus excitare sunt idoneæ: quæ uerò ex calido, cōtrarios: eodem aūt modo, & in reliqua oppositione cōiugationeq; intellige. In omnibus uero (ceu dictū est) cōmunis est à naturali statu maxima mutatio. Circa mediocres.n. & cōsuetos cibos, nihil in totū effecisse, maximā uentris intemperiem prodit; Verum si p̄p̄ exuperantem calorem tale quid accidat, protinus etiā corrūpūtur cibi: generatim quidem corruptela quadā, quæ ad nidorosum inclinet: speciatim uerò pro sua quisq; natura. Quippe alia cum corrumpuntur, tanq̃ uirus, alia tanq̃ lutum, alia crudos pisces, aut indicibilem alienamq; putredinem olent: nullum enim edibilium uehementer calefactum, D durare imputre pōt. Protinus autē sitiunt quoq; immodicè, qui ita sunt affecti, febricitantq; interdū tenui paruaq; hectica febri. Sin ex frigore immodico perditur oīno ciborū cōcoctio, nec siti, nec febri affliguntur: & ciborum ipsorum qualitates, siue ructare uelint, siue uomere, planē seruant. Quòd si exigua quæpiam circa cōcoctionem eorum fit actio, tum ciborū natura uel medij temperamenti, vel frigidioris, acidi ructus fiūt: sin calidiore temperie sint, aut etiā natura flatuosi, uentriculus halituoso impletur spiritu. Ac in eiusmodi quidem intēperie breui perduci potest uentriculus: in humiditate uerò, & siccitate adeo intēperatus uēter esse, ut actionē amittat, non pōt sine prolixo temporis spatio: debetq; præcessisse humiditatem quidem hydrops, siccitatem uel senium, uel marasmus. Verum tales distinxisse differentias, alterius est operis.

A. l.3. f.11. e.
a. c.1.a38.d

De causis Symptomatum retentricis, expultricis, & attractricis facultatis, eorumq́; quæ in nutricatione, ac in singulis excrementorum generibus contingunt. CAP. 2.

MOdo autem ad retentricem ueniendū est uim. Est enim in hac quoq; prima symptomatum differentia triplex: ea uidelicet uel omnino cibos non cōplectēte, uel diminute, uel uitiose. Ac cū uel prorsus nō complectitur, uel debiliter, flatulentiæ, & fluctuationes cum sonitu, grę ce clydones dicti, succedunt: flatulētiæ quidē, ubi & cibi flatuosi sunt, & uentriculus nō admo-

dum frigidus: fluctuationes cũ sonitu, cũ vel nihil in eo cõtinet, quod verti in flatum possit: vel ualenter sit persi igeratus, quippe talis affectus nullum gignit halitum. Constat autem citra portionẽ non posse fieri in uentre sonoras fluctuationes. Porrò q infirmus ad ultimũ uenter sit, in causa morbus est: alius vt similaris est particulæ, alius ut instrumẽtalis. De prauis autẽ in eo motibus, q vel tremulenti sint, vel palpitantes, uel tanq cum cõcussione, uel conuulsiui, dictũ supra est in symptomatum differentijs: qualis uerò dictorum quisq; sit motuum, tum quæ cuiusq; eorum causa, proximo huius operis libro est indicatum. Nunc tãtulum ẽt adijciendum est, q tam expultricis, q retentricis uirtutis, tum morbi, tum symptomata miscent. Verbi gratia, ventriculi motus, qui veluti conuulsiuus est, qui in singultiendo accidit, cõuulsio quidem in totum non est (vtpotè, quæ in solis accidit musculis, uentriculus aũt nec ipse musculus est, nec eius os) sed veluti cõuulsio quædã, ambarũ virtutum commune symptoma est: retentricis quidem, q uenter cũ singultit, praue & non naturaliter cibos cõplectitur: expultricis, p pea q primum eius est ipse motus prauus, dum scilicet cupit, quod contristat reijcere. Sanè non idem est uomentibus atq; singultientibus motus, p pea scilicet q non idem affectus: quippe in uomitionibus, ea, quæ in capacitate sunt uentris, reijciunt: in singultu quæ in ipso uentris sunt corpore, simili scilicet tum affectu tum motu, qualẽ in ijs, qui ex intemperie tussiunt, monstrauimus, oĩbus nimirum uentriculi partibus quod se contristat expellentibus. Proinde eiusmodi symptoma tum ijs quibus uẽtriculus perfrigeratus est, tum qui piperis, alterius ve perinde calidi medicamenti multum & semel liberaliter sumpserunt, deinde super id calidam potionem biberunt, incidit. Quibus utique magis ẽt singultire contingit, ubi piper ad subtilissimum puluerem est redactũ: quippe eiusmodi piper altius in ipsum uentriculi corpus inseritur. Ad eundẽ modum & cæteris oĩbus refrigerantibus calefacientibusq;, quæ in corpus ipsum uentriculi descendunt, singultus superuenit. Estque is singultus primum expultricis uirtutis motus quidẽ nõ legitimus: secũdo loco retentricæ ac complectentis. Pari modo nausea quoque & uomitus expultricis facultatis praui mot⁹ sunt, ad ea, quæ os uentris cõtristant, q citissime per stomachum uacuanda. Simile huic symptoma est, & quod in lienterijs siue intestinorum læuitate apparet: cũ uenter ab aliquo, quod morsu pondere ve contristet, uexatus, eijcere id statim cupit. Cum aũt duo eius sint ora, supernum quidẽ in gula, infernum in pyloro, ad utrumcũque horum uergit quod offendit, eo abutitur ad ex pulsionẽ: quòd si toti illi talis affectus aliqñ contingit, ẽt utroque ore simul utitur, ueluti in vocatis cholẽris. Reliqua uerò quartaq; eius facultas, nempe tractrix, triplici genere symptomatum & ipsa tentatur, Vel cibos trahere in totum non ualens, uocaturq; id symptoma, stomachi paralysis: vel ægre trahens, quo t pe relaxari quidem incipit, relaxatus tñ adhuc non est: tertiũ præter hęc est, vbi aliquid praue & non rite trahit. Praui aũt & non legitimi motus sæpe iam dicti sunt, non secus aũt & affectus, quorum occasione incidunt. Sanè accidit aliquando, ut ẽt carnosum aliquid (qualia sæpe foris uidemus) in stomacho nascatur, quod uel oĩno ciborum uiam obstruat, uel aliquatenus impediat. Vocantur aũt eiusmodi morbi instrumẽtales. Et proditum de ijs est in libro de morborum differentijs. Ac uenter quidem cum pro naturæ lege se habet, trahit ad se superne per stomachum, deorsum uero excernit: cum præter naturã est affectus, ẽt ab inferioribus aliquid capit: nam & clysteris aliquid non nullis in uentrem subijt, ita ut uomerent: prætereà stercus in lethalibus uleis: Satius.n. est existimemus eum in eiusmodi affectibus non trahere, sed quod ab intestinis uiolenter retrudentibus ascendit, duntaxat recipere: quippe in intestinis (iam.n. de ijs agere tempestiuum est) cõplexio comprehẽsioq; est, ceu alibi est mõstratũ, qua usa, nutrimentũ ad inferiorem suum exitum propellunt. In quibusdam tñ affectibus cũ constringendi complectendiq; motus inferne incipit, ea, quæ in ijs continentur, sursum ferũtur. Qua rõne acer quoq; succus quispiam, qui ad sedem aliqñ fuerat delatus, ac uel in foro, uel alio quopiam loco uersatis, aut negocio aliquo quod deserere non licuit districtis, uiolẽter retẽtus rursum est sursum ductus, uentremq; momordit, ac caput uaporando impleuit: Principio q dem motus ab animali organo sphinctere ; id est musculo ad imum intestinũ accepto. ; ab hinc uerò unoquoq; intestino retro id à se ad supra se positũ trudente, simili modo ac prius in pceps trudebat. Ad eundẽ uerò modum crepitus quoq; descendere prohibitus, interim reuertit. Ergo mirum non est, clysmatis quoq; aliquid & stercoris, ex tam uiolenta intestinorum cõstrictione ad uentrem aliqñ præter naturam reuocari, deinde ad exitum properare. Cæteri uero eorũ motus ex genere quidem motuum secundum naturã sunt, uerum uel diminuti, uel alieni, atq; ideirco ẽt symptomata. Accipiendi uerò sunt, ad eorum qui de uentre sunt dicti proportionẽ: Pari modo & motus eorum priuatio ipsa, nõ leuissimum symptoma: ex quali cã gigni ẽt & ileos qñque põt. Iam moles quæ præter naturam sunt, aliqñ descendere excrementa omnino prohibebunt, aliqñ sub iusta mensura: sicut durum etiam stercus in aliquod intestinorum uolumen impactum, quod supra est, deorsum ferri aliquando uetabit. Ac seruatur quoque ad ea, quæ de uẽtre sunt dicta, proportio, omnibus scilicet symptomatis, uel ex intemperie, uel propter collectiones aliquas non naturales, uel ob ipsa, quæ continentur excrementa, factis: Itaque satius est in his non amplius morari, sed ad aliud symptomatum genus transire. Est igitur naturale quoddam

A quoddam opus, alimenti ipsa ex uentriculo in iecur, ex iecinore uerò in totũ corpus, digestio. Hanc perfici monstratum est, singulis particulis conueniens sibi nutrimentum trahentib⁹. Quare symptomata circa hmõi quoq; actionem triplicia incident, aliàs diminute, aliàs nõ rite, aliàs omnino non peractam. Cãæ uerò triplices sunt, quemadmodum in antedictis, uel intemperies trahentiũ: uel instrumentales eorundẽ morbi: uel nutrimenti, quod digeritur, uitiũ. Ac intẽperies quidem uirtutem ipsam reddũt imbecillem, instrumentales morbi uias angustant, alimẽti uitia sunt crassitudo, & lentitia. de quorum agnitione dicendi tempus nunc non est. Sed ad separationem excrementorum ueniendum. Sunt uerò in hac quoq; cãæ triplices: una quidem particularum, q̃ excrementa expurgent, imbecillitas: secunda uiarum angustia: tertia excremẽti ipsius uitium. Ac imbecillitatis quidem cã intẽperies est: uiarũ angustiæ, obstructio, uel aliquis in instrumentis tumor. Verum tumoris eiusmodi, cã fluxio humorum est, quæ in ipsum instrumentorum corpus procumbit: obstructionis uerò, uel crassitas succorum, uel lentor, uel germinis ritu aliquid adnatum. Excrementorum ipsorum uitia sunt, multitudo, crassitas, & lentor. Cum ãt triplex sit in uenarum concoctione excrementum, unum amara bilis, alterum nigra, tertium serosum: biliosum quidem uesica, quæ iecinori subest, expurgat: melancholicum, lienis: serosum,

B renes. Itaq; etiam parum commode purgabuntur horum singula, uel ex debilitate propriorũ instrumentorum cuiusq;, uel uiis quomodocunq; obstructis. Cum autem hæ duplices sint, aliæ per quas trahitur superuacuum, aliæ per quas emittitur, in utrisq; sanè separationi oberit angustia: aliquando horum nullum est in culpa, sed excrementi multitudo, cum immodica est: nec tota simul expurgari potens, unà cum sanguine per totum corpus defertur. Hanc immodicam excrementi uim, duplices pariunt cãæ: alteratrix facultas parum commode se habens, & ciborum uitium. Ac lædendæ quidem uirtutis intemperies particularum est cã, eeu sæpenumero est dictũ: ciborum uitium, cuiq; excremento respondet suum: alij nãq; magis melancolicæ naturæ sunt, alij magis aquosæ, alij magis biliosæ, ueluti definitũ est in sermonibus, qui de ijs habiti sunt. Sed & alteratricis potẽtiæ intẽperies, q̃ ad calidius fit uersa, aliàs biliosum, aliàs melancholicum efficit excrementum: cuiusmodi ãt utrunq; fit, in alijs est traditum: ad frigidius uero mutata, uel pituitosius, uel aquosius facit excrementum. Porrò singula excrementa, propria symptomatis spẽs comitatur: amaram quidem bilem cum in toto corpore redundat, regius uocatus morbus: cũ unã quampiã particulam obsidet, erysipelata & ulcerum serpentia: nigrã uero in toto quidẽ corpore, elephantia: in una quapiam particula, cancer: pituitoso excremento in toto quidem

C corpore succedit hydrops, leucophlegmatias dictus: cũ in una insedit particula, tumor qui œdema græce dr: uocant ita indolentem, ac laxum tumorem. ac serosa excrementa cum redundãt, tum ascites uocatus hydrops excipit, tum papularum in ijs animalis partibus, in quas perducta superflua sunt, prouentus. Atq; ita quidem fit ubi quodq; excrementũ syncerum redundat: ubi ãt & inter se, & cum sanguine miscentur, cõplures tam symptomatum, q̃ morborum species existũt: de q̃bus hic pluribus disputare nõ est necesse, sed ad propositum redeundum. Naturaliũ actionũ prima ac propemodum oĩum maxime necessaria nutritio est, quæ alteratricis actionis quædã est spẽs. Est.n.& concoctio, quæ in uentre agitur, alteratio: non secus autem, & q̃ in uenis: q̃bus accedit ea, quæ in quaq; est particula: post quam quarta est, quam assimilationem uocant, noĩe quidem à nutritione dissidens, re autem non dissidens. Frustratur autẽ & nutritio, cũ uel prorsus non fit: uel intra iustũ modũ, uitiose ve fit: idq; uel culpa nutritiuæ uirtutis, quæ alteratricis est species; uel materiæ defectu uitiove: defectu quidẽ in atrophijs, quæq; ob defectum quæq; ob priuationẽ nominantur: uitio uero, ut in elephantiasi & leucis, cæterisq; id genus: accidit.n.dũ agglutinatur carnibus nutrimentũ, ubi pituitosior sanguis est, carnẽ quoq; effici magis pituitosam: neq;.n.idem est, carni esse, & pituitosæ carni esse: sicuti nec carni esse, & melan-

D cholicæ carni esse: nec biliosæ, atq; temperatæ esse: & à primis qualitatibus nominãti, humidiori, & siccíori, & calidiori, & frigidiori. Certiorẽ fidem sermoni nostro adhibebis, si animaliũ carnes tum sanguine preditorum, tum exanguium ęstimabis: ad hęc etiam reptilium, q̃cunq; ueris tpe gigni cernuntur: maximeq; ex ijs, quęcunq; uiridiũ herbarum colorem pręferunt. Cęterũ horum caro simillima ipsis herbis est: aliorum alba, & exanguis, ueluti locustę & polypodis, atque aliorum alia quędam: neque.n.nominare facile est eorum drĩas, adeo infinitę multitudinis sunt. Ergo cum (sicuti diximus) caro lõgo tempore pituitoso simul, ac glutinoso sanguine nutritur, caro quidem adhuc manet, mutatur tñ eius forma, & in alteram spẽm uertitur, fitq; media quędam inter sanguineam exanguemq; carnem. Vbi ãt talis est reddita, accidit ei, ut de cętero allatum sibi nutrimentum non magis, uel tentet in rubram carnis spẽm mutare, q̃ polypodes, & locustę: ita fit, ut tum alba, tum pituitosa tota, quàm citissime euadat, cum nec ipsa possit nutrimentum ad ruborem uertere, & simul pituitosum illud affluat. Ergo qualẽ ab initio locusta carnem habet, fereq; omnes ostreę, talem ex transmutatione habent, qui leucis fœdantur: ita.n. carnis uitium nominant, à colore scilicet albo nomen imponentes: sicut nigrę, & callosę carni ab elephante nomen ferunt: fit itaque eodem quo leucę modo, melancholico nutrimento ad carnem longo tempore confluente. Vitiliginum autem generatio eum prędictis uitijs similis est

A.ibidẽ.c.10 46.d

generis:non tamen ſub ijs tota caro vitiatur,ſed in ſummo corpore,ueluti ſquamæ quæpiã,uiti- E
ligines inſiguntur:albæ quidẽ ex pituitoſo,nigræ ex melancolico ſucco exortæ. Quàm magnã
uerò uim habeat nutrimentum ad carnis mutationem,ẽt ab Ariſtotile eſt traditum,ubi memi-
nit regionum,in quibus pecora tam colore,q̃ cæteris differentijs ſenſibilibus mutantur,atq; al-
terantur.Qui uerò a nutrimento alterari nutrita inficiantur(eius.n.quod uincitur eſſe nomẽ,nõ
uincentis)hi de mutatione,q̃ in animalibus cernitur,quid recti dicant non habent:multoq́; mi
nus de ea,quæ in ſtirpibus notatur:ſed a rebus,quæ luculenter omnibus apparent,quid dicant
incerti hærentesq; redduntur.Siquidẽ quod de perſica planta,quæ ex Perſide in Aegyptum eſt
translata,proditur,nemini eſt incognitum:lethalis ſi quidem in Perſide erat, in Aegyptum aũt
translata,id quod periculoſum erat,mutauit:ueluti,arbitror, nec quod apud nos in uitibus ap-
paret,q̃ cũ loca mutãt,diuerſum afferunt uinũ.De alijs uerò ſtirpibus tradiderunt,q̃ de agricul
tura ſcripſerunt:ſicuti ẽt de herbis , ij q̃ de his prodiderunt:tranſportatæ.n.ex alijs in alia loca,
ſæpe minus q̃ duorum ſtadiorum interuallo,multis modis alterantur.Conueniebat igitur,q̃ aiũt
nutrimenti nomen,eius,quod uincitur alteraturq́; ac mutatur,duntaxat eſſe, non id mõ ſciſſe,
ac dixiſſe,ſed ẽt de leuces generatione diſſerere tentaſſe.Quippe aut ipſa nutrita caro,eius mor
bi cã eſt,aut ipſum nutrimenti uitium:ſed,ſi nutrimentum cã nõ eſt(ita.n.uolunt) neceſſe ẽ car- F
nem dicant.Quid ergo patitur hæc,q nutrimentum ſibi in totum non aſſimilat? fiet.n.eo certe
pacto natura uitij cã:at multo(arbitror)ſatius erat nutrimẽto cãm imputare.Iam uerò nec pro-
pterea,q nutriri opus ſit , ut ſibi nutrimentum aſſimilet : aſſimilari aũt ac mutari nutrimenti ſit
paſſio:non põt idcirco quod patitur,uiciſſim aliquid tametſi minimum in id,quod agit facere:
Cum eius ſniæ maxime contrarium in diſputatione de his non nos mõ oſtenderimus , ſed etiã
ex philoſophis ijs,qui omnium naturæ affectuum,ac paſſionum grauiſſimi interpretes fuerunt.
Apparet.n.omnia,tametſi multo ijs,quibus appropinquant ſint ualentiora, aliquid tamẽ ab ip-
ſis ſenſibile manifeſtumq́; pati:& ſi non primo ſtatim occurſu,at certe temporis proceſſu . Iam
ferrum acutiſſimum,molliſſima ſecanda carne eſt hebetatum:& duriſſimus lapis a guttula,lõgo
tempore ictus,cauitatem contraxit.Quid uerò in ijs,quæ miſta ſunt,fiat,omnes norunt.Siue.n.
in amphoram aquæ feruentis,frigidæ heminam inijcias,quod miſtum ex ambobus eſt,non ſolũ
quod hemina uincatur , indicabit , ſed etiam q uincens patiatur:ſiue contra heminam calidæ,
immittas in amphoram frigidæ,uincetur quidem hemina,patietur tamen puſillum aliq̃d & am
phora.Verum(ut ſupra quoq; diximus)nec refellere hoc loco opiniones inſtitui , nec prolixus
eſſe,ſed quoad fieri põt maxima cum celeritate docere. Ergo leuce maximus quidem alteratri- G
cis uirtutis error eſt:parui autem alij complures ſunt,carne.ſ.in humore,ſiccitate,frigore,& ca-
lore mutata.In atrophia uerò erit(ſ.non fruetur nutrimento)pars,non ſolum alteratricis uirtu-
tis imbecillitate,ſed ẽt trahente ui infirma,aut excretrice immoderatius mota. Porrò ad immo
dicum motum excretoria uis excitatur(ſicuti prius eſt dictum)quoties retẽtiua uis, uel ex mul-
titudine excrementorum acrimoniave,vel ex propria imbecillitate laborat:hoc.n.caſu,neceſſe
eſt excernatur cum ſuperuacaneo bonum,ueluti in lienterijs,dyſenterijs,& choleris:cum ex im
becillitate expultricis neceſſe ſit carnem & humidiorem eſſe,& magis excrementoſam: ſed ex-
crementa ipſa plura proueniunt alteratricis imbecillitate.Vbi igitur ſimile euenit, ut trahẽdi q̃
dem uis multum ſuccum attrahat,ſed cum totum alteratrix uis conficere non ualeat,atq; idcir-
co multa excremẽta gignantur:expultrix ãt uis id tẽporis & deterius,& imbecillius,quã prius
moueatur:neceſſe eſt ita excrementorũ uim in carnibus aceruari, atq; interim pro excrementi
tum ſpecie,tum multitudine,aliàs aliam fieri carnem,mõ quidem tumidã,modo flatuoſam,mo
do qualis hydropum:quippe ẽt hyderos quem anaſarca uocant,ex hoc eſt genere. Verũ de tali
bus producendum amplius ſermonem non arbitror:neq;.n.omnia in hoc libro recenſere mem
bratim ſymptomata ſtatui,ſed in plurimis ſtudioſos exercitare. Quare mihi ad alterũ ſympto- H
matum genus,ijs qui in læſa conſiſtunt actione,uicinum,conuerti eſt tempeſtiuum . Ipſum igĩ
genus in multitudine,& qualitate excretorum conſiſtit.Incidit autem aut q uirtꝰ aliquo modo
ſit læſa: aut quod ex intempeſtiua uexatione,aut uitioſo motu excitata,aut propter inſtrumen-
tum aliquod recluſum,ruptumve,aut eroſum,ſicuti ſanguinis profuſio : nihil.n.deterius ab hac
cœpiſſe,propterea q genere ipſo præter naturam eſſe magna ex parte uidetur : præter.n.eam q̃
mulieribus per uterum erumpit,cæteræ ſanguinis(pluſculæ)uacuationes,toto genere præter na
turam ſunt:illæ uerò ſola multitudine.Ac ruptio quidem inſtrumẽtorum,uel ob plagas aliquas
extrinſecus illatas fit.ſ.uel calcitrante,pulſanteve aliquo, uel aliter quomodocũq; uulnerato va
lenter homine.Accidit autem & ijs,qui magno utuntur ſaltu, & qui ab alto in terram labuntur
& ex clamore acuto & magno,cum utiq; in eo omnia uocis inſtrumenta, q̃ maxime tendũtur.
Sanè tenſionis ratione rumpuntur,& quæ ex ſaltu ſunt læſa:quæ uero ex lapſu ab alto, plagarũ
generi adnumerantur:quippe nihil intereſt,ex lapidiſne caſu contuſa pars aliqua ſit:an quæ de
labitur pars,uehementer in ſolum impingens contundatur . Atque hæ quidem rumpendi uaſis
manifeſtæ cauſæ ſunt , nec eſt earum quiſquam ignarus . Aliæ ſunt,quæ ex corporis affectibus
oriuntur , cum ſcilicet alicui per nares ſanguis ſponte profluit : aut cum aliquis ſanguinem ,

A aut uomit,aut extuſsit,aut excreat,aut deorſum deijcit,aut mingit : atq; hęc quidẽ toto genere
ꝑter naturam ſunt.Mulieribus autem(ſicut dictum eſt)qui ex utero ſanguis profluit, toto gene
re præter naturam non eſt,ſed quantitate duntaxat.Sanè talia omnia tribus ex cauſis incidunt:
Aut uirtute ipſa uas ſanguinis recludẽte,ueluti in profuſionibus,quibus ſanguis ꝑ nares excer-
nit:a ut ſanguine ipſo,eiusve uaſe aliquo,uitioſe affecto.Ac ſanguinem quidem uitioſe affici di
co,& cum adeo uitioſi eſt ſucci,ut erodat ea,quibus continetur,& cum ita eſt immodicus, ut in
tra uas ſuum non contineatur:quippe id quoque,quòd ſanguinis uas rumpat,uel recludat,eſt ſa
tis.Ipſorũ uerò vaſorum uitium in immodica mollitia,& duritia, & tenuitate conſiſtunt. Fiunt
autẽ hæc non uullis quidem,etiam in utero ſtatim uitioſe formatis: Mollities uerò nõ minus &
ex immodica proueniet humiditate:ſicut durities ex ſiccitate:tenuitas ex atrophijs . Ac quod
molle quidẽ immodice eſt,frangi ob debilitatem magis eſt opportunum:quod uerò admodum
durũ eſt eò,quòd non poteſt amplius extendi:quod tenue eſt,amborum eiuſmodi in uenis affe
ctuũ occaſione,non ſolum à cauſis internis facile ad rumpendum eſt,ſed etiam ab externis.Ero
duntur autem non omnia pari modo:quod enim durum eſt & craſſum,nõ facile eroſioni patet.
Similiter aũt & recludi, ei quod imbecillum & molle & tenue eſt,in promptu eſt:ei quod firmũ
B craſſum & durum eſt,non promprum.Fit autem uaſorum recluſio , tum ab alijs , quæ ipſorum
corpora irritant:tum à multitudine,quæ ea recludi urgeat:interim uero & natura ipſa expellen
te ea,quæ contriſtant.Sunt q ſanguinis diapedeſin,ceu quartum ſupra iam dicta genus nomi-
nent : Eſt autem minime quartum , ſed uel exiguorum uaſorum apertio , uel ſeri non ſanguinis
excernendi ſpecies:qua maxime ratione,ex iecinoris renumq; debilitate meijtur, ac ſæpe deor
ſum deijcit ſanguinolentum ſerum.De his autem paulo poſt dicetur,ſed ſi prius de ijs,quæ uo-
munt egerimus.Quippe expelluntur hæc quoque aliàs ceu immodica , ac uentriculo grauia,
quale alimenti aliquando eſt copia:aliàs uero ceu infeſtãtia,mordẽtia,ueluti cũ uel accidũ , vel
nidoroſum,uel amarũ & acre ex concoctionis defectu aſſumptum nutrimentum eſt redditum.
Sanè huius generis ſunt & bilioſa,& pituitoſa,& ſeroſa excrementa, tum q in ipſo ſunt genita,
tũ quæ in eum ex toto corporis habitu confluere ſunt apta. Eſt autem ſuper hæc & tertium ge-
nus cauſarũ,quæ uentriculum ad uomitionem laceſſunt,licet nec degrauẽt,nec mordeãt, ſed à
natura dũtaxat ſint alienæ.Porrò omniũ,quæ à natura ſint aliena,cõmunis terminus eſt,ſi quã-
uis concocta ſint,nutrire tamen non ualent . Hac arbitror ratione , non ſolum acida pituita, &
ſalſa,ſed etiã dulcis in uentre collecta,non raro eum ad uomitũ prouocat . Sed & ſanguis ipſe,q
C in uentriculum eſt effuſus , eo pacto ipſum uomere cogit . Iam infra quoque deijcit aliquando
citius,aliquando ſerius,præterea plus uel minus,item raro uel ſæpe,uel utile nutrimentum uel
corruptum,vel quod in eum ſuperne affluit,uel qnod in eo eſt genitum.Verùm expulſio,quę cõ
ſuetum pręuenit tempus,uel degrauato uentre,veluti à multo aſſumpto:vel demorſo & compũ
cto, ueluti à mordacibus:uel tanquam alienum ac minime familiare amoliente , incidit : Non
oblitis ſcilicet nobis cum multum aſſumptum dicimus , triplicem id habere generationem , uel
propterea quod uirtus imbecillior ſit,quàm prius,uel quod ſupra mediocritatem ſit quod aſſum
ptũ eſt, vel utriuſque occaſione . Extra uero iam dicta celerem efficit deiectionem,humidiorũ
quoq; ac magis glutinoſorum ciborum ſumptio,vtpote promptius delabẽtium: maxime ſi, qui
eos ſumpſerunt,poſtea lente inambulent,ita ut ij quidem concutiantur, nequaqum aũt ante tẽ
pus digerantur:accidit nanque tale aliquid in cõcuſſione. Cum enim complures inteſtinorum
ſint orbes ſpiræ ve,neceſſe profecto eſt in ſingulis eorũ à ſuperiorib⁹ in inferiora cibos deferri. †Al. nõ amplꝰ manere põt.
De cætero vero grauitate quidem †deorſum ferri nõ poſſunt:ſed qui in ſpiris ſunt impacti, inte
ſtinorũ ipſorũ opera protruduntur:ipſis nimirum repellendi,quæ ſe contriſtent,vim inſitam ha
bentibus.Humidi uero & glutinoſi cibi,ſiue grauitate ipſa & corporis concuſſione,ſiue inteſti-
D norũ opera propellantur,facilius permeant.Ac celeris quidem tranſitus dictæ cauſæ ſunt.Serius
autem,quàm ex conſuetudine excernit imus uenter,vel propter inteſtinorum imbecillitatem,
vel hebetem eorum ſenſum, vel ob ciborum paucitatem qualitatemve . Quippe quæ imbecilla
ſunt,propellere non valent:quæ hebetis ſunt ſenſus,non ſatis quæ contriſtant , ſentiunt: at ue-
ro expulſio ſanato ijs erat triſtis ſenſus:Iam ipſorum quoque ciborũ, qui iuſto ſunt pauciores,
parũ habent excrementi,itaq; nec ſimiliter grauant.Craſſi uero & acerbi omnes tardi ſunt trã
ſitus;contra ſcilicet quàm glutinoſi & humidi.Non ſolum autem propter inteſtinorum imbecil
litatẽ,ſed etiam muſculorum abdominis,deiectio tardatur:potiſſimũ cum excrementa duriora
euaſerunt,tum n.non muſculorum modo,qui ſunt in abdomine,ſed etiam qui in thorace habẽ
tur,valenti actione eſt opus.At minor fit, q̃ pro multitudinis comeſtorũ ratione,deiectio , cum
ex ijs in corpus plus eſt digeſtum:Cõtra plus quàm pro ſumptorum portione deijcitur,aliàs ob
digeſtionis defectum,aliàs confluentibus ſuperne aliquibus in ea,quæ circa uentrem ſunt loca.
Aſſiduæ autem excretiones fiunt,propter uel imbecillitatẽ, uel demorſum . Atque imbecillitas
quidem inſtrumentorum quæ in uentre ſunt,ceu ſæpe iam dictum eſt,ab intemperie prouenit:
demorſus autem ab ijs fit, quæ in ipſis continentur. Porrò quatuor cauſæ generationis ſunt eo-
rum,quæ ſic mordent : vel medicamentoſa quæpiã uis,eaq; uel unà cum cibis , uel per ſeipſam

assumpta: uel etiam ciborum corruptelæ: Præterea tum quæ ex corpore in ventrem mordacia E
excrementa confluunt: tum quæ in ipso, id genus gignuntur, ueluti in dysenterijs, quæ ex ulceribus, quæ cacoethe uocãt, cientur. Licet autem addas & quintam euiusmodi symptomatũ causam, corporum nimium sensum, siue is à natura cõtigit, siue ab exulceratione. Diuersus assiduæ excretionis modus est, ab oĩbus iã dictis genere causæ euarians, qui ex relaxandis musculis ijs, q̃ fini intestinorum superiacent, còntingit: quippe inuoluntaria in ijs est excretio, proptereaq; tum intempestiua, tum inordinata, tum assidua. Verum de deiectionibus sumto hæc satis. De halituosis spiritibus, quos etiã φύσας, id est flatus uocant, deinceps dicendum. Est autem & horũ generatio in ipsis, quæ in ventre sunt, locis, succis quibusdam pituitosis, uel cibis inibi à deficiente calore, in halitũ solutis. Quippe syncera frigiditas prorsus halitum non facit, quòd scilicet ea oĩno nec attenuat, nec conficit, nec alimentum dissoluit: Fortis autem calor cum lõgo interuallo nutrimentũ superet, amplius q̃ pro halitu generando, id attenuat, nisi tamen flatuosum sit naturã: tunc enim gignitur quidem spiritus quispiam turbidus, ac (ut sic dicam) nebulosus, cæterũ exiguus & breuis tẽporis, ita ut uno uel altero ructu vacuetur. At calor qui in cibos agit quidem, cæterum diminute, is eos quodam quidem modo dissoluit, non tamen prorsus conficit: atque hinc oritur flatuosus spiritus. Vnoque uerbo, sicuti extrinsecus tum frigidissimi flatus F
sunt sereni, solentque maxime flante borea fieri: tum calidissimi, qui æstatis tempore incidunt, ambientem aera purum reddunt: qui uerò inter hos sunt, nebulam gignunt: ita in animalibus, neque in caloris summa imbecillitate, nec cum idem nimium est uehemens, sed in ijs qui inter hos sunt statibus, flatuosum excrementum gignitur. Atque id cum per os excernitur, ructum creat; cum per sedem, sonorum silentemue flatum; cum uerò neutra parte emuttitur, symptoma creat, qđ empneumatosis, hoc est inflatio uocaĩ; vẽtre scilicet impotente ad excremẽtosum nebulosumq; excernendũ spiritum. Iam intestinorum aliàs aliæ partes, ubi talis spiritus in ijs constitit, ac mouetur, multiformes edunt sonitus, quorũ non oẽs nomina sunt sortiti: cæterum prudenti uiro, quale quantumque excrementum sit, ac quo maxime loco uoluaĩ, indicare possunt. Quippe si eiusmodi spiritus acutum, & tenue sonet, per uacuum, & prorsus angustum intestinũ defertur: estque tum purior, tum magis aereus. Flatuosior autem redditus, similiter quidem sonum edit exiguum cum in tenuibus intestinis uoluitur, cæterum nec prorsus acutum, nec tenuẽ. Atque eiusmodi soni omnes in ijs, quæ circa ieiunum sunt, locis maxime consistunt: in quãtum autem hinc ad alia tenuia intestina descendunt, in tantum minus sunt sonori. Alij uerò bõbos imitantur, ijs, qui ex latissimis tibijs eduntur, similes: quo genere utũtur qui tymbauli idest G
fiticines uocantur. Hæ nanque materiei, ex qua fiunt, culpa, pure sonare nequeũt: propter autẽ spiritus uiæ latitudinem grauiter sonant. Tales autem omnes in crassis fiunt intestinis, cum excrementorũ sunt vacua. Quòd si humor quispiam in his continetur, accedit hinc quoq; bombo forma quædã: uocantq; omnes eiusmodi sonum uel potius murmur græce borborygmon, qui humidũ excrementũ excernendum denuntiat. Quippe species ipsa soni, hæc ambo præsignat, †vtique quod ab natura sit mota, expulsionem nunciãs, q̃ autem cum eiusmodi murmure siue borborygmo, etiam humidam. Eorum præterea flatuum, qui extra feruntur sonitus, alius quidem borborygmo cuipiã similis est, expulsionem iam iam futuram indicans: alius purus atque (vt sic dicam) sonor⁹ & aereus, qui vel vacuum esse interstinum docet, vel etiam prædurum qđpiam superius alicubi habere excremẽtum: iam alius quidam horum est medius, uelutiq; bõbosus, ex medio quodam prædictorũ affectu proueniẽs. Tenuis autem sonitus, qui græcis ueluti trysmos siue trismos dicitur (quippe vtroque modo appellãt, alij per υ alij per ι scribentes) ex instrumentorum angustia simul & flatuoso spiritu, cum exiguo humore efficitur. Quoniam aũt & de his (ut ad rem propositam) satis est dictum, ad ea quæ superne in uentrem confluunt redeamus: quippe dictum est, hæc quoque tum humiditatis deiectionum, tum multitudinis, esse causas. Defertur igitur superne in ventrem sæpenumero excrementum, naturæ expellentis robore: aliquando uerò propter imbecillitatem, neque quod utile est portare ualentis. Ac excernitur H
quidem quod superuacuum est, tum in crisibus, tum uero sanitatis non nunquam tempore; veluti mulieribus omni mense. Tales uero etiam sanguineas dysenterias Hippocrates in ijs accidere dixit, quibus artuum aliquis esset præcisus: Nos autem uidimus, non in ijs modo, sed etiam alis quibusdã certo circuitu repetentes: omnes autẽ, quos ita uacuatos vidi, ab exercitata prius vita, ad oĩno desidiosam se transtulerant. Atque hoc quidem excrementum, quantitate sola est alienũ: Alterũ uerò qualitate, in acutis morbis decretorie plerunq; excretum: aliquando uero tabescentię, siue colliquationis more. Inter hoc autem omnino inutile malumq; excrementũ, & illud iã dictũ bonum, aliud tertium excrementi genus est, quale est in uentre cibus semicoctus. Excernĩ id maxime in hepaticis affectibus: vocãt ita in quib⁹ morbus ipse iecoris est imbecillitas, licet nulla sit phlegmone adiũcta. Hoc .n. casu, similis passio uisceris incidit, ijs q̃ imbecillo uentri accidũt: qñ is quidem appetit, sed cibus quos sibi admouet cum non concoquat, ijsdẽ grauaĩ, & semicoctos ad intestina dimittit: atque is quidem ad vomitum quoq; concitatur. Iecur autem cũ vomitionis aliquid ad proportionem patitur, quod nutrimẽtum p̃ vasa q̃ in me-

senterio

† Græci cod. impressi hn̄t ὅτι μὲν ἐπικινουμένη γίγνεται τῇ φύσει. ut Linacer, & cæteri interpretes uerterunt. forte tñ legendum esset ἐπεὶ κινουμένη γίγνεται τῇ φύσει. i. utiq; q̃ statui moto superueniat.

Fortasse in libro de artic. cõ. 4. s. 40. 7. 287. h

A ſenterio ſunt, veluti per ora quędā attraxit, rurſus per eadem ſemicoctū ablegat. Eſt autē eiuſmodi excretionis ſpecies(veluti etiā eam aſſimilarunt qui ante nos fuere)maxime ſimilis carniū loturæ: prꝗſtiterit autē fortaſſe non ita ſolum dixiſſe,ſed quò exactius ſit exemplum, cruentarū atq;recenter enectarum,ſermoni addidiſſe.Quin etiam ſi quis,quod ita excretum eſt,aquoſum ſanguinē nominet,ſic quoque mihi illud clare interpretari uidetur.Atq; hoc quidem ſymptoma ſemicoctorum ciborum uomitioni ad proportionem ſe hēt.Alterum quod dicturus sū, humidæ deiectioni uentris eſt adſimile,quæ ad exactam quidem perducta eſt concoctionē, nō tamen digeſtionem eſt conſecuta.Nam ſicuti hanc quoq; uenter omnino ab ipſa grauat° excernere cupit,ſic iecur ubi affatim digeſti in ipſum nutrimenti fructum cœpit, non patitur id amplius apud ſe morari. Cum ergo id recta progredi quauis ex cauſa nequeat,neceſſe eſt retro ad uentrē recurrat.Apparetq; is,qui tū excernitur ſanguis,& nigrior,ꝗ̄ pro natura & ſplendēs, utpote ex ſanguine,& nigra bili cōmiſtus.Quippe ſanguis ipſe ꝑ ſe,cum ex frigore fit niger,adeo nullum ſplendorē acqrit,ut ēt quem ab initio habuit,amittat: nigra uerò bilis, ēt ſanguine ipſo ſplendidior eſt,ſicuti ēt bitumen,quod ex mari mortuo affertur,iudaicum id appellant.Non n.cum perfrigeratur ſanguis,nigram bilem creat,ſed cum ſupra modum eſt coctus, ideoque ēt

B ſplendorem ſuum tuetur. Nō.n.ſicuti concretus ſanguis,qui græce thrombus dicitur,ſanguine ſit perfrigerato,ſic etiam nigra bilis generatur: immo contra omnino ex immodice cocto & ſeruente,ueluti cinis quidam nigra bilis efficitur: frigida quidem,eo ꝙ terrea: caloris autem particeps,ſicuti cinis & acetum.Deuenit autem ad dictum ſtatum qui ex uentre in iecur digeſtus eſt ſuccus,cum is,propterea ꝙ ulterius in corpus non digeritur,inibi diutius moratur. Nominatur autem talis excretionis ſpecies,a nonnullis dyſenteria.quippe & mordentur non raro, perinde ac dyſenterici,ceu(arbitror)flaua bili in percoquendo ſanguine,acri illis reddita.atvocet quidē quiſq; prout uolet.Cæterum differentiæ ſanguinolentæ excretionis quatuor in uniuerſū ſunt, quatuor ſuccedentes affectibus: Vna quidem ipſius ſanguinis in ijs,quibus artum aliquis ē abſciſus,uel qui exercitationem dimiſerunt,per circuitum repetens : altera cum ex imbecillitate iecinoris aquoſus ſanguis deiicitur,quem utiq; loturæ carnis aſſimilant: tertia quæ mox eſt dicta,melancholici ſplendentisq; ſanguinis. At hæ quidem tres ut multum ſimul excernatur efficiunt: in quarta & minutim,& exiguo tempore expulſio facta uiſitur,aliàs quidem ueri ſanguinis,aliàs concreti.In hac & puris non raro exiguum aliquid excernitur: etiam ulcerum cruſtulæ,ꝗ̄ græce ephelcides dicuntur: præterea membranoſa quædam corpora,quæ inteſtinorum ip

C ſorum ſunt particulæ: ſed & ſtercus ſuper his collectum ſæpenumero excernitur, ſanguinis ī ſe guttas habens. Affectus uerò quibus tres primæ ſuperueniunt,paulo ante ſunt dicti. Quartæ āt de qua modo egimus,inteſtinorum exulceratio eſt affectus: quam etiam ſolam nonnulli dyſenteriam nominandam cenſent. Sed(quod ſæpe dixi)quo nulla res omittatur, magna ſolicitudo ē habenda: de nominibus minime curandum. Eſt autem ex eodem,quo iā dicta dyſenteria, genere,& qui tyneſinos dicitur,cum ulcus in recto inteſtino eſt factum.is cętera quidem ſymptomata infert dyſenteriæ ſimilia,nixus tamen multo uehementiores. Vrinarum āt tum ſuppreſſio,tū mala uacuatio,uentris excrementorum retentioni,& alienæ a natura expulſioni,ad proportionem ſe habent. Retinentur.n. ueſica uel excere non ualente,uel eius collo occluſo . Atq; hi quidem duo ueſicæ morbi,unum commune ſymptoma iſchuriam ha bent: detinentur.n. in ea urinæ. Vocat autem uulgus medicorum non ſecus iſchuriam,quanquam iſchuria pꝗ̄ ſit,illud quoque ſymptoma,cum urina in ueſicam omnino non uenit,perdita.ſ.renum actione. Et permittē di profecto ſunt ita nominare,cum propriam appellationem non habeant: non tamē latere debebit,amborum affectuum dr̄ia. Siquidem alter eorum eſt,cum ueſica quidem eſt plena,ſed nihil excernitur: alter cum uacua eſt,nihil omnino in ſe continens. Sub tali.n.affectu in quo plena

D eſt ueſica,uel occluſum eſt eius os: uel,ſi hoc ſe pro lege naturæ hēt, ipſa ad ſeſe conſtringendā, ac lotium foras extrudendum,eſt imbecilla. Et collum quidem eius clauditur, uel propter obſtructionem,uel conniuentiam. Fit autem obſtructio tum ex concreto ſanguine,tum craſſo pure,tum calculo,tum toſo,præterea cum in eius meatu ueluti germen aliquod eſt enatum,qualia in reliquis omnibus,quæ extrinſecus ſunt,aure,naribus,pudendo,ſede,fieri vꝛ̄. Conniuctia vero,aut propter°collectionem aliquam,quæ præter naturam ſit,aut propter nimiam ſiccitatē accidit. Ac collectio quidem ex phlegmone,ſcirrho,atq; alijs°tumoribus ſit,præterea quæcunque ueſicæ collū attollentia,in internum meatum †urinam refundunt: ‡ Siccitas autem in ardētiſſimis,ac ſicciſſimis febribus,in quibus laborantē ſæpenumero,nec loq poſſe uidemus,niſi os madefecerit. Imbecillitatis ueſicæ cās,nihil opus eſt recenſeam, ut quæ expoſitæ iam mihi in multis particulis ſint,ſiue ijs ut ſimilaribus,ſiue ut inſtrumentalibus incidūt. Magis autem quiddam accidere in ueſica uidetur,cū immodice eſt repleta: quod fieri nō nos modo uidimus,ſed etiam ab alijs audiuimus. Quippe ubi impleta fuit,cum.ſ.ſurgere e conuiuio ac meiere quoſdam puderet,actionē eius deſtrui contigit: nec urinam qui ita ſunt affecti, quamuis magnopere connixi, excernere præterea potuerūt. Sanè uidetur & in uētre,& in inteſtinis tale aliquid accidere, ſed

† ἀνοχοῦ τὸν ὄγκον. Copus, molē porrigūt. Linacer uidetur legiſſe ἀνοχον τὸν ὕπον. ut quidam ēt codices qui habent.

uulgus latere: in his quidem, qui in uentriculo id patiuntur, q̃ celeriter suffocentur: in illis uerò, E
q̃ excrementum in oĩbus intestinis collegerunt, q̃ medici propter sequentia symptomata, ad alia conuertantur: q̃ppe in solis purgationibus, q̃ in intestina sunt dimissæ, atq; inibi manent, tale quid incidere solet. Atq; hi quidem affectus, ueluti priuationem inferunt excernendæ urinæ. Qui uero eiusdem sunt cum illis generis, magnitudine tamen deficiunt, ueluti oblæsas torpétes que actiones edunt. Alijs autem affectibus, tertium symptomatum genus, quod in prauis vacuationibus cõsistit, superuenire solet. Sunt āt multæ eius spẽs: Prima quidem q̃ stranguria dicitur, q̃ ex imbecillitate uesicæ, uel urinæ acrimonia incidit: Secunda fluxionibus iis, quæ uentriculo accidunt, est similis: de qua melius est semel hoc loco dicamus. Fit igitur quædam ueluti anastæchuosis (quasi dicas reelementatio) colliquatio, siue resolutio, siue dissolutio, siue quomodocũq; aliter nominare libet, aliquando totius corporis, aliquando succorum, qui in uenis sunt duntaxat. Quod autem ex ea colliquatione prouenit, aliàs ad uentrem cõfluit, aliàs ad urinas, aliàs ad sudores pellitur. Ac succis quidem qui in uenis habentur, in serosam saniem solutis, renes q̃ ad excrementum id trahendum sunt nati, potissimum cum sani sunt, serum quidem a uenis expurgant, fluxionem āt ad uesicam assidue mittunt. Vbi autem renes trahere non ualent, aut uenę eiusmodi serum in uentrem mittunt: aut toti id corpori partientes, subitaneos hydropum status inducunt. Si autem quod liquatum est, crassum sit, qualeq; renes trahere non possunt, totũ in uẽtrem necessario confluit. Carnoso vero genere ita colliquato, tum uenter fluxionem eius recipit, ubi.s.ea est crassior: tum sudores multi superueniunt, ubi in halitus est resoluta. Atque hęc q̃dem, de colliquatione tum carnis, tum sanguinis, ad præsens satis. Reliquorũ urinæ symptomatum quædam uel uesicæ uel renum, affectum quendam indicāt: de quibus Hippocrates in aphorismis prodidit. Quædam quousq; concoctionis cruditatis ve sanguis peruenerit, docẽt: scriptũ autem de his est in præsagijs. Quare nunc ad sudores transeundi est tempus, de quibus hacten⁹ saltem dictum est, q̃ interim resoluto corporis habitu proueniunt, uocaturq; ea passio syncope. Cui contrarius status est, qui in decretorijs incidit sudoribus, qui utiq; robustam naturam indicant, non āt resolutam: atq; eiusmodi quidem sudores, corpus expurgant. Similes ijs sunt, quos mediocres exercitationes, & balneæ, & calor æstiuus excitant. In immodicis uerò exercitiis, ēt boni aliquid effluit. Porrò odorem coloremq; excremento, quod uacuatur, similem habent. Copia uerò eorum, uel propter corporis raritatem, uel propter excrementi abundantiam, uel p̃p eius quod uacuatur tenuitatem, prouenit: Sicut propter horum contraria, morari quoq; solent, cum.s. uel quod superfluit, exiguum est, uel glutinosum, uel crassum, uel meatus sunt angusti. Accidit autem id, uel obstructionis occasione, uel conniuentiæ. Ac obstruuntur quidem crassis, & G
glutinosis succis: conniuent siue contrahunt ora propter atrophian, uel perfrigerationem, uel mollitiem. Incidit autem & ex imbecillitate uirtutis in carne, sudoris tum retentio, tum expulsio, ueluti etiam reliquorum excrementorum: quippe tam uesica, q̃ uentriculus contenta in se superflua aliquando magis tolerant, eaq; expellere cunctantur: sępe contra, ne uel minimum sustinent, sed grauantur, statimque abiiciunt.

4. Aph. 75 vsq; 82. Ext. or. 36. a &c. in Prog cõ. 2. t. 26. vsq; ad 37. 200. b &c.

Quæ ætates & naturæ, ad quas actiones promptiores, aut ineptiores existant. CAP. 3.

SAnè sermonem hunc omnium particularum communem ultimo loco simul tractandum reseruaui. Quippe parum rõnabile ur̃ esse, ut corpore aliquo læso, non etiam ex æquo oẽs eius uirtutes simul lædantur, sed aliæ magis, aliæ minus, aliæ illæsæ in totum sint. Atque illud quidẽ neminem latet, non posse nisi læsa in aliquo cuiusq; substantia, actionem eius impediri. Sæpenumero uero quacunq; particula operante, aliàs alia eius læditur actio: non.n. similem statum req̃rit ad alterandi actionem, atq; ad practicam functionem. Siquidem fit omnium, quæ sibi appropinquant alteratio, corporibus ipsis minime desiderantibus, aut locum ex loco mutare, aut aliquid apprehendere, aut tenere, aut alicui inniti: at quæ uel tractura quid sunt, uel tentura, uel re H
pulsura, eorum actionem cum loci mutatione necesse est fieri. Qua rõne quod ita est molle, ut tum humidum sit, tum fluxile, tum nulli innitens, id nec trahẽdi similiter, nec tenẽdi, nec repellẽdi uim habet: in omni nanq; eiusmodi opere, innixum tensionēq; esse in operāti oportet: At uero alterare propinquantia põt, uel quod humidissimum est, maxime si ẽt calidum est: nulla.n. actiuarum qualitatum adeo breui, quod appropinquat alterare ur̃, ac calor: Vnde palam est corpus quod humidissimum calidissimumq; sit, celerrime alteraturum.i. tum concocturum ꝓpriũ nutrimentum, tum sibi ipsi assimilaturum esse. Quod uero durum hacten⁹ est, ut nec difficile ad flectendum sit, & firmiter innitatur, id & trahere ualenter quicquid uoluerit potest, & uiolenter trudere, & fortiter tenere. Neq;.n. sicuti quæ ualde sunt mollia, remittitur, cum id tendis: nec si uehementer tenditur, frangi periclitatur: & quæ semel apprehenderit, ea complectẽs tenet: nullo nec quod propter duritiem difficulter flectitur, nec quod propter humorem est molle, sic agere ualente: illa enim non firmiter complectuntur: hæc imbecillo complexu usa, quę apprehenderunt, facilè elabi sinunt. Atq; optime quidem nutriuntur calida humidaq; corpora, quippe quæ nutri-

A nutrimentũ non solum alterant celerrime, sed etiam, in se recipiunt, & agglutinant, & assimilãt: Pessime uerò frigida & sicca, ut q̃ neque alterare, neq; in se ipsa recipere, neque agglutinare, neque assimilare queant. Ac quòd celerrime alteret, qđ calidissimum est, prius est dictum: hoc uerò erat concoctio. Quòd uerò id quod humidissimum mollissimumq́; est, prompte quod alteratũ est in se recipiat, admonendum potius est, q̃ probandum: Sicuti cõtrà quod siccum durumq́; est, nihil in se ingredi sinit prius, q̃ ipsum ex aliqua parte diuisum sit, ac uelut exulceratum. Si quidem & q̧ facilius ac celerius tũ agglutinant, tum coalescunt, quæ humidiora sunt: quæ uerò duriora, partim nunquã, partim vix: nemo est qui ignorat. Vt enim æs, ferrum, aurum, & lapidem omittamus, atq; de plumbo agamus, experiunur id cum altero plumbo omnino non coalescere, nisi prius excalfactũ liqueĩ. Et pusionibus quidem, & alijs quibus calidior & humidor est corporis tẽperies, optima tum concoctio est, tum appositio, tum agglutinatio, tũ nutritio. Quippe concoctio & nutritio alterationes sunt. Appositio uerò fit, cùm id quod nutritur †halitus speciẽ in se recipit: Affixio uerò alimẽti, agglutinatio quædam eius unitioq́; est. Post quę omnia, non leue commodũ ad assimilationem est nutriti corporis humiditas: cum ei quod nutrit, in consistentia est similis. Digestionis uerò instrumẽta in pueris, etsi admodum ualidi ad agendum non
B sunt, tũ operi suo sufficiunt, nec ei in ullo sunt imparia: quippe mediocrem iam duritiam, ac robur, venæ eorum habent. Retentrix autem vis, imbecillior ijs est: atque idcirco siue ab aliquo pondere prematur, siue aliàs infestetur, celerius ab opere desistit. Similiter his uirtutib[9] etiã excretricẽ mediocrem in imbecillitate habent. Quanquam uidetur saltem retentiua vis non solũ pueris, sed etiã cæteris omnibus, expultrice esse imbecillior, etiam si similiter se habent, propter scilicet diuturnitatẽ actionis: maxime enim diuturna est retentiuæ uirtutis actio, ut quæ illud pro opere suo habeat, ut teneat: Expultrix uerò uis, breuẽ habet actionem, vtpote quæ una impressione, qđ contristat tetrudere abijcereq́; potest. Sicut igitur in ijs quæ extrinsecus sunt, idẽ homo, qui ad deijciendum onus maxime sufficit, portare id tota die non ualet: sic etiam internis instrumẽtis retrudere qđ contristat, quàm diu retinere, est promptius. Pueri nanq; (de quibus sermo est) alteratricem quidem facultatem ualentiorem habent ijs, qui in ętatis sunt uigore: trahendi uerò vim ijsdẽ imbecilliorem, non tamen ad suum usum sufficientem: reliquas uerò duas facultates imbecilliores possidẽt, quàm ætate florẽtes. Cæterũ nõ perinde pater expultricis imbecillitas, p̱p̱ actionis suę breuitatem: quippe tum vomunt, tum deijciunt sæpius, q̃ ętate florentes, non utique ob expultricis robur, sed retentricis debilitatem. At in uentris conco-
C ctione, q̃ humida & mollia sunt, similiter ac ætate florentes concoquunt: quæ uerò dura, deterius: Pueris enim halituosior est calor: florẽtibus ætate, sicciot: Iã uero quibus humidũ est corpus, ea, q̃ nutritura id sunt, humidiora postulant: quibus siccius, sicciora. Ergo si concoctio alteratio est in propriam nutritorum qualitatem, pueris quidem quæ molliora humidioraq́; edulia sunt, magis congruunt: florentibus ætate, q̃ duriora sunt. Sanè senum corpus ad omnem fermè actionẽ male comparatum est: quippe & multo siccius quàm eorum qui ætate florẽt, & ijs solis est frigidũ. Neque igitur commode concoquunt, caloris defectu: neque nutiuntur, propter tum siccitatẽ, tum alteratricis facultatis imbecillitatẽ. Digestio illis insuper ueluti à iã torpentibus præ frigore instrumentis, & tarda, & imbecilla fit. Expulsiones præterea quæ quidẽ breuis temporis sunt, facultatis eorum imbecillitatem non detegunt: q̃ diuturniores sunt, male obeuntur. Porrò ad p̄dictas molitiones siccius calidiusq́; instrumentum magis est idoneum: humidum & frigidũ magis imbecillum: horum in medio duæ reliquæ coniugationes sunt. Atque in ætatib[9] quidẽ humidum & frigidum corpus non inuenias: senum enim corpus frigidum esse & siccum est monstratũ: In malis autem temperamentis, quæq́; ex natura propria cuiusq; sunt, quæq́; in acquisitis affectibus fiunt, inuenias. Sicut uerbi gratia phrenitis quidẽ calidus & siccus est mor-
D bus, ideoq́; in actionibus uoluntarijs maximũ habet robur: Lethargus autem imbecillus, ut q̧ particulas humiditate copiosa frigidaq́; imbnat. Tale quippiã ẽ & hydropum genus, maximeq́; ex ijs leucophlegmatię & anasarca. Vbique autem frigidum, siue cum siccitate coniunctum sit, siue cum humiditate, tum imbecillius est, tum torporiferum. Ad eundem modum retentiuæ uirtutes quæ naturales sunt, in siccioribus & calidioribus instrumentis ualidiores sunt: in humidioribus, & frigidioribus, siue à primo natali alicui, siue aliàs coutigerint, imbecilliores. Attendẽda tamen est in quaque particula magnitudo excessus: Sicut uerbi gratia, nerui & tendones & musculi & ligamenta quantò sunt sicciora, tantò sint ualẽtiora est necesse, si tamen intra illum excessum, sub quo & difficile flexibilia fiant propter duritiẽ, & ueluti friabilia propter siccitatẽ: quippe ita conuulsionibus tentantur. Rursus naturalia instrumenta, quanto sunt humidiora, tãto sunt ad nutriendum magis idonea, etiam si subhumida in ultima temperie sint: Ad concoctiones uerò, nec se ipsis meliora, nec ijs sicciora sunt, modo similiter sint calida: nisi scilicet sicco & squalenti instrumento, siccum nutrimentum humore largo non admisto dederis. Ad digestiones uerò & expulsiones, ualde dura corpora sunt inepta: quippe cum difficilius, tum dilatentur, tum contrahantur, quorum altero tractus fit, altero expulsio. Quò uero ad paucos dirigat q̧s scopos, in summis rem totam distinguam. Calor adauctus ualentius alterat, mo-

A.l.1.f.2.d.6 c.3.26.g

A. ibidem. h

A.l.2.t.1.d.6 c.3.26.f

†Grac. cont. [illegible], at puto legẽdũ [illegible], i. in roris spẽm nutrimentum in se &c. sic. n. alias consueuit loqui Gal. ut se primo Meth. c.6. quãdo nutrimẽtum appositum uocat rorem, præterquam quod re probata ẽ Heraclyto, et Asclepiadis opinio, qui & nutritionẽ et alia multa per uapores fieri contendebant.

do tamen non eò incrementi perueniat, ut iã colliquet, tum nãque ad omnia est inutilis. Frigus E
verò nulli functioni est ex usu. Siccitas ad robur & nixũ conducit, si tñ adhuc nec difficile mobilia nec frangibilia facit. Humiditas ad nutritionẽ maxime est accõmoda, ad alias autem functiones maxime contraria, auctione tñ excepta, ad quã magis utiq; , q̃ ad nutritionem est idonea: debentibus nimirum quæ probe sunt augenda, facillime tum tendi tum perflari undique.

De causis reliquorum symptomatum, quæ in excrementis consistunt, CAP. 4

AC licebat hoc loci iã opus finire, cum, sicut antea diximus, nõ quò omnia particulatim persequere, in multis exẽplis multas symptomatum species & genera examinarim, sed quò studiosos exercitatos redderẽ. Cæterum permittente id libri adhuc magnitudine, dicemus aliquid & de ijs, q̃ prætermisimus. Siue nanque ex naribus, siue auribus, siue palato, siue oculis, siue faucibus, siue utero, siue ex reliquorum quouis, excernatur quid: tũ quantitas eius attẽdẽda est, tũ qualitas, itemq; excernendi eius modus: atq; id ad iam dictas causas reducẽdum: Quippe oĩa symptomata ex intemperie similarium & instrumentorum morbis, præterea materiæ ipsius tũ qualitate, tum quantitate, prouenire deprehẽdes. Verbi gratia, catarrhi & coryzæ causa ẽ cerebrum, cum perfrigeratum quidem est, ceu similaris pars, in intemperiem uersum: aut cum æstuat, ceu instrumentalis, impletum. Ergo qualis in uentre dirrhœa passio ex mala cõcoctione fit, tale est in cerebro prędictorum utrunque: catarrhum. s. nominantibus nobis, cum qđ super uacaneũ est, in os difluit: coryzan, cum in nares: branchos aũt siue raucitas, catarrhis superuenit, faucibus. s. humore imbutis. Quod si in gargarionem fluxio procumbat, aut in ea gignit quã ex similitudine græci staphylen. i. acinum uocant: aut aliàs eam in tumorem attollit: At si in glãdulas, q̃ sibi ex aduerso in oris termino utrinq; iacent, antiadas: si aũt in ea q̃ ijs proxima sunt, paristhmia. Deferẽ capitis fluxio & in uentriculum, & in asperam arteriam, vtrunque magnopere lædens. Cæterũ eiusmodi fluxionum incommoda, tum alij ante nos diligentius exposuerũt, tũ nos prolixius in medendi libris de ijsdem scribemus: de ijs uero, quæ ex pulmone & pectore reijciunẽ, in libris de crisibus iam egimus. Sed nec eorum, quæ ad mensium retentionem, aut indebitam omniũ, quæ ab utero manant expulsionem pertinent, etiã difficile est causas inuenire, si qs ad similes dirigat scopos. Nam aut uteri corpus cum densum durũq; fuerit, retentionis causa erit, tale scilicet aut à natura conditũ, ut omnino nunquàm purgetur, nisi quis ipsum medicamentis longoq; tẽpore ad meliorem habitum transferrat; aut certo tempore sub illo affectu, q̨cunq; semper uteros occupauerit. Etiam venarum angustia statim à principio congignitur, ubi G
scilicet hac parte fœmina male est formata. Ad huius affectus portionem & cõpressio se habet, quæ ex ijs quæ circũiacent uasis fit, cum uidelicet corpus immodice gliscit. Vteri uero intemperies, tũ natura, tum sub affectibus quibusdam oritur, æque ut densitas. Incidet sanè aliquãdo & ipsius materiæ occasione, menstruæ consuetudinis retentio: quoties qđ uacuatur, uel crassum est, uel glutinosum. Quin etiã si ipse menstruus sanguis sine uitio est: cæterũ obstructio quępiam in uasis, quę ad uterũ pertinent, ab huiusmodi humoribus prius est facta: sic quoque retinebitur menstruũ. Sed totius corporis culpa, aliquando prorsus non purgabitur fœmina, aliquando parcius, aut liberalius, aliquando malum uacuabit. Et prorsus quidem non purgabitur, tum propter plura exercitia, tum propter tenuem victus rationem, tum propter succorum ad alias particulas inclinationem: Iam propter hæc ipsa, cum medioeria sunt, minus quàm pro naturæ debito purgabitũ: sicut propter longam desidiam, & victum liberaliorem, plus iusto uacuabitur. Sed & mala expurgabuntur, ꝑ ꝑ uteri rehumata: Vocatur autem id symptoma, fluxio muliebris, expurgato scilicet per eam particulam toto corpore. Est autẽ perpetuo quod euacuatur, tale specie, quale est, qđ in animali redundat, aliud rubrum, sanguinis sanies: aliud album, à pituita: aliud pallidũ, quod est biliosum: †Est autem & præter hæc eorum quę ab utero fluunt uacuatio mala, propter affectũ aliquem, qui in ipso fit exortus. Est pręter eas, quæ prædictæ sunt, & talis mensium H
moratio, in qua nec ex sanguinis defectu, veluti post plurimas exercitationes & tenuẽ victũ accidere est dictũ: nec propter affectum, qui in ipso ortus sit utero: purgationes uteri sistuntur, sed aliquando etiã sanguine propter robur in alias particulas delato. Verum (ut mox dixi) nihil arbitror difficile, q̨ si quis hos commẽtarios perlegit, cũ iam in multis fit exercitatus, ipsum quoq; talia inuenire. Quippe, ꝙ & propter uteri proprios morbos, tũ qui in processibus eius supernis & lateralibus cõsistũt (ceræas græci uocant) tum qui in collo, tum etiã qui in toto eius tergore, aliquando quidẽ, uel plura quàm prius, uel pauciora ueniant menstrua: aliquando autem prorsus non ueniant, uel mala ueniant: nemini arbitror latet: etiam Atretis fœminarum, id est quarũ natura qualibet ex causa peruia non est, in sermonis nostri diuisione sub hoc alicubi genere inuentis. Similiter autem & qui priapismus uocatur, tumescentia & inflatio inuoluntaria est mariũ pudendi, symptoma scilicet a flatuoso spiritu natum. Quin etiam gonorrhœæ, quæ absq; tensione pudẽdi fiunt, ex imbecillitate retentricis seminalium uasorum uirtutis fiunt: tenso uero quodammodo pudendo, quasi cum conuulsioni quid simile instrumenta patiuntur, eueniũt. Non est igitur ꝙ de eiusmodi symptomatis pluribus differamus.

A.l.3.f.5.t.1. c.11.141.c. F

† *Aliud a quo [illegible], hoc videtur additũ ex [illegible]rio et Paullo quãquã et Graeci & Latini contextus careant.*

De

A *De causis symptomatum, quæ consistunt in qualitatum mutatione: ac de ijs, quæ vel se inuicem sequuntur, uel non sequuntur, symptomatis.* CAP. 5.

SEd conuersi ad reliquum eorum genus, quod nec ipsum multa verba requirit propter ea, quę iam dicta de succedentibus sibi symptomatis sunt, iam opus hoc loco finiemus. Ergo colores mutabuntur, ut generatim dicam, succorum occasione, qui à naturali specie recesserunt, uel qui in altum corpus sunt reuersi, uel cutem ueluti perfuderunt: membratim uerò, propter causas, quæ succos ad tales tum motus, tum affectus impellunt. Sunt porrò hæ, tum animi perturbationes: tum ambiētis nos aeris, in calorem, & frigus mutationes: tū ipsius corporis affectus, cui sanguis, uel calidior fit, uel frigidior, uel parcior, uel uberior, uel foras protrusus, uel intro retractus. Huius sanè generis est omnis uitiosus succus, qui sua specie ēt totius corporis colorē alterat, ut in morbo regio, & hydericis, & elephantia, & splenis, & iecinoris imbecillitate. Existit autē ad portionem, & in quaq; particula, coloris mutatio. Figuræ uerò naturales mutabūtur, particulis, vel immodicæ refertis, uel inanitis, uel a proprio loco translatis, uel aduulsis. Causę uerò cuiusq; horū plures sunt, quas ēt inuenire difficile non est, sicui superiora non negligenter sunt perlecta. Ad eundem nec graueolentiæ, aut molliciei, aut duritiei, aliorumve his similium causas inuenire o-
B perosum est ei, qui ad supradictorum exempla procedet: quinimmo iam dictæ a me sunt in fine libri, qui De symptomatum differentiis inscribitur: quo minus opus est de iis nunc simus prolixi. Sed hoc loco opus de symptomatum causis finiamus, illud tantisper adiicientes, quod in libro De symptomatum differentijs huc docendum distulimus: Quænam symptomata necessario sibi succedant, quæ non necessario: quod ipsum quoq; non longa mihi disputatione videtē indigere: sed satis erit sub unico exemplo methodo indicata, à particularium multitudine fugisse. Censeo igitur, quod prouenit, vnicane ex causa fiat cōsideres, an ex pluribus: Si.n. ab unica, necessariò efficienti succedit: sin quo fiat pluribus eget, non necessario. Atque hæc quidem in omni re communis est methodus. Ad hunc igitur modum in symptomatis æstimationē inibis. Quippe si symptoma ab unico fiat, necessario illi succedit: sin ad secundi symptomatis generationem aliæ quæpiam causæ concurrant, minime necessario priori succedet. Non.n. si quis male concoxit, necesse est spirituosum flatum sequi: sicuti nec morsum, †nec humidam multamve aut contrariam deiectionem, ‡aut inappetentiam, aut intensam appetentiam, aut pigritiam ad actiones, aut intelligentiæ tarditatem, aut capitis grauitatem, aut uigiliam, aut cardialgiā. i. oris uētris dolorē: multoq; minus aut epilepsiā, aut amentiā, aut extasin, aut coma: sed nec mœsti-
C tiam ullam, neq; aliam quamlibet, nec multo minus melancholicam: præterea nec plenioris intestini, uel renum, uel lienis, uel iecinoris, uel pectoris, uel articulorum dolores: æque ut nec inæqualitatem, aut horrorem, aut rigorem, aut febrim. Quanquam tum horum, tum reliquorum fermè omnium symptomatum, nullum est quod non aliquo tempore in ijs, qui male concoxerunt appareat. Immo pro cruditatis magnitudine ac differentia, præterea naturæ hominis facili sensu aut difficili, singularumque corporis particularum robore, aut imbecillitate, aliàs aliud symptoma gignetur. Quippe magna cruditas, & maiora & plura symptomata creat: parua contra, pauciora minoraque. Iam uero eorum, quæ male concocta sunt differentiæ, quæ quidem ad frigidum, & pituitosum sunt conuersæ, aliorum symptomatum sunt causæ: quæ ad nidorosum, & calidum, aliorum: ad eundem modum & quæ mordent, uel quæ non mordent, & quę in halituosum spiritum solutæ sunt, aut non solutæ. Sed & hominis natura, ut dictum est, ad symptomatū generationem tum facit, tū repugnat: Verbi gratia, quibus hebetis sensus uentriculus est, ij nec uehementer mordentur, nec dolent, nec multa excernunt, sed nec cardialgia laborant, nec facile capite infestantur: quibus boni est sensus, ijs omnia hæc ex facili superueniunt, superno principio symptomata immittente. Quid dicam singulis, qui cruditate laborant, eam partem maxi-
D me nocumentum sentire, quæ maxime est imbecilla? Proinde dicendum non est, symptoma ullum necessario cruditatem sequi. At qui uero actionis digerendi in corpus alimenti, siue priuatio, siue imbecillitas, atrophian necessario inducit: sicuti etiam alteratricis in quaq; particula uirtutis noxa. Iam separationis excrementorum a sanguine frustratio, quæ separatricis actionis est symptoma, necessario coloris symptomata inducit. Vocatur alterum eorum morbus regius: alterum, quod melancholico excremento succedit, sine nomine est. Similì modo in omni symptomatis genere, & quæ semper sibi succedant inuenies, & quę non semper. Ego uero longitudini parcens, hic libro finem imponam.

†Græce οὐδ᾽ ὑγρὰν διαχώρησιν πολλὴν οὐδ᾽ ἐναντίαν i. nec humidam multamve deiectionē, nec nauseam & ita cæteri iterpretes. Solus Linacer videtur legisse οὐδ᾽ ἐναντίαν. i. nec cō trariam.

GALENI

GALENI DE DIFFERENTIIS FEBRIVM LIBRI DVO

Nicolao Leoniceno Vicentino interprete F

Ad vetustiorum exemplarium Graecorum fidem diligenter emendati ab Augustino Gadaldino Mutinensi medico.

ARGVMENTVM LIBRI

Prima quædam principia docet, quibus singularum febrium differentiæ intelligantur: ac in primo libro agit de ephemeris, & hecticis.

Prima capita quibus singularum febrium differentiæ comprehenduntur. CAP. I.

Ebrium dr̃iæ, quæ q̃dem maxime propriæ sunt ac principalissimæ, ab
earũ sumunt substãtia: aliæ uerò ab accidẽte aliquo. At qm̃ neq; ho-
rũ ipsorũ accidentium est natura una, sed nonnulla quidẽ proximio
ra ac magis sunt diuisæ substantiæ propria: nõnulla ãt, remotiora ac
magis extranea: idcirco neq; earum, q̃ ab ipsis accipiuntur, dr̃iarum
est genus unũ. Plurimũ igit̃ aberrant, q̃ ab his, quæ maxime propriæ G
ac principalissimæ sunt, abscedunt: Scd̃o ãt loco quicũque licet has
cõmemorauere, eisdẽ tñ eodem mõ cõmiscent oẽs, q̃ ex aliquo sunt
accidẽte receptæ, utiles ab inutilibus minime secernẽtes. Neque uerò
solũ in dr̃iarum gñibus plurimi medici deliquerunt, uel q̃a uidelicet
superaddẽtes fuerũt, adeo ut eas ẽt, q̃ nullius usus essent cõmemorarent: aut quia utiles ẽt præ-
termittẽdo defecerũt: sed una ẽt in ipsa generũ in proprias dr̃ias sectione aberrauerunt. Statim
n. cũ primũ, atq; præcipuũ dr̃iarũ genus ab ipsius rei diuisæ substãtia sumatur, intueri licet, me-
dicorum nõnullos, genus hoc penitus præterire: nõnullos ãt uel superfluos esse in diuisione, uel
deficere, licet Hippocrates in libro epidemiarũ sexto, optimam fecerit diuisionem. Sunt ãt hæc
6 Epid cõ 1, t. 29 3.153.c eius uerba: Febriũ hæ quidẽ manui sunt mordaces, hæ uero mites: hæ ãt non mordaces quidẽ "
sed post insurgẽtes: aliæ uero acutæ, sed q̃ manui succũbunt: aliæ sunt statim exardentes, quædã "
semp pusillæ, & siccæ: quædã salsuginosæ: quædã flatibus plenæ, aspectui graues: nonnullæ ad ta "
ctum humectæ: nonnullæ uehementer rubidæ, aliquæ uehemẽter pallidæ, aliæ liuidæ, & alia hu "
iusmodi. Apertissime. n. in his febribus, ab ipsius rei substãtia simul, atq; a dignotione, in ꝓprias
dr̃ias fecit sectionem. Siquidẽ febris substãtia in genere caloris, q̃ est præter naturam, consistit. H
Caloris ãt dr̃iæ, & ex eo ꝙ magis & minus, & ex materia in qua hic præter naturã calor accẽdi
tur, & ex mõ motus caloris eiusdem, accipiuntur: quas oẽs unà cum dignotionis modo, quẽad-
modũ in procedenti sermone ostendemus, annotauit. Sunt ãt omnino euidentes, quæ in eo qđ
maius, aut minus, cõsistunt: quo in genere dr̃iæ cõsueuerunt medici magnã ac paruam febrem
nominare, non proprie quidẽ rei quali, nomen quanti accomodantes; hoc tñ facere assueti non
in febribus tm̃, sed in mille alijs rebus, quæ licet in qualitate subsistant, magnæ tñ ac paruæ dicũ
tur. Quæ uero à materia dr̃iæ sumuntur, in qua hic calor prẹter naturam accenditur, maxime ꝓ
priæ sunt, siue q̃idẽ calor ipsum cordis corpus occupauerit, siue ꝙ eos, qui in eius uẽtriculis cõ-
tinentur, humores. Reliqua aũt ac tertia est post has dr̃ia, cum sola aerea substantia sufficienter
incaluit, humores aũt & solida corpora calescunt quidẽ adhuc, nondum autem sunt calefacta:
neque. n. parum refert, si calescere dicamus, aut calefactum esse, Quid aũt dicamus, hæc tibi exẽ
pla manifestissime ostendunt. Cogita aquam calidam lebeti frigido iniectam: deinde ex eius ui
cinia lebetis corpus calefieri quidẽ, nõdum aũt exquisite esse calefactum. Excogita iterũ in ca-
lidũ atque ignitum lebetem aquam frigidam infusam: deinde ab eodem lebete adhuc quidẽ ca-

lefieri,

A lefieri,nondum autem esse calefactam. Horum exemplorum secundũ, primam febrium dr̃iam
ostendit,quas diximus ipsum cordis corpus occupasse:primum verò eas quæ in ipsius cõsistunt
humoribus : reliqua uerò & tertia differentia simile quidem oĩno non habet exemplum: at ma
nifestioris doctrinæ gratia, concipe animo fabrilem follem trahentem quidem ad se ipsum aerẽ
admodum calidum:deinde ab eodem calefieri,noudum tñ esse calefactum. Sed & rei quam mõ
strare uolumus,naturam,exemplum ipsum magis ostendet, si humorem in folle contentum co-
gitaueris:adhuc uerò magis si follis foramina per quæ aerem trahit atq; efflat,adeo arte fabrica
ta,ut humorẽ quidẽ non admittant, aeri autem peruia existant, In quo sanè plurimum differũt
naturæ opera ab his,quæ humana arte sunt fabricata.Nã sanguini mista est in oĩbus arterijs per
multa foramina spirãtibus aerea substantia, ac nihilominus in corde ipso, vt quod cõfluxile sit
oĩbus ipsis arterijs. Incipit igit̃ hic p̃ter naturã calor,quẽ & febrẽ nominamus, aliàs ex alijs eo-
rũ quæ nuper diximus:spargitur aũt,atq; una cum patiẽte afficit duo reliqua genera. Facillima
igit̃ ab humoribus ad spũm caliditatis transumptio:non æque aũt prompte uua cũ spiritu accẽ
dunt̃ humores.Corpus ẽt solidũ humoribus atq; aereæ substãtię facilius calorẽ impartitur,q̃ ip
sum ab eisdẽ suscipiat.Oĩs siquidẽ substãtia tenuis promptius alteratur,q̃ crassa. Est aũt tenuissi
B ma q̃dẽ aeris,crassissima uero corporũ solidorũ,media humorũ est substãtia. Nihil aũt in præ-
senti opere differt,siue spũm siue aerẽ dicamus : nã de hisce oĩbus alibi diligentissime diffiniui-
mus.Nunc aũt hoc tñmodo sufficiat intelligere, quod & Hippocrates (vt arbitror) ostendit his
uerbis: Continentia, contenta,& impetẽtia:continentia siquidẽ solida appellans,cõtenta hu-
mores,impetẽtia aũt spiritus.Nam dispositio febrilis aliàs ex alijs eorum,quæ ante diximus, su
mit initiũ : at in genere primo iã læso non sistit,sed duo reliqua genera inuadit: ac nisi antea sol
uatur,progressu temporis illa quoq; similiter afficit.Hæc quidem sunt totius sermonis capita.

[Margin: A.l.4.f.a.t. 1 c.1.411.e — 6.Epid.sect.7]

De euidentibus,& communibus causis febrium. CAP. 2.

ET oportet quæ iã dicta sunt unà demonstrare,atq; uniuscuiusque generis febrium dignotio-
nes exponere:quãprimum aũt necessariũ est de causũ ẽt generatione aliquid disserere.Quòd
igit̃ ex laboribus,ira,& tristitia,& Solis ardoribus,atq; frigoribus,uigilijs,& cruditatibus,ebrie
tatibus,& crapulis,quidã febricitare cõspiciuntur,nemo est,qui ipsa doctus experiẽtia,nõ agno
scat.Et quidẽ ẽt q aeris pestilens status febrem afferre cõsueuit, nemo sanæ mentis dubitauit:si
cuti & q pestilenti morbo laborantium cõuersatio,periculosa,ne inde cõtagiũ cõtrahatur,quẽ
admodũ ex scabie & lippitudine.Est ẽt eorum qui tabe correpti sunt consuetudo nequaq̃ secu-
C ra:neque oĩno eorum qui putridum expirant,adeo ut domus,quas habitant,fœtidum exhalent
odorẽ.Illud quoque longa experiẽtia compertum , q qui consueta exercitia omiserint , & alijs
morborũ generibus, & febribus maxime corripiũtur. Et quidẽ omnes,ut ita dixerim,homines
norunt,q & quæ plethora id est repletio uocatur,& cibi praui,& medicamina,æstusq; circa Ca
nis ortum,pluraq; huiusmodi alia,afferunt febres:qui uero ab eisdẽ causis nostris corporib⁹ ad
ueniat affectus,ex quo febricitemus,hoc sanè multos latet,& à plerisq; ẽt qui se medicos profi-
tentur,ignoratur . Duplex aũt hæc ignorantiũ medicorũ genus : alterum eorum, qui soli expe-
rientiæ nituntur,aiuntq; nullius rei naturã posse à rõne inueniri : alterum est genus hominum,
qui sibi nomen sapientiæ uindicarunt,& licet parem habeant cum prioribus ignorantiã,opinio
nem tñ scientiæ sunt aucupati.Sed eorum inscitia inde habet initium,q in rationalibus metho-
dis nequaq̃ sunt exercitati,quæ nos distinguere ac secernere docent eas propositiones,quæ de-
mõstrandi uim habent,ab ijs,quæ probabilitatem quidem continent,nihil tñ ueri pñt aut inue
nire aut demõstrare.Cũ uero ad hanc ignorantiam accesserit arrogãtia, ex ipsis quidẽ non nul-
li ad tantã † insaniã ac temeritatem peruenerunt,vt neque ea,quæ oẽs homines experiẽtia ma-
gistra, febriũ causas esse didicerunt,uelint ipsi concedere.De quibus cum à nobis sit in libro de
D procatarcticis id est præincipientibus causis sufficienter disputatum , superfluũ esset eorundem
hominũ nugas hoc in loco repetere. Neque.n.sermonem facere institui , qui aut alijs contradi-
cat,aut sophismata soluat,sed qui scientię doctrinæq; intendat, suppositionum quidem loco ha
bens,quæ alibi à nobis sunt demonstrata,febrium uero differentias docens.

[Margin: † ἀναισθησίας. id est insensibi litatem, ut antiq.Inter.]

Quo pacto ex præincipientibus causis uariæ in corpore febriles dispositiones oriantur. CAP. 3.

SVnt igitur suppositiones hæ : calidum,frigidũ, humidum, & siccum, esse corporum elemen-
ta: primasq; ex eorũ intemperaturis constitui ægritudines : ex quarũ numero Febris est una,
qñ in corde quędam præter naturã caliditas generatur . Differentiæ uero secundũ genus calo-
ris,de quibus præsens transigit sermo,à materiarũ differentia sumebantur,quæ febrilem calidi-
tatem suscipiunt;quæ tres erant secundũ genus: vel.n.in ipso cordis corpore accẽdi* dicebant̃,
uel in humoribus,uel in spiritu : præincipere aũt in oĩum febrium constitutione causas,quæ ab
oĩbus manifeste noscunt̃,quas ẽt paulo ante cõmemorauimus : in q̃bus medici,q se ab experiẽ
tia Empiricos uocãt,ex obseruatione ad curationẽ aliq̃d ꝓficiũt : Rõnales aũt ad ipsius rei na-
turã ueniẽtes,cũ indicationib⁹ utant̃,ab illa,ad futurorũ ꝑcognitionẽ atq; ad curationis iuẽtio
nẽ iuuant̃:neq; eorũ usum ꝑtermittũt,q̃ ex experientia fuerint inuenta,sed multa ex rõnali me

[Margin: A.l.4.t.1.c.1 411.a — * prius, ipsam dicebamus.]

thodo

thodo illis adiungunt. Quæ nã uero sint, quæ utraq; inueniantur uia, experientia.s.ac rõne, alibi E
est à nobis monstratum. At, quam singulæ præincipientes causę in corpore faciant dispositionẽ,
quæ febrẽ accendat, nunc ostendere intendimus. Qm̃ non vnum uidemus modum generationis
aut augmentationis caliditatis (si quidem neq; ignis ipsius) sed vel ꝑꝑ motum, vel ꝑꝑ putrefa- A.l.4.f.1.c.1. c.15 412.d
ctionem, vel ꝑꝑ adhæsum alterius caloris, aut ꝑꝑ detentum calidi effluxus, aut ꝑꝑ mistionem
calidæ substantiæ quodam veluti ex fonte efferuescentis, quæ quo ad nostrum sensum, vel ge-
neret, vel augeat caliditatem, necesse omnino & febrium causas reduci ad eos, quos proxime di
ximus modos. Veluti statim exustio, siue ipsa Solis operatio talem sortiatur appellationem, siue
qui ab eodem fit in corpore affectus, siue ille, qui iam effectus est, est quidem sanè & hoc ipsum
calor ꝑter naturam, nondum tñ febris, nisi cor unà calefiat. Omne quidem hm̃oi causæ genus
fieri constat ex rei calefacientis adhæsu, siue Sol, siue ignis, siue medicamen fuerit ea res, quæ ca
lefacit, extrinsecus contingens, aut propinquãs, aut adhęrens, siue quouis aliquo vocabulo quis
piam vti uolucrit. Ira aũt est ueluti feruor quidam, ac uehemens motus potentiæ irascibilis in ip
so cordis corpore sita: simul aũt cum hoc feruore calefit aliqñ quidem spũs substantia, aliqñ ve-
rò sanguinis. Quòd si ita contigerit, ut ea corpora, quæ in se caliditatẽ admiserũt, longo eam tẽ-
pore retinere natura apta sint, licet motus cordis sedeť, in hisce tñ remanet calor ꝑter naturam, F
atq; inde hoĩem febricitare est necessariũ. Huiuscemodi ergo febris habet originẽ a motu, atq;
feruore natiuæ caliditatis. Quæ aũt ex tristitia fit, ex solo motu, nõ aũt ex feruore generať. Quæ
autem lassitudines sequitur, principium quidem & ipsa habet, multam musculorum, neruorum,
copularum, & articulorum motionem, quæ sanè & prima calefiunt: hinc uerò continuatim ca-
lor ascendit ad cor, atq; inde homo febricitat. Quæ autẽ ex dẽsitate cutis accenditur febris, qua
lis maxime frigefactis, atq; adstrictis corporibus solet accidere, mordaci effluxu in corpore acer
uato cõtingit. Semper.n. aĩalium corpora difflãtur, idq; duplici modo, effusis ad exteriora uapo-
rosis, atq; fuliginosis superfluitatibus, ac rursus intro attracta refrigerante, ac uentilãte natiuum
calorem aerea substantia. Cum igitur aliqua causa potentior cutim densans, eos de quibus dixi
mus meatus angustiores effecerit, sæpius quidẽ in plethoricã dispositionẽ incidit corpus, qñ &
uaporosum & optimum, quod effluit, extiterit: non nunq̃ uero in febrem, cum nimirum acre
mordaxq; fuerit: quo tp̃e maxime, qm̃ intra corpus, quod refrigerãdi uim habet nõ attrahitur,
calor simul augetur. Acris autẽ ac mordax effluit superfluitas ijs, qui aut natura uitiosos habent
humores, aut prauis cibarijs utũtur, aut sæpius cruditatẽ patiũtur: ac tum ꝓsertim, cum post hu
iuscemodi cibos assumptos, fæculentã uel lutulentam, atq; ex lacunis uel piscinis, siue paludib⁹ G
siue quouis alio, corruptam ac putridã biberint aquã. Idem ijs quoq; accidit, qui supra modum
laborãt, aut uigilant, aut cogitant, aut medicamina acuta iugiter sumunt. Voco autem praua ci-
baria, tum ea, quibus hoc ipsum est a natura insitũ, sicuti allia, cæpe, nasturcia, porros, brassicas,
ocyma, & urticas, & quæcunq; alia agrestia dicuntur, veluti quæ apud nos lampsanæ uocantur:
Et ꝑterea natura quidẽ optima sunt, sed ob quosdã putrefactionis modos æquale prædictis, aut
maius aliqñ uitium cõtraxerunt, ueluti frumẽta, hordea, atq; oẽs aliæ fruges, quæ ad usum cibi
assumuntur: quarum nonnullæ tp̃is lõgitudine ad putrescibilem ducuntur dispositionem: alię,
qm̃ malè repositæ fuerint, situ replentur: q̃dam uero & in primo ortu rubigine deprauantur. Ta
les cibos hodie quoq; urgente fame plures coacti comedere, non nulli quidem a putridis, ac pe-
stiferis febribus interierunt, non nulli autẽ pustulas instar scabiei ac lepræ in corpore contraxe
runt. Quum igitur plenum fuerit corpus huiuscemodi humoribus, nulla uerò obstructio aliqđ
ex uisceribus obsideat, libere autẽ totum aĩal per cutim diffletur ac refrigeretur, sanitate quidẽ
fruitur aĩal, sed dubia ac momentanea: Cum autẽ cõstringi terminum exteriorẽ, aut obstrui pe
nitiorum partium meatus, cõtigerit, in cõstrictionibus quidem, quod nuper diximus, febriũ ge
nus cõsequitur: in obstructionibus autem, quod paulo infra dicemus. Nihil ergo mirum, si ex ijs H
qui cruditatem passi sunt, non nulli a febribus correpti fuerunt, alij uero minime. Nã, qui iã hu-
mores habent uitiatos, ac male difflãtùr, aut intempestiue laborarunt, aut balneis superfluis usi
sunt, hi facile febribus corripiuntur. At, qui bonos habẽt humores, ac bene difflantur, & quicue
runt, & quæ circa uentriculũ atq; hepãr sunt, fouerũt, his febrire est impossibile. Nã in eisdẽ resi
det uentriculi atq; hepatis partibus quodcunq; corruptũ est, ac paulatim per tp̃s coquiť, atq; op
timũ fit: sicut ijs qui se post uehemẽtes motus exponunt aut æstiuo Soli, aut balneis calidis dul
cium aquarũ, corrupta cibaria in totum habitũ corporis recipiũtur. Sic & quibuscunq; cibi cor
rupti per aluũ deijciuntur, febris non subsequeretur, nisi alia causa accederet, veluti aut quia su
pra modũ fatigati essent ob frequentius surgendi necessitatem, aut inflãmationẽ in uentriculi
partibus subtenuissent. In obstructionibus sanè foraminũ, atq; humorum intrusionibus (nam & A.l.4.f.1.c.1. c.2.411.c
de hoc dicere distuli) ex putredine patiuntur febrẽ animalia. Promptissime.n. putrescunt quæ-
cunq; calida ac humida & multa sunt in calidis locis, nisi difflari simul ac refrigerari contigerit.
Nihil igiť mirũ, si ex plethoris febres eueniunt: etenim obstructiones multę fiũt, atq; uniuersum
corpus ĩ huiuscemodi affectib⁹ male difflať. Sicuti sanè in altera multitudine, q̃ rõne potẽtię dr̃,
cito ad corruptionẽ hũores deueniũt, qm̃ nõ ãpli⁹ supanť neq; cõcoquunť ꝓbe, cũ ea qua cõfi-
ciuntur,

A ciuntur, uis inualida existat. Propterea etiam quæcunq; cibaria glutinosa sunt ac crassa, sunt magis morbosa: obstrui.n. atq; intrudi eum, qui ab ipsis generatur, humorem facilius existit. Quid igitur? nonne contraria ratione acria, atque extenuantia morbosa? uidentur.n. similiter à febribus infestari, qui utranq; uictus rationem nimium sequuntur, quoniam & supra diximus omnia talia mali succi esse. Vitiosorum igitur humorum ratione, hæc: ob putredinem autem, quæcũq; glutinosa sunt ac crassa, febrium sunt causæ. Partes etiam, quæ inflammationem patiuntur, rõne putredinis febres accendunt: intrusus.n. in ipsis influens humor, cum non bene difflatur, putrescit. Cum igitur fluxio fuerit exquisite biliosa, calor erysipelatosus partem occupat: cũ uerò sanguinea, phlegmonosus: quando uero ex ambabus mixta fuerit, uel erysipelas phlegmonosũ, uel phlegmone erysipelatosa, nomen quidem ab humore superabundante suscipiens, cognomẽ autem ab altero. In hisce autem omnibus communicationis ratione febris accenditur: semper.n. calefactæ proxima pars simul calescit, donec ad cor *communicatio pertingat. Nam & in carbũculis, id quod continuum existit una calefit: fiũt autem ex sanguine quidem satis calido, sed ad atræ bilis naturam propter adustionem conuersa.

*Al. dispositio.

De pestilentis febris generatione: ac quo quis pacto illam præcauere possit. CAP. 4.

B A.l.4.f.t.1. c.1.416.d Calidiores ãt ambientis aeris status, quales maxime circa canis ortum contingunt, per inspirationes quidem manifeste cor calefaciunt: corpori aũt extrinsecus circumfusi totum ipsũ calidius efficiunt, sed præsertim arterias, ut quæ ipsius *substantiæ aeris ambientis aliquid trahãt cum quibus omnibus simul cor affici est necessarium: & cum supra modũ incaluerit, ipsum primum, atq; potissimum febrilem *calorem suscipere, atq; ad uniuersum corpus transmittere. In pestilenti uero aeris statu, inspiratio potissimum est causa. Fit.n. & aliquando ob eos, qui sunt in corpore, humores ad putrescendum paratos, cum breuem aliquam occasionem ad febris originem ab aere ambiente acceperit animal. Magna aũt ex parte ex inspiratione incipit aeris circũstantis à putrescibili euaporatione infecti: putredinis ãt principium, uel cadauerum multitudo non crematorum, quemadmodum in prælijs contingere solet: aut ex aliquorum, uel lacuũ, uel paludum æstatis tempore euaporatione. Contingit autem quandoq; præcedere ambiẽtis aeris caliditatem immodicam, quemadmodum in ea pestilentia, quæ Athenienses inuasit, ut Thucidi « des inquit: sed in tugurijs suffocantibus æstatis tempore habitãtium corpora corruptione labo- « rabant. At quia humores corporum ex uictus prauitate erant putredini obnoxij, hinc febribus C pestilentibus origo data est. Fortè autem per continuum ex Aethiopia quædã putredinis fluxere contagia, ijs quorum corpora erant ad patiendum parata, febrium cãę futura. Oportet.n. semper hoc in toto sermone memoria tenere, q̃ nulla cãrum sine patientis aptitudine agere potest: alioquin omnes qui sub æstiuo Sole commorantur, febricitarent: aut qui nimio motu exercent, aut uini potu grauantur, aut ira excandescentes, aut tristitia afflicti, febricitarent: alioqui ẽt, ut arbitror, circa canis ortum oẽs ægrotarent, ac in pestilentijs morerentur. At ut diximus, maximam in generatione ęgritudinum partem hẽt, eius, q̃ passurus est, habilitas corporis. Supponat igitur, ut in exemplis, in ambiente quidem aere nonnulla pestilentiæ semina contineri: ac ea, q̃ ab ipso corpora continguntur, nonnulla quidem esse uarijs admodum superfluitatibus plena iã ex se ipsis ad putrescendum paratis: nonnulla autem pura, atq; inutili materia carẽtia. Ac primis q̃dem adiungatur in multis corporis partibus obstructio foraminum, atq; ea, quæ plethora uocatur, & uita ociosa in multis crapulis, & ebrietatibus ac rei uenereæ usibus immoderatis, atque ijs, quæ necessario omnia, quæ nuper diximus, consequũtur, cruditatibus: reliquis uerò omnibus corporibus puris, ac superfluitatibus omnino carentibus adsint prętcr hęc bona, libera in omnibus spiratio meatibus, cum obstructionibus, atq; adstrictionibus careant: exercitia etiam sint moderata, uictus temperatus: ac deinceps his suppositis, cogita q̃uo utraq; corpora affici sit D rationabile ab eo, quem inspirant, aere putredinoso: an non rationabile est, illa quidem statim a prima inspiratione principium putredinis sumere, ac plurimum in malo procedere? quæcunque autem munda sunt, ac superfluitatibus carent, nonnulla quidem nihil, nonnulla uero minimum mali sentire, ita ut facile ad naturalem habitum habeant regressum? Sic & cum aeris temperatura a naturali habitu ad caliditatem, atq; humiditatem immodice fuerit conuersa, pestilẽtes quidem oriri morbos est necessarium: plurimum uero eisdem laborare, quicunq; fuerint superflua pleni humiditate: quemadmodum qui moderatis laboribus se exponit, ac uictu utitur moderato, in omnibus huiuscemodi dispositionibus nullam omnino sentit offensionem. Ac hic quidẽ sermo in uno nunc a nobis prolatus est exemplo, sed nihilominus in omni genere causæ ueritatem complectitur: & quicunq; integre in eo uult exerceri, De præ incipientibus causis legat librum. Equidem ego in præsentia prolixitati parcens, ubi uno capite uniuersa comprehendero, finem sermoni constituam. Oportet siquidem in omni causarum genere diligẽter aduertere, ex qua maxime potentia ægrotare contingat: deinde corporum dispositiones, tam quæ eidem cõsentiunt, quàm quæ aduersantur, considerare: illud pro comperto habentes, q̃ quæcunque consentientes sunt, facillime lęduntur: contrariæ autem ac renitentes, quantum uiribus, ac magnitudine contrarietas ualet, tantum inuictas perdurare contingit. Vidi ego aliquando in tali

temporis

*Al. dispositionem.

3. Epid. sect. 1 statim in princi. temporis statu, qualem ait Hippocrates in Cranone fuisse, nō paucos carbunculos grassari per E populum, quorum erat generatio eadem, omniaq; alia, quemadmodum scribit Hippocrates ex quisite similia: & quidem quæcunque in tertio libro Epidemiorum, de pestilenti aeris statu ab Hippocrate referuntur, in altero eidem simili pari modo euenerunt. Erat autem eorum summa, ut ostendit idem Hippocrates, ipsa putrefactio: quod cum nos præuidissemus, statim ab initio quæcunq; corpora humida uidebamus, omni uia exiccare conabamur: quæ uerò sicciora, in ijs antiquum habitum conseruabamus: at in quibus superfluitates redundabant, hęc purgationib* sanabamus: obstructiones autem foraminū aperire, atque abstergere studebamus. Sed hæc quodammodo methodi curatiuæ propria esse uidentur: neque in ambiguo est, quin plenissime de hisce fit a nobis in eo loco dicendum. Nunc uerò de ipsis uolui facere mentionem, cum eū prosequeremur sermonem, in quo, quemadmodum ab eadēm causa inualescente nonnulli quidem a febribus corripiuntur, nonnulli autem illæsi perseuerant, exponeremus. Cum.n. corporum dispositiones dissimiles sint ac multiformes, quædam facile superantur ac patiuntur à causa in ipsa operante: quædam insuperabiles, ac impassibiles omnino existunt, uel cum difficultate patiūtur. Ad huius uero* rei demonstrationem coacti sumus etiam curationis meminisse, nō aliter affecti, quàm Hippocrates, qui quodam in loco per similem modum uulgatissimum illud dictū cō F scripsit: Ostendit autem curatio. Est igitur, & quæ præcustodia dicitur, curatio quodāmodo: sed ipsa uidelicet nomina apud medicos sæpius confunduntur. Sicut.n. in altero libro est à nobis ostensum, omne medici opus est errorum, qui circa humanum corpus eueniunt, correctiuū. Sed nihil ista subtilitate sermonis hoc in loco indigemus: siue.n. in duo nomina diuidas totum, curationem ac præcustodiam: siue ambo in unum colligas, curationem nominans: non paruam conlecturam affert eorum dispositio, qui a pestilentibus, atq; in populum grassantibus morbis affici prohibentur, φ non æque omnes ab eiusmodi causa patiātur. Vna siquidem ac prima est in omnibus communis intentio, φ corpus, quàm maxime superfluitatibus uacet, atq; optime spiret: secundo loco post hoc, rati præpotenti causæ, quoad eius fieri potest, aduersetur. At quibus corū contraria insunt, celerrime capiuntur, ac quàm maxime laborant.

* Al. demonstrationis.

3. Apho. 17. Lxx. or. 4. 13. h

Non omnem febrem ex putredine oriri: ac de ephemera ex tumoribus inguinum nata. CAP. 5.

Sed quoniā de febribus pestilentibus facta est mentio, quæ omnes a putredine ortum habent, operæpretium vr, ut hoc loco sistentes sermonem, de antiquo dogmate consideremus, oēm febrem ex humorum putredine fieri asseuerante: siquidem eius finiæ esse periclitatur omnis ab Athenæo chorus, uiri tum in cæteris, quæ ad artem pertinent, tum præsertim in febrium contē G platione, minime contemnendi: de quibus ego maxima ex parte illis cōsentio, nisi φ eas, φ ephemeræ nominantur, excipio: neq;.n. uidentur mihi hæ humorum sequi putredinem. Sed qui quidem ex Solis incendio febricitat, ab agentis causæ caliditate alterari natura aptus est. qui uerò ex ira, & huic feruorem quidem aliquem eius, qui circa cor sanguinis, fieri est necessarium, non tamen etiam putredinem. Sic & ei qui supra modum exercitatus est, uehementior caliditas præter naturam, sine humorum putredine in corpore accenditur. Et cui cutis adstricta est, cū prius acriores superfluitates per eam euaporarent, postquam retentæ sunt ac coaceruatæ, incidit in febrem, nulla interueniente humorum putredine. Et quæ ex bubonibus febres oriuntur, omnes sunt malæ, exceptis ephemeris, quodam in loco inquit Hippocrates. Et quidem bubo ex genere est inflammationum: & quātum ad hoc, assentior illi, qui de putredine, sermoni: eius.n. rōne ex inflammationibus, quas græci phlegmonas uocant, febricitare contingit, nō ea quā Erasistratus opinabatur. Sunt tamen quædam febres ex bubonibus è genere ephemerarum: quemadmodum & aliæ quædam nō facile tractabiles, morbos ex ulcere, aut inflāmatione, aut abscessu, aut aliqua huiuscemodi altera in uisceribus dispositione, ortum habentes, nunciant. Differunt aūt, quæ ex bubonibus febres oriuntur, † ab ijs quæ ex humorum putredine eueniunt, quæ uel ī ali H quo uiscerum, aut in cauis, & maximis uasis, ortum habent: quoniam quæ ex bubonibus fiunt, concalefaciunt semper partes continuas, donec usq; ad cor calor febrilis attingit: non peruenit autem ad ipsum putrida fuligo, sed ibidem permanet in loco bubonis circunscripta sola alteratione per continuum facta, usq; ad cor perueniente calore: quo maxime modo in ijs qui Solis calore deuruntur, aut lassitudinem patiuntur, a primis partibus calefactis usq; ad uitale principium caliditas permeat: In* putredine autem, quæ aut in uisceribus, aut in magnis fit uasis, quidam uelut fumus ex putrescentibus humoribus ad cordis uentriculos peruenit. Et quidem in bubonibus oēs cunctim humores putrescere solent, siue per unū, siue per continuos dies, ut φ inuicem adhæreant, atq; in uno loco concludantur: at, qui in uisceribus sunt uasisque magnis, ut qui continuo fluunt, suoque contactu uicinos ad putredinem trahunt, spatio temporis putridum calorem accendunt. Sed ut uno dicatur uerbo, quemadmodum in extrinsecis omnibus, quæcunq; præter naturam a quauis causa calefiunt, si quidem imputrescibile sit quod calefit, ueluti lapis uel lignum, aut tale aliquid aliud, eo usque durare caliditas solet, donec paulatim refrigeretur; quod aūtem putrescere natura aptum est, semper ad continua dispartitam continet caliditatem. Quemadmodum aliquando in agro conspexi excrementa iumentorum simul, ac

4 Apho. 55. Lxx. or. 33. c

† In aliquibus Cod. græcis additur, ephemeræ.

A. l. 4 f. 1. t. a. c. 1. 41. 3. c

A ac columbarum quadam ex parte à Sole adeo vehementer calefacta, q instar fumi multam eua porationem in sublime emittebant, non parum mordacem ac dolorificã, & si quis proxime accessisset, nares oculosq; lædentẽ. Ipsa ẽt excrementa tangentibus adeo calida sentiebant, ut qui longiori tempore manus & pedes admouisset, exureretur. Non tñ continue huiuscemodi casus perdurabat, sed in die, q sequebatur, quicquid superiori die ad summum seruoris peruenerat, refrigerabatur: quod aũt huic continuum erat, dum prima pars, quæ calorem conceperat, in summo esset feruore, ipsum interim paulatim succensum, mox priori se feruore remittente, iterũ incalebat atq; efferuescebat: & paulo post priori parte refrigerata, ipsum summum feruorem obtinebat: hocq; rursus deferuescebat, dum pars continua paulatim succendebatur: quæ paulo post uehementius accensa, ad summum feruoris perueniebat, prior aũt refrigerabatur. Hic autẽ circuitus in vnius ferè diei ac noctis spatio peragebat, adeo ut res quotidianę febris, quã græci amphimerinam appellant, ꝓprijssimum esset exemplum. Quòd si duobus diebus ac noctibus idem circuitus factus fuisset, tunc febris tertianæ eo modo fuisset exemplũ: & si tribus, quartanæ: & quatuor, quintanæ, si tamen & quintana febris existat: ego enim nondum liquido uidi neq; huiuscemodi circuitum, neq; alium qui ultra quatriduanum protenderetur. Sed de febribus, quæ B per circuitum accessiones habent, postea dicetur.

Similem esse putredinem tumorum & vasorum: ac quibus notis pus optimum, ac vrina optima deprehendatur. CAP. 6.

HVmorum aũt putredo quæ in uasis fit, similis est ei quæ in inflammationibus, atq; abscessibus accidit, alijsq; collectionibus, duplex quidem secundum genus. Ex duorum autẽ generum miscella alia tertia sp̃m speciem euariat, qm̃ & innumerabiles miscellæ modi, in eo qđ magis & minus alterum genus superat & superatur, reperiuntur. At duorum generum alterum quidem fit superante natura, alterum verò superata. Et superante quidem, sicut in inflammationibus & similibus collectioni tumoribus omnibus, pus: in humoribus autem qui in uenis atque arterijs continentur, quoddã quod puri proportione respondet, subsidens in urinis. At talis quidem putredo non simpliciter putredo existit, sed aliquid in se continet coctionis: nam adhuc ui coquendi vasorum remanente, q interim putrefit humor, ad talem peruenit alterationem. Sed & alterum est putredinis genus, cum ea uis, cui coquendi officium est demandatum, adeo imbecillis facta est, ut nullam amplius facere possit in putrescente superfluitate ad optimum trãsmutationem: quod quidem usu contingit nõ nunquam, cùm eadem uis ad ultimum imbecillitatis C peruenerit, ẽt si id quod putrescit, mediocriter sit uitiatũ: interdum ꝑò fieri potest, ut uis quidem ipsa non oĩo sit imbecillis, humor uerò putrescens maxime sit uitiatus. Huius superfluitatis putredo, neq; consistentiam, neq; aut colorem aut odorem habet unum, sed semper secundũ subam putrescentem permutatur, ac multis modis euariat illud quod putrescit: altera autẽ putrefactio, quã & coctionem esse diximus, semper ad unam puris speciem terminatur, coloremq; ac consistentiam & odorem. Superante igiĩ integre ipsa natura, optimum fit pus conspectui album, & crassum, & quaq; uersum sibi simile, lene autem tãgenti, ac minime fœtidum: si uerò semiputridum fuerit, tertium in tali transmutatione genus, quod paulo ante diximus, fit. Dictũ uerò & illud est, q multiforme huiuscemodi genus existit: nã in eo, quod magis & minus suscipit coctionem, est innumerabilis dñia. Sæpius enim cùm colore album factum sit, uel fœtidum odorem, uel tenuem substantiam obtinet: sæpius uerò nõ album apparet, sed liuidum: atq; in his oĩbus magis ac minus infinitis modis euariat. Quotcunq; verò in abscessibus putredinis sunt differentiæ, totidem & in febribus, quæ ex putredine accenduntur, sunt eorum quæ in urinis apparent, formæ. Optima uerò vrina quæ ex putrescente humore, coctionem à continenti uase suscipiente, perficitur, est quæ album & lene & æquale & minime fętidum sedimẽtum habet: pessima D autem est, quæ in omnibus maxime cõtrario modo se habet: quæ uerò intermedia existit, quanto propius ad alteram accesserit, tantò aut melior aut deterior existit. Sed de urinarum differentia in commentarijs De crisibus dictum est.

Quibus notis ephemera à cæteris febribus distinguantur: ac in quibus affectibus pulsus durities existat. CAP. 7.

EAs autem, quæ ex putredine humorum febres accenduntur, alias ab ephemeris oportet existimare: neq; earũ discretio difficilis est, quanquam nõ nullis uideatur esse impossibilis: nos uerò hoc millies re ipsa probauimus, prima accessione finita, lotum hoĩem, ac mediocri cibo refectum ad consueta opera transmittentes, vt q alteram febris accessionẽ sensurus non esset: neque nos nostra existimatio fefellit. Vnum verò hoc est pcipuum febrium ephemerarũ indiciũ, ab aliqua incipere causa recenti ac manifesta, quæ antè pcesserit, quam oẽs medici iuniores usitato uocabulo ꝓcatarcticam, siue præincipientem appellãt. Sed & si hoc inseparabile sit talium febrium, indicium tñ earum propriũ non est: nã & aliarum quædã ex causa manifesta fiunt, quæ antè præcessit. Inseparabile uerò ac proprium est coctio in urina statim die prima: ac pterea pulsus ad magnitudinẽ ac celeritatẽ effatu dignã accedentes, ita ut frequẽtia à ꝓportione deficiat secundũ exteriorem quietem. Est aũt & magis inseparabile ac proprium, q nullo modo ad celeritatem

A. l. 4. f. r. t. 1. c. 6 412. d

ritatem ea pars pulsus quæ systole dr̃, tendit: &, si aliqñ contingat hoc, minimum ac uix perceptibile existit, parumq; à naturali tenore mutatũ. Sed & caliditatis suauitas proprium, atq; inseparabile est huiuscemodi febrium indiciũ. Inseparabile quoq;, æqualis atq; incõpressus ascẽsus in caliditate ac pulsibus simul, non tñ propriũ, cùm & alijs quibusdam adsit: sicuti ẽt consistẽte febre mediocritas: neq;.n. hoc ẽt est proprium, quanq̃ his maxime inest. Et melius sanè est hæc quæ cõia existunt, increscente febre ac cõsistente, qm̃ magis ephemeris insunt, inter propria reponere. Sic.n. fieret, & si non rei ipsius speciei, at pulcherrimum atq; exquisitissimum in ipsa, huiuscemodi febrium propriũ simul, atq; inseparabile signũ: sicuti & cũ sudore, aut rore, aut oĩno cum aliquo optimo uapore declinatio, vbi integra febris cessatio sequatur. Hæc quidẽ est cõis dignotio generis febrium ephemerarũ, nam postea de earum singulis speciatim dicemus. Alterum verò febrium genus, qđ ephemeris ex aduerso distinguit, nullum quidem nomen cõe sortitum est. Sunt autem duæ primæ drĩæ, quæ non obscuram habent specierum discretionem. Nã quædam ex istis ex putredine humorum accenduntur: quædam uerò ipsas solidas occupãt animalis partes: atq; eas hecticas.i. habituales febres appellarunt, vel qm̃ firmæ ac solutu difficiles sunt, quemadmodũ habitus: vel qm̃ ipsum corporis habitum cõprehenderunt, sic.n. uocare consueuerunt solidas partes, humidis ex aduerso distinguentes. Indicia uerò febrium, quę ex humorum putredine accenduntur, hęc sunt. Primum quidẽ nõ inseparabile, sed proprium, q̃ nulla earum, quæ præincipientes causæ dr̃, eas antecedit: neutri.n. aliorum generũ hoc inest: qm̃ ephemeræ omnes à præincipientibus causis originem habent: Hecticæ autem qñ sine his generãtur, nunquam ab initio inuadere consueuerunt: adeo q̃ ubi quis sine præincipiente causa cœpit febricitare, scire oportet, huius passionis causam in humoribus esse. Illud uerò non nunquam usu uenit, q̃ aliqua manifesta causa præincipiens, sui ratione febrem accendit ephemeram: subsequitur autẽ altera ex putredine humorum, qñ quod afficitur corpus, ad id habile fuerit, hoc est qñ impurum extiterit, ac superflua materia redundans: hæc.n. cùm in ephemeris immoderatum calorem contraxerit, atq; hinc putrescendi principium acceperit, alteram speciem febrium succẽdit, priore desinente. Vnum verò proprium simul, atq; inseparabile in omnibus successionis indicium, q̃ febris ephemera quietem integram subsequentem non habet. Contingit uerò aliqñ, vbi ephemera febris consistit, aliquod permutationis indicium ostendi: ac multo magis cum iã cœperit declinare, quo tẽpore, id quod paulo ante dicebamus, ea tranquillitas abest, quę adesse deberet. Hæc qdem sunt permutationis indicia. Initium aũt à rigore sumere febrem, vbi neq; ardor Solis, neq; frigefactio ualida præcesserit, qualis pſertim per niuem facientibus iter contingere solet, aut q aliter in uehementi frigore diutius cõmorantur, proprium & hoc existit signũ febrium, quę ex putredine accenduntur humorum, non tñ inseparabile: neq;.n. in omnibus inest: quemadmodũ neq; horrores ipsi sunt ab huiuscemodi febribus inseparabiles, sicuti neq; ab initio proprij. Inæqualitas uerò pulsuum atq; caloris siue in principijs, siue in augmẽto contingat, est huiuscemodi febriũ generis ꝓprium indicium, non tñ & ipsum inseparabile: multæ.n. & sine insensibili inæqualitate incipiunt, atq; ad consistentiam accedunt. Adhuc verò magis, neq; hoc inseparabile est, nimirũ q̃ paroxysmi, plures ueluti insultus habeat, quod græci ἐπαναφερόμενα.i. superacui uel superexacerbari uocamus: sicuti & pulsuũ θλίψις.i. afflictatio seu cõpressio (sic.n. nominant, qñ incipiente accessione, satis paruos, atq; inæquales eosdem habent) nec ipsa, ab hisce febribus est inseparabilis: non tñ alicui alteri generi febriũ est cõis, sed propria istarum ac peculiaris: sicuti & inæqualitas ipsa, nisi alicuius casus rõne superueniat. Sæpius.n. vbi humor aliquis uitiosus in ore uentriculi fuerit aceruatus, q ipsum aut mordeat aut refrigeret; parui simul atq; inæquales fiũt: & paruitas qdem in frigidis, inæqualitas uerò in mordacibus accidit: at ubi euomuerit, hæc ambo protinus cessant. Cùm verò ipse uẽtriculus omni noxa uacat, ad propositum febrium genus pertinent huiuscemodi pulsus. Maximum autem est earum quæ ex putredine fiunt febrium indicium, qualitas caliditatis: nihil.n. est in ea suaue, neq; moderatum, neq; ullo pacto similis est ei, quæ in ephemeris sentitur: sed queadmodum est & ab optimis ante nos medicis dictum, mordax quodãmodo potius existit, tactuiq; molesta sentit: ac quemadmodum fumus, oculos ac nares, sic ipsa tactum vr̃ erodere. Sed in principijs quidem accessionum, ut in quibus calor adhuc suffocatur, ac superfluitates intus succenduntur, non statim admota manu discernitur, at per moram prædicta caliditatis species ex penitioribus partibus effertur. Quod cũ animaduerteret Themison, existimauit (ut mihi quidem uidetur) hoc esse oĩbus febricitantibus proprium atq; inseparabile. Sed de hoc quidem in proprio huius sermonis loco à nobis rursus considerabitur. Prædicta autem caliditatis species, quæ appositam manum pungit, vt quispiam diceret, atq; erodit instar medicaminis acris, est putredinis humorũ progenies, quæ manifeste qdem sentitur in increscentibus, ac consistentibus febribus: nõ manifeste aũt, neq; statim, in incipientibus. Propriũ uerò atq; inseparabile est febrium, quæ in humoribus accendunt, submissionis pulsuum, Græci systolen appellant, velocitas: quæ manifestius quidem in crescentibus febribus, non obscure aũt incipientibus ac cõsistentibus fit. Comitatur autem has febres in initijs quidẽ, pulsus paruus ac uelox: cũ uerò cõsistunt, magnus simul ac uelox. Sic & quæ in exteriori quiete

Margin: E (line 1); F (line 16); A.l.4. f.1.t.1. c.5.412.c (line 18); G (line 35); H (line 51); A l.4. f.1.t.2. c.2.417.b (line 63)

A quiete existit,frequentia in hmõi febribus manifeste deprehenditur,cui similis neq; in epheme-
ris,neq; in hecticis apparet.Propriũ uerò maxime harum febrium etiam existit,cruditas vrinæ.
Debilis ẽt earum concoctio proprium est indicium febrium,q̃ humorum sequuntur putrediñe:
neq;.n.cruda,neq; concocta debiliter in ephemeris apparet. Ac earum quidẽ alterutra seorsum
est proprium febrium,q̃ in humoribus accenduñt,indicium:simul aũt utraq; dicta scd'm disiun-
ctionis proloquium oĩno inseparabilis existit:huic.n.febrium generi urinæ primæ vel oĩno cru
dæ,vel debiliter coctæ principio associantur:neq; unq̃ magnum,aut effatu dignum concoctio-
nis indiciũ in huiuscemodi febribus,in primis vrinis apparet, si excipiamus eã quæ fit ex ephe-
meris febribus permutationem,de qua à nobis antea dictum est. Præter prædicta aũt proposita
rum febrium indicia,contingit ẽt eo tempore,quo accessio consistit, casum aliquem febris ardẽ
tis apparere. Quòd si ẽt ij casus se ostendunt, qui in febribus epialis & lipyrijs appellatis,sicuti
& qui in hemitritæis,aut succensiuis,aut in quapiam alia tali febre uideri solent, erunt quidem
propria huius gñis febrium,quæ ex humorum putredine accenduñt indicia, non tñ inseparabi
lia:atq; idcirco vbi ipsa non adsint,ex alijs dignoscere licet:q̃ si affuerint, non solũ ad genus hu
iuscemodi febrium pertinebunt,sed ẽt aliquam earum speciem indicabunt. Et quidem si post fe
B bris declinationem integra non successerit quies,siue cum sudore, siue quouis alio modo decli-
net,ex duobus alterũ,uel permutationis est argm̃,si omnia quæ præcesserint, febrium epheme-
rarum fuerint indicia: aut,si nulla ex his fuerint, statim ab initio febrem aliquã ex ijs quæ putre
dinem humorum sequuntur,inuasisse indicatur. Si uerò non nunquã in prima die pulsus durus
sentiaẽ,animaduertere oportet, nunquid in corpore ægrotatis sit aliqua congelatio ex frigore,
vel siccitas,uel tensio,qualis in distentione neruorũ fieri consueuit,vel inflãmatio,uel durus tu-
mor,quẽ græci scirrhon appellant,scientes ab his solis causis pulsum durũ fieri. In quibus.n.er-
rauerit Archigenes circa notionẽ & dignotionem pulsus duri, in eo tractatu,quem De pulsibus
cõposuimus,abunde oñditur:in quo exercitatum esse oportet,quicunq; ad pñtis operis lectio-
nem aĩum sit appulsurus,atq; in ea p̃sertim parte,in qua de pulsuum dignotionibus agitur. Nam
pulsuum quidem noĩa,omniaq; eorũ significata, numerumq; uniuersum in uno tractatu expo-
suimus,q̃ de pulsuum dñia inscribitur: quo pacto uerò singula ex ipsis sint dignoscenda, altero
tractatu,quem De pulsuum dignotione inscribimus,quatuor libris explicatur: sicuti alterũ vo-
lumen ordine consequens in quatuor libris comprehensum cõfecimus,in quibus pulsuum cau-
sas edocemus:ac post ea,quæ iam diximus,quartum qd' De præcognitione ex pulsibus inscribi
C tur,non uerbis tñ,sed operibus ẽt huiuscemodi contẽplationis utilitate à nobis ostensa. Et si q̃s
nobiscum affuit, qñ ægrotos uiseremus, eorum librorũ contemplationẽ re ipsa demonstranti-
bus,eidẽ partim alia,partim idipsum est persuasum,q̃ pulsus durus, neq; proprium neq; insepa-
rabile est huiuscemodi febriũ indicium. Sed non est nunc tp̃s de hisce rebus disserendi : nam in
nuper dictis tractatibus,atq; in altero uolumine octo libris cõprehenso, in quo librum Archige
nis de pulsibus ad examẽ rationis adducimus,satis à nobis huiuscemodi oĩa ostenduntur:nunc
quantum pñti operi expedit dicemus,q̃ pulsus durus non est alicuius generis febrium: neq; igi-
tur ephemerarum,neq; earum quę in humoribus accenduñt,neq; hecticarum proprius,atq; in-
separabilis. Comitaẽ uero magna ex parte hecticas febres: nõ nunquã uero ẽt duo genera alia,
casu aliquo interueniente. Ephemeras quidẽ,si ex algore nimio contigerunt, si qua neruosa ten
sio simul affuerit:contingit uero aliqñ ob nimium Solis feruorem, aut lassitudinẽ simul, aut esu
ritionem,aut immodicas uigilias,aut exinanitionem, qñ hæc cõstiterint alimenti inopia : illis
autem,quæ ex humorum putredine fiunt febres,pulsus durus adest, qñ aliquod uiscerum uel in
flammationem uel durum tumorẽ patiatur:et,si casus quispiã alius affuerit, ueluti tensio aliqua
neruorum,aut siccitas,hac ratione pulsus fit durus:sicuti in ijs,qui non in tempore frigidam bi-
D bunt aquam,aut frigida se lauant,atq; aliquibus arborum fructibus immodice uescuntur. In fe-
bribus autem ea rõne qua febres sunt, nunquam fit durus pulsus, neq; in ephemeris, neq; in ijs
quæ ex humorum accenduntur putredine. Neq; enim qñ ex inflammatione febris inuadit, ea-
dem ratione sequitur & febris & pulsus durities:sed febris quidem ex humorum putredine, du
A.l.4.f.1.t.1. c.6.412.c ritics autem ex tensione quæ ob uasorum repletionem fit. Vt*.n.summatim dicatur,durities tu
nicis aduenit arteriarum,ob congelationem,aut tensionem,aut siccitatem. congelationem qui
dem uehementes algores efficiunt : tensionem inflammationes & duri tumores, & neruorũ di-
spositio inflammationibus correspondens:siccitatẽ uero & diuturnæ euacuationes, quæ uel ex
uentris profluuio,vel intestinorum lęuitate,aut dysenteria, aut diuturnis uomitibus,aut tali ali
qua alia causa proueniunt:& longi temporis fames,& febres ardentes longæ: atq; ut in uniuer-
sum dicatur,quæcunq; ipsas animalis solidas partes uehementer exiccant, sicuti & hecticæ fe-
bres: de quibus iam dicendum est,sumpto ab earum generatione principio.

De ortu febrium hecticarum. CAP. 8.

A l.4.f 1.t.3. c.1.431.h QVæ* igitur febres hecticæ appellantur, duplici uia ortum habent : Magna quidem ex parte
ex ardentibus febribus,quę tantum protrahuntur, ut longitudine temporis humorẽ in cor
pore cordis contentum consumãt: vel fieri potest, vt eius adhuc magna portio referue-

tur.Sed illæ quidem non tñ hecticæ sunt,sed tabidæ etiam:quæ autem manentē adhuc humidi E
tate generantur,vbi cordis corpus occupauerint,hinc maxime accenduntur,quēadmodum lu A.l.4.f.1 t.3.
cernę flāma ex fomite.Atq; vna quidem à nobis exposita est earum febrium generatio.Reliqua c.1.431.g
aūt est,cum statim ab initio inuaserint,similem primum sui ortum ephemeris facientes,ex tristi
tia,aut ira,aut lassitudine nimia,unà cū Solis feruore contracta. Hasce igitur febres non est ad-
modum difficile curare:at quæ ex ipsis ad marasmum.i.tabem peruenerunt ex inscitia medico-
rum,quibus earum cura fuit demandata, vbi iam exquisite consistunt & iamdudū inceperunt,
non modò est easdem curare difficile,sed ēt impossibile.Earum siquidem natura calida est & sic
ca,cum tale aliq.d cor patiaī,quale lucernæ fomes cum fuit plurimum exustus.Nam qui ita tor-
refactus est,frangiī atque dissoluitur,atq; ex ariditate continuitatem amittit,adeo ut,neq; si ma
gnam olei copiā superinfundas,flāma abundantior possit accendi: semper.n.patua & debilis in
ip sa palpitat flāma,ac continue fit minor,donec ex toto extinguaī. Talis quidem est febris,quæ
oīno marasmodes.i.tabida existit:quæ nō idem morbus est ac passio quæ marasmus.i.tabes ap-
pellatur:nā & hæc absq; febre in decrepita ætate solet accidere,extincto natiuo calore:quod ni
hil aliud existit,q̄ mors,quæ sine sensu doloris ac secundum naturā ex siccitate contingit: sicuti
ijs,qui præter naturā tabescūt,altera aduenit species,quæ à Philippo ex ægritudine senectus uo F
catur,in quam multos non solum senes,sed etiam pueros,uidimus incidisse. Tabida uerò febris
non tñ sicca,sed etiam calida est passio.Extinguitur autem ualde celerius in hac ægritudine ca-
lor ipsius animalis:totumq; corpus tabescit instar arboris supra modum arefactæ ob longitudi-
nem temporis,aut flammæ uiciniam,aut uehementem atq; immoderatum squalorē. Sed de uni
uersa quidem tabis dispositione qualis natura sit, seorsum scriptum est.

De indicijs febrium hecticarum. CAP. 9.

FEbrium autem hecticarum,qn̄quidem duplex est,ut nuper diffiniuimus,genus, earum indi- A.l.4.f.1.t.3.
cia deinceps exponamus.Hectica quidem,quæ cum tabe coincidit febris,cognitu prōptissi- c.2.432.a b
ma atq; facillima existit.Nam priusquā pulsus,atq; calorem tactu perpendas,uidebis oculos im
modice concauos,veluti quibusdā quasi foueis recōditos, exhausto iam uniuerso in ipsis liquo
re,ita ut ossium,quibus palpebræ cohærent,eminentiæ conspiciantur : & sordes quidem in ipsis
siccæ appatent,& quædā ueluti squalida dispositio,qualis maxime inest ijs,qui toto die sub So-
lis ardore iter longum per puluerem egerunt:est ēt in eisdem flos uitalis coloris extinctus. Hoc
quidem tota patitur facies:atq; in tota cute,quæ faciem obducit ac frontem præsertim, squalor
immoderatus conspiciī,adeo ut ex siccitate durescat ac circūtendatur:non tñ possunt plurimū G
producere palpebras,dormitantibus similes : & quidem sæpius conniuent dormitātium more,
non est aūt eorum passio somnus,sed vigilandi impotentia.Contabuere ēt carnes,quæ in tēpo-
ribus sunt,vt collapsa uideantur & concaua spatia. Et quid aliud oīno sunt,quā ossa,atq; cutis?
adeo ut si nudato corpore partes ad uentrem attinentes aspicias,neq; ex intestinis aut uiscerib⁹
aliquod superesse censueris, ac præcordia uehementer contracta uersus thoracem uideantur.
Quòd si eos tangere libeat,cutis q.dem apprime est arida:quā si digitis apprehendens extende-
ris,instar pellis consistit.Pulsus autem tenuis,durus,ac debilis,& frequens. Caliditas aūt,cū pri A.ibidem.a
mum manus admouetur,debilis est:paulo post uero acredinem,atq; erosionē quandā ostendit,
ac magis cum plus tangendo immoraberis. Neq; amplius reliqua commemorare oportet indi-
cia,in re præsertim adeo manifesta.Præstat.n.ad incipientem adhuc tabem rursus transferre ser
monem. Dico aūt tabem incipere qn̄ natiua humiditas, quæ in unaquaq; dispergitur particula
in spatijs particularum consimilium intermedijs,ex qua primum nutriunī particulæ,iam in cor
dis corpore aboleri periclitatur:donec.n.pars huius aliqua reseruatur, solum febris hectica exi
stit,nondum ēt tabida.Cùm uero iam res eo periculi peruenerit,ut nihil iam ex tali humiditate
supersit,tūc exquisita tabes existit. Est q.dem omnium hecticarum febrium dispositio difficilis, H
vbi iam principij tempus præterierit.Determino autem principium,non dierum aut horarū nu
mero,sicuti neq; in alijs morborum generibus,sed ipsa dispositionis qualitate.Cùm.n.naturalis
cordis temperies primum euerti inceperit,natiua humiditas neq; protinus abolita est, neq; uir
tus plurimum laborat,sed primo fit uelut quædā efferuescentia humiditatis:quo in tempore fa-
cillimum est huiuscemodi febrem sanare,tanquā nihil adhuc uirtute perpessa.Deinceps autem
consumptio quædā efferuescentiam sequitur: hacq; in longum iam protracta ipsę similares par
ticulæ, quæ sunt ueluti cordis elementa,sicciores reddunī,atq; inopia aliměti, tenuiores:ac tñ
virtus laborat,quantum siccitas,atq; caliditas in ipso corde inualuerit, qn̄ earum altera exupe-
rans,virtutem imbecilliorem reddere potuit. Huiuscemodi febris iam quodāmodo ad utranq;
partē declinat,ac medium obtinet locū inter eam tabidā febrem,quæ penitus curā non admit-
tit,atq; illam,de qua paulo antè diximus, q̄ facillime in principio curari pōt. Est uerò & in hac
latitudo multa,qm̄ & dispositionis ipsius multæ in eo quod magis ac minus, diuersitates. Quæ
igiī æqualiter distat ab utraq; febre, & ea scilicet q̄ exq.site tabida existit, & illa in qua nihil est
adhuc tale;medio quodā modo se habet ad curationē, dubio ad partes ambas inclinās momen
to:quæ autē tabidæ proximior existit,est ēt periculo uicinior: cum,quę alteri primæ magis ad-
hæret,

A hæret, non paruam salutis spem habeat. Deinceps igit ad earundem dignotiones deueniẽdum, ac primũ illius, in qua facilis est remedio locus, nisi in aliquem de hac medicorũ inciderit turba. Est aũt ubi sola fuerit, haudquaquã difficilis cognitu: alteri verò associata ex putredine humorum, ꝑ mistionẽ iam difficillima reddit. Supponatur iã prius ipsa sola ex aliqua nuper dictarũ causarũ habuisse principium: appareantq; in ipsa prima die oĩa generis febrium ephemerarum indicia: simul igitur cum ipsis apparet & pincipientis causæ forma, quod ẽt in progressu sermonis ostendetur. Sed ẽt ex ægro interrogato addiscere licet, si cætera quidem bene se habens, solũ ob id, ꝙ supra modum fuit iratus, aut tristitia affectus, cœperit febricitare. Et, si hæc uera esse inuenientur, febris autem ad diem sequentẽ extendatur, neq; ad quietem declinãs, neq; magis inualescens; ariditatem aũt maiorem in corpore repræsentet, talem, hecticam fore suspicandum. Quòd si † vsq; ad tertiũ diem sine cibo permanserit, dum tertianæ accessionis suspectas præterit horas, nihilq; effatu dignũ priori accesserit febri, aut fuerit imminutum, sed quedã primę febris exiguæ reliquiæ tãmodo procedant: atq; permaneant cum ariditate corporis & caliditate, quę primo tactu mitis sentiatur, in processu verò tẽporis acris, mordax, atq; arida manui se offerat: huiuscemodi febrem hecticã esse est existimandũ. Maximum uero tibi atq; indubitatũ hoc erit † In tertia die.

A.l.4.f.1.t.3. c.4.4 l.2.a B eius naturæ indicium, si cibum homini obtuleris eo tꝑe, quo maxime oẽs horas suspectas subterfugisse uidetur: statim.n. hora una aut duabus post acceptũ cibum, quicunq; ægrotantem tetigerint, alterã febris accessionem adesse opinabuntur. Nec deerunt, qui eos, qui cibũ obtulerint increpent, ꝙ haud in tꝑe dederint, sed tunc cũ futura accessio erat: & ꝙ oportebat cibum in longius tꝑs differre: & ꝙ annotatio tardius sit subsecuta. Res aũt non ita se habet: Omnibus siquidẽ hecticis febribus hoc proprium & inseparabile adest indiciũ, allato cibo quidẽ caliditatẽ accendi: ac pulsum ad magnitudinẽ ac velocitatem augeri, ita ut incõpressa annotatio facta uideaẽ. Voco autẽ annotationem incõpressam, in qua neq; horror aliquis, neq; extremarum partiũ frigefactio facta est, neq; veluti quędã dormitatio, neq; aliqua insignis pigritia, aut oĩno inęqualitas aliqua uel in caliditate, uel in pulsu: adhuc autẽ magis neq; paruitas, neq; debilitas, neq; horum aliqd aliud, sed quẽadmodum & cuicunq; alteri, ex cibo maior statim ac uelocior pulsus efficiẽ. Fit quidem aliqñ, & in quibusdã febribus alijs incõpressus ascensus, atq; hac ratione nõ uideretur febrium hecticarum proprius & inseparabilis casus. At non parum differt, si uniuersum horum indiciorum aceruum inspexeris: in oĩbus siquidem febribus, alijs huiuscemodi introitus præter cibum assumptum fiunt incõpressi: in febribus autem hecticis res oĩno contrario modo

C se habet, neque penitus fit aliqua annotatio in tꝑe aliquo, sed est una febris continua, sicuti quæ proprio noĩe synochus appellatur: at illa quidem quandã ueluti flammam plurimã admouenti manum habet occursantem, præter id ꝙ pulsus in ea maximi sunt, celerrimi, ac frequentissimi: In hecticis autẽ febribus, neq; multa occurrit caliditas, pulsusq; tanto minores, rariores, ac tardiores sunt ijs, qui in febribus synochis appellatis existunt, quãto ẽt caliditas minor existit. Cõmune est, itaq; oĩbus hecticis febribus, ꝙ pusillæ ac semper à principio usq; ad extremum finem sunt æquales. Proprium autẽ, ijs, ꝗ tabi affines sunt, est siccitas: qm̃ sine siccitate sæpius hecticæ febres consistunt, cum non transmutãtur ad tabem, quẽadmodum multis hoc tẽpore in magna pestilentia contigit. A synochis igiẽ differunt, ut diximus, hecticæ febres. Ab alijs, quæ incõpressas habent annotationes, hoc maxime differunt, ꝙ compressio aliqua omnino illis adest cum cibum assumpserint in accessionis principio: in hecticis post cibum assumptũ ueluti quandã compressionis expertẽ annotationẽ fieri contingit, ꝗ non est, ut paulo antè diximus, annotatio. Decipit autẽ eos, qui circa huiuscemodi non sunt exercitati ob caliditatis multitudinem, ob magnitudinem pulsuum ac velocitatẽ. Manifestius autẽ die sequenti hæc febris agnoscetur, si diligentius obseruauerimus, quousq; post assumptũ cibum in caliditate ac pulsibus alteratio facta per-

D durauerit. Nã quæcunq; conspectui sunt obuia, eousq; manifeste alterata apparebunt, donec ex cibo digestio, atq; appositio cordis siccitatẽ humectauerit: deinceps ad pristinum habitũ reuertentur, in quo, anteq; cibus assumereẽ, conspiciebantur. Si igitur alio in tẽpore cibo refeceris, eo qui sequitur die, ac rursus die sequenti, in tꝑe pariter diuerso, quod aio, fieri uidebis, caliditatem scilicet ex cibo adauctã, pulsus autẽ ut diximus alteratos. Id.n. eis contingere uidetur, quod in calce ac lapidibus calefactis: si.n. aquã frigidissimam infuderis, multo calidiores sentiuntur, nutriente, ut videẽ, in ipsis hũmida sub aridam caliditatem. Sed quæ nã sit huius rei causa, naturę rationum studiosos inquirere oportet: ꝙ aũt ita fiat, cuicunq; uolẽti ediscere licet. Si.n. intra manus recipias calcis glebam, eiusdem paruifacies caliditatem, quam neq; senties: ꝙ si ad terrã deponas, atq; aqua perfundas, uidebis quàm primum uehementer calefactam atq; ita feruentem, sicuti lebetes, qñ ingenti adhæserint flãmæ: vapores etiam non paucos ab ea efferri conspicies: ꝙ si etiã tangere ausus fueris, facile ex hoc deuri continget: adeo si ad sensus iudicium referaẽ, humida caliditas uires habet, non parum, quã sicca, eui dẽtiores. Siccam uero in hecticis febribus esse caliditatem, quas tabes consequitur, hoc constat argumento. Nullus eorum, qui habitu corporis præditi sunt humidiore, statim ab initio huiuscemodi febre correptus fuit. Sed, quicunque sunt natura sicciores, ac præsertim si unà calidã habuerint temperaturã, uitamq; elegerint

in laboribus,vigilijs,ac curis, victuque pauco, hos statim ab initio solet hectica febris inuadere E
ex ira,vel tristitia,ac magis æstate, statuq; tpis calido & sicco,ac loco ꝑterea consimili. Terminus aūt earum principij est,qñ eo tpe,quo solent ephemeræ febres in integrā quietem desinere, præter quàm ꝙ illis nihil tale euenit, siccitas iam manifeste intenditur : tunc.n.primum febrem euadens ephemeram,transcendit ad hecticam. Alter uerò cuiusdam ueluti ipsius augmenti atq; integræ perfectionis terminus est tertiæ diei accessio.Si.n.ut paulo antè dicebamus, neq; altera accessio superuenerit,neq; ægrotus sine febre fuerit,adaucta insuper siccitate, tūc proculdubio hic hectica febre laborat:quæ progressu temporis cito ad tabidam conuertetur, nisi bene curetur. Terminus autem permutationis eius ad tabem est,qñ primum pulsus debilis simul ac durus fiat:statim uerò & paruus necessariò hic idem est,& frequens : non tñ propterea febris est tabida,sed ob id potius,qm̄ debilis ac durus existit : debilitas siquidē uehementem sequitur cordis intemperiem,durities aūt siccitatē. Si igitur huiuscemodi affectus cor occupauerit, hinc febre tabida necesse est animal laborare. In eandem uerò incidunt febrem ex ardentibus atq; acutis febribus plures,q recte curati non sunt:ac præsertim qui,cū aquæ frigidæ potu indigerent,ꝑter id ꝙ eam non biberint,nullum aliud refrigerans medicamen thoraci ac ꝑcordijs apposuerunt.
Si uerò,cum omni huiuscemodi auxilio caruerint, cataplasmata ē ex artomelite, quorū nunc F plurimus est usus,ultra modū adhibuerint,his expeditum est iter ad tabē,siue simpliciter febricitauerint,siue ex hepatis aut ventriculi inflammatione. Maximè.n.horum uiscerum inflammationes,si non recta cura adhibeaī,insequūtur tabes,adeo, ut plerīq; existimauerint eas nulla ex causa alia generari:quos latet neutrū istorum,ac nullum ꝑterea ex visceribus aliud,neq; tabem neq; ullam omnino hecticam febrem efficere prius,quā,vt dictum est,cor patiatur. Aduenit autem ipsi cordi hæc passio,non nunquam quidem ex se ipso, sicuti in excandescentijs uehementibusq; tristitijs,ac diuturnis: non nunquā uerò ex ardētibus febribus : aliqñ autem ex pulmonis ac thoracis affectibus,ac præsertim ex suppurationibus,& phthisi: sicut aūt ex his,ita ex hepate ac uentriculo,atq; ut simpliciter dicamus, ex oībus diuturnis inflāmationibus, quæ nobiliores partes occupauerunt,adiuncta totius aīalis ac præsertim cordis siccitate. Ego quidem uidi ex la xioris intestini,Græci colon appellant , inflammatione diuturna tabidam febrem fuisse secutā : Itidem ex similibus stomachi,uesicæ,ac renum affectibus: Nec minus à tali febre non nulli sunt capti,q dysenteriam patiebantur,cum scilicet intestina inflammatione laborarēt:ex lęuitate ē intestinorū & longo profluuio(alterum græci lienteriā,alterum diarrhœam,appellant) cum scilicet vel ab initio statim,uel progressu tēporis febricula inuaserit, tabidæ febres consequuntur : G
Et,vt simpliciter dicam,qñ præexiccatum cordis corpus febrilem caliditatem,quæ cum difficultate amouetur,acceperit. Quare & cum arteriæ circunstantibus partibus calidiores sentiuntur, maximū sunt hecticarum febriū indicium:siquidem hoc illis,nequaquam alijs aduenit in febribus:adhuc aūt manifestius hic aduenit casus,cùm sunt loti,aut quouis alio modo elaxati, ita ut aliqua profluat humiditas,ac caliditas efflet: tunc.n.alijs partibus omnibus calor percipitur moderatus,vbi calor ita expirauerit:q. uerò in arterijs existit, nihilo minor q̃ antecedens sentitur. Est uerò eius manifestus sensus,cum se pulsus attollunt,qui neq; ipsi in talibus perspirationibus permutantur,sed continue in eodem statu perseuerant. Cùm igitur sola per se ipsam consistit hectica febris,perspicua est,siue simpliciter hectica,siue etiam simul tabida extiterit.

De dignoscenda hectica , cui putrida febris coniungatur. CAP. 10.

ALteri uerò associata iam difficilius cognoscitur, sicut quæ nuper cuidam muliercula conti git,cuius accessio non die tm̄,sed etiam nocte manifeste fiebat. latebat.n. tabida febris oēs medicos,quibus eiusdem curatio fuerat demandata, ut qui arbitrarentur neque principium aliquod sensibile febribus hecticis inesse oportere,neq; incrementum, neq; consistentiam, tanquā non posset eisdem associari altera febris ex humorum putrefactione prouenie ns. At nos statim H primis diebus in eadem muliere cognouimus.Vtraq;.n.annotatio,& quæ interdiu & noctu fiebat,partes quidem breues accessionis faciebat: & sæpius cum rore aliquo aut perspiratione uaporosa,ita manifeste soluebatur,ut corpus in temperie positum tangētibus appareret:signa aūt ex arterijs accepta,de quibus paulo antè sermo habebāt,semper remanebāt,cum neq; similiter vt aliæ partes refrigerarentur,neq; celeritatem aut frequentiam motus amitterent. Quæ igitur & aliàs à nobis sæpius dicta sunt,nunc & dicentur,ꝙ non oportet accessionum circuitus,ac similes proportiones solum in febribus aduertere, sed multo magis ipsius febris ideam : atq; ex hac ipsas dignoscere febres,non aliter quàm homines ex propria forma cognoscūtur. Sic & nos prima die sæpius febris speciem cognouimus,non expectata, aut triduana, aut quartana,aut quotidiana reuersione.Sed de his quidem satis in secundo de crisibus libro dictum est.

A.1.4.f.1.2.p. c.1.432.2

Quibus indicijs Ephemeræ febres inuicem discernantur. CAP. 11.

DIctum est aūt nihilo minus eodē in libro, quo pacto febriū ephemerarum dr̄iæ sint cognoscendæ.Scio autē me,& hoc in libro fuisse professum,de ipsis aliquid annotare: sed cum in memoriā reuoco,ꝙ pauca quędā dicenda supersunt præter ea, quæ in eo libro conscripsimus, alia quidē superfluū existimaui hoc in loco repetere.Hic igitur sola quę in eo libro sunt defecta supplebo.

A.l.4.f.1.c.r. c.38 415.f A supplebo. Qui itaq; ex feruore Solis in febrem inciderint, his cutis magis ad caliditatē & squalorem, q̄ pulsus ad febrilem vergit dispositionem: nā & minus sitibundi sunt ijs, qui æqualem habent caliditatem: & q̄ primum manus admouetur, in eis uigens calor percipitur. Contrà res se habet in ijs, q̄ ex cute densata atq; adstricta laborant, nā in ijs reaccenditur calor. At qui ex feruore Solis ægrotant, ijs maxime caput deuri uidetur, plusq; ex balneis frigidis utilitatis ac delectationis recipiunt. Oculi quoq; in ijs rubicundiores & calidiores simul cum siccitate uidentur, siquidem sine grauedine ac destillatione laborant: nā hæc quibusdam Sole deustis accidere consueuerunt: fitq; in eis caput non solum calidum, sed ēt sanguine plenum, adeo ut oēs uenæ quęcunq; in oculis, & in temporibus, & in fronte, & in tota sunt facie, supra modū extendātur. Hoc etiam satis eos ab ijs, qui ex humorum frigiditate febricitāt, separat. Nam & hi, quibuscunq; caput læsum fuit, grauedinibus ac destillationibus facile corripiuntur. Eorū uerò non nullis febris solam capitis dispositionem consequit. Magna uerò ex parte tunc solum febricitant, qñ totum corpus supra modum alserit uel caluerit. Est uerò minus calida cutis ijs, qui frigiditate febricitant, corpusq; ijs maiorem præfert tumorē, nullus in facie squalor, qualis his q̄ ex Solis feruore febricitant sine plenitudine capitis. Magna uerò parte his oībus solet caput repleri, nisi quis exquisite purū, atq; materiæ inutilis expers corpus habuerit: solis siquidē his caput calefieri cōtingit sine aliqua plenitudinis noxa. Illud tñ aliqñ vsu euenit, ut plurimis calor deustū occupet totum caput, quā uis nulli plenitudini obnoxiū. Hæc igit̄ dispositio ab altera q̄ ex frigiditate consistit, manifestissime differt: at, quæ plenitudinem hēt adiunctam, nō facile discerni potest, vt quæ & cum destillatione, & cū grauedine assistat: qui ēt affectus frigefactis adueniunt. At, quē admodum diximus, squalor atq; ingens cutis caliditas, ac quæcunq; alia diximus nuper, propria sunt eorū, quos feruor Solis deussit: de q̄bus in methodo curandi plenius dicet̄, & unà de his oībus febrium ephemerarū drījs, quarum dignotiones, cū in secundo De crisibus satis à nobis fuerint explicatæ, alterā hoc in loco explanationem non expostulant. Sed hic finē sermonis faciemus: atq; oīum deinceps, quæ ex humorum putredine febres accendūtur, differentias assignabimus.

GALENI DE DIFFERENTIIS FEBRIVM LIBER SECVNDVS

C

Nicolao Leoniceno Vicentino interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de differentijs putridarum febrium, ac de morbis qui ex humorum defluxione generantur.

Singulas putridas febres proprias sibi ipsis causas determinare, neque ab vna flaua bile fieri omnes posse. CAP. I.



AT illud superest, ut febrium drías, quæ in humoribus accendunt̄ percurramus, si hoc unū antea admonuerimus, non sufficere ad gnationem febriū, sicuti multi opinant̄, si solū amara bilis, quā nō nulli pallidā, nō nulli flauā appellant, aucta fuerit ac exuperarit. Sic.n. oēs, qui morbo regio laborant, maximis laborarent febribus: in eis siquidē huiuscemodi humoris magna in toto corpore copia redūdat: non tñ febricitāt, nisi aliqua alia accesserit cā, de qua paulo inferius dicemus. Absurdū ēt putare in quartanis & quotidianis febribus, q̄ ex q̄ sitæ sunt tales, aceruatā esse bilē amarā nō secus, q̄ in tertianis, ac febribus, q̄ ab incēdio, causi appellant̄. Nā ex aduerso in quotidianis febribus atque quartanis, neq; uomitus biliosi, neq; sudores, neq; urinæ, neq; deiectiones aliqua uestigia amaræ bilis oñdunt, pter id q̄ neq; aliqd ex ijs, quæ antecesserunt aut simul adsunt, eiusdē humoris pbet testimoniū. Nā tertianæ quidē febres magna ex parte in corporibus fiunt, in quibus naturalis habitus biliosior est: atq; in consistentiū ætate, q̄ oīum biliosissima est: tempore ēt æstiuo præ cæteris, in quo huiuscemodi humor dominat̄: in locis pterea, quæ calidā atq siccā hñt temperaturam: ac in simili aeris ambientis qualitate: Vita ēt non ocio atq; quieti dedita, sed laboribus, curis, vigilijs, Solis incendijs, & ciborū parcitati assueta, eorum præsertim calidorū atq; siccorum: vsus præterea medicaminum calefaciētium atq; exiccantiū immodicus febres tertianas facile affert. Cōtrà verò quotidianæ febres naturis, in quibus pituita superfluit, sunt familiares: atq; ex omnibus anni diuersitatibus in hyeme præcipue generantur: atq; omni temporum statu frigidiori atq; humidiori: in ætate senili ac puerili: in locis frigidis atq; humidis: vitaq; ociosa, quā crapulæ comitantur: ac tum præsertim, cum post cibos balneis utuntur: ac multo ēt magis, cum ipsi cibi naturā pituitosam habuerint. Neq; etiam hi amaram euomunt bilem, neq; per uentrē inferiorē, aut urinam, aut sudores excernunt, quod in febribus cōtingit tertianis: Hæ siquidem

Margin notes: A.l.4.f.1.c.1. c.1.416.a (beside "ris pbet testimoniū"); A.l.4.f.1.c.2. c.46 415.h (beside "tu frigidiori"); D (beside "cā, de qua paulo").

quidem flaua bile putrescente fieri consueuerũt: at quotidianæ ex pituita: quemadmodũ quar- E
tanæ ex atra bile originẽ habent: sic igitur & corporum naturã sequunẽ ad atrã bilem procliuẽ:
atq; ex ætatibus, declinantẽ: ex anni uero tẽporibus, Autumnũ: sic & reliqua oĩa quæ his ꝓpor
tione rñdent, ut cibi potusq; ac uictus uniuersus frigidus ac siccus tẽperamẽto, quartanis febri-
bus originẽ ꝑstant. Quare & rigor, q ipsas antecedit, haudquaquã similis est. at in tertianis qui-
dẽ causam à qua prouenit, rei quodã modo pungentis ac ferientis sensum repẽsentat: in quarta-
nis aũt ueluti refrigerantis. De ea aũt q̃ est rigoribus forma in libris de causis accidentium abun
dè exposuimus. Vbi * ẽt eiusdem generis febriũ diximus dñiam, ꝙ ex ipsis, quæ quidem sunt in- A.l.4.f.1.t.2. c.1.416.c
termittentes (ita. n. appello quęcunq; ad sensibilem infebricitationem perueniunt) ortum hñt ab
humore febrẽ generante, qui per oẽs corporis partes suo motu defertur: in continuis autẽ hu-
mor in uenis cõtinetur inclusus: de quarũ dignotione in secũdo libro De crisibus tractauimus.

Communes differentiæ febrium simplicium putridarum. CAP. 2.

INtermittentium igiẽ tres sunt oẽs numero dñiæ, quotidiana, tertiana, & quartana: quotidia-
na quidem ex pituitæ putredinę: ex utriusq; verò bilis, flauæ quidem tertiana, nigræ aũt quar
tana. Continuarum * aũt quæ ex flaua bile proueniunt duplex est species, altera earum q̃ sũa conti A. ibidẽ. c. 4.
nuo feruore, & synochæ appellantur: quarũ uniuersum tp̃s in una cõsumitur accessione, q̃ à prin F 417.d
cipio vsq; ad finẽ pertingit: altera earũ, quæ idẽ cum gñe nomen sortiunẽ, & continuæ appellan
tur, atq; in pluribus particularibus circuitibus continenẽ. Earũ igiẽ quæ Synochæ dñr, tres sunt
oẽs numero dñiæ: nam quædam earum à principio usq; ad finem æquales perdurant: quædam
paulatim augenẽ: tertia species paulatim decrescit. Vnde & nonnulli primas quidẽ homotonas
atq; acmasticas, hoc est in eodẽ stato & uigore perseuerantes nominarunt: secundas anabaticas
atq; epacmasticas, hoc est assurgẽtes atq; inualescentes dixerunt: tertias aũt paracmasticas, hoc
est decrescentes appellarunt. Continuarũ uerò duæ sunt primæ dñæ, non nullarum quidẽ quæ
singulis tertijs diebus inualescũt: aliarũ uerò quæ die intermedio alterã faciunt accessionem.
Hæ igiẽ nullum ꝑcipue obtinent nomen: at quæ tertio quoq; die inualescunt, ego quidẽ noĩare
consueui tritæophyes, hoc est tertianarũ naturam referentes: non tñ ꝓhibeo quin pro suo quis
que arbitrio alterũ eis nomen imponat, modo rerum obseruet dñiam. Alia siquidem est dñia cũ
ad infebricitationem terminanẽ: alia cũ in declinationem febrilẽ desinunt eæ, quæ per tertiam
diem febres accẽdunẽ: est præterea alia febris natura, q̃ in medio accessionẽ facit. Nullam tñ ex
his hemitritæũ uoco: non ueto aũt si quis uelit ita noĩare, modo hoc tñ ab eisdem obseruetur,
ut nullam febris speciẽ ꝑtermittant, sed oẽs deinceps quemadmodũ ego nunc institui recenseã- G
tur. Nã quæ & in die intermedia faciunt accessionẽ continuæ febres, non nullæ quidẽ in quoti-
dianarũ figura progrediunẽ, duas inuicẽ accessiones * simillimas facientes: non nullæ uerò duas A.l.4.f.1.t.2. c.1.416.g
dissimiles hñtes, primæ quidem tertiam oĩno simillimam obtinent, secundę autẽ quartam, in fi-
gura duarum tertianarũ progredientes. Hæ igitur ex bilioso magis, alteræ uerò quæ singulis die
bus similem accessionũ faciunt, ex pituitoso magis, humore consistunt. Est & tertium genus fe-
brium continuarum, quæ raro tñ eueniunt, quarum accessio in figura quartani circuitus progre
ditur, neq; in infebricitationem terminantur. Sicuti autem febris tertiana aliquãdo fit duplex, ali
quando triplex: ita & hæc non modo duplex, sed etiam triplex euadit. Hæ quidem febrium cõ-
plexiones tractationis quæ est de typis, (id est febrium figuris) propriæ sunt.

De exquisita tertiana febre dignoscenda. CAP. 3.

QVæ aũt ex humoribus simplices febres accenduntur, tot numero sunt, quot nuper à nobis
sunt explanatæ. Ex earum aũt commistione, aliæ quædam generantur, de quibus deinceps
dicemus, si prius his, q̃ simpliciter consistunt, quod deesse uideẽ, adiunxero: quòd uideli
cet quęcunq; febris exquisitam simplicitatem seruauerit, formam unam quandam ueluti regulã
obtinet eorum, q̃ nunc sunt à nobis dicenda: quæ uerò aliquo modo ab ista defecerit, tñ etiam H
à febrium simplicitate recedet. Nam quæ ex flaua bile per * sensibiles corporis partes delata ori- A.l.4.f.1.t.2. c.36.423.a.b
tur febris, cum rigore uehementi inuadit, atq; causodes est: & bilis uomitibus, aut eductionib⁹,
aut sudoribus, vel. s. ex horum quibusdã, uel omnibus soluitur. Huius febris accessio duodecim
ad summum horarũ æquinoctialium spatio finitur, eandemq; tertianam exquisitã appellamus:
quę in tẽperatura laborãtis biliosa, & tempore anni & statu, ac regione, & uictu calidis & siccis
consistit. Diximus autẽ & paulo prius alia omnia, quæ ad eius generationẽ conueniunt. Breuior
est autem sæpe prædicto spatio tẽporis accessio, in eo quod magis ac minus plurimã habens dif
ferentiam, aut propter quantitatem uidelicet & qualitatem ipsius bilis, aut propter laborãtis ui
gorem, aut propter pręsentem eo tempore corpori patienti dispositionem. Nam multa bilis, quã
ea quę pauca est, longiorem affert accessionem: tenuis autem quã crassa, breuiorem: sic & uigor
maior quidem breuiorem, imbecillior uerò longiorem: corporis autem dispositio rara quidem
breuiorem, densa uero longiorẽ. Tempus aũt in hac febre intermissionis, nullum habet humoris
putrescentis ex pulsu perceptibile indicium in die, aut in nocte, quæ consequitur accessionem:
cùm uero parũper succenditur, uix agnosci põt in primis diei aut noctis subinde sequentis par-
tibus: manifestius autẽ iam circa finem eiusdẽ diei uel noctis: adhuc uero manifestius proxima

quæ

A quæ antecedit videlicet accessionis diem uel noctem: In illa verò iam signū euidens apparet, ac multo ēt magis accessione iam incipiente: atque adhuc plus iam inualescente febre: cum uerò iam consistit, minus quàm cum augebatur: multo uerò minus, ubi iam declinat. Huiuscemodi febrem si appellare libuerit exquisitam tertianam, nomine uteris antiquo: si minus, mihi saltem liceat manifestioris doctrinæ gratia ita nominare.

De Quotidiana febre. CAP. 4.

A.l.4.f.1.c.2. c.4.417.d

EST aūt & altera exquisitæ simplicitatis febris, quæ ex pituita putredinosa ortū habet, per sentiētes corporis partes à natura detrusa. Incipit autem ab extremorū frigefactione, atq; horrore potius q̄ rigore: ac cū difficultate accēditur calor: ac longū consumit tp̄s, dum inualescēdo peruenit ad summū. Qm̄ uerò is ex quo cōstituit̄, humor frigidus est, & humidus in tēperatura, lentus aūt ac tenax in cōsistētia, idcirco ægre accēdit̄, ac tarde mouetur, sæpiusq; in foraminib⁹ retinet̄. Opprimit aūt atq; aggrauat aliqñ uirtutē: Hinc inæquales, ac debiles magis, paruosque efficit pulsus & in īuasionibus, & in primis incremētorū partibus. Fiunt aūt & in biliosa febre in accessionū principijs singuli quos diximus circa pulsus affectus, at in illa statim desinūt tū alia, tum inæqualitas, quæ plerunq; tali febre inuadēte non adest: ac postq̄ cessauerit rigor, nō multo B post calor accendit̄, ueluti ignis effulgens purusq;, oīs fumosæ fuliginis expers. At pituitosi humoris caliditatē igni fumido in lignis uiridibus accenso nō male assimilaueris: idcirco paruæ in eo uacuationes: & accessionis spatiū lōgius producitur: neque intermissionis tp̄s est adeo, ut in tertiana syncerū, sed humoris putrefacti semper in calore & pulsibus seruat indicium. Manifestissimè aūt & in hac febre in inuasionibus atq; incrementis accessionū, signū putrefactionis apparet. Attñ cum exquisite suam naturam seruauerit, plerisq; uidetur purā intermissionē habere. Et nos quoq; hoc idem non raro fatemur, cū nimium diligens sermo fuerit intempestiuus. Hæc aūt naturas cōsequitur corporum, & tp̄a, & loca, & status, artesq;, & uictus rōnem, aliaq; oīa pituitæ consentanea. Singulis aūt diebus accēdit̄, q̄uis minus calida sit, q̄ tertiana; q̄ biliosa est. At illa cū & humorē hēat accessioni opportunū, & facilè subinde ꝑꝑ subtilitatē quicquid ex eadē efferbuerit, totū in accessione expurget̄, ad puriorē quādā infebricitationē terminare uī̄, postque accessionē breue aliquod putridæ caliditatis uestigiū relinquere. Quę aūt ex pituita febris accēdit̄, in accessionū declinationib⁹ integre non expurgat̄, neq; parū relinquit eius, qđ ueluti succendi uī̄: hinc ergo eius intermissio longè deterior, ac scđ ę accessionis festinātior ē inuasio.

De Quartana febre: & quòd rigor non nunquam sine febre persentitur. CAP. 5.

A.ibidē.c.6. 419.c.d

C TErtium febriū intermittentiū genus est exquisita quartana, qñ ex solo atræ bilis humore gñatur, qui frigida ac sicca constat temperatura. Succendit̄ aūt paulatim ueluti lapis aliq̄s, aut testa, aut os, aut tale aliquod huiuscemodi corpus frigidū & siccū. Vbi uerò aliqua ex eo flāma fuerit accēsa, nihil fumidū, aut semicōbustū in accessione relinquit. Atq; idcirco ī hoc humore copiosiores sunt euacuationes q̄ in pituita: atq; ītermissio exquisite pura uī̄, qñ & hic q̄cq̄d atræ bilis fuerit accēsum, exhaurit atq; dispergit̄. Idcirco & ī eis talis est rigor, qualis ijs, q̄ uehemēti gelu frigescunt, haudquaq̄ ei similis, q̄ à Sole ꝑustis, aut lassis, aut ex medicaminib⁹ aliqñ calidis, & cū super ulcera ponunt̄ mordētibus, fieri consueuit. Necesse est aūt hāc febrē antecedere, q̄cunq; atrā aggregāt bilē in uitæ exercitijs, ac totius uictus rōne, & tp̄is statu, & parte anni, ac regione: sic & laborātis naturā, & ætatē atra bile abundare. Huius aūt febris accessio tp̄is spatio est similis tertianæ: nō nunq̄ & longior, cum adhuc exquesita perseuerat, vt quæ ex frigidiori humore consistit. Eadem uerò in hisce febribus atq; alijs oībus est causa, quæ differentiā facit longitudinis accessionū, quemadmodū paulo antè diximus in exquisitis tertianis, ex multitudine humoris, ac qualitate, uigore insuper atq; imbecillitate potentiæ, ac præterea ex ipsius ægrotātis dispositione diuersitatē assumens. Nā & alia oīa proportione respōdent ijs, q̄ ex amara bile accendunt̄. Si igit̄ neq; putrescat, neq; uehemēter ꝑ partes sentiētes deferat̄ atræ bilis hu-
D mor, nunq̄ efficiet quatriduanæ exquisitæ circuitū. Et quidē regij morbi passionibus, diuturnæ & melancholicæ splenis imbecillitates & colores in toto corpore fœdi correspōdent: herpetib⁹ ēt atq; erysipelatibus, q̄ ex flaua bile cōsistunt, cācri & phagedænæ. Neq; in his uerò, neq; in melācholijs necessario febricitāt, nisi prius atra bilis putrefiat: semper.n. suis natura uirib⁹ vtēs, q̄cquid optimū fieri cōtingerit, ijs q̄ alunt̄ partibus, assimilare: quicq̄d uerò alienū, excernere conat̄. Qđ si aliqñ ob crassitudinē, aut multitudinē, aut tenacitatē materię inutilis, aut aliquā meatuū obstructionē, aut ꝑꝑ sui imbecillitatē, totū qđ est uitiatū nequeat expellere, necesse ē, vt si id diutius in aīalis corpore perdurauerit, corrūpat̄. Neq;.n. fieri pōt, ut aliq̄s quispiā ex humoribus talis permaneat, qualis erat ab initio, nedū qui ita deprauatus, ut naturæ cultū nō amplius suscipiat: sed alterū oīno sequit̄, ut.s. cōcoquat̄, apponat̄, atq; assimilet̄ solidis partib⁹ aīalis: aut corrūpatur, & putrefiat: Sic.n. ijs q̄ morbo regio atq; atræ bilis passionib⁹ infestantur, qñ biliosi humores superabundātes diutius corpus obsederint, febres superueniūt. Sæpius ēt aut hepatis aut splenis affectus attulit febrē, qñ.s. hæ quas diximus nuꝑ passiones, aut ex inflāmatione, aut obstructione cōtigerint. Eadem quoq; rōne & in pituitoso humore redundante nō accēditur febris, nisi prius putruerit. In hoc aūt uisum est sæpius id, quod antiqui impossibile arbitrabantur:

est

est aūt hoc, Sine febre rigor, quod non nullis quidē accidit semel: non nullis aūt per uices inter- E
pellans multorum spatio dierum: vel à principio, vsq; in finē continuatꝛ: aut videlicet est ita om
nino exiguus, vt neq; adesse videatur, cum se quieti tradiderint, sed cum moueri cœperint, tunc
demum eum sentiunt: aut tantam vim habet, ut fit ēt sine motu molestus. Sed qñ huiusmodi in
tempore humor putruerit, non modo rigent, sed etiam febricitant. At, quæ tales sequitur dispo-
sitiones febris, est ualde diuturna & difficulter solubilis, in quotidianæ figura progrediens.

De Febre Hepiala, ac de pituitæ generibus. CAP. 6.

EX hoc igitur genere est & febris ea, quæ proprie uocatꝛ hepiala, qñ simul febricitāt & rigent, atq; eodem tpe in toto corpore vtrunq; sentiūt affectum. Archigenes quidem nulli id nomē unq̃ alteri rei accommodari arbitratꝛ, nisi huic febri tantummodo: videntur tñ & Attici quidā, cum etiam rigorem, qui febrem antecedit, ita nominare. Vitreum verò huiuscemodi humorem Praxagoras videtꝛ uocare: Iuniores aūt, è quorum numero est Philippus, simpliciter crudū, nullum aliud nomen adijcientes, ut exquisitius distinguāt. Est aūt & ipse species quædam pituitæ, vt qui satis frigidus & tenax sit: quicūq;.n. frigidus, atq; humidus humor existit, ad pituitę appel lationem reducitꝛ, si Hippocratem omnesq; non modo priscos medicos, sed alios ēt Grçcos in nominibus imitari nolimus: Prodicus siquidem in libro de hominis natura in hoc noīe puari- F cat, ab admirabili quadā etymologia persuasus. Sed hoc tps nō suadet ad huiuscemodi disputationes sermonem diuertere, cū alterum eisdem tractatum addixerimus: quare rursus ad propositū reuertamur. Quicunq; humor natura frigidus atq; humidus fuerit, hūc nos pituitā appellamus, tu uerò si libeat scindapson nomines: adeo est mihi parua nominum cura. At non te lateat plures esse huiuscemodi humoris differentias. Vna siquidem eius est species frigida adeo, vt cū loco calido obstruitꝛ, dolores maximos excitet: sępiusq; multa laxioris intestini incōmoda, hoc humore acuti clysteris vi euacuato, statim sedari cōtingit: hic verò humor uitri liquefacti similitudinem gerit. Est & alia pituitæ species, quam plerique cū screatu expuūt, sensibilē habens dulcedinem. Liquet aūt, ꝙ hāc exquisite frigidā nō cōtingit esse, siquidem eorum meminimus, quę in libris De simplicium medicaminum facultate diximus. Est & tertia alia pituitę species, quæ expuentibus videtꝛ acida: est aūt minus frigida, q̃ vitrea, magis verò, q̃ dulcis. Sicuti & altera species est salsa, aut pp putredinem, aut pp salsæ serosæ humiditatis mistionem: ex quā si quos febricitare cōtingit, superueniente accessione nō rigent, sed tātummodo horrent. Acida uerò ac uitrea, si per sentientes corporis partes deferatꝛ, sine febre rigores generat: quòd si modica ali qua in ipsis fiat putrefactio, febrem hepialā appellatā inducit: quòd si uehementius putrescāt, G rigor quidem antecedit, febris verò sequitꝛ superata frigiditate à multitudine caliditatis, adeo ut dū febris inualescit, atq; cōsistit, minime sentiatꝛ. Forte aūt & uitrea pituita acidæ qualitatis est particeps: adeo ut eius differentiæ tres sint numero uniuersæ, acida, dulcis, & salsa. Minime uerò dulci pituita putrescente febrem rigor antecedit. Quispiam verò fortassis, nēq; simpliciter, neq; a simplici causa huiusmodi febres fieri arbitraretꝛ. Siquidem totū id, quod ex pituita putrescit, febrem accendit: reliquum uerò, quod non dum putrescit, cuius causa rigescūt, non eandē habet cum putrescente quatitatem. Si igitꝛ ab hac quidem rigor, à putrescente uerò febris generatꝛ, duplex semper aderit causa. Cōtingit verò & hic febrem quidem ab altero causæ genere dicere fieri, rigorē uerò utpote aliū a febre, ab altera, ut qui nō fit, quod febris: per febrem nanq; tertianā flaua bilis rigorē efficit ac febrem. Sed hæc quidem logicā magis habent quæstionem.

De complexione tertianæ febris cum quotidiana: ac de semitertiana febre. CAP. 7.

IAm verò tps est, ut ad propositū institutū reuertamur. Si pituita putrescens, ex qua febrem illā, quæ singulis diebus accessionem facit, accendi dicebamus, misceat amarę bilis humori ex quo tertiana gignitꝛ febris, duplex iā causa, ac dispositio coniungeretꝛ. Alter siquidem humor affert quotidie accessionem, alter uerò tertio quoq; die: itaq; alter quidem dies duas habet acces- H siones, alter verò unā tantummodo, nisi accessionū tempora in easdem horas cōueniant: si.n. cō uenerint, fiet una febris cōfusa, quæ neq; tertianæ, neq; quotidianæ exquisitam formam præ se fert. Qm̃ uerò utriusq; febris duplex est species, quatuor ex ipsis fient complexiones: vna quidem, in qua tertiana quotidianæ intermittenti cōmiscet: altera uerò, in qua tertiana quotidianæ cōtinue coniūgitur: et tertia, in qua quotidiana intermittens tertianæ continuæ miscetur: quarta, in qua permiscetur quotidiana continua tertianæ cōtinuæ. Harum uerò nuper dictarū complexionum oīum duæ sunt differentiæ: cum aliqñ quidem in eādem horam accessiones occurrāt: non nunq̃ uerò diuersis tpibus superueniāt. Sed hæ quidem cognitu faciles sunt, nisi ꝙ aliqñ intermittens ignoratur ab inexercitatis, ea rōne, qm̃ ægrotus nunq̃ a febre liberatur. At formā accessionis inspicere oportet, quemadmodum in secūdo de crisibus plenius edocuimus: atq; inde, nō aūt ex periodorum simili proportione, cognoscere febrem. Supponatur.n. cuipiā accessionem incipere circa primam horā unā cū rigore, qui uidetur pungere carnes laborantis: deinde ubi alia omnia tertianæ febris indicia, usq; ad consistentiā processerint, postmodū cum bilis uomitu, atq; optimis sudoribus declinare: ac iam nonam diei horam adesse: unde ex totius accessionis motu cōiecturari possimus, hora undecima ægrotātem febris intermissionem habiturum,

in lib. de nat. hum. comm. 1. t. 31. & 31. h.

A. l. 1. f. 1. & 4. c. 1. l. 7. h

A l. 4. f. 2. a. c. 6. 41. a

A. ibidē. c. 48 416. a

A turum,talem uidelicet, qualem in periodis nominare cõsueuimus : dum uerò in hac ſpe ſumus,
ſubito retineri ſudores,denſata ſcilicet tantummodo,uel ẽt horreſcente cute:ac ſubinde princi
pium,aſcenſum,conſiſtentiam ſebris continuæ,qualis ex pituita accenditur,ſequi : Sic enim &
duplicem cauſam,ac duplicem febriũ ſpeciem cognoſcemus,miſta intermittente cõtinuæ, quã
uis nulla intermiſſio deprehendatur : ſecundo ẽt die ſperandum eſt hora nona acceſſionem fu-
turam.Quòd ſi expectationi noſtræ res ipſa reſpondeat, omnino ẽt die tertia itidem febricitan
te adhuc ægroto,tertianæ febris acceſſionem hora prima ſuperuenturam ſperabimus. Quòd ſi,
aut præuenerit,aut tardior fuerit ea , quã ſecũdo die circa horã nonã fore ſperamus acceſſionẽ,
aut tertio circa primam;non amplius diebus ſequentibus,aut nonam aut primam expectabim⁹
horam,ſed tanto prius ſiue poſterius,quãto in prima periodo ſimilitudo proportionis acceſſio-
nem aut tardaſſe,aut acceleraſſe monſtrauerit.Quæ uerò ex duabus febribus citius ſit finẽ habi
tura,ex earũ ſpecie & forma,atque ex acceſſionis prolixitate ac magnitudine, more pterea , ac
motu,& reditu periodorum,prout celerior aut tardior extiterit,coniecturandũ. Adhibenda in-
ſuper alia,quæ ſuperuenerunt indicia coctionis,aut cruditatis morbi totius:ex quibus maximã
uim habent,quæ in urinis apparent:de quibus omnibus ſufficienter in libris de criſibus tractaui
B mus.Si uerò pituitoſa continua bilioſam intermittentẽ,quæ prima inceperit hora,nõ nona,ſed
aut quinta aut ſexta appreh ẽderit hora,adhuc difficilior cognitio fit pleriſque his medicis, q ta
lem contẽplationẽ contemnunt,neque ſcire curant an una ſit ſpecies febris,an duæ,& qualis nã
ſit utriuſque natura:Vt uerò qui nihil horum intelligant,non modo ignorant,quo pacto curare
oporteat has febres,quartum nullam habent notitiam,ſed neſciunt etiã utrum die ſequẽti ſuſpi
candum ſit de hiſce horis ambabus,quæ in primo die acceſsiones attulerũt. Ego uerò ſum mihi
conſcius, ꝙ ſæpius ex diuinatrice quadam arte potius,quàm prænoſcẽdi ſcientia medicinæ pro
pria,uiſus ſum eiſdem coniectura aſſecutus futuræ acceſsionis inſultum . In hac igiẽ ipſa,de qua
nunc agimus,miſtione tertianæ cũ quotidiana, uidi aliquando citra primam horã exquiſitæ ter
tianæ inuadere acceſsionem:in ſexta autẽ illius,quæ à iunioribus medicis proprio nomine Ca-
themerina id eſt quotidiana appellatur : ita.n.uocare conſueuerunt eã febrem,quæ ſingulis die-
bus accenditur,neque ullã habet intermiſsionem . Ego uerò ſolitus ſum eandem febrẽ Amphi-
merinã continuã nominare:nã cathemerinon uocabulum nuſquam apud Græcos ſcriptum in-
uenitur:omnem uerò rẽ quæ quotidie eodem fiat modo,amphimerinam uocant. Verùm,ut in-
quit Plato,non eſt habenda de nominibus cura,quibus tot ac tantarũ rerum inueſtigatio propo
C nitur.Vocetur itaq; manifeſtioris doctrinæ gratia, quæ quidẽ ſingulis diebus accenditur,atq; in
termiſsione finitur, amphimerina , id eſt quotidiana ſimpliciter , nulla alia ſermoni facta adie-
ctione : quæ autem intermiſsionem non habet,quotidiana continua dicatur.At liceat ẽt ſi quis
uelit,alteri adijcere,intermittens.Eodẽ modo in tertiana ſtatuatur : altera quidẽ eius differẽtia
ſimpliciter tertiana dicaẽ,aut tertiana intermittens:altera uerò tertiana cõtinua.Contingit etiã
hãc ipſam ſine aliqua adiectione,tertianã ſimpliciter ita nominare , quod & ab aliquibus uideo
obſeruari.Sed non oportet de nominibus prolixius diſputare: ſed potius ad propoſiti noſtri in-
ſtitutum reuertamur.Adoleſcens.n.in quo factam dixi complexionẽ tertianæ cum quotidiana
continua,mane quidẽ in prima hora rigorem pati cœpit exquiſitæ tertianæ familiarẽ: aderãtq;
alia omnia eiuſdẽ febris indicia uſque ad horam ſextam,& repentinus uomitus bilioſus,& mul
tus:& uentris deiectio copioſa,& hęc ipſa bilioſa:& pauci ſudores,inter quos ſtatim homo con
traxit ſe atque horruit, ac ſubinde incipiẽte annotatione,pulſus erat paruus,inæqualis: deinde
uſq; ad horam undecimã cùm paulatim adhuc ſuccẽderetur, plura quidem ſigna habebat anno
tationis propria,paucis tñ intermiſtis augmenti indicijs: Hinc uerò uſq; ad quartam noctis ho-
ram,febris certiſsime intendebatur:deinde quãtũ ſenſu percipi poterat,uſq; ad ſextã noctis ho
D ram in eadẽ magnitudine perſiſtebat : mox iã manifeſtè declinabat uſq; ad diei ſequentis horã
quartam: in hac enim iam & contrahebatur,& annotationis ſigna oſtendebantur,frigidioribus
factis extremis eius partibus;paruoq; exiſtẽte pulſu : & iam ad veſperas uſq; intendebatur pau
latim,neq; horrorem,neq; inæqualitatẽ aliquam præ ſe ferens:deinde rurſus in ſummo conſiſte
bat circa quintã noctis horam:ſexta uerò manifeſtiſsime cœpit remitti.Quòd igiẽ tertio die ho
ra ſcd̃a quotidianam annotationem expectare oportebat,in ambiguo nõ erat,non tñ utrũ ter-
tiana eandẽ horã eſſet ſeruatura,an non,ſatis conſtabat. Hora igiẽ ſcd̃a acceſsio ſuperuenit hor
rida: quæ celerius ea, quæ in primo & ſecũdo die quotidianæ continuæ facta erar , inualeſcens
uſq; ad horã quintã,aliud rurſus poſt quintã horã fecit initium , in quo aderant oĩa ſimilia ijs,ꝗ
in ſecunda hora contingerant accidentia:Hinc uerò rurſus promptius inualeſcens uſq; ad horã
octauã,denuo in eadẽ horruit:ac paulo poſt rurſus accreſcẽs acceſsio expedite aſcẽdebat,adeo
ut hora noctis quarta iã ad ſummum peruenerit.Et quid aliud hoc erat,quàm acceſsio exquiſiti
hemitritæi,duabus eadem hora inuadentibus febribus ? qm̃ quotidiana duabus horis celerius,
tertiana aũt totidem tardius accedebat : adeo ut quicunq: facultatem haberet febrium figuras
agnoſcendi,tertianę ac quotidianæ continuæ accidentia in vnũ confuſa,manifeſtè deprehende
ret. Nam cum tertianæ inſultum rigor comitaretur , quotidiana autem ſine rigore inuaderet,

miſta

mista ex utraq; febris horrorẽ continuo afferebat,rem quidem rigore minorem,maiorem autẽ E
refrigeratione,tantoq; hac ipsa maiorẽ,quantum à rigore magnitudine superatur:adeò ut cùm ab utroq; extremo æqua distet proportione,horror medius inter ambo,rigorẽ.s.& frigefactionẽ collocetur:quod quidem maximè fieri consueuit, cum extremitates confundantur. Non ab re igitur inditum est huic febri nomen * hemitritæi.i.semitertianæ. Nam ex quotidiana continua, & tertiana intermittẽte tota eius natura confusa,dimidiam partem vtraq; ex dictis febribus retinet.Sicuti igitur semiasinus,& semideus nomen tale sortiuntur,ita & hemitritæus. Semiasinus enim cùm ad eius generationem pro altera parte asinus,pro altera equus,conueniant,ex una se miasini nomen accepit.Semideus dimidia quidẽ parte deus esse mõstratur,cùm uerò alterã hominis habeat,hæc in noĩe omittitur. Sic & hemitritæus dimidiam sui ipsius partem hẽt tertianam,alteram aũt dimidiam,quotidianam continuam. Duplex autem in ipso generationis modus, uel scilicet duabus in unum tempus,quemadmodũ dicebatur nuper,cõuenientibus accessionibus,quia altera quidẽ præueniebat,altera autẽ differebat:vel statim ab initio ambabus inuicem confusis.Quæ igitur fit in unum tẽpus conuenientibus utraq; accessione, unam tantummodo habet hemitritææ naturæ accessionem : altera autem omnes à principio ægritudinis usque ad finem,quæ maxime atq; præcipue ab omnibus febris hemitritæa appellatur. Sed de hoc F
paulo posterius a nobis dicetur pp Agathinum, atque Archigenem præsertim. In adolescente igitur, quem nostra narratio supposuit, cùm tertia die huiuscemodi accessio facta esset, quia in unum tempus cõueniebant ambarum febriũ inuasiones, quoniam quotidiana quidem duabus horis semper pueniebat,tertiana aũt differebat, die quarta accessio Sole oriente inuasit, formã exquisitam pituitosæ febris præ se ferens.Erat autẽ secundum proportionis similitudinem quinta ab ipsa accessio circa decimã noctis horam principiũ factura,quoniam duabus semper horis celerius inuaserit:biliosæ autem febris accessio tertia ab initio die quinto hora quarta erat inuasura,adeo ut inter duarum febrium initia sex horarũ spatium intercederet : quod & factum est. Nam circa quartæ noctis horã decimã inuadente accessione,q̃ febris pituitosæ seruabat imaginem,atque hoc modo vsq; ad quartam quintæ diei horam progrediente , ubi febris biliosa mediocrem rigorem secũ afferens eidem cõiuncta fuit,mistam subinde formam gerẽs accessio,biliosæ.s.febris ac pituitosæ,sequenti nocte circa horam octauam pituitosa febris incipiens exquisita,ac sola totam diem subsequentem ordine sextam occupauit : deinde cùm media nocte declinasset,aliud subinde eodem modo fecit initiũ : deinde cùm reliquam dimidiam noctis partẽ usq; ad meridiẽ die septimæ obtinuisset, postmodum iam ueluti declinabat : At eandem excepit tertiana,q̃ cum rigore inuasit,quemadmodum exquisita tertiana inuadere consueuit: atque G
cùm alia omnia secum eodem modo certissima afferret indicia,uomitus bilis inuexit,atq; alui excremẽta biliosa, & urinas optimas, ac cùm iam aduesperasset,breues quosdã ueluti sudores: Adeo ut, quicunq; febrium species didicisset,ei apertè indicaretur eã remitti ac declinare, neq; ultra unã aliam periodũ,aut ad summũ duas,debere protẽdi:nã & in ea declinatione erat quies admirabilis,qualis antè uisa non fuerat,donec ad quartam noctis horam peruentum est : in illa etenim,febris pituitosa, q̃ quotidie qdem accessionem faciebat, sed duabus anticipabat horis, inuasit : cumq; totã noctem occupasset,ac totum deinceps diem, rursus in secunda hora noctis octauæ aliud fecit initium:cumq; eandẽ pariter noctem totam occupasset,sequenti die,quæ nona erat,declinauit.Eodem uerò die circa horam octauam,qm̃ duabus horis tardius inuadebat, futura erat tertianæ febris accessio : sed tunc hora nona superuenit, hoc ipso etiam se declinare significans:Sole autem occidente ei se associauit febris pituitosa,more suo anticipando: Et cùm noctẽ illam obtinuisset diemq; sequentem,hora decima diei decimæ iterum inuasit : deinde die undecima rursus hora octaua,exquisite permanẽs pituitosa : deinde prima noctis hora tertianę febris,q̃ quatuor tardauerat hòris,horrida accessio facta est: deinde sexta noctis hora aluus bi- H
liosa excreuit:ac quidem per uniuersum corpus ueluti sudores exhalarant,post quos tota declinatio ferè ad infebricitationem peruenit:neq; iã in ambiguo erat,quin tota febris tertiana omnino desisset:pituitosa autem sola remanserat,quæ & ipsa iã remitti incipiebat.Hac igitur ratione die duodecima nõ amplius anticipauit accessio duabus, ut antea cõsueuerat,horis, sed hora septima inuasit : neq; die decimatertia sexta superuenit hora, sed illa etiam septima hora inuasit,quietem effatu dignã ac declinationem ostendens. Quartadecima uerò die eadẽ declinatio melior admodum successit,ac hora nona accessio facta est:in urinis autẽ erant insignia coctionis indicia,solutionem ægritudinis in die decretorio succedente futuram præmonstrantia. Sed hoc præsentis sermonis non interest,nisi obiter dicere: Quòd uerò sæpius commiscentur diuersorum generum febres, & biliosæ pituitosis, & intermittentes continuis, quæ à multis medicis ignorantur,satis hic,de quo nuper scripsimus,ægrotus ostendit.

De dignoscenda exquisita,& non exquisita Semitertiana, aduersus Archigenem, & Agathinum. CAP. 8.

SEd quoniã, & de his *satis dictũ est, rursus ad id redeo, de quo paulo antè est à me sermo dilatus. Febris igitur,quæ ex tertiana,& quotidiana continua composita est,quam hemitritæũ appellamus,

A.l. 4. fa.e.a. c.35. 422.h

A appellamus, aut flauam bilem hẽt exuperantem,atq; ob id in eo sunt tertianæ febris accidentia
maiora: aut hæc quidem paucior, pituita verò abundantior, atq; idcirco quotidianæ continuæ
affectus firmiores: aut neuter horum humorum alterum uincit,sed ambo æquipotẽtes existũt:
quo tempore est exquisitus hemitritæus,talem formam repræsentans, qualem de eo Hippocra-
" tes manifestauit,cùm in primo Epidemiarum in hanc scribit sententiam. Erãt uero eorũ pleris- 1.Epid.c6.1.t. 23. 3. 106.a
" que passiones huiusmodi,febres horridæ,continuæ,acutæ,oĩno quidem non intermittẽtes:mo
" dus uerò erat hemitritæus,cum alteram diem leuiorem ferrent,altera uerò inualescerẽt, ac sum
" matim in acutiem augerentur. Dixit autem horridas,non simpliciter,quæ cũ horrore inuadunt,
sicuti hoc innumerabilius accidit febribus,de quibus deinceps uerba faciemus:sed in quibuscũ
que magnã accessionis partem horrores assũmũt altera dierum,s.in qua & tertiana & quotidia-
na continua simul inuadunt,nam altera dies solam habet quotidianã.Magna verò ex parte,die
rum prima mistam ex vtrisque cõmittit febrem, secunda verò pituitosam continuam: cõtingit
autem nonnunquam hanc primo inuadere die, secundo uerò ambas simul. Accessio igitur ex
vtrisque commista,quando humores fuerint æquipotẽtes, talis est,qualem paulo antè descripsi
mus hemitritæon: Cùm uerò tertiana præualuerit,horridior fit febris : atq; in annotatione sibi
B aliquid rigoris associat: confestim uerò & feruidior est huiuscemodi febris, & incendij plus ha-
bet: magisq; festinat ad summum : & aliquid bilis per vomitum, aut per aluum, aut per sudorẽ
excernitur. At cùm altera,quæ pituitosa est febris,potentior existit, tũc frigus uehementius ex-
tremas occupat partes,horroresq; pauci fiunt: & pulsuũ fit compressio maior,ac diuturnior: tar
diusq; accessio inualescit: ac longũ post tempus cõsistit: non tñ aut sitim, aut magnum affert in-
cendium: neq; in ea per uomitum,aut per aluum,aut per sudorem bilis excernitur. Hanc quoq;
duarum febrium mistionem Archigenes animaduertisse videtur,minus tamen recte atq; perspi
cuè,quemadmodum in septimo commentariorum,quos in tractatu Archigenis de pulsibus scri
psimus,est à nobis ostensum. Arbitratur igitur Archigenes,in hemitritæis aliquando febrem p̃-
ualere tertianam,aliquando quotidianam: non tamen æqualem earum mistionem,quę sola ex-
quisitum hemitritæum constituit,aut intellexit,aut in suis scriptis ostendit, uerum omnino prę
termisit. Nam cùm æquales magnitudine fuerint,febris biliosa intermittens , & pituitosa conti-
nua,accessionis initium fit cum horrore,qui medium inter rigorem, & frigefactionẽ obtinet lo-
cum: quorum alterum tertianã febrem,alterũ * quotidianam comitatur. Cùm uerò ab inuasio- * continuam pituitosam.
C ne inualescit,tertianæ quidem ratione cito calescit,ac festinat ad summũ,at propter pituitosam
tardatur, atq; in ascensu retinetur nonnunquam atq; interrumpitur : Estq; inter uarios affectus
ueluti pugna quædam,cùm æger nonnunquam inualescente febre tertiana, atq; ad cutẽ humo-
res impellente,uehementius calefiat: contra uerò remorante,atq; ad interiora reuocante ipsius
motum febre pituitosa,ut q̃ tardi ac difficilis motus,frigidaq; ac lenta existat natura. In hoc au-
tem certamine cum humor frigidus superauerit,systolæ.i.summissiones,horrores, atq; extrema
rum partium & cutis refrigerationes sequuntur, adeo ut uideatur altera rursus accessio renoua
ri: Cùm uero calidior uicerit,tunc statim totum corpus calefit, ac iã uidetur febris penè in sum-
mo cõsistere: mox paulo post ad pituitosam redeunte uictoria,ægroti denuo cõtrahuntur,refri-
gerantur, & horrent : Neq; hoc terminum ullum habet, donec febris ad summũ peruenerit,qđ
quidem citius accidit,q̃ pro more pituitæ,tardius tamen quàm in bile fieri consueuit: nam hu-
ius quidem celeritatem cohibet pituita,ac rursus pituitæ tarditatem, atque hebetudinem exci-
tat bilis. Talis quidem est exquisitus hemitritæus ex æquali duarum febrium temperatura com-
positus,quoniam etiam ex duorum humorum æquali temperatura constat: atqui exquisitus nõ
est,ubi aut bilem,aut pituitam habet præpotentem. Secunda est duarum febrium, tertianæ.s.ac
D quotidianæ cõpulatio ac commistio, quæ similem quidem nuper dictæ facit accessionem quan
dam: in eo tamen differt,quoniam in hoc febris ad infebricitationem desinit: & quoniam die se
cunda cum rigore,aut horrore sola quotidiana febris inuadit. Non igitur erit hæc febris hemitri
tæus,si quidem ex numero cõtinuarum hemitritæus existat. Quòd si etiã in utroque genere he
mitritæus collocetur, non hæc tantum, sed multæ præterea aliæ febres hemitritæi uocabuntur.
Hac ratione mihi vr̃ Agathinus omnes,q̃ protẽduntur,tertianas hemitritæos appellare. Sed qñ
de nominibus potius , quàm de rebus sunt quæstiones huiuscemodi, in eisdem minime censeo
commorandum : nam de nominibus ad medicinam pertinẽtibus, seorsum à nobis scriptum est
alio tractatu,in quo hoc ipsum ostenditur,atque integre prędefinitur,quales nam sint de rebus,ac
quales de nominibus,disceptationes. Rursus igitur ad res ipsas redeamus, hoc est ad eum quem
Hippocrates vocat hemitritæum horridum,atq; continuũ, quem facit tertiana quotidianæ cõ-
tinuæ cõmista: intermittenti autem non item,quoniam quę ex ambabus componitur febris,ne
cessario & ipsa intermittitur. Non tñ ex duabus continuis,quarum altera biliosa,altera pituito-
sa sit,potest hemitritæus consistere,quoniam hæc cõmistio febrem horridam,ac quę multas ha-
beat reduplicationes,non facit. Nam cùm omnis febris continua sui quidem ratione, quãdo ex
quisita fuerit , neque horrorem habeat,neq; rigorem , neque etiam quæ ex eisdem componitur
horrida fiet. Necesse est igitur,si horridus simul,atq; continuus sit hemitritæus futurus, ex dua-

bus

bus ipsum febribus generari, quarũ altera sit intermittẽs, altera verò continuà. Atq; ideirco tertiana quidẽ cum quotidiana continua cõfusa facit hemitritæum, cùm neq; utraq; continua, neque utraq; intermittens huiuscemodi queat febrẽ generare. Vna igitur sola adhuc mistio relinquitur ex quotidiana intermittente, & biliosa continua, quæ & ipsa potest continuã simul atq; horridã febrem efficere. Hæc uerò cõtrario modo se habebit, q̃ prior, quoniam continuitatem quidẽ ex biliosa obtinebit, horrorem uerò ex pituitosa: reduplicationes aũt ex pugna mutua, ac tum præsertim cùm humores æquas vires habuerint: vbi uerò alter eorum ꝓualuerit, illius accidẽtia præualent, ac dignotio, ut in prima mixtione ostensum est. Hæc oĩa de quatuor mistionibus, & ex biliosa febre, & ex pituitosa, magis ad eum tractatum, in quo de typis agitur, cuipiã ꝑtinere uiderentur: hĩc verò necessario de ipsis facta est mẽtio propter hemitritæũ, cuius ortũ Archigenes ad tertianam transfert, ac quotidianam, nõ tñ eius naturam rectè assecutus, quoniam in numero febrium intermittentium ipsum ponit. Agathinus autem contra, hemitritæum in eodẽ genere cum tertiana manifestè locauit, ac sola accessionis nehemẽtia ab eadem differre fatetur. Si igiť oĩum febrium differentias exquisitè scribentes, in nominibus tñ aberrasset, non admodum esset ægre ferendũ: Sed, quoniam neq; simplicium, neq; compositarum febrium omnes differentias exquisitè assignarunt: ac præterea plures alias superfluas addiderunt, quæ neq; ad ꝓnoscẽdũ, neq; ad curandũ aliquem afferunt usum: nos pro uiribus earũ typum omnem exquisite cõplecti tentauimus, vt qui longo tempore partim experiẽtia, partim ratione, omnes q̃ utiles sunt differentias inuenerimus. Simplices igitur ad ꝓsentem tractatum: compositę uerò ad eũ, in quo de typis agitur, attinent, cuius tamen non erit expers omnino, atq, inscius, si quis hunc diligenter perlegerit. Nam per hæc q̃ de biliosa, & pituitosa febre simul commistis cõscripsimus, licet ad melancholicam febrẽ transferendo, eius cum vtraque illarum complexionem, ac cõfusionem pariter cõiectari. Voco autem complexionem, quando horis differentibus inuaserunt: cõfusionem uerò, quando eodem tempore inceperint. Sic & tres simul febres complecti per se quispiã & confundere poterit, ex ijs q̃ nuper diximus motus. Nam horum oĩum principium fons atque elemẽtum est singularium febrium ideam exquisitè cognoscere: Neq; enim plurima est earum multitudo, cùm omnes tres numero existant, & quæ ex amara bile, & quæ ex atra, & q̃ ex pituita generatur: Quarũ singulæ duas habent differentias, continuæ scilicet ãtq; intermittentis: adeo ut omnium, q̃ ex humorum putredine ortum habẽt, fiant sex numero differentiæ. Quòd si aliqua accesserit his particulatim in ipsis differẽtia, hæc uel ex humoris multitudine, uel ex quãtitate, & qualitate putrefactionis, ac ꝑterea ex modo motus, ac particula, in qua fit putredo, habebit originem. Veluti cõfestim earũ febrium intermittentium, quæ tertia quaq; die accessionem faciunt, quæ quidẽ breue habent accessionis tempus, ac cum rigore inuadunt, & ꝑ sudores, & bilis vomitum, & biliosa excrementa finiuntur, his tertianæ exquisitæ nomen impositũ est: Quibus verò aliquid horũ deficit, hæ nõ exquisitæ: sed simpliciter tertianæ appellantur. Quòd si intermissionem minorem habuerint, accessione uidelicet in longius tẽpus protracta, hæ tertianæ extensæ uocantur: cùm tñ & hæc ipsa res plurimam in eo, qđ magis, ac minus, differentiam suscipiat. Licet quidem ex his aliquam simpliciter extensãm nuncupare, quæ cum uigintiquatuor horas in accessione consumpserit, reliquas hẽt febris expertes: aliquã uerò sufficienter extensãm, quæ vsq; ad triginta extenditur horas: atq; aliquam in longius adhuc tempus productam, vt quæ vsq; ad trigintasex horas protendatur: atq; aliam adhuc amplius vsque ad quadraginta uel plures. Neque.n. ex his, quas diximus, quælibet certis terminis potest definiri, cum Soritica dubitatio nobis occurrat. Neque tñ huiuscemodi nomina adeo curiosè inuestigare est necessarium, cum nobis detur facultas ẽtsine illis unumquenque morbum proximis indicare, ac rectã curationem adhibere, nec non futura prænoscere: Supponatur enim aliquis quindecim horas febricitare, ac trigintatres febre uacare: hocque deinceps eadem proportione seruata contingat: Nemini dubium, quin & tempus ad exhibendum cibum opportunum, ex accessionis & intermissionis spatio cognoscatur: & quantum ex hoc ad prænoscendum, aut curandum commodi nancisci potuerit, nihilo minus id sufficienter acquiret, quamuis eam inquisitionem neglexerit, an simpliciter tertianam, an cum aliqua adiectione, quæ differentiam determinet, huiuscemodi febrem oporteat appellare. Sed & cùm alteri indicare uoluerit, qualis nam sit febris ægrotantis, hoc diligentius efficiet accessionis, atq; intermissionis spatium ostendendo, quàm si nomen certum, ac præfinitum, quod idem commonstret, inuenire studuerit. Hæc quidem optima est exponendi, ac docendi ratio. Secunda uerò, quam paulo ante insinuaui, cùm aliam quidem exquisitam tertianam nomino, aliam verò simpliciter tertianam, deinde aliam paululum extensam, deinde aliam sufficienter, deinde aliam amplius, deinde aliã plurimum. Obscurissima autẽ, atque omnium deterrima, de qua prius fecimus mentionem, in qua medici iuniores quotidie in uicem certant, atque contendunt, neque animaduertunt se de nominibus litigare. Sed de alijs quidem quispiam minus forte mirabitur: de Agathino autem magis mirandum, qui cum quandam & quotidianam & quartanam febrem appellet extensam, postmodum in tertiana non seruat eandem uim proportionis: nam si longius accessio protendatur, nõ tertianam, sed hemitritæum

A tæum appellat. Sed satis superq; hactenus de nominibus disputatum: nam periculum est, ne nos longius quàm sit opportunum, in eisdem tempus conteramus. Quare rursus ad rerum ipsarum quæ restant, inuestigationem reuertamur.

A.l.4.f.1.t.2. c.43.414.b

Qualis ex sanguinis putredine febris oriatur. CAP. 9.

EX omnibus uerò, quæ supersunt, nulla esset contemplatio præstatior, q̃ illa, in qua quæri potest, Nunquid quemadmodũ ex utraq; bile, & pituita fiunt quædã febriũ species, ita & in sanguine putrefacto soleat accidere febres. Siquidẽ ephemeras eo tantũmodo calefacto, nõ aũt putrescente fieri dicebamus: in putrefactionibus aũt (nam & sanguinẽ quãdoq; putrescere est necessarium) quærendũ, quæ nã sit harũ febriũ species. Hoc aũt inueniri posse putandum, si prius cognouerimus, quo pacto sanguis putrefiat. Nã rectè sentire vr̃ Aristoteles, ab aliena caliditate oriri putredinẽ. Vocat aũt alienã, externam nõ insitam, neq; natiuam, in quocunq; genere rerũ: nam hæc coquere apta est, externa aũt corrumpere, qđ est putrefacere. Calor autẽ extrinsecus sanguini aduenit, & in Solis deustionibus, & pestilenti, & suffocato aeris statu, atque, ut simpliciter dicã, in febribus uniuersis, quacunq; ex causa originẽ traxerint. Sed & qñ in aliqua corporis parte sanguis plurimus aceruatus supra eiusdẽ vires effectus fuerit, corrũpi cõsueuit, ac tum p̃cipuè cũ in paruis uasis propter crassitudinem obstruitur, aut p̄p multitudinem impingitur, quẽadmodum in bubonibus, ac collectionibus, quas phymata appellant, atq; vt uniuersaliter dicã in inflammationibus vniuersis. Nam in huiuscemodi affectibus duplicẽ ob causam corrumpiẽ sanguis, & quia. s. non difflatur, & quia à natura non conuincitur. Quòd ea uerò, quę non difflãtur putrescere soleant, indicant exteriora oĩa, quemadmodum fructus, & semina, uestesq; præterea. Eius uerò, quod dr̃, fidem facere potest id ẽt, quod in laterũ inflãmationibus cernitur: nam quidã in ipsis spumeũ, quidã pallidũ, quidam rubeũ expuunt ichorem: quod nihil aliud est, q̃ humoris pars in inflammatione exuperantis, quæ tetineri nõ potest, sed præ tenuitate sudat exterius. Nonnunquam uerò, & niger ichor ille cõspiciẽ non statim ab initio, sed postea, qñ ut plurimum pallida sputa antecesserint, q̃ bilis exuperantis erant indicia: quemadmodũ spumea quidem pituitã, rubida verò sanguinem indicant. Quare nõ procul à uero est existimandum, sanguinem ipsum nonnunquam in ijs, q̃ inflammationem patiuntur, particulis subire putredinem, ex eoq; simpliciores quidẽ, q̃ ex alijs humoribus febres fieri, accessionum uerò proportionẽ in tertiano p̃cipuè circuitu assumere: Nã ita in ijs, qui laterum inflammationes patiũtur est obseruatum, quo tempore maximè rubidũ expuunt. Quòd si sanguis supra modũ assatus fuerit, pars quidem eius subtilior, ac pinguior, oĩno in flauam cõuertitur bilem: quę aũt est crassior, in atrã: quod in his tumoribus, qui carbunculi appellantur, cõtingit, nã in his ex sanguine supra modũ efferuescente, ad melancholicũ humorẽ fit transmutatio. Ita aũt hoc loco accipi uolo melancolicum humorem, ut q̃ nondum exquisite in atræ bilis naturã transierit, sed in quodã sit confinio constitutus. Et quidẽ pro uarietate humorum, in quos conuertitur sanguis, febres fient, sola malignitate, & nõ malignitate differentes. Illæ si quidem, quæ sanguinis transmutationem cõsequũtur, sunt simpliciores tũ in reliquis, tum in caliditatis qualitate mitiori: nã etsi sẽ plurima manui tangenti offert, est tñ omnino mitis, sicuti ea, quæ in balneo contrahitur. Semper enim febrilis caloris multitudo, in multitudine defluxus cõsistit: quod uerò manui tangẽti molestum sentiẽ, ex humoris acredine prouenit. Hocq; tibi sit maximum humoris febrẽ facientis indicium, qualitas uidelicet caliditatis: nã quæ magis uaporosa, ac minus molesta existit, ex sanguine nasciẽ: q̃ uerò molestæ sunt, & rodentes, atq; mordaces, utranq; bilem cõsequuntur. Cum uerò in primo tactu quoddam potius vaporosum, q̃ acre, se manui repræsentãt: ac per morã paulatim mordacitas aduenit, ac maximè inæqualis, adeo, ut per colatorium quoddam, & cribrum percolari videatur; ex pituitæ putredine huiuscemodi febrem oriri cognoscas.

Cur inæqualis calor in pituita febre tactu occurrat. CAP. 10.

COntemplãti uerò mihi, ac causam perquirẽti, cur in febribus aliis calor æqualis occurset: q̃ uerò ex pituita ortum habent, talẽ caloris inæqualitatem ostendant: nulla potior uisa est, q̃ tenacitas atque humoris crassitudo, qui difficulter dissoluitur. Nam & in hoc, sicuti in alijs omnibus, primò ea pars omnis expirat, quę quotidie fuerit extenuata: uix autem extenuatur quicquid ualde crassum extiterit: q̃ si etiam natura frigidum fuerit, tunc & difficultas augetur. Non totum itaque, neque ex omni parte æqualiter, sed ex illa tantũmodo, in quam putredo inualuerit, inflatur, atque extenuatum effertur, non dissimili euentu ab eo, quem in lentis, ac crassis humoribus, qui exterius ebulliunt, inspicimus. Nam & in istis ampullæ attolluntur, quæ ubi dirum puntur, uniuersim flatus effertur, humiditatem extenuatam secum trahens. At in subtilioribus humoribus cùm ebullierint, ampullæ non fiunt: quiq; ab eis uapor exhalat, est undequaquer sus æqualis, ac sibi continuus.

Quo pacto ex fluxionibus humorum morbi generentur: ac de causa febrium, quæ per circuitum repetunt, & continuarum. CAP. 11.

SEd quoniam, & de his, vt oportuit, differuimus, nũc earum febrium, quæ sũ cõtinuo feruore synochæ appellantur, causas inuestigemus. Mitum enim mihi uidetur in istis unam plerunq; accessionem

accessionem usque ad quartũ,uel quintum,aliquando autem, usque ad septimum diem ab earũ E initio,donec finiantur,extendi. Quanquã siquis diligentius inspiciat,maiorẽ illi admirationem possit afferre in quibusdã febribus per circuitum fieri accessiones.Quod.n.retro attulimus exẽplum in stercore,quod particulatim putrescit,in animalis corpore non admodum fieri posse vř, cùm putrescentes humores ijs,qui putredine uacant,possint facilè cõmisceri, utpote ex omnibus ad omnia cõspiratione,& confluxione existente: Vnde fieri non põt, ut putredo nunc vnã, nunc aliam occupet partem,nisi inflammatio incipientẽ putrescere humorem alliget, atq; coerceat.Quoniam igitur ad contrariam partem ratio se transtulit,difficilius est earum febrium,quę per circuitus accessiones faciunt, causam inuenire,q̃ earum, quæ synochæ,id est continentes dicuntur.De utrisque tamen tentabimus sermonem transigere, neque hic prolixius scribentes, neque aliorum errata corrigentes, sed quemadmodum in superioribus egimus, solam ueritatẽ amplectentes,ex qua quispiam instructus,etiã aliorum delicta comprehenderit.Sumendũ itaq; initium ab ijs,quæ manifestissimè apparent:quæ sunt lippitudines quædam,quarum nonnullæ quotidie,nonnullæ uerò tertio quoque die magis infestant:similiter & aurium dolores:& capitis,siue totius,siue medietatis, quem Græci hemicraneam appellant: quibusdam uerò & pedũ, & articulorũ dolores,per circuitus exacerbari cõspiciuntur. Quod igit in hisce oĩbus inspicere F licet,uenas quidem in his partibus,quæ exacerbātur in tumorem attolli,atq; inflammationẽ augeri,ac dolores intendi,ac materiæ inutilis affluxum ad extrinseca fieri;ita & in interioribus,q̃cunque non uidentur,seruate eandem proportionis similitudinem concipiendum:adeo,ut in uterũ & pulmonis inflammationibus,in accessionũ quidem principijs tumores increscãt, in declinationibus aũt euaporent,ac submittãtur.Forte autem quo pacto hoc accidat inueniemus, si de inflammationis generatione, atq; de rheumaticis uocatis dispositionibus, quæcunq; à nobis in alijs commẽtarijs sunt demonstrata,memoria repetemus: nã si,quod huius interest loci, illis addatur,præsenti quæstioni satisfaciet. Qui igitur effluxus ad oculos commeat, oẽs concedunt à capite destillare:quã uerò ob causam statutis temporibus sæpius cõmeet, hoc dicere ignorãt, vt qui philosophati sint de potentijs naturalibus minus, de q̃bus nos tribus in libris sumus cõplexi:in quibus quatuor esse numero demõstrauimus,à quibus,& stirpes, & aĩalia gubernãtur, unam quidem similium attractoriam,alteram eorundem retentoriã, ac post has tertiam alteratoriam,quartã præterea extraneorum expulsoriam. Duplex autem est in omnibus entibus extraneum,alterum nanq; ex sui qualitate,alterũ quantitate : hoc itaque aceruari contingit ob harum potentiarum,q̃ in membris sitæ sunt,vigorem & imbecillitatem. Cùm.n.æque ualẽtes fuerint,& meatus per quos materia inutilis excernitur,secundum naturam se habuerint;tunc membra in sanitate consistunt: ubi uerò plus assumptum fuerit,q̃ possit alterari,omne,qđ superfluũ est,à uirtute expulsoria trusum,necessario excernitur : Quod si imbecilla fuerit, in eodẽ residet loco:ac si multum fuerit,grauat atq; extendit:si uerò acre,exedit ac mordet:sicuti,& quod calidum est, calefacit: quod aũt frigidũ,refrigerat. Hæc autem liquido in uetriculo apparent. Nam quidam , ubi aliquando cibum ampliorem assumpserint,ex nausea interdũ coguntur euomere, interdum uerò profluuio corripiuntur. Quod igitur hic per maiora, ac laxiora spatia superfluũ excernitur extra, idem in alijs partibus aĩalis p̃ tenuiora foramina nõ extra, sed ex alijs defluit ad alias,cum fortiores à se quidẽ pellant, imbecilliores aũt suscipiant : atque hæ rursus ad alias: donec tandem in eas,q̃ imbecillissimæ sunt inter omnes,inciderit:hinc uerò ad fortiores relabi est impossibile.Idcirco in ijs,quæ plethoræ.i.repletiones uocantur,& in cacochymiis, idest humorũ uitijs, partes debiliores partim inflãmationes patiũtur, partim erysipelata,aliæ herpetas, aliæ aliud morbi sustinent genus:qdã illi affectui sunt obnoxiæ,qui rheumaticus à fluxionibus appellať,de quo nos separato scripsimus loco.Nihil igitur mirũ,uel cerebrũ, uel uniuersum aliquando caput,aceruatã in se superfluitatem ad partes imbecilliores expellere, ueluti aures,oculos,tẽpora,labra,uel dentes,uel malas,uel palatũ,uel gingiuas,ad gargareona,& paristhmia,aut ad eos,qui sunt in huiusmodi partibus adenas:& cùm nihil in istis imbecille cõstiterit,ad thoracem,pulmonem,fauces,stomachum,vẽtriculum, fluxionem transmittit. Sicuti igiť caput taliũ omnium morborum sæpius est causa, ita & eas,quæ in epate fiũt,ac splene inflammationes, aliquę partes vicinæ,vel etiã per Iouem ex remotioribus aliqua vna,ve lplures generat,auget, immittit,ac per circuitum exacerbat. Neq; mirandũ est similem eisdem contingere affectum,qualis in excretionibus excrementorum vẽtris conspicitur. Sicuti igitur quisque quantum quaque die excernitur,intuens, si causam excretionis ignoret, ordinẽ miraretur: sic quencunq; later superfluitatum in capite generationis,atq; excretionis causa:& qua ratione nonnullæ quidẽ ex ipsis ad exteriora,nonnullæ verò ad aliquem aliũ cõfluant locum: hæret atq; miratur hanc cõfluxus proportionem. Sic & quicunq; nõ nouit, neq; quæ partes materiã inutilem ad hepar transmittant:neque causam propter quam transmittãt,intelligit:miratur in febribus,quæ ex hepate accenduntur, ordinis proportionem. At,qui nescius non est primam inflammationis originem ex fluxione in hepar incidente prouenisse:ac qđ deinceps exacerbetur, causam in ipsa parte patiente consistere : mirari iã desinit. Duplex autẽ est huius fluxionis occasio, altera quam nuper

diximus,

A diximus,quando materia inutilis ad imbecilliores partes ab alijs detruditur: altera quando eadem attrahitur,de qua iam sermonem faciemus, sumpto hinc et ab illis initio, quæ oĩbus sunt manifesta. Nam sicui inunxeris thapsian,huic haud ita multo post partem illam calidiorem,atq; in ampliorem tumorem elatam conspicies.Sic & si membrum aliquod iuxta ignem calefeceris: aut vehementiorem frictionẽ adhibueris: vel resina perungẽs,vel pice mediocriter calida,deinde uniuersam paulo post auferas: siue quodcunq; calidum medicamen parti cuiq; applicaueris: in hisce oĩbus membrum in tumorem uidebis attolli, qm̃ caliditas natura apta est fluxiones attrahere,aut easdem recipere. Neq;.n.præsentis est loci ista discutere, cùm quod proposito expedit nostro,et sine hac contemplatione habeamus. Illud enim compertum habetur,ꝙ semper in corporibus plenis,aut in quibus inutilis materia redundat,magna portio ad eas defluit partes, quæ vehementius incaluerint: In ijs ăt,quæ superfluitatibus uacant, admodum pauca. Non parum uerò & ad partes dolentes solet defluere. Sic igitur quispiam cui extremam partem digiti, acus exigua pupugerit,statim indoluit,paulo post uerò inflammatur atq; in magnum tumorem pars oĩs circunstans attollitur: in quibusdam uerò sub alis bubones exurgunt,cum rara ac spongiosa corpora,quæ Græci adenas appellant,ibidem aliquid fluxionis admittant: quibusdam verò & in medio brachio hoc fieri conspicitur,cum in eodem loco effatu dignus aden fuerit con-
B stitutus. Quod ăt dicitur,apertissime cognosces,cùm ulcusculum aliquod paruum expers doloris atq; inflammationis propè vnguem extiterit. Si enim negligatur, neq; coalescat,atq; ad cicatricem perducatur,adnata deinde carne,quæ ab ungue comprimitur,primum quidem ibidẽ dolor excitatur,deinde in toto digito,nonnunquam uerò,uel manꝰ, uel pes ad magnam inflammationem effertur: vsque adeo ob dolorem fluxionibus partes laborant. Nõ tñ huiusce rei causam hoc in loco aperire est necessarium: alibi enim opportunius dicta est, nihilque ipsa ad præsentẽ considerationem egemus. Videntur itaq; manifeste fluxionum causæ,ex ipsis partibus fluxione laborantibus originem trahentes,duæ esse,quarum altera est in eisdem accensa caliditas, altera dolor excitatus. Quòd ăt uel minus uel plus,uel melius uel deterius influit, causa non tantũ in parte fluxionibus obnoxia consistit: sed,ꝙ melius fit aut deterius,ex partibus mittentibus pendet: ꝙ plus uel minus,tum ex ijs quæ mittunt, tum et ex ijs quæ recipiunt. Vehementiores siquidem calores atq; dolores attrahunt uehementius, minus ăt debiliores. Sic & partes quæ superfluitatibus carent, parum quid trahentibus immittunt: quæ ăt pleniores sunt,& materiæ inutilis copiam habent,tanto ingerunt amplius, quanto plus a naturali modo recesserint. Hæ igitur
C sunt fluxionum differentiæ,quæ sine partiũ quæ fluxiones admittunt, imbecillitate consistunt. Aliæ uerò & ꝑ harũ imbecillitatem,& ꝑ earum robur,quæ superfluitates transmittunt. Oẽs enim quæ sine ictu aut contusione partibus adueniunt inflammationes,ex superfluitatibus quæ a membris fortioribus ad debiliora confluxerint,generantur. Statim uerò inflammationes huiusmodi febres accendunt, qm̃ uidelicet ob magnitudinem uel uicinitatem, earum caliditas ad cor usq; peruenerit. Putrescunt igitur in inflãmationibus oĩbus congestæ superfluitates, ob eas quas ante cõmemorauimus causas. Non æque tñ oẽs putrescunt,cum ex eis non nullæ quidem sint ex pituitæ speciebus,non nullæ atræ bilis,aliæ amaræ. Cùm uerò putrescunt, calor præter naturam inflammatione patientem occupat partem: simul ăt ab eadem præter naturam caliditate corripiuntur quæcunque proximæ partes,atque hæ rursus uicinitatis ratione sibi cõtinuas calefaciunt,illæq; rursus alias,donec tandem per successionem ad cor usque aliqñ caliditas permeet. Quisnam uerò fit in partibus inflammationem patiẽtibus affectus,in libro De inæquali intemperatura monstrauimus,atq; in altero qui De tumoribus præter naturam inscribitur: In hoc uero ostendemus,necessarium esse sanguinem in eisdem contentum una cũ superfluitatibus influẽtibus plerunq; putrescere. Quæ ab una particula infertur ad aliam superfluitas,est adeo mul
D ta aliquãdo ac uitiosa,ut recipientis particulæ potentiæ afferat detrimentum: non nunquã uero adeo mitis & pauca,ut suscipienti corpori nullam inferat noxam. Si igitur ita potentiam læserit,ut iã dissoluatur,neq; iam conuincere possit ea,quæ prius conuincebat, tunc iam sanguini necessarium est putrefieri,idq; duplici ex causa: quia uidelicet humor,quem proprius calor nõ cõuincit,nil hẽt reliquum,nisi ut ad putredinem transeat: & quia cum superfluitatibus putrescentibus una putrefit. Quòd si non adeo potentiam lædat,ut iam dissoluta penitus quiescat,semiuiuiatus ac semiputridus oĩno in tali statu redditur sanguis,ex uicinitate quidem putrescentiũ superfluitatum ad putredinem raptus, tñ uero in sua natura perseuerans, quantum in eius,a qua exornatur,potentiæ ratione consistit. Vtcunq; uerò se res hẽt,qui in prima putredine calor accẽditur,est quidem acrior atq; mordacior eo,qui secundum naturam. Tantum uero augetur,quãtum & superfluitatum natura suppeditat: hæ siquidem ad eum,qui ab ipsis calor accenditur, ferè similem quandam habent rationem,quam & ligna ad ignem. Ex ipsis.n.lignis,dum alterant̃, generatur ignis: non tñ in infinitum usque tempus hæc ad alterationem sufficiunt,sed est quidã transmutationis terminus.cum eo usq; possint exuri,donec aliquid natiui liquoris habuerint: qui ubi consumptus ex toto fuerit,tunc ardere iam desinunt, ac quæ reliquiæ supersunt, cineres appellantur. Et quidem eodem modo putrescentium humorum caliditas permanet, donec

omnino fuerint assati. Parum autem reliquiarū terrestrium restare ex humoribus est uerisimile, & non quemadmodum ex lignis plurimum, qm̃ in eorum substantia humidum, & non siccum præualet elementum: ita ut si aliquem ex exterioribus humoribus elixare uolueris, uelut oleū uel uinum, minimum quid terrestre relinques, reliquum uerò oē extenuatum in aerem, ac uaporem resoluetur. Et quidem feruentibus ex putredine humoribus a caliditate extenuatis, eorundem substantia, cum febres consistunt atq; declinant, in ambientem aerem dissipatur, superfluitas āt uel exigua admodum remanet, uel nulla: in crassioribus quidem humoribus pauca, in serosioribus āt nulla. Quòd si nullam imbecillitatem pars inflammata contraxerit, neq; iterum superfluitates immittantur, ægritudo finitur, neq; deinceps, aut sequenti, aut tertia, aut quartà die, homo febricitabit. Quòd si denuo eandem ob causam, ob quam primæ ēt missæ sunt, aliæ immittātur superfluitates: aut si nec hæ quidem mittantur, sola āt remaneat potentiæ imbecillitas: hominē secundo febricitare est necessarium. Subijciamus.n. primum quidem ualidam esse particulæ potentiam: in tpe uero intermedio eisdem in partibus, quæ prius transmiserunt, aceruatas esse superfluitates & qualitate, & quantitate pares ijs, quas ab initio immiserunt: hoc uero in ijs accidet, in quibus eadem permanet immittentium partium dispositio, atq; eadem attractu ad eas alimenti qualitas, quantitasve seruatur. Est.n. ut arbitror, necessarium, cum & æquale, scilicet & simile ab eadem potentia alteretur, æquales ēt & similes fieri superfluitates: tēpus quoq; in quo eadem aceruabuntur, necessario erit, æquale. Siquidem enutritę partes, quousq; eandem seruauerint constitutionem, ab eodem nutrimento enutritæ, excrementa etiam tum quātitate ęqualia, tum qualitate similia, atq; eodem tpis statuto termino cumulabūt: Eodem præterea circuitu ad eas expellendas, atq; ad imbecilliores partes detrudendas, mouebūtur: siquidem ijs excretoria tunc primum ad suum opus excitatur, qn̄ aut superfluitatum multitudine aggrauatur, aut ex qualitate stimulatur. De hisce uero oībus plenissime dictum est in cōmentarijs De potentijs naturalibus: in quibus exercitatum esse oportet quicunq; ea, quæ in hoc loco dicuntur, cum demōstratione cupit ediscere: cum magna quoq; eidem ex ea contemplatione ad curādi methodum præmia proponantur. Nam ut reliqua omnia silentio prętercam, quę a nobis in eodem tractatu dicentur, de uno tātummodo, qđ magis in promptu est, atq; a me sæpissime factum, habēdo sermonem, eam, quæ per circuitum accedit lippitudo, nō paruum existimo fore Incitamētū ijs, qui adituri sunt ad eā, quā hoc loco docemus contemplationem addiscendam. Nos enim cōtra q̃ illi qui se medicos oculares appellāt, semper huiuscemodi affectus curauimus. Nam cum illi semper oculis negocium facesserent, nos aliqn̄ purgatione, aliquādo balneo, aliquando meri potu, ut inquit Hippocrates, aliqn̄ missione sanguinis, non nunquā uero utrisq;, uel clystere cum sanguinis missione usi sumus: Vnde non nunquā statim sanitas est subsecuta, nōnunquā uero post prouidentiam capiti adhibitam. Nam quicunq; ita curati sunt, uel nullam amplius, vel unā tantummō accessionem passi sunt, eandemq; minorem q̃ prius. Sed de curandi quidem determinationibus notisq; non huius interest loci: quòd uero contingat vniuersum aliqn̄ caput, quod nihil passum sit, sed sanguine tātummodo uitiato atq; inutili nutriatur, plures q̃ antea ac deteriores superfluitates colligere, adeo ut naturales effluxus atq; difflatus nō sufficiant, qn necessariū sit naturam ad imbecilliores partes excrementa detrudere: aut si humores quidem sani fuerint, ipsum uero caput male se habeat: aut utraq; incommoda conueniant: superfluitates quidē aceruari, ad aliquod uero membrum irrumpere, præsens sermo indicare proposuit. Donec etenim & qui defluit humor similis fuerit, atq; eadē dispositio capitis, tandiu superfluitates & tpe æquali, & similes atq; æquales aceruabūtur, similesq; oculorum fient exacerbationes. Eodem pariter modo, si non caput uniuersum, sed aliqua eius pars uel mēbrana uel cerebrum ita fuerit affecta, ut ex huiusmodi alimento talem ac tantā statuto tpe contrahat superfluitatem: ac deinde repellat, q̃ primum ab ea affatu dignam senserit læsionem: tunc per circuitum exacerbari contingit uel oculos, uel aures, uel membrum aliquod imbecillius, ad quod superfluitas detrudetur. Sicuti igitur in oculis, & aurib⁹, & pedibus, multisq; alijs huiusmodi partibus, quemadmodū ostēsum est, per circuitum fieri exacerbatio manifeste deprehenditur: quid mirū est in laterum, pulmonis, & cerebri inflammationibus, atq; alijs omnibus, quæ oculis inspici nequeunt, eodem modo superfluitates defluere, eodemq; etiam febrem accendere? cum tñ pars inflammata nullum pręcipuum ex se gerat affectum, ex quo inflammatio oriatur, nisi quia partibus illis, quæ superfluitates transmittunt, eo tpe sit imbecillior. Neque etiam illud mirandum, ꝙ non ijsdem statutis temporibus oēs superfluitates aggregentur. Quia enim nec qui pro alimēto sanguis defertur, usquequaque similis existit: nec partium, quæ ex eodem alimento nutriuntur, eadem existit dispositio: aliud alij sufficit tempus ad tantam superfluitatem aceruandam, qua primùm quidem membri læditur natura: cogitur autem, tanquam alienum, a se detrudere id quod infestat. Sed neque quòd non æqua sit accessionum longitudo, oportet admirari. Nam, si non eadem neque species neque multitudo superfluitatū, neque etiam omnibus æqualiter accendi aut dissolui conuenit: Quæ siquidem plura sunt ac frigidiora tenaciotaque & crassa, longiores faciunt accessiones: quæ autem pauciora ac calidiora & subtiliora, breuiores: cum ad hæc etiam non parum,

& totius

F (margin, beside "mile ab eadem potentia…")

G (margin, beside "ut inquit Hippocrates…")

H (margin, beside "uel oculos, uel aures…")

6. Aph. 31. Ex. ord 49.

A.l.4.f.1.t.2. c 1 416.2

A & totius corporis fabrica,& potentiæ robur illo tēpore conferat. Nam,si quod corpus rarius extiterit,breuiores sui ratione reddit accessiones:qđ autem spissius,longiores: Et potentiæ quidē robur,minus diuturnos:imbecillitas āt,in lōgius tempus producit: nam quò potentia vegetior extiterit,eo promptius oē alienum a se ipsa repellit. Corporis āt raritas, quod per ipsum defertur,non retinet:quare necessarium est,ut qui ita fuerint affecti,si modo in cæteris paritas adsit, cito a superfluitatibus exoneretur. Eadem ratione qui cōtrarium corporis habitum sortiti sunt, ijs multo tardius superfluitates excerni est necessarium,cum & potentia imbecilliter easdem superfluitates pellat:ac propter meatuum angustiam, quæcunque feruntur,retineantur. Cùm verò hæc oīa simul conuenerint,aut longissima,aut breuissime fiet accessio: lōgissima quidem,ob materiæ inutilis multitudinem,crassitudinem,atq; lentorem,potētię imbecillitatem,ac meatuū angustiam:breuissima āt,propter materiæ inutilis subtilitatem,paucitatem,& potentiæ vigorē, ac meatuum laxitatem. Eadem ratione,neq; cur non nullæ quidem accessiones infebricitatione terminentur,aliquæ verò,non,est difficile inuentu. Quando etenim prioris accessionis tempus adeo breue fuerit,ut antequam secunda superueniat,iā prima quieuerit, oē id temporis spatiū, quod secundæ principium,& primæ finem interiacet,sine febre est: Si verò secunda inuadere an

B ticipauerit priusquam omnino prima soluatur,nullum interuenit medium. Hoc igitur, ut diximus,fit,cum ea potentia,quę est in membro,superfluitates admittente,sibi ipsi similis manserit: hoc est cùm sanguinem in ipso contentum,quemadmodum antea,conuincit. Quòd si aliquādo imbecillior reddatur,hoc quoque illi causam afferet, vt non modo materia inutilis, sed ipse præterea sanguis corrumpatur atq; putrescat,ac febris accendatur:atq; hinc aliud orietur principiū earū,quæ per circuitum fiunt accessionum. Si igitur antea dicta caliditas perseuerct, duplex febrium se inuicem complectētium species consistet. Quòd si illa cessauerit,membri uerò fluxionem recipientis dispositio remanserit,quæcunq; de parte mittente prius exposuimus,eadem de hac quoq; intelligantur:nam & ipsa aliquas in se superfluitates generabit, idq; duplici ratione, quemadmodum & illa,& quia uitiatum continet sanguinem,& qm̄ potentia est imbecillis. Eodem modo si ex aliqua quauis causa mēbri vis adeo debilitetur,ut is, qui adiacet sanguis,illi potius onus sit,q̄ alimentum, illud eueniet ut corrūpatur: aut si calidior sit,facile putrefiat. Quòd si subfrigidus fuerit,& pituitæ naturam gerens,non subito,sed per tp̄s ad eandem veniet dispositionem. Et quidē cum eas quæ in ipsa genitæ fuerint superfluitates,coquere nequierit quæcunque particula,aut ad aliam a se ipsa detrudere, tale sibi febricitandi principium constituet,quale ea quæ transmittit,alteri affert. Quòd uerò alio superfluitates detrudere nequeat, prima qui-

C dem cā in mittentis,ac recipientis partis potentia cōsistit: altera uerò in meatuum obstructionibus,quæ ex lentis ac crassis & multis humoribus fieri consueuerūt. Nihil igitur mirū, si absq; eo,ꝙ alterum alteri mittat superfluitates,quemadmodum oculis caput,ex ijs quę in ipso mēbro remanserunt,ad eandem peruenit,ad quam id quod recipit materiam,extraneam dispositionē: Quæcunq; enim naturales meatus obstruxerint,hęc per tp̄s necessarium est putrefieri,ac superfluitatum multitudinem aceruandi causam afferre ei parti,quam euacuari ac pro consuetudine difflari vetuerint. Vna igitur cum illis putrescunt & alia,quæ postremo colliguntur,statimque simul oīa in membro febrilem caliditatem accendunt. Sed & retro ostēdimus, vbicunq; accendit atq; augetur caliditas,istud ab alijs partibus sanguinem solere cōfluere: quo verò tpe confluit, illas quidem refrigerari priuatas sanguine,est necessarium, quod uerò patitur membrū grauari ac distendi:ac sanguinem ipsum cōfluentē alterari,hoc quoq; duplici ex causa,& quia alijs quæ putrescunt superfluitatibus permiscetur,& qm̄ introrsum difflari non pōt: quo fit ut instar lignorum humidorum,quę paucam super flammam vniuersim proijciūtur, succēdatur: Atq; hoc tp̄s accessionis Principium nuncupatur. Cùm verò iam caliditas materiā conuicerit,tunc huiusmodi tp̄s & Augmentum & Ascensus vocatur: in hoc verò usqueadeo calor augetur,ut non modo

D locum exurat,qui est quodammodo putredinis focus,sed et continuatim per totum corpus dispergatur. Ac,cum iam ad summum feruoris deuenerint humores accensi,id accessionis tēpus, Consistentia appellatur: tunc verò uniuersum laborantis corpus igneum videtur, extensa per totum aīalis corpus æqualiter caliditate. Hinc uerò si humores fuerint tenuiores,potentia robusta,corpus rarum,maxima humorum putrescentium pars in sudorem resoluta euacuatur: si uerò hi crassi fuerint, vis aūt expulsoria imbecillis,& uiæ angustæ sint,nihil quidem defluit sensui manifestum,sed id solum,quod ita est extenuatum,ut in subtilioris uaporis naturam transierit: tunc huiusmodi tempus Declinatio appellatur,quidam feruentium humorū difflatus existens. Sed cum in parte remaneat affectus,necessarium est in ipsa superfluitatē aliam generari,cum id quod denuo ad ipsam alimentū attrahitur,non totum exquisite conuincatur: quæ rursus,ut antea dictum est,a putridis superfluitatibus in parte relictis,ac proprio ex uitio, putredinis principiū accipit: ac,cū satis caluerit,rursus ad ipsam influit,quēadmodū antea ex alijs aīalis partibus sanguis: Atque eodem rursus modo principium,ascensus,cōsistentia,declinatio alterius fit accessionis: neq; hoc ꝑ circuitū desinit fieri,donec in prima particula superfluitates generāte fer-

uatur affectus.Est uero duplex huiuscemodi affectus,alter quidē imbecillitas partis , ex qua fiūt E
superfluitates:alter uero qui ex eisdē quotidie genitis aceruatur.Neque enim existimes in exte-
rioribus istis uasis,in quibus elixatū obsonium nidorosum factum est, quandam relinqui dispo-
sitionē,nullam autē in partibus in quibus humores putruerunt.Adhuc uero magis eam disposi-
tionē impossibile est solui,quando uniuersum corpus multis uel uitiatis humoribus fuerit opple
tum:ac multo etiā amplius,si his adiūgatur omnium , per quos membri superfluitates excernū-
tur,meatuum adstrictio.Sicut igitur sanitas subsequeretur,si & meatus essent aperti,ita ut in mē
bro liberi transitus fierent,& potentia uegetior redderetur,emendareturq; affectus,atq; uniuer-
sum corpus neque multis,neq; uitiosis humoribus grauarēt:donec uero hæc perdurauerint,cir-
cuitum quoque accessionum seruari est necessarium:Ita sanè in mulieribus quoque accidit , nā
& in his donec æquales ac similes mēstruorum causæ fuerint,idem quoq; eorum seruatur circui
tus.De his uero uberius à nobis est scriptum in libro De rheumaticis dispositionibus : neq; nūc
in eis probandis quæ antea fuerunt demōstrata,tempus terere est necessariū:sed neq; capita ea
rum rerum quæ huic loco conducunt,sunt prætereunda.Sūt autē hæc cognitu utilia,ꝙ Nō nul-
læ quidem partes ad alias fluxiones transmittunt,quēadmodum caput ad oculos : nō nullæ au-
tem ab eisdem in seipsis genitis superfluitatibus principiū febricitandi trahunt : quodq; his om F
nibus superfluitatum putredo cōmunis existit.Singulis autem proprium inest,huic quidem ob-
structio ac cōpactio uasorum,ob humores uiscidos,uel crassos,uel multos:alij uero meatuū cō
strictio,sensibilium scilicet uel insensibilium : alij autē omnia in toto ipsius corpore loca inania
esse oppleta,ac præterea eam adesse multitudinem,quæ ad potentiam dicitur,quemadmodū in
libro De multitudine ostendimus.Earū igitur febrium,quæ per circuitum aliquem accessiones
faciunt,nescio si qua est nobis causa prætermissa.Earum autem quę ordine carent,nō nullæ ex
transmutatione humoris:nō nullæ ob uictus errorem,ad talem dispositionem deueniunt.Maxi
me igitur transmutatur atque in alterā naturam transit sanguis , cùm putrescit:nam ut ēt antea
exposuimus,pars una sanguinis fit flaua bilis,alia nigra.Quātum uero in ægrotantium corpore
humores mutantur,tantum etiam accessionum circuitus:quare nihil ēt mirādum est, si in huiu
scemodi mutationibus ordo accessionum euariet.Illa quoque nō parum est uarietatis causa, ꝙ
qui putrescere incipit humor in aliquo membro,alter existit:alter uerò ex alijs defluit partibus
qui uel in ipsis solis continebatur,aut in uniuerso corpore animalis redundabat.Sic & quæcun-
que circa uictus rationē errata ab ęgrotantibus fiunt,nihilo minus hęc circuituum ordinē euer
tunt.Quemadmodum enim ipsis quoq; sanis uictus deprauatus ægrotandi affert occasionem,
eodem,ut arbitror,modo,uel etiam magis,in laborantibus,ex erroribus admissis fiunt accessio G
nes.Non solum igitur cùm iam ægrotant,sed eo etiam tempore,quo ex morbo referuntur,qua-
cunq; ex causa promptissime offenduntur. Quodcunque igitur offensionis genus effatu dignū
interuenerit,uel circuitus anticipare,uel alios diuersæ naturę à prioribus oriri,est necessarium:
à quibus accessionum ordo peruertitur.Sępius uero ob circuituum complicationem,quæ à me
dicis ignoratur,uidentur absque ordine accessiones in ægrotantibus fieri.Sed nō ita re uera res
se habet,quemadmodum uidetur,sed tunc uere ordo euariatur,quando qui febrem faciunt hu-
mores,in alteram naturam transierint,aut in uictu errare contigerit. Reliquum est id febriū ge-
nus,quæ synochæ uocantur,quarum uniuersum tempus una accessio est:quæ uel semper in eo-
dem uigore persistit,uel minuitur,uel augetur,donec iudicetur.Hæ uero ex tali causa ortum ha
bent,qualem omnium febrium Praxagoras supposuit,humorum uidelicet in caua uena putrefa
ctionem.Quanquam absolutior ac uerior sermo hunc in modum diceretur:Quęcunque per cir
cuitus aliquos ægritudinum accessiones fiunt , ex membrorum dispositionibus ortum habent,
quæ scilicet membra uel mittunt,uel suscipiunt, uel generant , uel attrahunt superfluitates , eo
H 2.l.4 f.1.t.2. c.1.416.e quo nuper diximus modo.Sed quæ circuitum non habent, in his nulla est corporis pars H
quæ præcipue sit offensa:sed,qui in uenis & arterijs omnibus continentur humores,
atque hi præsertim,qui in maximis atq; plurimo calore abundantibus, sunt,aut
ob aliam quamuis causam,quemadmodum in ephemeris,aut ob putrefa-
ctionem feruentes,febrem unam accendunt synocham appellatam,
quæ à principio usque ad finem nullam habet intermissio-
nem:ac tandiu perseuerat,hominemq; deurit,do-
nec qui ei causam afferunt humores , aut ex
toto absumantur,aut coquan-
tur,aut vtrunque pa-
tiantur.

GAL. DE INAEQVALI INTEMPERIE LIBER

B Thoma Linacro Anglo interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Omnes modos docet, quibus inæqualis intemperies & in vniuerso corpore, & in aliqua animalis particula oritur.

Quot modis inæqualem intemperiem fieri contingat. CAP. I.



INęqualis intemperies aliàs in toto animalis corpore fit, ueluti in ea hydropis specie, quã Græci ἀνάσαρκα vocant: & febribus ijs, quas ijdem hepialas appellãt: fereq; reliquis omnibus, exceptis quas hecticas nominãt. Incidit autẽ & in una qualibet parte, cùm ea uel œdemate, uel phlegmone, gãgrena, erysipelate, cãcro ve est affecta: huc pertinet & qui elephas dicitur, & phagedæna, & herpes. Verùm hæc omnia cum C fluxione consistunt. Absq; autẽ materiæ affluxu † solis partiũ qualitatibus alterãdis, inæquales intẽperies fiũt, utiq; refrigeratis ijs, aut deustis, aut immodice exercitatis, aut feriatis, aut aliqd id genus passis. Iã ex ijs, quæ foris corpori occurrũt, † inęqualis intẽperies gignĩ, dũ id uel frigefit, uel calefit, uel siccatur, uel humectũ reddiĩ. Quippe hæ simplices intẽperies sunt, ueluti in ijs, quæ de tẽperamentis scripsimus, est monstratum: cõpositæ ex ijs aliç quatuor sunt, cùm corpus uel calefit simul & siccatur, uel calefit simul & humectaĩ, uel refrigeraĩ simul & siccescit, uel refrigeratur pariter & madescit. Quòd autẽ eiusmodi intemperies ab ęqualibus eo distent, quòd in omnibus intẽperãter affecti corporis partibus æqualiter nõ insint, id clare liquet. Ergo quis sit omnis inæqualis intemperaturæ generandæ modus, in proposito libello statutum est exequi. Quò autem clarior nobis omnis disputatio sit, reuocare in memoriam oportet omnes corporis particulas, principio à maximis sumpto, quæ scilicet ne uulgo quidem sunt ignotæ: siquidem manus, & pedes, & uentrem, & thoracem, & caput, nemo est qui ignoret.

† dũ solis qualitatibus alterantur particulæ.

† inæquales ĩtẽperies plures gignuntur.

Particularum corporis diuisio, & libri propositum. CAP. 2.

D DIuidamus autem earum rursus unamquanq; in proximas sui, quæ προσεχῆ græce dicuntur, particulas. Verbigratia, crus in femur, tibiam, & pedẽ: Item manum, in brachium, cubitũ, & summam manum. Iam summæ manus ipsius propriæ particulæ sunt carpus, metacarpiũ, & digiti. Digitorum uero particulæ sunt, ossa, cartilago, ligamentum, arteria, uena, mẽbrana, caro, tẽdo, unguis, cutis, adeps. Has autem diuisisse in aliam speciem nõ est, sed sunt similares ac primæ, exceptis tamen arterijs & uenis: Hę nanq; ex fibris & membranis sunt conditæ, ueluti in anatomicis administrationibus est traditum. Quin ẽt complura esse spatia inter ipsas primas & similares particulas, atque ijs etiam plura maioraq; inter ipsas instrumẽtales & cõpositas, aliqua uero & in una qualibet similari particula, ueluti osse cuteq;, hæc quoq; omnia in ijs, q̃ de administrãdis dissectionibus scripsimus, sunt prodita. Ac quæ mollia quidẽ sunt corpora, ea quoniam sibi inuicem incumbunt, interposita spatia latere sensum faciunt: quæ dura siccaq; sunt, in ijs cernere spatia licet, sicuti ossium cauernulas. Cõtinent hæ naturaliter multum in sese humoris, huiusq; crassi & albi, in id cõparati, ut ossa nutriat. Quæ in cute foramina sunt, ea qua ratione fiãt, in ijs quæ de tẽperamentis præcepimus, est dictum. Atq; hæc monuisse necessarium erat claritatis causa eorum, quæ à nobis deinceps sunt dicenda. De inæquali uero intemperie nunc agẽdũ, tum quæ nam eius natura sit, tum quot eius generãdæ modi. Ergo ꝙ in omnibus particulis corporis, quod ita est affectum, unica temperies non sit, prius est dictum, uerum id cõmune omnis

intemperamentl inæqualis est. Differentiæ eius, ipsam corporum affectorum sequuntur naturā, E cum aliter simplex caro, aliter uniuersus musculus, † impari temperamento sit affectus.

† in inæquale perueniet tēperamentum.

Quo pacto inflammatio in aliqua particula oriatur & finiatur. CAP. 3.

QVippe calida fluxio, ubi in musculum procubuit, primùm maiores arteriæ venæq; opplentur ac distenduntur: ab ijs minores: atq; ita res procedit, donec ad minimas sit peruētū. In ijs ubi ualenter impacta fluxio est, nec amplius cōtineri potest, partim eius per ipsarum ora, partim per tunicas colatum foras transmittitur: tū verò spatia ipsa uacua, quæ inter prima sunt corpora, fluxione implentur. Sic omnia ab humore, omniq; ex parte incalescunt, ac perfundunt. Ea sunt nerui, ligamenta, mēbranæ, caro ipsa: anteq; hæc arteriæ & uenæ, q̄ scilicet & primæ, & p̄ter cætera uario dolore afficiuntur. Quippe interius à fluxione tum excalfiunt, tum distendunt, ac diuelluntur: exterius non modo excalfiūt, sed etiam premuntur, ac degrauātur. Reliquæ particulæ aliæ incalescendo solum uel cōprimēdo, aliæ utroq; genere laborāt, appellaturq, morbus ipse phlegmone: est autē inæqualis intemperies musculi: feruet enim iam qui in eo est sanguis: is secū excalfacit primum quidē ac maxime arteriarū & uenarū tunicas, mox uero omnia quæ extra has sunt, quibus scilicet circūfunditur. Ita duorū alterū necesse est sequi, ut si fluxio uicerit, corruptio sequatur uictorum corporū: sin fluxio sit victa, ut musculus ad naturalē statū redeat. F Esto igitur prius victa fluxio (rectius enim à melioribus incipit) duplex hic incidit curationis genus, q̄ vel discutietur quicquid humoris in particulā procubuit, uel cōcoquetur: uerùm discussio optanda maxime curatio est. Cōcoctionē hæc duo necessario sequuntur, puris generatio, & eius in aliquod spatiū abscessio. Abscedit aliquādo in capacitatū, quæ propinquæ sunt, tū maximā, tum minime momentaneam, quod sanè abscessionis genus optimum est: Aliàs in non momentaneam quidē, non tamen maximam: Interim in maximam, non tamen non momentaneam. Ac quæ in uentriculum incidūt abscessionū, optima est quæ in sinum eius internū abijt, in quem etiam plerunque se aperiūt: mala uerò, quæ sub peritonæū. Pari modo in ijs, quæ circa cerebrum existunt, bona est, quæ in priores eius uentriculos abscedit: mala, quæ sub inuolucra eius, itē, quæ in posticū eius uentrē se recipit. Qui uerò circa costas abscessus colligūtur, hi in capacitates erumpunt thoracis: Ac musculorum quidē abscessus, sub cutem: uiscerum uero uel in arterias & uenas, quas in se cōtinent, uel in membranam qua operiuntur, quę ipsis pro cute est. At si uictæ à fluxione particulæ fuerint, in tantam deuenient intēperiē, ut inde tum earū pereat actio, tum ipsæ spatio corrumpantur. Porrò desinent tum primum dolere, cùm mutatrici qualitati fuerint adsimilatæ: nō enim cū mutata particularū tēperies iā est, siue (ut sic loquar) in ipso G mutatum esse, dolent, sed dum mutātur, siue in ipsa mutatione: quemadmodū mirus dixit Hippocrates, | Dum alterascit ac corrumpitur natura, dolores fiunt. Alteratur autem ac corrumpitur cuiusq; natura, cum uel calefit, uel frigefit, uel siccatur, uel humefit, uel eius unitas dissoluitur: in ijs quidem intemperamentis, quæ inæqualia sunt, ex calefaciendo, uel ex frigefaciendo potissimum, quippe cum efficacissimæ qualitates hæ sint: secundo loco è siccando, uel humectādo: ex esuriendo uero uel sitiendo, deficiente hic humida, illic sicca substantia: ex ulcerando, & erodendo, & tendendo, & premendo, & conuellendo, unitate ipsa soluenda.

In lib. de Locis in homine.

De ortu inæqualis intemperiei in uniuerso corpore animalis. CAP. 4.

ERgo si calor sanguinis in particula, quæ phlegmone laborat, mitis est, tū qui in toto animalis est corpore mediocriter attēperatus, nō facilè una cum afflicta particula calefit: Sin uel ille feruet uehemētius, uel qui per totum spargitur animal, biliosus est, dico totus ad calorē uertit: Multo uerò magis sicubi ambo cōcurrunt, ut & qui in phlegmone habetur, admodū calidus sit, & qui in toto est animāte, biliosus. Porrò calefit primū qui in arterijs est sanguis, q̄ scilicet is tū natura calidior, tum uero magis spirituosus sit: post hunc uero ēt qui in uenis est. Quòd si propinqua uisceri, cui plurimus sit sanguis, obsessa phlegmone particula fuerit, iā celerius cum hoc H uniuersus qui in animali est sanguis, calore afficitur. Vnoq; uerbo, quicq̄d ex facili alterabili est aut calidū natura, id à quouis calefaciēte primum excalfit. Nō secus & ab eo, q̄d frigefacit, quicquid facile alteratu est, uel natura frigidū, id primum refrigeratur. Ac promptus quidem ad alterādū spiritus est, utpote ex tenuissimis cōstās partibus. Calidissima natura est flaua bilis, at frigidissima pituita est. Reliquorum humorū sanguis, post flauā bilē maxime est calidus, sicut nigra bilis post pituitā est frigida. Quin etiā alteratur flaua bilis leui momento, ex quouis in eā agēte: nigra ęgre alterascit. In summa quicquid tenuium est partiū, id prompte alterat: cōtra cui crassę sunt partes, ęgre. Ita necesse est, ut multifarię phlegmonis alterationes īcidāt, p̄pterea q̄ multifariā affecta sunt corpora. Principio nāq; succus qui phlegmonē excitat, magis minus ue calidus est: deinde succi putrefactio, pro ipsius natura respondet: Nō minimū certe, prout is magis minus ve est impactus: quippe, quæ perspiratu carēt, celerius putrescunt, ueluti & in externis accidit omnibus: Cæterum cùm calida tēperie sunt & humida, tū utiq; potissimum. Iam ipsa phlegmone laborans particula, uel p̄pè, uel lōge sita est à multi sanguinis uisceribus: totusq; sanguis vel biliosus est, uel melācholicus, uel pituitosus, uel spirituosus, atq; hæc omnia magis minusq;. Quare necesse est multiformes fieri alterationes, siue alterum alteri sit collatum, siue idem sibi.

A *Vſquequo inæqualis intemperies, in Febribus intelligatur.* CAP. 5.

FIũt hæ oẽs inęquales corporis intẽperies, maxime quidẽ inflãmato eo, qui in phlegmone eſt ſanguine, deinde eo, qui ĩ viſceribus habeť & corde: atq; huius maxime eo, qui in ſiniſtro ei⁹ ſinu eſt: in quẽ (ſicut in opere de vſurpãdis manu diſſectionibus eſt dictũ) ſi viuo etiã animãte, nec adhuc febre tẽtato, dimittere digitũ velis, uehementiſſimũ deprehendes calorẽ. Quo magis veriſimile eſt, ubi totũ corpus pręter naturã incaleſcit, hũc maxime ſinũ ad ſummũ ꝑuenire caloris, quippe cũ tenuiſſimũ maximeq; ſpirituoſum ſanguinẽ habeat, ac moueať ꝑpetuo. Cæterũ in febribus id genus omnibus, caleſit quidẽ ſanguis aliqñ uniuerſus, quicũq; calorẽ illũ ꝑter naturã, qui ex humoris putreſcẽtia eſt obortus, cõcepit: non tñ aut arteriarum uenarũ ue tunicæ, aut aliud vllũ circũiacentiũ corporũ prorſus iam tẽperamentũ ſuũ mutauit, ſed adhuc mutatur atq; alteratur incaleſcẽs, ſiue ut ſic loquar, caleſiens. Quòd ſi longiore tempore hoc patiť, ẽt uincetur aliqñ: ꝑſusq; mutabiť ita, ut nõ amplius caleſiat, ſed iã ſit præter naturã calefactũ. Porrò terminus mutationis eſt, cuiuſq; particulæ functionis læſio: Ad quẽ uſq; terminũ uniuerſa alterationis latitudo, uia eſt in id, quod præter naturã eſt, ueluti miſtũ cõmuneq;, ac mediũ quiddã ex contrarijs utriſq; cõpoſitũ, ipſo naturali prorſus affectu, & eo qui iã plane eſt præter naturã.

B Ergo hoc toto tẽpore corpus incaleſcens, pro modo alterationis etiã ad portionẽ ſentit dolorẽ. Cũ uerò oẽs corporis ſolidæ particulę excalfactæ ad abſolutionẽ iã ſunt, eiuſmodi ſebrẽ hecticã Græci uocant, ceu nõ amplius iã in humoribus & ſpiritu ſolum, ſed & in corporibus ijs, quæ habitus rationẽ habẽt, cõprehẽſam. Hęc doloris eſt expers, putãtq; qui ea ſebricitãt, omnino ſe febre carere: neq; enim' ſentiunt eius calorẽ, oĩbus. ſ. eorũ partibus ęque ꝑcalfactis. Sed & conuenit de his inter naturales ſciẽtiæ profeſſores in ijs, quæ de ſenſibus ꝑdũt: Neq;. n. circa alterationẽ eſt ſenſus: neq; in ijs, q̃ iã ad perfectionẽ ſunt alterata, dolor. Itaq; etiã hecticæ febres oẽs, tũ ſine dolore ſunt, tũ nec ſenſu ab ijs qui ipſis laborãt, ꝑceptæ· nõ. n. ex eorũ particulis hęc agit hæc patitur, cũ omnes inter ſe iam ſimiles ſint redditæ, ac vnicã habeant cõſentientẽ temperiẽ.

A. l. 4. f. 1. z. 3. e. 2. 43 a. d

Non quamlibet alterationem ad inæqualem intemperiem producendam ſufficere. CAP. 6.

QVòd ſi alia earũ calidior eſt, alia frigidior, *at certe eatenus eſt frigidior, ut uicinã nihil offẽdat: alioqui ſic. ſ. partes quæ pro naturæ modo ſe habẽt, mutuo ſe offenderẽt, ut pote q̃ ſic quidem tẽperamentis diſsideant: caro nanq; calida particula eſt, os frigidum. Cæterum tam harũ partiũ, quã reliquarũ omniũ indolẽs inæqualitas eſt, ob mediocritatẽ exceſſus. Sic nãq; neq; aer qui nos ambit, prius offendit, q̃; ad immodicũ calorẽ frigus ve eſt immutatus: cuius alioqui

C q̃ in medio ſunt differẽtias, tametſi numeroſas ac manifeſtũ exceſſum inter ſe habẽtes, citra noxam ſentimus. † Ex his ergo fortaſſe nec illud durius dici uideatur, qđ Hippocrates alicubi ait, ‖ Omnem morbũ ulcus eſſe: quippe ulcus unitatis eſt diuiſio. Immodicus uerò calor ac frigus ꝓxime accedũt, ut unitatẽ ſoluãt: plurimus quidẽ calor, dũ ſegregat ac incidit ſubſtãtię cõtinuitatem: ſummũ uerò frigus, tũ ſtipando, tum introrſus pariter trudendo, quædã exprimit, quędam quaſſat. Atque hunc quiſpiam immodici caloris ac frigoris terminũ ſtatuẽs, fortaſſe nõ incõmode ſentiat. Seu uero is, ſeu alius immodici exceſſus terminus eſt, certe cõſiſtere omnẽ immoderatũ exceſſum ĩ habitudine ad aliquid, iã liquet. Nõ. n. pari ratione à calidis frigidiſq; afficitur omne corpus: indeq; fit, ut aliqua animaliũ cõueniẽtes inter ſe ſuccos habeãt: aliqua non ſolũ nõ conuenientes, ſed etiã qui ſe mutuo corrũpant: ueluti homo atq; uipera, quorũ utriuſq; ſaliua alteri eſt pernicies. Ita utiq; & ſcorpiũ necaueris, ſi ieiunus illi inſpueris. At nõ homo hominem morſu interimit, nec uipera uiperam, nec aſpis aſpidem: Si quidẽ quod ſimile eſt, id cõgruum amicumq; eſt: quod contrariũ eſt, inimicũ ac noxiũ: Augetur. n. quidq; ac nutriť à ſimilibus: perimitur ac corrũpitur à cõtrarijs. Itaq; etiã ſanitatis tutela, ꝑ ſimilia perficitur: morborũ ſublatio, per cõtraria. Verùm de his alius eſt ſermo. Hecticã ° vero febrem, quæ iã habitum cor-

Sic antiquus interpres, at eatenus calidior, ut vicinã nihil offendat, neque ſic dolebunt, alioquin &c.

† Clarius: Unde ex his periclitatur & oratio illa habere æquitatẽ (ut alicubi et Hippocrates ait) quæ dicit, oẽm &c.

In libro de Fracturis conſ 3. t. 347. 146. d

A. ibidem. D poris occupauit, minime ſentit qui ea laborat: Reliquarũ ſebriũ nulla eſt, quæ nõ à laborãte ſentiatur: ſed aliæ magis, aliæ minus ægrotanti ſunt graues. Sũt ex ijs & quæ rigorẽ ingerãt: fit. n. id quoq; ſymptoma, ueluti alia multa, ab inæquali intẽperie. Rationẽ tñ generãdi eius in ꝓpoſito libro tradere nõ eſt, priuſquã de naturalibus facultatibus demonſtratũ fuerit, quot hæ qualeſq; ſint, tum quid agere quæq; ſit nata. Verum in libris de ſymptomatũ cauſis, de omnibus agetur.

De reliquis cauſis intemperiei inæqualis, quæ fit in corpore vniuerſo. CAP. 7.

SEd reuertor ad inæqualis intẽperamẽti differentias: nã quẽadmodũ ex phlegmone febris naſcatur, tũ ꝙ phlegmone omnis, ac febris oĩs, ꝑter hecticas, ex morbis ſint, quibus inæqualis ſit intẽperies, dictũ iam eſt. Porrò accẽdi febrẽ & citra phlegmonẽ ex ſolis humoribus putreſcẽtibus licet. Neq;. n. ea ſolũ q̃ inculcata ſunt & ꝑſpiratu ꝓhibita, putreſcũt, uerũ celerrime ea, maximeq;: cæterũ putreſcunt & alia multa, q̃ putredini ſunt opportuna. Diceť uero de horũ opportunitate alio loco. Iã alio quoq; genere inæqualis oriri intẽperies in toto corpore põt, modo fuliginoſo uapore detẽto: mò exercitationibus, & pluſculis laboribus calore adaucto: mõ ab ira cũ ſanguis immoderatius ferueť: mõ cũ ex deuſtione quauis externa incaleſcit. Porrò ꝙ ẽt ĩ his oĩbus febribus, nõ ſecus q̃ in ijs, q̃ ex phlegmonis fiant, ſupra eſt dictũ, tũ pro uiribus effectricis cauſæ, tũ pro corꝑis ipſius affectu, alij magis ſebricitẽt, alij minus, alij haudquaq̃;, apertũ eſſe ar

bitror: Aeque uero & q intemperies ipsa nonnunquam spirituosam tantum inuadit substantiã nonnunquam ipsos etiam succos, clarum id quoq; reor: sed nec minus illud, q oĩbus hmõi febribus, †si traxerint, hectica superueniet. Iamq; sermo noster propemodum ostendit, inæqualem hanc intemperiem aliquando ex calida frigidave substantia, quæ in particulam aliquã influat, accidere, ueluti in ijs fiebat, quos phlegmone infestat: sæpe non ita, sed ipsa corporis temperie ĩ qualitate mutata. Tum q alterantium eam, quædam ortum habent ab ipso corpore, quædã extrinsecus: utiq;, cum ex putredine tantum aliqua, uel phlegmone excitatur febris, ab ipso corpore: cum ab ustione, uel exercitatione, extrinsecus. Dicetur autem & de his fusius in morborum causis. Quemadmodum autem ex deustione accenditur febris, alterato uidelicet corporis temperamento: ita nonnulli sæpe ex frigore refrigerati toto corpore uehementer sunt: aliqui uerò etiam perierunt. Iam quòd hi omnes etiam doleant, ne id quidem latet. E

† χρονίζεται: diu durauerint.

De intemperie inæquali, in qua calor & frigus simul sentiuntur. CAP. 8.

PORrò dolent, & qui ex rigore ingenti uehementer perfrigerati, celeriter sese excalfacere properarunt: multiq; eorum cum subito, ac simul manus igni admouerunt, ingentem circa unguium radicem sentiunt dolorem. Et quisquam, cum tam luculenter uideat intemperiẽ inæqualem doloris esse causam, etiam de internis doloribus dubitet, aut miretur, quo pacto citra phlegmonẽ subinde, uel laxiore intestino, quod colon græci uocant, uel dentibus, uel alia quauis particula homines doleant? Nam neque talium ullum mirabile est, nec quemadmodum simul rigeant, & febricitent ægrotantium aliqui. Quippe, 'si pituitosus succus qui frigidus est, quemq; Praxagoras uitreum appellat, & amara bilis, quæ calida est, simul abundent, ac per sensibilia mẽbra moueantur, nihil miri est utrunq; a cubante pari modo sentiri. Neq;.n.si hominem sub Sole feruido statuas, & aquã illi frigidam infundas, fieri potest, ut non simul, & a Sole calorẽ, & ab aqua frigus sentiat. Verum hoc casu ambo extrinsecus sunt, nec paruis portionibus incidunt: in febribus uerò, quas hepialas uocant, tum ab interno, tum exiguis portionibus: eoq; uniuersum corpus ambo sentire uidetur. Cum.n.tenuissimis portiunculis aspersum per corpus tum calidũ sit, tum frigidum, nullam sensilem alterius portiunculam ita paruam desumas, in qua non alterum sit comprehensum. In ipsa tamen accessionis inuasione, aliqui febricitantium tum rigent, tũ uerò *febticitant: tum ambo sentiunt, frigus immodicum, & calorem una, uerum non eodem loco quippe cum possint, quæ excalfactæ sunt partes, manifeste a refrigeratis discernere, nam int*, & in ipsis uisceribus calorem sentiunt, in externis partibus uniuersis frigus. Tales perpetuo febres sunt, & quæ græce lypiriæ uocantur: præterea quoddam ardentium febriũ perniciosum genus. Quod igitur in his, maioribus portionibus accidit, hoc in hepialis contingit minutis: Inæqualis nanq; est & harum febrium intemperies, sed nec minus reliquarum omnium, exceptis tamẽ hecticis. Quin etiam ijs, qui rigent, nec tamen febricitant, inæquale temperamentum est: rarum tamen est id symptomata: cæterum incidit, tum mulieribus, tũ quibusdam aliquando uiris. Debet autem omnino deses præcessisse uita: aut certe ciborum copiam longiore spatio homo sumpsisse, ex quibus tardus, frigidus, crudus, & pituitosus nascatur succus, qualem.s.Praxagoras uitreum existimat. Porrò antiquitus nemo (ut uidetur) ita est affectus, ut qui nec adeo ociosi, nec ĩ uictus saturitate uiuerent: indeq; factum est, ut scripserint antiqui medici. |Rigori febrem necessario superuenire. Veruntamen tum nos ipsi, tum alij iuniorum medicorum non pauci, sæpenumero uidimus rigorem, quem nulla secuta sit febris. Porrò componitur ex hac intemperie, & ea quæ febricitantium est, hepialus: appello ita febrem illam, cui ambo semper accidunt: at in qua rigor quidem præcedit, febris uero sequitur, ueluti in tertianis & quartanis, hanc hepialum non uoco. Ita ex duplici inæquali intemperie hepialus componitur, & aliæ febres, præter hecticas, ferè omnes. F G

A.l.4.f.1.t.2. c.6.418.a

*Al. sitiunt.

Lib.1.de morb.

De intemperie inæquali particularum, quæ tumore aliquo præter naturam correptæ sunt. CAP. 9.

SImili genere, qui particulæ alicuius cum tumore morbi sunt, hi quoq; oẽs perinde, ac phlegmone, cum intemperamento inæquali consistunt, Cancer, Erysipelas, Carbunculus, Herpes Oedema, Phagedæna, Gangræna: quippe commune his omnibus est, ut ex fluxione humorum sint orta. Dissident in eo, q alij ex pituitoso, alij ex bilioso, uel melancolico succo: alij ex sanguine, uel calido, & tenui, & bulliente, uel frigido & crasso, uel alio quopiam genere affecto, fiant: declarabitur.n.alio loco de horum membratim differentia diligenter. Quod ad propositã disceptationem pertinet, hoc tantum dixisse abunde est, q qualiscunq; est fluxio, eadem rõne quenque prædictorum affectuũ creat, qua prius ex calida, & sanguinea phlegmonem gigni mõstrauimus. Sed non minus etiam similarium, ac simplicium, primorumq; in ijs corporum singula, sic à fluxione affecta, ad inæqualem intemperiem deuenient: cæterum extrinsecus pro rheumatis ratione calfacta, refrigerata, siccata, uel humectata: ad profundum usq; nõdum similiter affecta. Quòd si tota per tota mutata alterataq; sint, fiunt quidem ilico à dolore libera: in difficiliori tamen sic constituta sunt statu. Hæc prænouisse ijs, qui opus de medicamentis sunt percepturi, & post id medendi methodum, abunde mihi satis uidetur. H

GALENI

GALENI DE MARCORE LIBER

B Augustino Gadaldino Mutinensi medico interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Quot genera marcorum, qui curari nequeant: ac qualis curatio ijs, qui sanari possunt adhibenda.

Quid & quotuplex sit marcor: ac quæ eius causa potissima. CAP. I.

A.l.4.f.1.t.3. c.9.433.g

Marcor, quem marasmum græci uocant, corruptio est uiuẽtis corporis ex siccitate. Sed cũ bifariam corruptio dicatur, altera quæ fit, altera, q̃ facta est, in priori certe significato appellatio sumenda est: ita quoque & ipse marcor, alter a marcuisse, a marcescere alter, de quo nunc sermo hř, dici potest. Cum autem marcor, ut diximus, sit uiuẽtis corporis corruptio: triaq; sint uiuentium genera, aĩalia, stirpes, ac semina, & ob hæc ẽt fructus: horum proprie marcor affectus esse dicitur: C Per translationem uerò alias ẽt, q̃ ex siccitate proueniũt corruptiones, marcorem nuncupant, ut & ad ignem, multoq; adhuc lõgius, ad omnia, quæ paulatim corrumpuntur, nomen hoc traducant. At uerò nos non de ullo aliorum, quæ haud proprie marcescere dñr, sed de eo duntaxat, quem diffiniuimus marcore, præcipueq; cũ in animalis fit corpore, dicere nunc statuimus: communitatem tñ disputatio hæc cum stirpibus necessario obtinebit. Cum igitur quatuor modis simplicibus, ac primis uiuentia oĩa corrumpantur, q & eorum substantiæ quatuor sint elementa, marcescere ea dicimus, quæ ob siccitatem corrumpuntur. Quæ si hoc ipsum solum habeant, ut siccentur, altera elementorum oppositione, quæ est caloris & frigoris, intra proprios terminos manẽte, simplex is marcor est: si uero siccitati caliditas, uel frigiditas immodica adiungatur, compositus iã duplexq; tũc corruptionis erit modus. Simplex igitur marcor ob inediam fieri uidetur, ubi q̃s,

A.ibid.

uel ex electione famem tolerat, uel præ ciborum inopia fame conficitur: qui autem cũ frigiditate coniunctus est, tum senescentibus euenit: tum ijs etiam, qui ex quodam morbo in similem senectuti affectionem incurrunt: at, qui adiunctam habet caliditatem, in aliquibus hecticis febribus fieri conspicitur. In stirpibus porrò tum totum ipsum corpus, tũ singulas earum particulas, D ubi prę siccitate fiant corruptiones, marcescere dicimus. Non ita tamen in animalibus, sed totũ quidem corpus dicimus marcescere, de nulla uero sigillatim particula nomen hoc consueuim⁹ proferre: præsensq; nobis sermo haudquaquam de eis, quæ ob aliquod symptoma siccanẽ, particulis, institutus est, sed cum totum adeo sic affectum fuerit corpus. Iam igitur si totius corporis affectus est marcor, illud etiam nobis perspicuum est, nunquam ipsum fieri posse, nisi animalis principium affectum fuerit. Quin etiam fieri nullo modo potest, ut alius quidem in toto animali sit affectus, alius autem principium occuparit: quare cordis corpus siccari marcescentibus est necesse. Ergo si causas omnes inuenerimus, a quibus cor solet exiccari, non ignorabimus etiam utrum marcescentes omnes insanabiles sint, an uero ex ipsis nonnulli sanari possint.

Senectutem esse ineuitabilem: ac de cuiusdam sophistæ fatuitatẽ, qui immortales se homines redditurum pollicitabatur. CAP. 2.

SAtius igitur fortasse hoc in loco fuerit disputationem ad principium reducere. Sane optimũ erit principium, si senectutis cã cognoscatur, cum ex marcoribus hic unus uideatur maxime esse ineuitabilis, ut etiam secundum naturam esse existimetur: singula uero naturæ opera ineuitabilia sunt, generationisque ordinem necessarium habent. Sed & huic ipsi unum aliud præmittendum est, ut scilicet dictionis huius, secundum naturã, significata cognoscamus. Neque enim

profectò

profecto eodem dicimus modo secundum naturam esse senectutem, quo nutriri ac augeri: q p- E
pe cum hæc naturæ sint opera, senectus uero non opus, sed affectus necessario consequens. Nul
lum siquidem, quod genitum sit animal, ἄγηρων, idest insenescibile, senijve expers uisum est. Ideo
que nonnulli senium secundum naturam esse dixerunt, quòd omnia, quæ a natura dispẽsantur,
necessario consequatur. Itaque si senectutẽ esse secundum naturam in hac capiatur significatio-
ne, alia deinceps huius dictionis significata, de quibus male quidam (ut alibi ostendimus) opina
ti sunt, inuestigare non erit necessarium, nullaque amplius in oratione supererit dubitatio. Nã
si intelligunt, quo nunc dictum est modo, uerum sanè est senectutem secundum naturam esse,
ac ineuitabilem, siquidem necessario naturæ opera consequitur. Quanquam nostro hoc sæculo
philosophus quidam librum conscripsit, in quo, quonam quis modo possit senij expers perpe-
in Prog. c6.1.t. 67.& 4.191.ab tuo permanere, ostendit. Edidit porro hunc librum, cum annum adhuc quadragesimum ageret
ætate uero usque ad octogesimum annum peruenit: atque gracilis adeo siccusque euaserat, ut
præclare illud Hippocratis dictum in prognosticis, in eum quadrare posset: Nares acutæ, colla
psa tempora, oculi concaui, frigidæ contractæque aures, & imis partibus leniter uersæ, cutis cir "
ca frontem dura, & intenta ac arida. Cum igitur aspectu talis iam redditus irrideretur, quando "
alios conabatur docere, ut quis senij expers permanere posset, posteriorem de admirabili age- "
rasia (quasi insenescentiam dixeris) editionem tradidit, sic.n. illam eo uolumine appellabat: ostẽ F
dens non quemlibet senij expertem permanere posse, sed ad hoc natura op⁹ esse accommoda,
præcipueq; si prima educatio proba iecerit fundamẽta. Pollicitabaturq; se infantium, q ad hoc
idonei essent, corpora redditurum immortalia, ubi ipse eorum curæ statim ab initio præficeret:
minimeq; eius reprehendi poterat pollicitatio, cum illi prius moriendum erat, q̃ quos suscepis-
set pueros, uiri euasissent. Summam igitur eius stultitiam cæteri omnes contempsere: ego uero
nequaquam, sciens pleraq; etiam alia decreta iis, quæ per experientiam cognita sunt, aduersan-
tia, rationales multo uiros enunciasse, rationum probabilitate deceptos. Neque hoc igitur quã-
tum ad rationem attinet, mirum est. Illud.n. Corrumpetur omnino quodcunq; genitum est, nec
eam, quæ scientiam efficit, consecutionem habet, nec necessariam, sed quæ usq; ad id, quod pro
babile est, procedit, quemadmodum in commentariis De demõstratione nobis demonstratum
est. Quanquam hac utuntur ratione ferè omnes, qui senescere animalibus necessarium esse ostẽ
dunt, id ipsum esse uiam dicentes ad corruptionem, necessario omnibus generatis consequen-
tem. Hactenus igitur ex experientia sola senium necessarium est, ac secundum naturam, quem-
admodum sanè & ipsa mors: quæ nec ipsa demonstrata est ab iis, qui prompte enunciant, ac di-
cunt, quicquid genitum est, id omnino etiam necessario interiturum. Etenim sophistarum mos
est contra experientiam dicere: quod & ille arbitror fecit, qui animal omne ex agendorũ igno- G
ratione interire senescereque asseruit.

Refellit opinionem eorum, qui calorem innatum flammæ comparantes, ita ab eo corpora, sicuti a flamma ligna, absumi dicunt. CAP. 3.

QVapropter fortasse melius erit, ut nos quęnam cã sit inuestigemus, ob quam tum animalia,
tum stirpes singulæ senescunt, cernimus siquidem tum ea exiccari, tum eiusmodi affectum
illis esse senium: quamuis nonnulli aliter opinati fuerint, asseruerintq; frigidos humidosq; esse
senes: eorum tñ deceptionis causam in libris De temperamentis ostẽdimus. Nunquid igitur ob
id (ut a quibusdam dicitur) exiccantur animalia, q innatus sibi ipsis calor, ueluti quidam ignis
existens, incrementum ex qua accenditur materia, sumit? huic.n. inditus est, ab hac nunquam se
parari potest, ex hac deniq; omnia habet. Nuper ergo nata animalia, quemadmodum & ipsæ ẽt
stirpes, uniuersa sunt humida: ideoq; calor humiditatis copia tunc ueluti suffocatus, uix se ipsũ
attollit, ut qui nebulosus, tardus, & ad motum difficilis existat: temporis autem progressu, humi
ditatem illam superat, ac omni materia euadit superior: iamq; non nebulosus, turbulentusque,
nec fumosus, sed purus & æthereus redditus, suos ipsius motus uniuersos libere commonstrat. H
Et, ut breuiter totam rem complectar, sicuti flammæ, ubi in humida inciderint ligna, principio
q dem⁹ opprimuntur, ac ueluti suffocantur, q paruæ admodum imbecillæq; sint: temporis uero
spatio paulatim splendent ac crescunt, paulatimq; materiam superant, ac tandem cum iam totã
superauerint, in maximam attolluntur magnitudinem, quod certe ipsis uigor est ac robur: dein
ceps uero, hoc alimento iam deficiente, marcescunt ac extinguuntur: eodem etiam modo (in-
quiunt ipsi) calor qui in nobis est, corpori tanquam materiæ cuidam inditus, principio quidem
humidus ac imbecillis est: deinceps uero usque ad uigentem ætatem iucrescens, tum splendet,
tum augetur, ac in amplissimam eleuatur magnitudinem, ignis flammam imitatus: ab hinc ali-
menti penuria paulatim marcescit, idq; est senium: mox uero iam prorsus extinguitur, quod est
mors. Hæc ratio ab omnibus fermè recentioribus, tum medicis, tum philosophis probatur: quę
tamen, meo iudicio, uera non est, ut quæ ignis flammam animalium calori comparet, haud sa-
nè intelligens, flammas ex corruptione eiusdem materiæ, ex qua succenduntur, ortum habere:
animalia uero non sic innatum ab eo, qui ea effinxit, sortita esse calorem, sed ut ab illo augenda,
ac gubernanda: nec ullum dari tempus, quo innatus noster calor per uniuersam materiã ipsam

non

A non sit extensus,non eas solum facultates,quibus fingit obtinens,sed & plerasq; ēt alias:nam & nutrimētum ad se ipsum trahit,materiamq; gubernat,apponit,agglutinat,assimilat:&(ut semel dicam)omnia secus ac flamma,in innatam sibi materiam efficit. Nam quæ unquam flamma materiam,cui indita est,auget?quæ materiæ potius alimentum assimilat,q̃ sibi ipsi materiam?quæ deniq; tot machinationes,ut materiam tueatur,inuenit?nonnullas quidem partes circūuestiēs, ac claudēs,ut nihil ipsis extrinsecus adhæreat:nonnullas uero perforans dilatansq;:canales pretera insferens,hos quidem ut per ipsos nutrimentum attrahatur, illos uero ad refrigerium , ac respirationē:simulq; excrementa per alios quidem crassa,per alios uerò tenuia excernens. Omnem huc imprudēs de particularum usu tractationem transferam,si singula naturæ opera enarrare uoluero:quamuis huius opinionis principes idem esse calorem innatum dicant & naturā. Haud igitur rectè eum igni assimilant comparantq;,ac corpora ab ipso corrumpi putant.Cur ergo(aiunt)ab Hippocrate fuit dictum,interficit igitur nos calor ille,q̃ corpora produxit? Primū quidem uobis respondebimus boni uiri,non esse illum ex legitimis Hippocratis librum, in quo hæc dicta leguntur. deinceps uero,licet Hippocratis decretum esse concedatur,declarari tamē oportuerat,quonam modo dictum fuerat,ac aliquam afferri demonstrationem.Si uero ex eo fi
B dem sibi haberi ducunt,quia demonstrationibus destituuntur,parum profectò rectè sapiūt.Equidem uerum est ob innatum calorem corpora tum senescere,tum tandem corrumpi:falsus tamē est modus,quem ipsi tradunt:neq;.n.sicuti a flamma absumuntur ligna,ita quoq; a calore innato animantium corpora.Hoc sanè exemplum iis,qui a febre corrumpuntur, accommodari posset:idq; quod ab Hippocrate in nuper citatis uerbis fuit dictum,tale quid uidetur indicare. Exiccari sanè corpora secundum quandam naturalem consecutionem,hocq; ob calorem innatū fieri,omnino uerissimum est,quemadmodum & in primo De sanitate tuenda libro ostensū est: idem tamen in præsenti quoq; disputatione repetere nihilominus est necessarium.

De necessitate senectutis,deq̃ eius principio. CAP. 4.

Natura quæ stirpes aīaliaq; fabricatur,omnino sanè generandis ipsis principium quoddam corporeum assumit,nulla siquidem oīno res est , q̃ ex nihilo penitus generationis principium habere possit:atq. hinc exorsa,ad eum perpetuo scopum, q̃ sibi a principio in fabricatione propositus fuerat,ordinate tendit:hocq; nihil aliud est,q̃ perfectum reddere , quod generat, siue id stirps sit,siue animal:atq; illud profectò est perfectum,cui nulla propriarum actionū desit.Multæq; sunt ex actionibus,quæ duris indigeant instrumentis:& hæc est cā cur multæ in ani
C malibus fiant duræ particulæ.Earum uerò generationis principium, contra q̃ animal perfectū , molle sit necesse est,ut bene concinnari,conformariq;,& ad oīa fabricanti sequax, ac præsto esse possit.Ideoq; quamuis durum quid sit semen,mollis tamen stirps fit, humiditate prius moderata irrigatum,ut pro semine natura efficiatur.Quare si necesse est,ut animalis generatio principium hēat ex molli substantia,quæ ut perfecta euadit,ita ēt durescat : oportet ēt ut ī prima elementorum,à quibus animal cōstituitur,temperatione,tum humidum, tum siccum exuperet. Ac humidum quidem est id,quod aqueum est:siccum uerò duplicis est naturæ , uel.n. terreum est,uel igneum. Atqui fieri ab initio minime poterat, ut ex terreo plus misceretur , q̃ humidum esse animalis principium oportet.Solum ergo adhuc quod igneum est relinquitur, in prima animalis generatione,ac compactione necessario exuperans. Si igitur facere potuisset natura , ut postq̃ animal uel stirpem ad uigorem usq; perduxisset,aliam rursus uiribus parem induceret elementationē,hoc utiq;duntaxat modo sine senio,ac corruptione eius perdurasset fabrica,si tamen illi custodiendæ sapiēs quidam uir præfuisset:neq;.n.simpliciter sic incorrupta perduraret, si praua uteretur uictus ratione:tuncq; nobis suam ostendere potuisset artem Aegyptius ille in re,quæ fieri posset:Nunc autem cum oīno fieri nequeat,ut prima elementa generationis anima
D lium,ac stirpium transponantur,ac transmutentur,necessarium idcirco est,ut post uigorem siccetur corpus,quanquam non protinus hoc ipsum perpeti illi est necesse , cū exiccādi necessitas sibi aduenerit.Verum decrescens ætas,paucam habens siccitatem,multos latet,ac si nondū marcor quidam sit:senectus uero non genere,sed quantitate sola, ab ipsa differens,manifeste deprehenditur.Hæc ergo est causa,quæ homini non prorsus amenti aperte ostendit, in omnibus animalibus temporis progressu necessariā esse siccitatem,senectutemq; nec euitari,nec sanari posse.Nam quod primam animalium generationem necessario consequitur,quomodo unquā,aut quo minus fiat,prohibebitur:aut,postquàm factum fuerit,tolletur?Iam uero quodnam sit senectutis principium, & quando senescere primum incipiant corpora , inuestigare fuerit opportunum.Ergo qui decrescentium syncrisin(i.concretionem,seu temperaturam)siccam esse,ac frigidam arbitrantur,senum uerò humidam,ac frigidam,in huius transmutatione principium senectutis statuunt.Nos uerò,qui in commentarijs De temperaturis omnia corpora post uigorē ad finem usque demonstrauimus exiccari , iure de senectutis principio dubitabimus , cū tota post uigorem ætas,sicca sit,ac frigida . Neque enim quia decrescentium alter altero magis minusve sit siccus,& frigidus,senectutis principium statui potest, quando corpus ad plurimum deuenerit siccitatis : illud enim , ad plurimum , in soreticam, id est acerualem, incidit dubitationem:

&

& licet huiuſmodi dubitationem(quod plerunq; aliàs fieri eſt neceſſe)contemnere q́s poſſit, ſa E
tius tamen fuerit,vt qui terminis manifeſtis diſtinguere rem poteſt,ſeipſum non ſubijciat dubi
tationibus non neceſſarijs.Termini autem manifeſti inter decreſcentem,& ſenilem ætatem,eſt
humidorum excrementorum exuperantia.A quibus quidem excrementis nonnulli decepti,hu
midam(ut diximus)ſenectutem eſſe aſſeruere.Quin & actiones oẽs in hac ipſa debilitari,aper-
te intueri poſſumus:& quæ dudum decreſcentium ad mortem uia latebat, tũc manifeſte depre
henditur.Hinc ſophiſtis problemata ex hypotheſi fiunt,alijs quidem ſenectutem eſſe morbum,
alijs eſſe ſanitatem κατὰ σχέσιν.i.in habitudine,ſeu quæ haud fixa ſit:alijs neutrum quid eſſe: ac
nonnullis eſſe ſecundum naturam,alijs præter naturam: quibuſdam uero & hic medium quid-
dam inter ambo eſſe,ac neutrum uiſa eſt ſenectus,ut nec ſecundum naturam, nec præter natu-
ram ipſam appellent,ſed tertiam in ipſa nacti fuerint dictionem , quippe qui ipſam non natura
eſſe dicant.Has tamen controuerſias dirimere alterius fuerit tractationis.

Quo pacto ſeny celeritas ſit coercenda:& quot marcorum genera ſint. CAP. 5.

SEnectutis autem marcor diſſolui profecto non poteſt,ſuccurri tamen,ut quamplurimũ pro-
ducatur,poteſt:& hæc eſt illa medicinæ pars,quæ græce γηροκομικὴ.i.ſenum tutrix,dr:cui⁹ q-
dem ſcopus eſt(ut etiam ipſa rei natura indicat)obſiſtere probibereq;,prout fieri pōt, ne cordis F
corpus adeo exiccetur,ut tandem aliquando agere deſiſtat:nam is eſt uitæ finis,ipſa nimirũ cor
dis ab actione ceſſatio : quandiu.n.cor ſecundum propriam ſui ipſius actionem mouetur , fieri
nequit,ut animal moriatur.Quare ſi fieri poteſt,ut ipſa corporis cordis,aut certe iecoris ſubſtā-
tia reddatur humidior,poteſt & ipſum etiam ſenium cohiberi:ſi aũt nemo eſt qui iecur & cor ſe
ipſis humidiora poſſit efficere:ſed temporis proceſſu,neceſſario ſicciora euadunt non ipſa ſolũ
uiſcera,ſed arteriæ etiam & uenæ,ſenium certe uitari non poteſt:at eius celeritas coerceri pōt:
quamobrem videtur Homerus,ſi quid aliud,hoc certè etiam uaticinans,de ſenibus cecíniſſe:

Vt lauit atque comedit,
Mollibus in ſtratis dormire,hæc uita ſenilis.

Nam ex iis,quæ humectant,eſt tum lauacrum,tum molle cubile,tum ſomnus, tum uerò in pri-
mis,ac præcipue ipſum nutrimentum.Nam hoc ipſum ſolum nutriendorum corporũ pars effici
tur,cum eorum ſubſtantijs aſſimiletur:reliqua uero omnia,uel quia non ſinant ſimilares partes
uehementius exiccari,uel quia humiditatem in intermedijs earum capacitatibus contentā irri
gent,ac adaugeant,humectandi tum appellationem,tum facultatem adepta ſunt.Sic ergo,ut di
ctum nunc eſt,quandoq; poſſunt iecur & cor humectari,adaucta nimirum,q̃ in ipſis diſperſa ē, G
humiditate:quā & in extenuatis iuuenum corporibus, ſæpius quidem in toto corpore manife-
ſtè,nonnunq̃ uero in corde ēt & iecore,abſumi contingit. Quòd uero horum uiſcerum alterũ
arteriarum pulſuumq́; ſit origo,alterum uenarum ac nutritionis,in alia oſtẽſum eſt tractatione
in qua de Hippocratis,& Platonis decretis tradidimus.Hæc igitur uiſcera, antequam ualida in
toto corpore fuerit ſanguinis penuria,moderato non deficiunt nutrimento:iecur quidẽ,ꝙ uni-
uerſus ſanguis hinc principiũ habeat:cor uerò,ob attractionis uehementiam. Quippe oẽs aīa-
lis particulæ proprium nutrimentum ad ſe ipſas trahunt, æquali tamen attrahendi robore non
utũtur oẽs:ideoq; in ſanguinis indigentia non æque oẽs alimento deſtituuntur:cor.n.cũ uehe-
mentiſſimam hēat attrahendi actionem,alimento nunq̃ indigebit, niſi prius oẽs animalis par-
ticulæ ad extremam deuenerint inopiam.Minime igitur ſuſpicandũ eſt, ut cũ ex diuturno mor
bo gracile redditum fuerit corpus, ipſum quoq; cor ac iecur,pro aliarum omnium partium pro
portione,gracilia ſint.Hoc,ſi tibi libuerit,in aliis ēt animalibus intueri poteris. Nam quotieſcũ
que horũ aliquod ſame prius confectũ incidere uolueris,cæteras quidẽ oẽs ipſius partes graci-
les,ac ſiccas inuenies,iecur aũt & cor prope ſecundum naturam eſſe:moriuntur.n.poſt inedias
non tam ob alimenti corporum ſolidorum,q̃ ob ſpiritus inopiam,quemadmodum qui iugulan H
tur.Ac ꝑpea omnes particulæ molles,ac humidæ æque ac uiuentium ſunt:tota ſiquidem in ip-
ſis contenta humiditas,a qua primum ipſæ nutriuntur,integra ſeruatur.At qui fame intereunt,
proprius quidem ad uerum marcorem accedunt:ac ob id eos marcuiſſe dicimus,quando exq-
ſite loquendi nondum ulla ſit occaſio:re tamen uera non marcuerunt , uel ſaltem non oẽs cor-
poris particulæ.Etenim ubi uerus eſt marcor,oẽs æqualiter partes marceſcunt , propterea ꝙ ēt
principia:& hoc in ætatibus quidem ſenium eſt,in rebus āt præter naturā,febris quæ maraſmo
des.i.marcida, appellatur. Eſt præterea alia q̃dam affectio proportione reſpondens ſenectuti,
quā nihilo deterius ſit,ex morbo ſeniũ appellare:non mehercle,ut Philippus,qui eam,marcidā
febrem nuncupat. Neque.n.eiuſmodi affectio febris eſſe pōt,in qua frigidius,q̃ natura poſtulat,
cor factum ſit.Iam ꝙ talem obtineat temperaturam,indicium non minimum eſt, pulſus paruus A.l.4.t.1.t.3. c.10.433.b
raruſq; redditus,ueluti ipſe quoq; teſtatur Philippus.Eiuſmodi uerò pulſum ob frigiditatẽ fieri
in libris de pulſibus oſtendimus. Quin & reſpiratio ijs , qui ita affecti ſunt,pulſui ſimilis uiſitur,
parua nimirum ſimul & tarda , ac per longa interualla:quæ & ipſa partium ad cor attinentiũ fri-
giditatem indicat:ut in commentarijs De ſpirandi difficultate a nobis oſtẽſum eſt.Nec uero ca-
lidum hi expirant , quod & ipſum inſeparabile eſt principio refrigerato : ſicuti contrarium , ca-
lefacto.

A lefacto. Vnde igitur est, ut isti febricitent? cum ipsum thorax, neq; circa pectus, neque alibi, vel ad alas, ac ad costarum gibba, uel etiam ad spinam, calidus sit? Sed & hoc ipsum etiam Philipp⁹ confitetur: ait tamen eorum pulsum febris signum habere, duritiam. s. innuens, quam febriū omnium inseparabile signum statuit Archigenes. Sanè si eum pulsum, qui re uera durus est, intelligit, omnibus marcescentibus is certe inest ob arteriarum siccitatem, nō tamen febriū est signū. At si eum intelligit, quem Archigenes durum uocauit, nomen tantummodo proferens, nullam tamen rem habens, cui nomen hoc attribueret, de hoc quoq; plura a nobis in libris De pulsibus scripta sunt. Senium igitur ex morbo, quoniam frigiditas unà cum siccitate est, febris non est. Alia uerò species, quam marcorem, πυρώδη. i. torridum Philippus nominat, uere est marcor, quemadmodum etiam & qui syncopo sus appellatur. Estq; his ambobus pulsus frequens, & paruus; specialiter uero iis, qui torrido affecti sunt marcore, accidit, ut dum oscitant, spiritū efflent calidum, ut iure ipsum æstui assimilare possis. Oritur autem, ut diximus, torridus hic marcor ex caliditate ardentissimisq; febribus, ac præsertim in [A.l.4.f.r.t.3. c.9.433.8] ficciore corporis habitu. Qui autem syncoposus appellatur, fit, ubi qui syncopa fuerint correpti, uehementiam quidem periculi in præsentia euitarint, relictum tamen deinceps ipsis fuerit aliquid syncoposæ affectionis. At uerò frigi-B dus ille marcor, qui senectutis affectionem similem obtinet, fit ex permutatione febrium, quæ tum per aquæ frigidæ potionem, tum per ea auxilia, quæ refrigerandi gratia hypochondrijs, ac thoraci imponi solēt, fuerint secus ac oportet refrigeratæ. Illud autem, secus ac oportet, duplex est, nimirum quando quis, uel intemperantius, uel intempestiuius refrigerantibus usus fuerit. Possit etiam quandoque utrisque his de causis affectus hic constitui.

Qui marcores curari queant: ac de balnei usu aduersus Philippum. CAP. 6.

QVòd uero marcor, qui uerè iam marcor est, curari non possit, dictum quidem et superius est, cum de senectute tractaremus: dicetur autem & in præsenti. Talè quid usu uenit ijs, qui marcorem sanari putant, quale profecto ijs, qui opinantur, uertebrarum, quæ in spina sunt, in priorem partem dimotionem, quæ græce λόρδωσις. i. repanditas, seu excauatio dicitur, curari posse. Ex eo. n. quòd in dignoscendis affectibus decepti sunt, putarunt quoque se rectissime aliquid effecisse: etenim ex ijs quidem, qui extenuati fuere, quosdam curarunt: ex iis uero, qui marcuerunt, nullos. Cum autem extenuatorum corporum duplex sit affectio, de utraq; nobis separatim agendum est. Igitur altera extenuatorum affectio oritur, quando tum ipsa solido-C rum corporum humiditas, quam proprium ipsis esse nutrimentum diximus, perijt, tum teneræ carnes colliquatæ sunt: altera uero corpora ipsa attingit, quæ sanè & prima, & similaria appellamus. Hæc ipsa est, quæ sanari non potest, quemadmodum sanè nec ipsum senium: altera uero pe- [A.ibid.c.11.h] riculosa quidem est, at non prorsus incurabilis: habetq; cum cæteris alijs affectionibus hoc commune, ut contraria affectui remedia exposcat: non æque tamen, ac pleræq; aliarum est tuta. Nā tres has affectiones humectare oportet, hocque illis ob communem siccitatem est commune: una uero, quam senectuti assimilamus, calefactionem exposcit: sicuti & una, quam torridū marcorem uocamus, refrigerationem: commixtam uero quodam modo curationem requirit syncoposus marcor, non qui iam factus sit (huius enim semper oportet meminisse) sed qui adhuc fiat, s. cum humiditas solidis particulis innata, absumitur. Hi quidem sunt curationis scopi. Deinceps uero considerandum est, quomodo tum inueniendæ, tum adhibendæ, ac usurpandæ sint remediorum materiæ. Præstantius igitur egisset Philippus, si non solum, quæcūque in primo De marcore libro. s. de morbi istius generatione, & de eius differentia dignotioneque, ac transmutatione tradidit, scripsisset, sed & aliquid etiam de curatione: nunc uero eam uidetur omisisse. Nam cum ego multis iam deinceps annis secundum de marcore librum perquisiuissem, nec ipse un-D quam inueni, nec in quempiam alium incidi, qui se illum legisse assereret. In primo uero, quem sanè nonnulli propterea, quòd secundus non extet, non primum, sed simpliciter de marcore inscribunt, de balnei usu meminit: non eos tamen admittit, qui hoc utuntur auxilio, propterea, quod ab ipso lædi marcescentes opinatur. Quia uero obiter, ac extra institutum huius remedij meminit, idcirco de eo neque diffuse pertractauit, neque accurate, ut solet, contemplatus est. Quanquam remedium hoc manifeste conspicitur exiccatos humectare, ut facile intueri possumus in ijs, qui uel iter fecerunt per Solem æstiuum, uel quocunque alio modo exercitati, uel exusti fuerunt: hos. n. omnes, ac præterea siticulosos, humectat ac siti liberat. Quin & quoscunque alios, qui quomodocunque, uel a uigiliis, uel a curis, uel a uenere, uel a cibis, medicamentisve exiccantibus, uel etiam ab ira exiccati fuerint, tum madefacere, tum reficere conspicitur. Sed mihi uidetur Philippus balneum in ijs improbasse, qui iam uerè marcuere, quos nec aliud quicquam sanaret: ut bifariam ego ab eius sententia discedam, tum quia nonnullos ex ijs, qui uerè marcuerūt, sanari posse existimat: tum etiam, quia balneum improbat. Euidenter. n. periculum de ipsius facultate fieri licet in ijs ipsis, qui nondum insanabili laborant marcore, quem nec fortasse marcorem, ubi accurate loqui uelis, nomines. At nobis nulla de nominibus cura est, ubi res clariori oratione possumus interpretari.

E

De marcoribus, qui balneo, ac aquæ potu curantur: & de ipsorum ortu aduersus Philippum. CAP. 7.

NAm cum tres sint febrium primæ, ac generalissimæ differentiæ, diarias sanè in præsenti excipimus, sermoq; nobis habēdus est de febribus ex humorum putredine ortis, atq; de hecticis. Itaq; febrium, quæ ex putrescentibus humoribus accendūtur, balneū remediū est, si post humorum concoctionem adhibeatur. Hecticis uerò, quæ solæ sint, nec ullam aliam implicatam habeant febrem, omni tempore lauacrum idoneum est: si uero implicentur alicui ex ijs febrib⁹, quas humores putrescentes excitarunt, tunc est idoneum, cum iam humores fuerint concocti. Eadem quoq; propemodum esse frigidæ potionis exhibendæ tempora censendum est. Verum si in hac aberretur, cum magno fit detrimento: balnei uero usus in prædictis febribus periculo uacat, nisi fortè uirium adesse imbecillitatem suspiceris. Et sanè nos plerosq;, quibus marcor aduertebatur imminere, his præsidiis curauimus. Dictum autem est in primo De febrium differentia libro, diariarium febrium quasdam cum hecticarū genere cōmunicare, primoq; die nō posse exquisite cognosci, sed uel in secundo, uel omnino in tertio. Ac cū primum cognitæ fuerint, aqua frigida sibi ipsis danda est, q̄ppe eo tempore est tutissima, cum & uirtus ualida sit, & sāguis in corpore copiosus contineatur: nam ubi febres moram traxerint, tunc uires redduntur imbecillæ, & sanguis fit paucus. F Duplici igitur læsione plerunq; lædūtur, altera quidem, quia ex aquæ potione pars aliqua feritur, ac refrigeratur: altera uero, quoniam qui eam exhibent, nisi modū mensuramq; debitam tenuerint, non solum aliam quampiam particulam refrigerabunt, sed & eam ipsam, quæ principium generationis febris obtinet. Quin si ipsum ēt cor largius refrigeraris, siquidem innatam adhuc suam humiditatem seruet, cōcidit uirtus: sin siccius iam existat, affectio senectuti similis subsequetur. Sed & quo tempore prima hecticarum febrium indicia manifesta fuerint, eodem ēt utiliter foris adhibentur refrigerantia medicamenta, si imponantur super ipsum (ut quispiam dicat) febris focum, de quo paulo mox accurate definiam. Nunc ad balneum redeo, quod ad oēs squalentes febres utile est, qn̄ nihil aliud ipsis implicatum, prohibeat. Quandoq; uero utilius ēt est, q̄ sint refrigerantia medicamenta, cum squalor, uel in toto corpore exuperarit, uel in foco. Focum febris dico eam animalis particulam, quæ prima suis ipsius solidis partibus immodice fuerit calefacta. Primum ergo est cor, quod calidius debito redditum, hecticam infert febrem. Deinceps uero iecur, nō per se ipsum quidem, quemadmodum cor, sed quia secum in consensum illud trahat, quando nō ipse cordis affectus rōnem cāæ obtinebit, sed qui sunt corporum cordi uicinorum. Post hæc est uenter. Ab hoc quæcunq; possunt secū cor cō- G calefacere. Quantum igitur ad propinquitatem attinet, pulmo quidem omnium maxime ac potissime, cor concalefaciendo, hecticam siccamq; inferre febrem, quam marcor consequitur, debuerat: hoc tamen fieri non conspicitur: nec facile unq̄ uiscus hoc affectionem* cāæ similem suscipiet, tum quia humidum est, tum ēt quia refrigeratione respiratur. Plerunque igitur hectica febris ex reliquis uisceribus, cū bilioso succo solet consistere, † ubi is in patientis uentriculū imbibitus fuerit: & ob id ēt Philippus marcescentium febrium plurimis, erysipelatosam affectionem genitam esse in uentriculo arbitratur. Quòd si in uētriculo, necessario ēt suspicandum est eandem in iecore cōstitui affectionem, a quibus solis uisceribus affectis credere uidetur Philippus marcorem generari. At nos non raro uidimus quosdam membris his illæsis, in corde marcuisse. cuius quidem cordis haud scio cur oblitus fuerit Philippus, cum nec ex iecore, aut uētriculo solis affectis ostendere potuerit, qūo febris marcida suboriatur, nisi affect⁹ cordi distribuatur, ac communicetur. Neq; uero in hoc solo uidetur Philippus aberrare, sed ēt dum nō iudicat, ex alijs etiam particulis febrem marcidam constitui posse. Nam si erysipelatosa sola affectio in uentriculo exorta eiusmodi febrem inducit: siq; etiam citra hanc affectionem aliquādo corp⁹ eius ignitum tantummodo, sine biliosa humiditate: potest etiam in alia quapiam parte similis H fieri affectio: quæ particula si talis sit, ut secum concalefaciat ēt ipsum cor, necesse omnino est, ut eius affectio febrem generet, quæ omnino temporis processu hectica fiet, ac tādem nisi soluatur, marcorem inducet. Verum de nominibus sollicitum esse non conuenit, quemadmodum ēt superius est dictum: sed exercendum est, ut omnes affectiones, quæ corpus exiccant, tū dignoscamus, tum recte etiam curemus. In quarum affectionum numero ea est, quæ cum igneo calore coniuncta est, quam sanè balneum perpetuo iuuat, ubi ipsa per se sola constiterit. Nonnūquā .n. (ut diximus) cum erysipelatosa affectione oritur febris hectica marcidaq;, quæ prius cibo, & potu, & ijs, q̄ extrinsecus apponuntur, refrigerāda est: sed ubi eadem febris per se nulli alteri implicata fuerit, balneum requirit, sicut oēs aliæ siccitates, siue frigidæ, siue calidæ extiterint. Etenim hoc mirabile habent balnea, q̄ & calidas, & frigidas siccitates iuuāt: quemadmodū & hoc, q̄ non sitientibus sitim accendunt, & sitientibus eandem tollunt. Quòd autem hæc efficiat balneum, clare etiam nulla adhibita ratione, perspicitur. Cernimus enim (ut superius etiam dictū fuit) eos, qui a Sole, & ex itinere calefiunt, & exiccātur, ubi loti fuerint, admirabili quodam modo tum humectari, tum refrigerari: nihiloque his minus illos celerrime calefieri, qui ob ve-

hemens

ταῖς ποθεῖσιν εἰς τὴν γαστέρα τῆς πάσχοντος. ubi is in patientis loci uentrem imbibitus fuerit. Antiquus tamen interpres uocē, πᾶσι, aut omisit, aut in suo cōtextu non habuit.

A hemens frigus calefactione egent. Iam uero qui ex itinere, & Sole sitiunt, non amplius, ubi se lauerint, sitiunt: sicuti qui siti uacãt, loti sitiunt: uerum hos multoties, illos semel lauasse oportet. Hæc quidem ita fieri conspicimus, causas uerò alibi explicamus.

De curando marcore, cui erysipelatosa affectio coniuncta sit. CAP. 8.

RVrsus igitur ad propositum reuertamur. Omnibus febribus hecticis, quæ hoc unum dũtaxat habeant, ut hecticæ sint, balneum auxiliatur. Si uero uel erysipelas, uel phlegmone, uel putrescentes, adhucq; inconcocti humores corpus obsideant, ob hæc, non ob ipsam febrem hecticam, a balneo lædi ægrotum cõtinget. Ipsa.n. quatenus febris est, semper tum a frigida potione extinguitur, tum a balneis iuuatur: ob immistas uerò ipsi febri affectiones, ægrotus læditur. Atq; hæc quidem efficacissima remedia sunt, quæ marcoris generationem prohibeant: eaq; admodum audacter in febribus hecticis assumenda sunt. Si aũt erysipelatosa quædã adsit affectio, a balneo quidẽ prorsus abstinendũ est: sed aqua frigida dũ morbus consistit, est utendum agonistice: ita.n. nominare solent, quando ea & affatim, & frigidissima exhibetur. In principio autẽ danda non est, nisi nos cogat æger, qui & frigidæ potioni sit assuetus, & sitim tolerare haud possit: uerum imponenda extrinsecus sunt, quæ refrigerent: quæ si nihil profuerint, cogendi ẽt sunt B ægri, ut ea intro assumant. Maxime uero eis competunt humidæ, ac nouellæ lactucæ: in aqua tamen exacte frigida abluendæ prius sunt, atq; ita edendæ. Si quando uerò abs te ęger petierit, vt cibi iniocunditatem consoleris, acetum aquæ frigidæ miscebis, ac ut in eo lactucas tingat, concedes: sit autem acetum illud omni prorsus uinosa qualitate expers. Quin etiam extrinsec⁹ eiusdem lactucæ succum, & semperuiui, intybiq;, ac quęcunq; alia refrigerantia, imponere expedit. Optimum etiam est id, quo nos potissimum omphacon.i. uuarum immaturarum tpe utimur. Expressus.n. earum succus, unà cum portulacis in pilam inijcitur: postea contusis in uas exprimitur, vasq; illud in frigidam aquam immergitur: quæ si niuis etiam aliquid habuerit, præstantior reddetur. Modicum autem* albæ farinæ, ubi eo uti uolumus, immiscemus. Deinde in duplicatũ linteolum infundentes, extrinsecus ipsum super hypochondria extendimus: nec illic diu morari sinimus, sed ubi tepidum euaserit, illud abiicimus, ac alterum simili modo imponim⁹: & hoc subinde agimus, quousq; æger se in profundo refrigerari, ac siti liberari persentiat. Miscemus ẽt aliquando oleum omphacinum, uel rosaceum, ubi pręcipuè nonnihil phleginonosi in hypochõdrijs constiterit. Hoc igitur modo erysipelatosas affectiones refrigerare oportet. Illud uerò non est ignorandum, nunquam posse febrem exquisite hecticam esse, ubi eiusmodi quæpiã affectio C adfuerit. Exquisite autem hectica ea est, quæ nullum particularis accessionis, aut principiũ, aut incrementum, aut uigorem, aut deniq; remissionem habeat. Iam uerò in libro de febrium differentia diximus tum multa alia, tum ꝙ a solo cibo hecticæ febres efferuescunt, ueluti calx inspersa aqua: quo incremento ablato, æquales semper permanet. Si quando tamen breuissimum aliquod incrementum, uel inuasio intercedit, considerare oportet, an aliqua adsit humorum putredo: an uero locus primus affectus alius sit a corde, qui & ipse nec simplicem, nec hecticam affectionem habeat, sed uel phlegmonosam quampiam, uel erysipelatosam. Atq; hoc modo propria curatio affectionibus adaptanda est.

De uictus ratione in singulis marcoribus. CAP. 9.

MArcorem igitur torridum, qui ex ardentibus febribus generationem suscipit, refrigerantibus prohibebimus remedijs, tum extrinsecus impositis, tum intro in corpus assumptis. Senium* uero, quod ex morbo effectum fuerit, si illud quidem absolute factum fuerit, curari nõ potest: si autem nòdum absolutum sit, sed prope accedit, ut eiusmodi fiat, unum habet curationis scopum, quem ἀνάληψιν.i. resumptionem, & ἀνάθρεψιν.i. renutritionem, seu refectionem appellamus, ex multis particularibus actionibus; quæ tum multis, tum multa etiam egent cautione: de D quibus si nunc loqui uelim, longissima mihi fieret oratio, abunde tamen in libris De medendi methodo dictum fuit. Nũc autem satis erit si hoc dixerimus, ꝙ.s. exiccata corpora solida, alimẽtum curet. Ostendimus autem in commentarijs De facultatibus naturalibus, ꝙ non se ipsum cibus ad omnes corporis partes defert, sed ab ipsis, quæ nutritione egeant, attrahitur. At uerò in marcoribus hæ ipsæ inualidæ sunt, ac præ siccitate ad attrahendum infirmæ: ꝙ si frigiditas quoque adiungatur, parum iam a mortuis absunt. Oportet igitur ut alimentum attractu facile sit, ut quod attrahentis corporis robori deest, id ex materiæ aptitudine repleatur. Attractu aũt facile est id alimentum, quod tum tenuium sit partium, tum natura calidum: uerum hoc ferè non nutrit, quippè ostensum est, alimentum crassum uiscosumq; esse debere, ut & stabile sit, difficulterque transpiret, & nutriendis corporibus promptè assimiletur. Quando autem hi scopi inter se pugnant, fieri nequit, ut alimenti exacte utraq; seruantis, copia suppetat. Danda tamen est opera, ut quod mediocriter ambo pręstare possit, inueniamus. Mihi* porrò nihil ad hæc omnia lacte uidetur esse præstantius, præcipue quidem si quis muliebrem mammam orę apprehendens, id ipsum mulgere toleret, quemadmodum fanè Euryphon, & Herodicus in phthisicis præcipiunt: sin minus, at saltem asininum adhuc calidum assumat, quod breuissimo temporis spatio ambiẽti aeri fuerit expositum. Hic igitur alimentorum scopus non ijs solum, qui similem senectuti affectionem,

A. l. 4. f. 1. t. 3. c. 9. 433. g

A. ibid c. 2. 434. a

fectionem,uel etiam marcorem ſyncopoſum habent,confert,uerum etiã ijs, quos marcor a Phi E
lippo torridus appellatus,occupat.In ijs tamen calidorum alimentorum materiæ adhibendę nõ
ſunt,ueluti in ſenio,ſed frigidorum:mediæ autem inter has ſint,quæ ſyncopoſis exhibentur.Ita
que lac,& ptiſſana,& halica in his tribus affectionibus competũt. Halica tamen ad faciliorem di
ſtributionem ex aceto condiatur,quemadmodum ptiſſana. Mel uero frigidis quidem affectioni
bus utiliſſimum eſt,calidis autem eſt maxime nocuum.Ita ergo ſe habet quoq; mel in ijs,qui ob
noxij ſunt,ut a iam dictis marcoribus arripiantur.Nam in torridis inimiciſſimum eſt: iis autem
quibus ſenum affectio imminet,utiliſsimum:at in ijs,quos marcor ſyncopoſus occupat,niſi uẽ-
triculus prohibuerit,concoquẽdum ideſt,ac tũ per ſe ſolum,tum cum alijs edulijs exhibẽdum.
Balnei uerò uſus opportunus,tum ad alia antedicta,tum ad cibi diſtributiones peragendas præ
ſtantiſſimum eſt remedium. Verum illud cibo quidem iam concocto aſſumendum erit, non tñ
poſt inediam longiorem.Nam ſi ei,qui nuper comederit,balneum adhibeatur,crudis corpus,ac
inconcoctis humoribus replebit:ſi uero illi,q diutius a cibo abſtinuerit,uires diminuit. In cæte
ris uero corporis cõſtitutionibus,ac pſertim in ea,q̃ nuper dicta eſt,completa iã (ut dictum eſt)
concoctione lauare oportet.Vini præterea uſus,ſicuti in frigido marcore magnore iuuat, in tor
rido fugiendus:medio aũt quodammodo ſe habet in ſyncopoſo marcore, ppea ꝙ affectio hæc F
media ſit,&mixta,partim quidem aliquid frigiditatis obtinens,partim uero ét adhuc aliquid ip
ſius febris ſeruans.Cum autem huiuſmodi affectio,qua ad contraria per partes uiciſſim permu-
tatur,nonnunquam quidem refrigerationem,pulſuſq; priuationem,&(ut ſimpliciter dicã)oĩa ,
quæ ipſius ſyncopæ propria ſunt,inuehat:nonnunquam autem caliditatem, pulſuſq; marcoris
torridi pulſibus ſimiles:ita etiam curationem pro exuperantium natura immutari oportet. At-
que in ſyncopoſo tum uinum , ac alimenta temperata offeremus , tum corpus uniuerſum con-
ſtipabimus denſabimuſq;:in torrido contraria agemus.Singulorum uero omnium uſum oppor
tunum ille probe inueniet,qui in libris de curandi methodo fuerit exercitatus : hic.n.liber non
quibuſcunq;,ſed iis qui aliquem in arte habitum habent,ſcriptus a nobis eſt.

GALENI DE COMATE EX HIPPOCRATIS SENTENTIA LIBELLVS

Ab Auguſtino Gadaldino tranſlatus,& multis in locis emendatus.

Interrogat quid ſignificet Comatis nomen apud Hippocratem: ac ponit opinionem quorundam,qui coma cum uigilia coniunctum eſſe dicebant ex Hippocratis ſententia,dictumq; eſſe ἀπὸ τοῦ κο-μᾶζω,quam tamen opinionem non omnino probat Galenus. *CAP. I.*

Vidnam ſignificat comatis nomen apud Hippocratem? utrum cataphoram in ſomnum , ut quidam explanantium dixerunt ? an ſomnum ipſum? an quemadmodum alij,ſomnolentam cataphoram? etenim & hoc modo nominarunt quidam , in compoſita appellatione explanationem facientes : quidam uero nihil quidem horum , ſed lethargicam cataphoram coma a uiro nominari dicunt. Ab aliis ſane antiquis nullum utique fiat magnum teſtimonium. Etenim etſi præcipue de alia re illi nomen hoc inferant : nihil prohibet Hippocratem aliter eo uti. Ne longius abeam , apud poetam uideretur utique ſomnum nomen hoc ſignificare: cum ait, Certe me ualde grauia paſſam molle coma circuntexit.Et alibi . Quoniam ipſum ego molli comate circuntexi. Sed non

Hippo-

A Hippocrates ita uidetur uti: siquidem & cũ uigilia sæpenumero coma euenire ait, ac phreniticis considere: in principio.n. prorrhetici hæc scribit, ‖ Qui comatosi in principijs fiunt, cum capitis, lumbi, hypochõdrij, ceruicis dolore, uigilantes, num phrenitici sunt? In tertio aũt epidemiorũ (ut ab aliqbus ex concessis ipsius legitimis libris sumamus testimonia) hoc modo ait: ‖ Vndecima resipiscebat, comatosa aũt erat: vrinæ multæ, tenues, & nigræ: vigil. Deinceps, hæc ait: Huic vrinæ perpetuo erant nigræ, & aquosæ: & coma comitã bat: cibũ auersans, vigil, aĩum despondens. In oĩbus.n. prædictis dictionibus uigiliæ & comatis mentionẽ facere conspicitur. Alium aũt ægrotum rursus in eodem libro describẽs, ait: Huic ꝑpetuo, ex quo & ego vidi, aluus turbata, urinæ tenues, nigræ, comatosus, vigil. Ita ut planè sit manifestũ, neq; somnũ, neq; cataphorã apud ipsum significare comatis nomen. Et ꝑ hoc (arbitror) quidã explanatores à comazare aiunt comatosos noĩatos esse, uigilare.n. comazantes, vigilare ẽt & comatosos. A † Et per Iouẽ sicuti comazantes nõ admodum annuunt * comatoso, & potissimũ oculis: humidos.n. esse & rubros, & inconstantes, & sese inuertentes: sed totũ ambobus corpus titubans motibus esse, & incontinẽs. Icirco & Hippocratẽ de tota syndrome dubitare, an oporteat phreniticos ipsos noĩare, an B quid aliud: vereri.n. phreniticos uocare, cum nondum desipiant: cum tñ oĩa symptomata phrenitica videat, hoc est capitis, lũbi, hypochondrij, & ceruicis dolorẽ B † & alia q̃ phreniticis adsunt, † formidare uirũ, ne error, aut ignoratio sit, si eos phreniticos non appellet. Hæc certe ꝙ probabilitatem habeant, negabit nemo, non tñ sufficienter, nec cũ demõstratione mihi sanè dicta esse uidentur: oportebat.n. ex Hippocrate ipso explanationem facere dictionis: quò asserere possemus, non solum ꝓbabiliter dicta ea esse, sed & ad illius mentem. Neq.n. existimo hoc solum cõsiderare oportere bonum explanatorẽ, si probabiliter uel uere dixerit, sed si & menti scriptoris cõsentiat, id quod in superiore sermone nõ est factum. Quamq̃ certe in aliqua parte mens senis circa hoc nomen ostensa est, per eas dictiones, in q̃bus coma esse vigiliã nouisse uisus est. Ac quispiam fortasse hĩc iam totum opinabitur: sed si parumper expectando, dictiones alias ex eodẽ tertio epidemiorum libro audiuerit, ne dicam totum, sed ne dimidium totis se ipsum cognoscere comperiet.

Coma opponi vigiliæ ex Hippocratis auctoritate probatur, idemq́; esse coma & cataphoram, ac duplex id esse: somnolentum, quod proprium est lethargicorum: & insomne quod quandoque phreniticis accidit. CAP. 2.

C Onsidera ergo quæ dicat in quadam ægrotante muliere. ‖ Alterã ex abortu circa quintum mensem Oecetai uxorẽ ignis corripuit, incipiens comatosa, & rursus uigil. Apparet.n. per oppositionẽ coma à uigilia distinguere tanq̃ contraria. Rursus autem in pestilenti constitutione, ‖ Comatosi, inquit, magna ex parte, & rursus uigiles. & post pauca. ‖ Perpetuo aũt plurimos uel graue coma comitabatur, vel ut tenues ac paruos somnos dormirẽt. & rursus. ‖ In Thaso Pariũ, qui supra Dianæ ædẽ habitabat, febris corripuit acuta, inter initia continua, ardens, siticulosus, incipiens comatosus, & rursus vigil. In his.n. omnibus uigiliam comati opponit. Ex consuetudine igiť ita interpretãs, millies ipsum cõperies, q̃n cõtrariarum rerum mẽtionem facit, hunc in modum scribere: immo uerò nunq̃ aliter. & multis tñ pauca adscribam ex eodem libro. Satius.n. esse uidetur omnia ex uno exempla sumere. Duas mulieres describens ante pestilentem constitutionem, in priori quidem ait: ‖ Alteram ex abortu circa quintum mensem Oecetai uxorem ignis corripuit, incipiens comatosa, & rursus uigil. † Deinceps aũt in pestilentia multos ægrotos scribit, primumq́; omniũ D (cuius paulo antè memini) qui varie, & inæqualiter ægrotauit, & multas multoties ad contraria mutationes fecit: incipit aũt hunc in modum. ‖ In Thaso Pariũ, q̃ supra Dianæ ædem habitabat, febris corripuit acuta. Sed nulla ad pñtem sermonem utilitas est primorum dierum: quorum aũt indiguero, eorum mentionẽ faciam. ‖ Vndecima sudauit non per totum, circunfrixit quidem, cito tñ recaluit: aperte.n. uerbo circunfrixit, uerbum recaluit cõtrarium est. Deinde, ‖ duodecima febris acuta, deiectiones biliosæ, tenues, multæ: vrinis enæorema, desipuit. Decima septima laboriose se habuit: neq;.n. somni aderant, E * & febris intẽdebatur. Vigesima sudauit per totum F * a febre liber, deiectiones biliosæ, cibum auersans, comatosus. Vigesimoquarto reuertit. Trigesimoquarto à febre liber, aluus G * non constitit, & rursus recaluit. Quadragesima à febre liber, H † aluus constitit tp̃e non multo, cibũ auersans, aliquantum rursus febricitauit. Rursus: ‖ Si.n. intermitteret ac alleuiaretur, rursus cito reuertebatur: contrarium enim uerbo alleuiari est uerbum reuerti. Et alui (inquit) excrementa

3. Pror. cõ. 1. t. 1. 4. 160. h

3. Epid. cõ. 1. t. 73. 3. 148. c

3. Epid. cõ. 2. t. 8. 3. 139. e

3. Epid. cõ. 3. t. 16. 3. 142. a

Ibi. t. 63. 147. f

Ibi. t. 72. 147. e

3. Epid. cõ. 2. t. 8. 3. 139. e

3. Epid. cõ. 3. t. 72. 3. 147. e

Ibidem

Ibidem

3. Epid. cõ. 3. t. 72. 3. 147. e

A † * Corrupti sũt hoc in loco codices græci, et asterisco notati. [illegible] Ego sane ad verbum transtuli. Forte tamẽ hic esse posset sensus. Comatosi dicti sunt à comazare, quòd utrique migilent, quòd capite grauentur, quòd oculos potissimũ difficulter attollãt, humidos.n. &c. quòd denique utrique totum corpus titubãs & inconstans hẽant. Ad hanc rẽ nõ parũ facere uidentur quæ in fine libri huius habentur.

B † Ex Calabri uersiõe hæc addũtur, nã in cod. gr. non sunt.

C † Codices græci asterisco sunt notati, * [illegible], quæ uerba non sunt ĩ Calabri versiõe: arbitror aũt etiam esse sensum, quem in contextu posui, considera.

L † Locus hic uidetur mancus: uolẽs.n. Gal. ostẽdere morem Hippocratis, ubi ille cõtrariarum rerum mentionẽ facit, duas inter cætera citat mulieres ex tertio epidemiorum ante pestilẽtẽ constitutionem, ac uerba ponit quæ ad priorem mulierẽ spectãt, ijs in cõtextu omissis, quæ ad posteriorẽ pertinent. cum tamen ĩ Calabri ẽt uersione legatur, Duas ergo mulieres lege, quas scribit ante pestilentiam: uide ergo, num hoc modo locus hic sit restituendus. In posteriori uerò, Extremorum refrigeratio, nec amplius recalescebant. & rursus in noctem superriguit, extrema non recaluerunt, non dormiuit, aliquantum desipuit, & rursus resipuit. Est autem vltimus ægrotus ante pestilentem constitutionem.

E * [illegible] & omnino ita legendum est in epidemijs: reddit enim rationẽ Hippocr. ut soles, cur dolorose se habuerit eo die.

F * ἄγρυπνος est in græcis, i. vigil, sed legendum uidetur ἄπυρος, i. à febre liber, cum mox dicat, uigesimoquarto reuertit.

G * Forte abundat negatiua illa particula non.

H † In antiquissimis exemplaribus legitur [illegible] uel [illegible] ut nos uertimus. In aliquibus autem [illegible], i. aluus non constitit tempore non multo. sed melior uidetur esse prior lectio.

menta consistebant,& rursus dissoluebantur: verbum.n.consistere, uerbo dissolui contra- E
rium est.Deinceps aũt aliam ægrotam exponens.|Octauo,inquit,multa desipuit & sequẽ- ibi.t.73.148.c
tibus diebus,& cito rursus resipuit.Ac rursus,| Vigesimo aliquãtum circũriguit,& cito rur Ibidem
sus recaluit.Et mox,|Septimo & uigesimo à febre libera,aluus cõstitit,non post uerò mul Ibidem
tum tp̃s coxæ dextræ dolor ualidus multo tp̃e,febres aũt rursus comitabant.Deinde rur-
sus,Et sequentibus diebus muta,ac rursus resipiscebat,& loquebat.Sed q̃d opus est sermo
nem ꝓtrahere memorando oĩa,q̃ infinita ferè sunt? adeo frequẽs apud ipsum est talis spẽs
interpretationis.Quare cũ dicit,|Comatosus,& rursus uigil,aperte coma uigiliæ opponit. Ibi.t.72.147.
Et sanè uigiliæ cataphorã in somnũ potes opponere,& certe rursus coma nihil aliud diuer c
sum vr̃ signare.Quid aũt,cum dicit? | Detinebat aũt uel coma continuum non somnolen- 3.Epid. cõ.3.t.
tum,vel cũ doloribus vigilia.Etenim talis spẽs interpretationis ꝓpria est Hippocrati, † ut 19.3.144.b
adnotet,ea q̃dem solita esse cõcomitari,sed tunc absuisse inopinato.Vt qñ dicit,|Causi igi 1.Epi.cõ.2.t.
tur paucissimis fiebant,& minimũ ex ægrotis hi laborarunt:|neq;.n.sanguis erupit,nisi ad 6.17.3.109.f
modum parum,& paucis,nec deliri erant.Et post pauca.|Neq; mortuũ ullũ uidi tunc cau- F Ibidem. t.19.
so.b †Per hæc.n.verba adnotat,largã sanguinis è naribus eruptionẽ,mentis læsionẽ,& acu
ta pericula solita esse comitari causos,licet tunc nõ euenerint.Et q̃d infert,| Nec phreniti Ibidem
ca tunc uidi euenisse,sc̃d'm eandẽ dictum est rõnem: ex eisdem.n.constõnibus , & eisdem
causis fiunt,tum causi,tum phrenitides: quippe in tp̃e abundant æstiuo,& regionibus cali
dioribus,& ætate vigẽti,& naturis calidiorib⁹,& diætis eiusmodi,ac uitæ institutis:c † qua
re phrenitica tunc abũdare par erat: ita ut res tanq̃ inopinata adnotet, ꝙ euenerit,ut phre
nitides quidẽ nullæ acciderint,causi aũt multi . Sc̃d'm eandem ẽt sententiam dicta sunt &
hæc.|Erat aũt constitutio causorum qui fiebant,hæc: incipientes comatosi,anxij,horrescẽ 3.Epid. cõ.3.t.34.3.143.f
tes,febris* non acuta,non sitibundi ualde,neq; deliri.Et paulo post.|Neq;.n.sanguis erupit Ibi.t.42.144.
tite,neq; quispiam alius ex consuetis abscessus factus est iudicatorius. d † |Illa aũt quomo- d
do dicta sunt?|Eleuationes ad aures multis ad alteram uergentes,& ad utrasq; plurimis,fe 1.Epi. cõ.1.t.10.3.104.g
bre carentibus,recte stantibus: quibusdã ẽt aliquantũ incaluerunt : extinctæq; sunt oĩbus
innoxie: neq; alicui suppurarunt,sicuti q̃ ex alijs occasionibus fiunt . Re uera.n.inopinatũ G
est,nullã suppurare,& e *oĩno non solitum.Postea infert.| Erat aũt modus ipsarũ,laxæ,ma Ibidem
gnæ,fusæ,non cum phlegmone: inopinatum.n.est , abscessus circa aures absq; phlegmone
oĩbus factos esse.|Quare rursus & hoc in loco uidetur inferre coma de cataphora somno-
lenta,cũ ait,|Erat aũt coma continuum non somnolentum: tanq̃.n.somnolentũ ipsum sit, 3.Epid. cõ.3.t.39.144.
& tanq̃ tale semper fiat,postea nunc inopinato factum nõ fuerit,adnotatur . Qñ autem in
eodem libro tertio epidemiorũ in Pythione inquit,|Nona comatosus,anxius qñ expergi- 3.Epi. cõ.3.t.74.3.148.g
scebatur: aperte sanè & hoc in loco coma cataphorã quandam signare vr̃. Sed impossibile
est,inquiũt,cataphora detineri,& uigilare: hæc.n.admirabiles isti explanatores dicunt,nõ
cognoscentes,ꝙ duæ sunt species cataphoræ,ut & probatissimi medicorum scripserũt , &
euenta rerum attestãtur. f †|Commune.n.ambarum est,q̃a eleuare non possunt oculos,sed
mox grauãtur,& dormire uolunt. Proprium uerò alterius, quia ij quidem dormiunt mox
& profunde & diu: ij uerò uigiles uersuti sunt,alia super aliã phantasia adueniente,& men
tem mouente,& somnum intercidente : vnde semper quidem uigiles manẽt,surgere verò H
non possunt,& agere ea quæ uigilantiũ,sed deficientius se hñt q̃ ut si uigilarent,& grauan
tur,& cataphorant,ut speres,si concesseris eis,faciliter utiq; eos dormire : concesso aũt eis
hoc,nedum non dormiunt,sed neq; spem,quã habebant ut dormituri,seruant. Hic igiť in-
tellige coma uelut cõe amborum,id quod uocare consuetudo est nobis cataphoram: si ve- I
rò somnolentam solum intellexeris, peccabis : non somnolentam.n.cataphoram priuabis
à nuncupatione,non minus q̃ alteram indigentem cumatis nominis nuncupatione . Siue
igiť somnolenta,siue uigil fuerit cataphora,coma uocare cõsuetudo est ei . Et nequaquam
sibi inuicẽ repugnant ea,quæ sc̃d'm partem : sed rationabiliter quãdoq; quidem in uigilijs
paruis inuenitur coma,qñque autem in somno. Etenim cataphora quandoq; quidem som
nolenta est,qñq; autem uigil.Quare non habes dicere de cataphoram patientibus, ꝙ uigi-
lant,g † vel non,tm̃: tamen differunt,qm̃ plures eorum dormiunt: pauci uerò eorum qui ita
habent,insomnes permanent: vnde licet amborum sit passio,tñ familiarior multum , dor-
mientium inuenitur.Propter hoc igitur dicit, | Erat autem coma continuum,non somno- 3.Epid. cõ:3.t.39.3.144.b
lentum,

A † Locus in impressis græcis legitur ἐπισημαίνεσθαι μὲν εἰωθότα, νῦν δ' οὐ γενόμενα παράλογον. Arbitror autem legendum esse οὐ γενόμενα παραλόγως, ut transtuli: sicut etiam inferius in græcis codicibus legitur. Dicto autem παράλογον & παραλόγως significare his in locis videtur, non quod præter rationẽ, sed quod præter opinionẽ & spem & expectationem euenit, ut adnotat etiã Suidas & alij. neque.n. præter rationẽ erat, quod coma eueniret non somnolentum, cũ status ille ita efficeret: sed præter opinionem hominum erat: quandoquidẽ solet esse comatis proprium, ut cum somno sit. Calaber uidetur alio modo legisse hunc locũ, cũ uertat, Subintelligere quidem quæ consequi consueuerunt, non autem dicuntur in sermone.

B † Loc⁹ ĩ græcis cod. admodũ corruptus. εἰ δ' αἱ λάβροι ἐκ ῥινῶν αἱμορραγίαι ἃ ... τῆς διανοίας ὀξέως ... καὶ ... ἐπισημαίνεται Calaber. per quæ multã ex naribus hæmorrhagiã, non tangere mẽtem, neque acute obuiare pericula significabat. Ego autẽ ita uerti, motus ni fallor ratione ac multis auctoritatib. Hippocr. in libris epid. cum Galeni explanationibus: præter eas quas hic citat Galenus, ac præsertim in primo libro cõm. 2. text. & cõ. 9. ubi habetur peculiare uerorum causorum esse hæmorrhagiam, delirium, & mortem.

C † Locus in græ.cod. asterisco notatus * τὰ φρενιτικὰ πλεονάζειν ἄξιον ὥς ἐν παραλόγῳ ἐπισημαίνεσθαι τῷ ἀνατιθέντι, ἢ φρενίτιδας μὲν οὐ δ' ὅλως ἐγένοντο, καῦσοι δὲ πολλοί. Calaber. & phrenitica tunc abundare dignum est, ut in sermone significatur: & decipitur qui putat phrenitides quidem omnino non fieri, causos autem multos. Ego uero in loco tam difficili arbitror legendum pro * τὰ φρενιτικά, ὥστε φρενιτικά. & pro τῷ ἀνατιθέντι ἢ φρενίτιδας, τὸ ἀνάπαλιν, ὅτι φρενίτιδες. ut transtuli. considera.

D † Hæc non sunt in Calabri versione.

E * Græce πάντων id est omnium, sed iudico legendum esse πάντως, vt transtuli.

F † Quæ his signis [] interclusa sunt, in cod. græcis desiderantur. Malui autem ueterem tralationem ut iacet apponere, quàm quicquã inuertere, cum præsertim sæpenumero mutatio uerborum, sententiæ non etiam faciat inuersionem.

G † In quibusdam exemplaribus Calabri interpunctum est ut est in contextu: in alijs autem hoc modo: vel non, tantum tamen differunt.

A lentum, ceu ut plurimum somnolento fiente. Si igitur cõe est amborũ coma, & somno magis familiare: rationabiliter, qñ vult somnolentam significare cataphoram, simpliciter dicit comatosos: qñ uero rursus uigilem, non simpliciter, sed A *communium ait comatosos uigiles. Nouit.n. alterutra, & qm̃ familiare est somno coma, & eius naturæ magis assimilatur: & qm̃ cum uigilia quandoq. consistit. Et si quidem hoc ita habet, mirabile nullum est, si non lethargicis solum, sed etiam phreniticis concidit. B *Somnolentũ uerò coma his quidem non est proprium, aliquãdo autem fit: inuenies enim multos phreniticos *surgentes, neq; eleuare oculos omnino potentes, sed in eodem loco manentes similes lethargicis: vnde hos plurimi & indocti medici, neq; quid oportet uocare sciunt, sed omnino ambigunt, & extranea uideť eis esse passio hæc, & innominata: quidã autem permistam ex lethargo & phrenitide æstimant, & uocant eam Typhomaniam. Et quod est deterius omnibus, quidam Hippocraticorum se esse similantium dicunt hoc: Et nimirum aperte ita & manifeste Hippocrate scribente non in dubitato libro, sed ut aliquis alius germanorum esse credito, tertio epidemiatum, ‖ Neq; maniacus factus est phreniticorum aliquis sicut in alijs, sed in quadam cataphora pigra C *caput grauati, perierunt. Non solum.n. qm̃ cataphora phreniti B dibus aliquando concidit, nunciauit: sed quoniam, & pigra multoties. Quæ autẽ est pigra, memor eris primo diuisionis, si debes præsentia non obaudire, quando cataphoram aliam quidem somnolentam, aliam uerò insomnem uocabam: & illam quidem somnolentã, propriam esse lethargicorum, & semper inesse eis: alteram uerò, neq; propriam esse phreniticorum, neque adesse eis semper.

3. Epid. cõ. 3. t. 45. 3. 144 c

A * Forte communium.

B * Arbitror legendũ esse, Non somnolentum: nequaquam enim coma somnolentum phreniticis accidit, sed coma ĩsomne, ut inferius patet.

C * καρηβαρέες: & ita libro primo prorrh. com. 1. & com. 3. 5 & certe melior est lectio καρηβαρέες uel καρηβαρίως, quam βαρέως, grauiter.

Laudat Hippocratem quòd non temere nomina imposuerit: probatq́, denuo duas esse cataphoras: alteram somnolentam, lethargicorum propriam: alteram insomnem, phreniticis quandoque euenientem: hancq́, uel pigram uel non pigram. CAP. 3.

SOmnolenta igitur, quantũ ad præsens, ipsis lethargicis concidit: insomnẽ uero, q̃ phreniticis aduenit, tentabo distinguere, ut possis inuenire dictam ab Hippocrate dĩam. Non.n. erat eorum, qui uane imponunt noïa uir iste: neq; stulte adiacet cataphoræ, hoc scilicet, pigra neq; dicit, sicut Homerus, humidum oleum, & lac album, nullius determinationis gratia: etenim omne lac est album, & oleum humidum: sed unumquodq; uocabulũ & syllaba omnis rem aliquã significat ab eo. De phrenitide igiť loquẽs (quod est ad pñtia utile docere eos q. consuetudinem eius discere uolunt) qñque quidem ita scribit D † delirauit, C qñque aũtita, transductus est, qñque autem rursus, intercise locutus est, rursus aũt desipuit & rursis, egressus est à se, & iterum maniacatus est, & supermaniacatus, & non intelligebat, & præterloquebatur. Hæc omnia læsam habentium mentem sunt: quos uniuersos tu quidem desipientes uocas: Hippocrati non sufficit dicere genus solum, sed unicuiq; magnitudini peciei desipientiæ, propriũ adinuenit nomen. ‖ Homo.n. ait calefactus, cœnauit: non fuit ausus dicere febrem E *tanta caliditate in qua quis cœnare potest. Rursus aũt magnitudinem uolens oñdere febris, dicit, ‖ Ignis assumpsit eum. Occupatus fui in ostendẽdo diligentiam uiri in uocabulis, sed ut iam scientibus & suasis ad id quod quæritur accedã. Duæ sunt species insomnis cataphoræ: noïatur altera quidẽ pigra, cuius nunc Hippocrates meminit: reliqua uerò noïe generis utitur. Cõe autem ambarũ est (quę & maxime differunt à somnolenta) qñ loquuntur & delirant nulli hærentia menti, & ad assurrectiones promptissimi sunt: quorum nullum in lethargicis existit cataphoris: neq;.n. seorsum quid loquuntur, & uersute, sunt difficile sentientes, neq; ad acclamantes & pungentes excitatur faciliter. Coma uerò phreniticum quidem & insomne, extra hanc est dissensibilitatem & immobilitatem: etenim surgunt faciliter audientes uocẽ & sonum oẽm: & si tetigeris par- D tem corporis, mox oculos eleuant, & ad tãgentẽ aspiciunt. In ipsa aũt cataphoratione uel manum mouent, uel crus, uel uniuersum corpus eijciunt irrationabiliter & repẽte, & desipice exilunt ad instar spasmi, & hæc oïa faciunt cum eo, q loquuntur aliqua non cõgrue: Quorum nullum, q. sunt lethargici cũ cataphora, faciunt: immobiles.n. semper & inuocibiles iacent, eis, qui profunde dormiunt, assimilati. Ipsorum autem qui nõ somnolenter cataphorantur, alij quidem ita facile & multum mobiles existunt, ut neq; deficiant clamãtes magne, & moueant aliquã particulam uehemẽter: sed si excitaueris eos aut loquaris, aspiciunt incõuenienter, & magis egrediuntur à se, & malum facere tentant, & oïno in audiẽdo promptissimi fiunt, nihil relinquentes ab ijs, q. summe desipiunt. Alij uerò ecõtrario surgentes, magis intelligunt, & non multum mouentur, & tunc magis desipiunt, qñ commiseris eos comati: & sedm hoc maxime licet eos discernere à cataphoris lethargicis. Hæc igitur est, quæ ab Hippocrate dicitur ‖ pigra cataphora. Qm̃ autem aperte didicimus, q nõ solum hoc scilicet cataphorari quibusdam phreniticorum accidit, sed etiã hoc scilicet pigre, de *hoc utiq; maxime aliquis dubitabit: ad reliquã transeamus dubitationem: cuius si quidem aliquam inuenerimus solutionem, habemimus iam totum. Est autem dubitatio hæc: postquã meminit Hippocrates in prorrhetica comatosorum vigilum, dubitat vtrum phreniticos

1. Epid. cõ. 3. t. 29. 3. 125. d

ῥιγῶ, ἐκαύθη quod sæpissime leges apud Hipp. in lib. epid.

3 Epid. cõ. 3. t. 45. 3. 144. e

D † Quaquam haud ita facile est asserere quænam fuerint uerba græca, quib. affirmat Galenus usum fuisse Hippocratem: arbitror tamen coniectura quadam motus, tũ ex Hippocrate in epidemijs, tum ex Galeno commentario primo prorrh. com. 1. et commentario primo tertij epid. cõ. secundo uocẽ Delirauit esse, παρελήρει. transductus est, παρηνέχθη. intercise loquutus est, παρέκρουσε. Desipuit, παρεφρόνησε. Egressus est à se, ἐξέστη. Maniacatus est, ἐμάνη. Supermaniacatus est, ἐξεμάνη. Non intelligebat, οὐ κατενόει. Præterloquebatur, παρέλεγε.

E * Arbitror legendum esse tantam caliditatem, ut sit sensus: non ausus est nominare febrem, eam exiguam caliditatẽ, in qua quis. &c.

nit̃icos eos aut aliud quid uocet: habet aũt series ita: ‖Qui comatosi in principijs fiunt cũ E 1. Pror. cõ. 1. t. 1. 5. 160. h
capitis, lumbi, hypochondriorum, & colli dolore uigilantes, nũ phrenitici sunt? Scribitur „
aũt dupliciter hęc series: in quibusdã quidẽ exemplariorũ sic: a † in quibusdã aũt absq; hoc
scilicet, sunt, num phrenitici? † b Sed nunc quidẽ primo scrutemur cur duæ sint spẽs primæ comatis, & altera quidẽ lethargicis semꝑ, reliqua uerò phreniticis aliqñ concidat: dubitat nũc Hippocrates, si oportet ita hñtes nolare phreniticos: hoc nanq; nedũ dubitabile, sed è contrario facile inuenibile & promptum vr̃ esse: qñ.n. sunt duo comata, & somnolento quidem proprio lethargicorum non potente intelligi (hoc:n. scilicet, uigilantes, adiacens non permittit id significari) de reliquo comate an phreniticum sit, vr̃ enunciare. Qualiter igitur dubitat? Syllogistica est hæc, num, aduerbium, & nõ dubitatiua. Sed hoc quidem, si non hr̃et barbaram interpretationem & omni cõsuetudine græca extraneã, fortassis utiq; acceptarem: quia uerò, neq; alij græci, neq; ipse Hippocrates tali cõpositione propositionũ inueniunt̃ uti: qualiter suscipiã syllogisticum esse, num, aduerbiũ? ante.n. q̃ assumptionibus vtamur in or̃one, & pręlocemus eas cõclusioni, nõ est syllogizare. Puta, ut quod dr̃, manifestum fiat ẽt minus exercitatis: hoc scilicet, num dies est? &, nũ ueniet hodie? dubitandi hẽt aduerbiũ: si uerò or̃one enunciare eis uoluero, uel simpliciter dicendo, ita absq; F omni demr̃one, veniet hodie: vel cũ demr̃one, hoc modo: si Sol supra terrã est, dies est: si ambulat, ergo mouet̃: qñ *verò sine demonstratione enunciamus q̃d, non indigemus aduerbio, ergo: superfluus.n. est sermo: & nullus dicit ita, dies est ergo: neq; sic, ergo est dies: cũ liceat dicere sic simpliciter, dies est: neq; sic in demonstratione possibile est uti hoc, scilicet ergo. Qualiter.n. erit demõstratio, omni demr̃one ex aliorũ assumptionibꝰ aliã assumptione cõprehendente? sed nullã vr̃ nunc assumptionem syllogisticam ad demonstrationem accipiens. Qualiter ergo, num, aduerbium fiet, pro dubitatiuo, syllogisticũ & illatiuũ? Cum aliquibus.n. neq; eundem locũ obtinent dubitandi aduerbiũ, & syllogisticũ & illatiuum vocatum: sed dubitatiuũ quidem ꝑponitur semper, syllogisticum uerò & illatiuum inter nomen & ꝑdicatum locatur: dubitantes.n. sic dicimus: num dies est? syllogizãtes aũt sic: dies ergo est. Qualiter igit̃ nunc prælocatum est? ceu non syllogisticũ existens prælocatum est: non.n. est dictũ sic: phrenitici ergo sunt: sed simpliciter, num phrenitic sunt? c * dubitante aperte Hippocrate, nec audẽte firmiter asserere de ipsis, queadmodum certe sępè numero facere vr̃. Satis aũt erit unum uel alterũ exemplũ, ne diutius in re tã cõspicua immoremur. In primo ergo Epidemiorũ ait: ‖Post hæc aũt dysenterici facti sunt hi oẽs: num G 1. Epi. cõ. 2. t. 72. 3. 114. f
sanè, q̃ minxerint aquosa, cõsiderandũ? hoc in loco dictio, considerandũ, q̃ adiecta est, ne „
impudentissimũ quidẽ permittet, ut coniunctionẽ ἆρα. i. num, aliter intelligat, q̃ dubitatiuam. In sexto itẽ Epidemiorum, ‖Post mictionẽ cõcretio, inquit, pueris magis: num sanè, „ 6. Epid. cõ. 3. t. 15. 3. 273. a
q̃ calidiores sint? In ipso aũt prorrhetico, ‖In phreniticis alba deiectio malum, ut & Arche „ 1. Prorrh. cõ. 1.
cratinũ sanè ex his segnities fit? & rursus: in aphonia spũs, qualis ijs qui suffocant̃, promptus, prauum: nũ sanè & tale, deliratoriũ? Si ergo finẽ sermoni imponere oportet: & neq; „ t. 34. 5. 165. a
alius q̃spiã gręcorũ ita usus est cõiunctione ἆρα: neq; Hippocrates ipse; ut ego nunc ondi: „ ibid. t. 14. 106. a
rep̃henderet utiq; q̃spiã, arbitror, eos, qui tanq̃ nõ dubitatiuã cõiunctionẽ expanauerũt.

Causam reddit, cur Hippocrates in principio Prorrheticorum eos, qui comatosi sunt in principijs cum capitis, lumborum, hypochondriorum, & ceruicis dolore uigilantes, non ausus sit appellare phreniticos. *AP. 4.*

Quanquã difficiliorẽ or̃onem me ipsum facere scio. d † cum.n. distincta sit somnolenta cataphora à nõ somnolenta, phrenitide iã existente, non utiq; cõuenienter dubitare videat̃, & non firmiter asserere, tales esse phreniticos. Sed certe minus mihi curæ est difficultas sermonũ, q̃ veritas. Quòd dubitatiua sit coniunctio fateor, & cãmostendã; H ꝑꝑ quam non ausus est asserere Hippocrates tales esse phreniticos, sed adhuc dubitet: nã dictio, in principijs, q̃ adiecta est, totam or̃onis uim habet: quam dictionem multi explanatorum ꝑtermittunt tanq̃ temere adscriptã. Simile.n. quidpiam accidit multis incipiẽtibus morbis, quale in aliquibus ebrijs fieri uidemus, qñ comatosi quidẽ sunt, & titubant, & capite grauantur, & neq;, si cogãtur, attollere possunt palpebras: ob hanc eãdem uerò rursus grauitatem dormire non possunt, anxiantes, & uertentes, & proiicientes se ipsos, ac transmutantes aliàs ad aliam figuram. Hæc.n. uidemus sæpenumero in ebrijs fieri, cũ repletum fuerit in ebrietate caput, postea à grauitate unà & in coma trahat̃, unaq; à somno ꝓhibeatur. Ita ergo, vbi multitudo incõcocta caput occupauit, uigiles simul & comatosi sũt. Dũq; hoc ꝑ initia euenerit, interdũ quidẽ probe cõcoquit̃ multitudo, ac si ex uino talis res euenisset: sed ita sanè nec lethargus, nec phrenitis subsequuta est: interdũ aũt acris reddita, in phrenitin terminauit. Multis verò pars tenuior, uel cõcocta, uel digesta, euacuata ẽ, remãsit aũt crassior: & ita lethargus superuenit: d † ꝓgresso quidẽ tali morbo, hæc affectio, sicuti quidem

A † Hoc est, in quibusdam autem exemplaribus legitur, nũ phrenitici, absq; hoc uerbo sunt: vt etiam habetur in calce huius libri, & in primo cõ. libri prorrh. Fuerunt.n. qui dicerent, Hippocratẽ dubitare, an tales sint phrenitici: alij, an tales 'n turi sint phrenitici.

B † Nõ uideo, quo in loco inferius Galenus scrutetur, cur duæ sint primæ species comatis, scio equidem hoc superius ostẽdisse. Forte ergo loco dictionis primo, legendum est, primum, & pro, cur, cum: sunt.n. faciles lapsus: ac si ita diceret. Sed nũc quidem primum (i. priorem scripturam, quæ habet dictionẽ, sunt) scrutemur. Cum duæ sint species, &c. dubitat nunc Hippocrates, si oportet &c.

b Hucusque Calabri uersio.

C † Corrupti sunt hoc in loco cod. græci, qui ita habẽt: φρενίτιδος ὤσης ἂν ἔτι δ' ὄντως ἀπορεῖν φαίνοιτο, καὶ οὐ βεβαίως ἀποφαίνεσθαι φρενιτικοὺς εἶναι τοὺς τοιούτους. i. phrenitide existẽte utiq; adhuc conuenienter dubitare videantur, et nõ firmiter asserere tales esse phreniticos. Calaber ita trastulit: phrenitide iam existente, qualiter nõ conueniẽter absurdum uidebitur nõ certe enunciare phreniticos eẽ hos: uidetur ãt ita legisse, φρενίτιδος ἄλλως οὔσης, πῶς ἂν ὄντως ἄτοπον φαίνοιτ' ἂν μὴ βεβαίως ἀποφαίνεσθαι φρενιτικούς &c. posset etiã paucis mutatis ita legi, φρενίτιδος ἤδη οὔσης, πῶς ἂν ἔτι δ' ὄντως &c. vt traduximus: ac si diceret, si iam adest phrenitis, quare dubitat? neq;.n. ĩ re certa dubitandum. Et hæc est illa difficultas, quam nuper tetigit, cuius solutio stat in dictione, in principijs, vt mox apparet inferius.

D † Idest ubi diutius perseueret hic morbus cum comate & uigilijs &c. vel est proximus phrenitidi, uel ut alij existimant, mixtus est ex lethargo & phrenitide. clare hac materia tractatur in primo com. primi prorrheticorum.

A ti quidem nos ostẽdimus, propè iam phrenitin est: sicuti uerò ij, qui mixtam passionẽ ex lethargo & phrenitide introducunt, suspicantur, illi uideretur esse proximior. †Verum aũt eos, qui ità habent, iam phreniticos nominare oporteat, an paulo post phrenitici expectandi sint: hoc alterius utiq; est considerationis, nihil ea, quæ nunc proponuntur, iuuantis: ac præsertim propter dictionem, sunt, quam aliqui adscribunt huic contextui, num phrenitici, aliqui uerò non.

† Ambigua quoquomodo uidentur verba græca, οἱ τοίνυν δ᾽ ἤδη τοὺς οὕτως ἔχοντας ὀνομάζειν χρὴ φρενιτικούς, ἢ τοὺς ὀλίγον ὕστερον ἐσομένους &c. Sensus tamen ille, quem in contextu posui, facillime ut fallor elicietur. si cum ijs quæ in initio statim primi commenti, primi prorrheticorum scripta sunt, conferatur: verba autem sunt hæc. Complura ueterum exemplarium uerbo, phrenitici, uerbum, sunt, non habent adiectum: hinc exorta est quæstio, utrum ne eos qui ita habent, quis iam phreniticos appellabit, an forte expectabit: adiectio uerò, sunt, atque in hunc modum simul scripta oratione, num phrenitici sunt, quæstio est, an qui ita affecti sunt, iam phrenitici sint uel non sint. Et inferius in eodem commento. Si enim comatosi quidem, sed absque uigilijs fuissent, non quæsisset Hippocrates, an phreneticos appellare eos oporteat, uel iam existentes uel futuros.

GALENI DE TREMORE PALPITATIONE CONVVLSIONE ET RIGORE LIBER

Ioanne Guinterio Andernaco medico interprete

Ab Augustino Gadaldino ad Græcorum codicum fidem emendatus

ARGVMENTVM LIBRI

Quod genus motus, quæ differentiæ, quæ loca, quæ causæ tremoris, conuulsionis, rigoris, & palpitationis.

Propositum Libri. CAP. 1.



QVandoquidem Praxagoras Nicharchi filius, cũ in alijs medicinæ partibus præstantissimus, tum in naturalibus speculationibus peritissimus, non recte mihi uidetur de pulsu, palpitatione, cõuulsione, & tremore sentire: vt qui oĩa arteriarũ esse affectus, differre aũt inuicẽ magnitudine, existimet: idcirco de oĩbus ipsis cõiter hoc libro à me tractandum esse putaui, non ut Praxagorã in ijs, quibus errorẽ admittit fallituręq;, redarguã (id.n. Herophilus eius discipulus abunde factitauit) sed ut in quibus recte ille sensit, ea quæ desunt, adijciã. De pulsu sanè, quid tandẽ sit, & q̃uo fieri soleat, in opere de pulsibus ostensum

D est, & nunc tantum dicetur, quantum ad præsentem disputationem vtile esse uidebitur: De alijs autem hoc commentario sum tractaturus, inde sumpto initio.

Quod motus genera, atque in quo genere tremor, conuulsio, rigor, & palpitatio continentur. CAP. 2.

A.l.1. f.1.d.5 c.1. 10. b MOtus sensibiles in animantium corporibus, cũ sana sunt, duplices genere apparent: ' Ex arbitrio sanè, aut uoluntate ac impetu, aut quomodocunq, nominare velint nominum quidem periti, rerum autem scientiam negligentes: qui neruorum musculorumq; ministerio fiunt: atq; has medici uoluntarias actiones appellare solent: alij uerò motus in animantium corporibus existunt, qui arteriarum & cordis officio obeuntur, quos uitales nuncupant: ac aliud quoddam tertium motuum genus in uenis habetur, quod sensibus nõ percipitur. De quibus duobus in præsentia dicere opus non habeo: verum qui musculis & neruis perficitur, per quem & manus & crura mouemus, in tremoribus, conuulsionibus, rigoribus morbidis, interim & in palpitationibus apparet. Omnes etenim eiusmodi affectus, uitiati motus sunt instrumentorum eorundem, quibus arbitrarij sanorum motus obeuntur.

Quid sit tremor. CAP. 3. E

TRemor itaq; facultatis,quæ corpus sustinet mouetq;, infirmitate accidit. Non ª enim ex se — A.l.3. f.a.c.a.t c.a.218.d
ipsis animantium particulæ tam granes cùm sint , deorsumq; fieri natæ,in oēm locum mo-
uentur: verū facultas,q̄ per neruos musculis à principio transmittitur, veluti uehiculum quod-
dam,& motus ala ipsis est:quam cùm prorsus perdiderint (perdunt autem resoluta)deorsum fe
runtur,& auis cui pennæ defluxerint instar,cōcidunt : vnde nullus ita affectis motus relinquit.
Sin aūt uirtus quidem reliqua fuerit,sed pauca & imbecillis,vt neq; corporis partes satis susten
tet,uehatq;,aut tanquā graue pondus aliquod ferre nequeat, necesse est partem ita dispositam ,
tremulam conspicari:siquidē motus, qui ab imbecillibus supra vires & uiolenti,& ad necessita-
tem fiunt,tremuli existunt. Puto te subinde vidisse aliquem, qui graui pōdere sublato,incedere
uiolenter conaretur,q̄ cruribus intremisceret:quin ēt si manibus præter uires graue aliqd por-
tare aggrediatur,manus habebit tremulas.Pari modo homo cū timet expauescitq;,siue manibꝰ
quid facere,siue uolet ingredi,manus quidē,si his functionem obire aliquā audet,tremulas:cru
ra aūt,si conatur incedere,habebit. Minuit.n.nihilo minus & timor uiriū robur : quæ ubi semel
collapsæ fuerint & debilitatæ, quiduis ēt multo leuissimum , graue redditur: quapropter & cor-
pus animantis,qđ prius erat leue,oneris modo ipsas aggrauat.At senes simili modo ex imbecil- F
litate vt plurimū tremuli sunt.Præterea,quibus ex morbo corporis robur laborauit,nec ijs quo
que citra tremores motus fiunt . Siquidem in oībus,qui in hunc modum habent , uis particulas
mouens sustentansq;, nunc debilitata,id quod prius attollere solebat,amplius non potest,tanq̄
in motu uacillās. Si uerò totus naturæ tenor remiserit,ibi corpora eo,quod eleuet destituta,suo
pondere deorsum ferunt:ac ibidem manerent(quemadmodū in resolutionibus, quas paralyses
græci appellant)si totas uires robur oīno destituisset . Quātum aūt ipsius reliquum est,id rursus
uehere corpus conatur: verū neq; nunc quātum vult, præ imbecillitate, potest, sed modice qui-
dem eleuat,magis autem deficit,imperfectum mutilumq; hoc quoq; motum relinquens:rursus
igitur corporibus deorsum ferri concedit.Quod cum continue fiat: & deorsum tēdens latio sur
sum uergentem excipiat,eiq; rursus coniungatur:duplex sanè & cōpositus totus fit motus,par-
ticulis loca semper per uices mutantibus.Nomen autem affectui est tremor , quo corpora deor-
sum pondere suo uergunt,rursus autem in altum à uirtute attolluntur.

Quid tremor differat à palpitatione. CAP. 4.

QVin & palpitatio,qui palmos græce dicitur,forsan,dicet aliquis, similiter atque tremor mo
tus est,quo partes palpitantes, citra uoluntatē nostram,nobisq; inuitis attolluntur & deor- G
sum aguntur.Qūo igitur tremor à palpitatione differet? Hactenus sanè nihil inter se di-
screpare uidentur: veruntamen discrimen intercedit . Neq;.n.locum affectum eundem esse tre-
mentibus & palpitātibus,neq; causam,neq; symptoma esse dixero.Quippe nemo,qui artus mo
uere non instituerit,tremet: palpitantes autem particulæ etiam si in quiete fuerint , siq; nullum
ipsis motum induxeris,palpitant. Decipiuntur hic quoq; multi,dum capita tremula conspiciūt
non nullis,manum immobilē & crus, vt uisum fuerit, extensum habentibus,deinde nihilo mi-
nus trementibus. Quos hanc sniam docere conuenit, quæ non à me nunc primum dicitur , sed
etiā à multis ueterum,non quæ moueri uidentur,ea moueri sola pronunciantibus.Multa siqui-
dem citra motum esse uidentur,unum eundemq; locum obtinētia, nihilo autem minus mouen
tur . Siquidem aues non modò sursum & deorsum tendentes , sed etiam si locum unum in aere
occupent,in motu tunc quoq; esse censebuntur . Nam si in eo loco mortuum auis corpus situm
fuerit, facile ad terram decidet,pondere suo inclinans. † ª Vnde constat,& corpus quod in eodē
manet loco,motus cuiusdam auxilio,in sublimi constitisse , tanto utiq; motu,quātum haberet,
si solo pondere deorsum ferret.Quare quā immobilitatem esse putas,motus est ex duobus qui-
busdam cōpositus,qui corpus in contraria loca possunt abducere:quorū, si alterum sursum ver H
gentem tollas,reliquum uidebis ex facili corpus in locum inferiorē deducere.Hoc igitur & Hip
pocrates his uerbis docet: ᵇ ‖ Stare,vlceribus minime conducit,præsertim si crura infestent: ne- "
que sedere,neq; obambulare,sed conquiescere & otio uacare confert.Nam quietē & otium tā- "
quam profutura commendat:stare autem & sedere minime prodesse ait, ut quæ à conquiescen
do sint diuersa:etenim & tunc musculi, qui gestant corpus,& à terra attollunt eriguntq;,intensi
sunt:iccirco stare nihilo minus,q̄ obambulare lassitudinem parit , ut quod & ipsum motus exi-
stat.Anima igit̄ quæ corpus & mouet & erigit,ablata,statim qđ prius rectum erat, in terrā incli
nare uidebis:quo constat ēt,cum rectum erat,non fuisse citra motum,sed fuisse aliquid qđ sub-
leuaret,gestaret,attolleretq; ipsum.Ego itaq; ne decumbentem quidem hominem,si caput sub-
limius habet,pedes aūt humiliores,citra motum omnino esse dixerim:sublabitur.n.facile ad pe
des ex subliniori in decliue uergens,nisi motu contrario huic renitatur. Hæc sanè & Hippocra "
tes asserebat : ᶜ ‖ Si uero præceps agitur,& à lecto ad pedes delabitur,grauius periculum mina- "
tur.Nam ad pedes sublabi decumbentem,uirtutis extremæ imbecillis nota est firmissima. Stare
etenim , aut sedere , aut surgere non posse, graue quidem, sed minus graue periculum innuit :
quippe multi ægrotantium ad hæc deueniunt desinuntq;, ad extremam nōdum imbecillitatem
prolapsi:

† Ant.trala tio. Ostēditur igitur ex hoc , quòd corpus auis permanēs in una parte aeris,nō potest ibidem perma nere,cū sit naturaliter graue,nisi ad illū locum moueatur uirtute aliqua erigente & adiuuante ad permanentiam : qua non mittente in cōtrarium grauitate corpus secundum exigētiam suæ grauedinis uelocissime ad iferius mouetur: cum motus grauis necessario ad inferius tēdat.

B In lib. de Vlceribus.

C In Prog.cō 1. t.15 4.195.t

A prolapsi: ac decumbere non posse uiuentis modo, sed hic quoq; tanquã mortuum & inanimatũ corpus deorsum ferri, extremũ malum fateſ: quod Hippocrates in cõmentario de humoribus, ἔρριψιν ‖ hoc est uirium deiectionem, appellauit: quod interpretes libri non intelligentes, multa nugati sunt. Nam deiectum esse instar corporis inanimati, omni robore prorsus & soluto & perdito, ἔρριψιν vocauit: vt non idem sit deiectum esse cum eo, quod est decumbere, sed quã habet proportionẽ delabi cum uerbo decumbere: ita ẽt in auibus diuersum quidem est, ad terrã deuolare, diuersum rursum in terram decidere. Etenim aliud affectus, aliud actio est. Similiter igitur his, actio quidem decubitus est: affectus autem, prostratio deiectioq;. Sed quorsum hæc mihi dicuntur? eò nempe, vt illos qui aut crus, aut manum in altum sustulerũt, deinde ita ut habẽt seruant, ne immotos esse arbitreris, neq; si unũ eundemq; locum semper q̃ maxime occupent. At si nolis, ita dispositis motum adesse concedere, certè actionem ipsis oĩno concedes, & duplicatũ hoc simplicis actionis robur adesse. Nam in simplicibus unum musculorum genus aut flectentium, aut intendentium artus, operatur: cum uero extensos ipsos conseruas, utraq; musculorũ genera pari robore functionem obeunt. Quòd si huius memineris, uera *obseruãs, quæ prius dicebantur, inuenies, nempe q ei, qui nullum motum aggreditur, tremor non obueniat: vt qui impotentis & infirmi † motus sit symptoma. Vnde cuiuis constat, corpus, cui moueri neutiquam licet, id neque circa motum imbecille & impotens fore.

In libro de Humoribus.

† Melius τῆς κινήσεως. infirmæ motricem symptoma, sic enim antiqu' īterpres legisse uidetur, atq; id postulat ratio locutiõis, cũ & in fine sub sequẽtis capitis dicat tremores esse facultatis imbecillæ affectus.

B

Quæ sint loca affecta, & causa palpitationis & tremoris. CAP. 5.

PAlpitatio autem ẽt ijs, quæ non mouentur, accidit. Etenim supercilium, palpebræ, & oculus subinde citra oẽm uoluntatem attolluntur. Vnde & hoc manifesto arbitror magnã hr̃e uim, tum ad affectus naturæ cognitionem, tum ad exactam à trementibus discretionem. Siquidem quæ in palpitantibus particulis eleuationes depressionesq; apparent, distentiones quædã sunt corporũ, quæ ceu replenſ, & eorundẽ subsidentiæ quasi rursus inaniuntur. Quæ uero trementibus accidunt, totius mẽbri motus sunt: quod interim deorsum quidẽ uergit, rursus aũt ad superiora ferſ, sed non dilatatur, neq; contrahiſ. Ea propter tota sanè pars tremit, quum aliq̇d facere aggredimur, nullo corũ, quæ in ea hñr, manẽte immobili: sed similiter quidem musculi, similiter his arteriæ, nerui, uenę, ipsaq; ossa, & cutis, nunc sursum, nunc deorsum feruutur: palpitant autẽ non omnia. Neruum igitur, aut os, aut cartilaginem, aut aliud quid huiusmodi, nunq̃ uideas palpitare: non.n. habent uentrem, quo uicissim dilatato & contracto, attolli quidẽ cum dilataſ, collabi aũt cum contrahitur, partibus liceat. Porrò musculorum ne sit affectus tm̃ palpitatio, ut Herophilus opinabatur, an ẽt cutis, aut arteriarum, ut censebat Praxagoras, id rursus considerabimus: siquidem ea speculatio ad loci affecti inquisitionem magis pertinet. In præsentia autẽ tantillum repetentes, ad priora digrediemur, nempe q palpitatio, distentio quædam sit & subsidentia præter naturam: Tremor aũt motus p̃ter uoluntatem partium, quo sursum & deorsum uicibus permutatis ferantur. At idem non est neq; dilatari, cum eo quod est sursum ferri: neq; contrahi, cum eo quod est deorsum uergere. Etenim, quæ sursum & deorsum ferunſ, priori loco relicto in alium transeunt: quæ dilatantur autem & contrahuntur, ueterem sedem conseruãtia, partim ambientem regionem occupant, partim relinquunt. Quare moueri q̇dem utrisq; cõe, tum quæ dilatantur contrahunturq;, tum quę sursum & deorsum feruntur: peculiare autem his sanè minorem locum aut ampliorem occupare, ita ut ueterem non deserant: illis autem semper loca mutare, ita ut nunq̃ in eodem maneant. Opus autẽ, opinor, erit hic quoq; distinctione, vt in totum sermo uerus euadat. Subinde.n. iam pluribus simul musculis, aut uno quodam insigni uehementer palpitante, attollitur quidem membrũ unà cum ijs, quæ dilatantur: concidit autem rursus cum ijs, quæ contrahunſ. Vnde inuitam eleuationem depressionemq; membri, tremorẽ uocare non oportet: cum uideas manifesto musculos palpitantes, à quibus membrũ mouetur: ipseq; motus, non qualis trementibus, apparet. Nã in ijs, qui membrum totũ in motu propter musculos palpitantes retinent, proprijs & sensilibus extremis uterq; motus circũscribitur: trementium uero affectus talis non est, sed altero motu adhuc incipiente, ut ita dicã, contrariũ ipsi coniungi deprehẽdes, ut ad superiora latio semper deorsum tendentẽ excipiat: hanc aũt ab illa rursus continue impediri: ita ut imperfecta quidẽ semper sursum latio, imperfecta quoq; deorsum inclinatio existat. At hæ sanè affectũ tibi notæ erunt, ac his symptomatibus inuicem differunt.

C

D

A.l.3.f.2.c.8. t.1.c.19.220.a Reliquum est ut locũ affectum & causam consideremus. Palpitationum causam esse pronuncio spm̃ crassum & vaporosum, cui non sit transitus. Hunc autẽ colligi oportere dico in cõcauitate quadam non admodũ exigua, si pars distensionem sensibilem habitura est: atq; totum hoc summatim explicatũ est. Cæterum oportet, ut cum tu substantiam illam esse spiritualẽ demonstras, causę addas, ob generationis, ac solutionis celeritatẽ. Quid enim tã facilè uel cõgregari, vel inaniri põt aliud, quàm spiritus? Etenim quæ hoĩem constituunt, ut Hippocrates nos docebat, sunt solida, humida, & spiritus. Meminit autem ipsorum his uerbis, ‖ Continentia dicens, contenta, & impetu ruentia: Continentia quidem solida nuncupans, vt quæ comprehendant tegantq; humida: contenta autem, humores, ut qui à solidis comprehendantur: quæ impetu feruntur, spiritus: siquidem in omnẽ corporis partem momento temporis, & facilè, & citra impedimentum 6. Epi. sect. 7.

perueniunt.Citam igitur uacuationem aut repletionem,aut distentionẽ,aut subsistentiam, aut E
depressionem,aut elationem,aut alium quendã motum,nullum ex omnibus prẽter spiritum ef-
fecerit.Quare & palpitationum causa,suba quidem spiritus:qualitas autem substantiæ,humidi
tas est,& crassities,vt paulo antè dicebamus,cum crassum vaporosumq; noiaremus. Si.n.æthe-
reus foret,tenuis & putus,citra impedimentũ transiens,neq; repleret vnquã,neq; uacuaret par-
tes:crassior autem q̃ meatus corporum exigant,in quibus colligit̃,reclusus intus si quidem con
cauitatem corpus obtinet,hanc replens,& excitat & distendit regionem circunfluã: sin minus,
inter duo collectus corpora,ab uno ad alterum transit, ascititium sibi sinum efficiens. Hic sanè
modus secundus dictus, & in cute subinde palpitationes excitat : non cute ipsa concauitatem
quandã in se sortita,sed in spatio quod cutẽ & corpora subiecta intercedit,spiritus tunc colligi-
tur.Prior aũt modus in musculis potissimum accidit, in his.n.concauitates & multæ sunt & exi
guæ.Praxagoras pulsum arterijs attribuit,sicut nimirum & palpitationem,tremorem,& conuul
sionem,arteriarũ affectus:ac pulsum sanè in naturali statu hr̃e : palpitationem uerò,tremorem,
& conuulsionẽ magnitudine inuicem differre,sed motus esse p̃ter naturam. Quòd igitur non re
ctè sensit,solis arterijs palpitationem attribuens,haud difficile est deprehendere:quippe manife
sto uidere est frequentẽr & cutem palpitantem & musculos, cum nulla in loco sit arteria : vel, si F
esse quandã contingat,ea sit admodum exigua,unde liceat manifesto alicui cognoscere, tãtam
distentionem non ex arteriæ magnitudine proficisci. Porrò num rectè non nulli musculosis cor
poribus solis palpitationem attribuant,id mihi multo dignius consideratione uidetur.Ego ete-
nim ẽt planè existimo,arteriã manifesto non modò palpitans,sed ẽt conuulsorium quid, subin-
de repræsentantem inueniri,quemadmodum & alij pulsuum periti fatentur. Verùm de hoc di-
sputatio prolixior est,& in libris de pulsibus comprehensa. Iam plerisq; hominum non raro pal
pitationes in sola cute euidenter fieri apparent,cum uaporosus spiritus in aliqua ipsius particu-
la generatus retinetur,& in transitu moratur:ita ẽt si in musculis,aut alio quodam corpore,spũs
flatulentus redundauerit,in illa palpitationem excitat.Qm̃ uero spiritus crassus,nebulosus, aut
caliginosus,aut flatulentus, aut quomodocunque nominare uelis, palpitationis causa efficitur,
ideo ætates frigidiores palpitationi obnoxiæ sunt, natura corporis frigidior, regiones frigidæ,
anni tp̃s hybernum,uita otiosa,repletioni & ebrietati dediti,cibi frigidi & flatulẽti, & ut semel
dicam,omnia quæ corpus refrigerant. Quæ uerò his contraria sunt,palpitationes statim tollũt.
Nã calefacientia spũs attenuant,& corpora reddũt rara molliaq;:refrigerantia autem densant
quidem,contrahunt,& corporum meatus cogunt conniuere:incrassant aũt coarctantq;,& tur- G
bidum spiritum reddunt:facile igit̃ retinetur à perspiratu impeditus,tum sua ipsius crassitie, tũ
corporum,quæ ipsum continent,densitate. Calida rursus contrario refrigerantibus modo fun-
dunt,laxant,corporum meatus aperiunt, ipsum spiritum attenuant,ad motumq; facile incitãt;
facilesq; ita transitus ipsi efficiunt.Quapropter ẽt ueteres medici palpitationum remedia adin-
uenere,quæ extenuare & calfacere possunt:cuiusmodi sunt,quæ constãt euphorbio,pyterhro,
lemnesia,sulphure,& pipere,aliaq; id genus composita : item inter aquas,quæ è terra prosiliunt
calidæ,atq; ex his potissimum nitrosæ,sulphuratæ,& bituminosæ,easq; commendant. Vtuntur
autem & marina,calfacientes ipsam:& muria,si marina desit. Iam potui exhibent medicamen-
ta calida,præsertim ex castorio confecta.Hoc sanè ẽt extrinsecus impositum,non modo epotũ,
generosum est medicamentum, ut quod calfacere simul & extenuare, siccareq; abunde possit.
Palpitationis sanè cuiuslibet ex frigido generatio est:tremoris autẽ neq; una occasio,neq; cau-
sa semper frigida est,uerum dispositio, facultatis quæ corpus mouet imbecillitas. Huius autem
causæ,quæ huc corpus perducere potest,non una species est,sed uel alimenti inopia, quemad-
modum in cholera,ualido alui profluuio , largo sanguinis fluore , aut magno ieiunio, uel uitali
robore soluto,quemadmodum in stomachicis & cardiacis deliquijs , uel uiolẽto & ualido frigo H
re occupante,aut plenitudine ipsa ponderis modo degrauante,imbecilla ad motus efficitur. Vn
de neq; una remediorum species trementibus,quẽadmodum palpitantibus,adhiberi potest.Ve
rum si à perfrictione tremorẽ experiantur,calidum ipsis præsidio est.Nam qui per hyemem iter
facientes,deinde ualido frigore correpti,semimortui & tremuli domum reuertuntur, facillime
ab affectu liberati sunt caloris adhibiti beneficio.Similiter his medemur & illis, qui per refrige-
rantes febriũ insultus & rigent & tremũt. At si per sudorem digesti, fiant tremuli,ut in deliquijs
cardiacis & stomachicis,calefacere hos extremum malum est: quippe contrarium in his conue
nit,nempe cutem densare,quæ refrigerant,adstringunt coarctãtq; meatus,adhibentes, nõ quæ
calefaciunt,laxant & adaperiunt.Quòd si penuria alimẽti,ut in longis ieiunijs, aut immodera-
tis uacuationibus,tremores oboriantur,hoc ne uerbis quidem indiget:cuiuis.n.constat,alimẽ-
tum hos desiderare.Qui autem uiribus humorum copia grauatis tremunt, his uacuationes re-
2.Epid.sect.4 medio sunt:quemadmodum & Hippocrates alicubi docet his uerbis: | Estymargei ancillæ, cui »
neq; sanguis fluxerat,postquam filiã peperisset, os aũt uuluæ auersum erat, ac dolor in coxam »
& crus pertingebat, ex talo sanguis detractus profuit, & si tremores totum corpus occupa- »
rent. Sed ad occasionem ueniendum & occasionis fomitem. Mulieris meminit, quòd à partu »

A celebri illa secundarũ puerperij purgatione, uacuata nõ esset: deinde tremor oboriretur. Hancq́; inquit, sanaui sanguine ex talo detracto, etsi tremores totũ corpus occuparẽt. Quid iã aliud hic obscurè subindicat, q̃ alius sanguinem nõ misisset? Frigidum.n. affectum tremorem esse credi tur, sanguinẽ verò calidum. Nõ igitur ausus fuisset aliquis sanguinẽ vacuare in affectu, qui cale fieri desiderat. Ego tñ, inquit, ausus sum: & rationẽ docet. Sed ad occasionẽ veniẽdum est, & ad occasionis fomitẽ. Id quod infestabat, inquit, & infestãtis causam noui. Quod igitur infestabat, sanguinis copia erat: causa ipsius, uuluæ ad coxas inclinatio, propter quam mulier purgata non erat. Sanguis igitur, quem uacuatum esse oportebat, non inanitus, sed in corpore oberrãs, naturæ põdus erat. Vnde tremoris occasionẽ intelligens, sanguinis copiã: fomitem uerò occasionis, uuluæ affectum: deinde copia quidem uacuationem indicante: parte autem affecta, locum per quem uacuare conueniebat: ambo hæc cõiungens, sanguinis detractionem ex talo molitus est: hãc quidẽ, qm̃ sanguinẽ uacuare uolebat: ex talo aũt, quia uterus affligebatur. Quòd igitur sanguine abundãte uenã incidere oportet, nemo nõ nouit, si q̃dẽ in uenis ille cõtinetur. Quòd aũt vtero affecto, circa talũ, aut in poplite, diuidere cõuenit, nisi prius uenarũ cõmuniones ex Anatome didiceris, haud poteris id, qđ dico, assequi. Alia enim alij corporis parti uena cõmunicat,

B oportetq́; vacuationes semper ex cõibus moliri: nam si uenas, q̃ nihil parti affectæ communicãt, incideris, neq; affectæ medeberis, & sanam semper offendes. Necessarium igitur nunq̃ non uidetur, ut is, qui rectè medebitur, causam ex qua affectus orit̃, cognoscat. Verùm de tremoris causa hęc sufficiũt. Locus aũt affectus in tremoribus, unus necessario nõ est: atq; hoc loco carpẽdus mihi uenit Praxagoras, & Herophilus: hic, q̃ tremorẽ in neruoso ipso genere semper constitui ostendere cõtendat: ille, q̃ arteriarũ affectum, tremorem dixerit. Praxagoras igitur lõgẽ à uero abest: Herophilus aũt deceptus est, qui uirtutis affectũ, instrumẽtis attribuerit. Quòd etenim neruosum genus, nõ arteriosum, motibus uoluntarijs subministrat, rectè intellexit: qm̃ aũt non idẽ neruorũ corpus, motus causa existit, sed hoc quidẽ instrumentũ: causa aũt mouẽs, uirtus, q̃ per neruos dispẽsatur: hic reprehendẽdus uenit, qui uirtutem & instrumentum nõ distinxerit. Si enim distinxisset, statim utiq; cũm opus offenderetur, non instrumentorũ modo, sed etiã facultatum affectus esse deprehẽdisset. In mortuis igitur nullos, neq; nerui, neq; musculi affectus experti sunt, quos pati ipsos, & Herophilus, & Praxagoras arbitrantur: deseruit aũt eos oĩs motus protinus unà cum anima, cuius instrumenta musculi sunt, & nerui. Non igitur musculi est, neq; nerui mouere, sed aĩæ. Neq; enim tibiarũ opus est, sonus q̃ ex eis perficitur: neq; citharæ sonus,

C qui hac præstatur: sed tibiæ cantus, opus quidem est tibicinis, per instrumenta tibiarum effectũ: citharæ sonus, musici, instrumentum uerò cithara. Corrumpitur autem, & tibiæ, & citharæ sonus, subinde quidem propter operum artifices: interim propter instrumentorũ, quibus utũtur, offensam: ita & motus in animante arbitrarij, opifex quidẽ artifexq́; facultas est, q̃ animal gubernat: instrumenta aũt, nerui & musculi. Itaq; non moueri, & male moueri, aut ex instrumentorũ affectu, aut facultate his instrumentis vtente, accidet. Palpitationes igit̃, conuulsiones, & resolutiones, instrumentorum læsiones sunt: tremores autem, facultatis imbecillæ affectus.

Quid sit Rigor, quæ illius causæ, & quo pacto generetur. CAP. 6.

AC tremor sanè à palpitatione manifesto distinctus est, à rigore aũt hoc pacto distinguas licet. Prius autem considerandum uenit, quid sit rigor: etenim & hoc ex ijs, quæ admodum sunt cognita, esse putatur, nihilo tamen minus difficile dijudicatu est, non hac modo ratione, q̃ causam inuenire, uel dispositionem, quæ ex ea corpori obuenit, haud procliue sit: sed ante hæc adhuc, q̃ in ipsa notionis descriptione errare mihi illi uidentur. Rigorem enim si quidem, ita sermone absoluto, perfrictionem dixeris, ut nonnulli pronunciarũt, error manifestus est: cum multi quidem ualide perfringerentur, non tamen etiam rigeant: immo nec si ualidam perfrictionem

D statuas, ne hoc quidem uerum est. Nam qui stomachico, aut cardiaco deliquio torquentur, ualide quidem frigent, non aũt rigorem experiuntur. Iam perfrictionem cum tremore, rigorem dicere (in quam sñiam pleriq; medicorum descendunt) occasionem habet deceptionis, nẽpe concussionẽ corporis, ac uibrationẽ, quæ uehementibus rigoribus coniuncta est. Deprehenditur autem manifesto, q̃ neque omnibus rigentibus acciderit, solis aũt ijs, qui uehementer rigent: neque ijs, quibus accidit, affectus qui aduenit, sit tremor, sed quædã ueluti concussio, & uibratio. Tremor etenim, ut demonstrauimus, nisi partẽ mouere uoles, non accidet: agitatio aũt, seu uibratio, quæ validos rigores comitatur, tam uiolenta, & necessario corporibus incidit, ut cõquiescere non liceat, etiã si strenue admodũ renitaris. Ac tremor sanè unius partis affectus, rigor aũt totius corporis est. Vnde mihi & Platonẽ mirari subit, qui tremorem cũ rigore confundat. Si.n. ij, qui rigorẽ interpretati sunt, tremorem cũ perfrictione, aberrarunt, qũo ipse, idem esse tremere, & rigere existimãs, uera prædicauerit? Nã pręter ea, quæ diximus absurda, ẽt hoc adhuc ei refragatur, q̃ nonnulli tremant, nullum frigiditatis sensum experiuntes, nõ tñ fieri põt, ut quis citra perfrictionis opinionẽ rigeat: iccirco neq; illi, qui rigorẽ perfrictionis sensum esse dictitarũt, procul ab affectus notione abijsse uidentur: non.n. idẽ sanè dixeris, perfrixisse, & frigus sentire. Quæ.n. resoluta sunt, torpida, difficili aut prorsus nullo sensu prædita, omnia perfrixerunt: item

quod

quod tremorem expertum est,paraplexiam,epilepsiam,similiter, & flatus, & aquam inter cutē, E & inflationes,& œdema,totum frigidum est:Sed nullum ex his frigiditatem percipit,vnde neq; riget: sin autem sentiat,protinus certe & rigebit.Propter hæc itaq; Platonem dico non rectè opinari,idem esse rigorem & tremorem,cùm neq; unius sit partis affectus rigere,vt tremere:neque sensus frigiditatis trementibus,ut rigentibus. Et motus in rigenribus sanè citra mouēdi partes uoluntatem,omnino inuitis est:in trementibus,non citra mouendi arbitrium. Sed Platoni sanè aliquis forsan condonauerit,quòd in tam tenuibus,& medicis rebus errorem admittat, quamuis aliorum affectuum corporis propè omnium generationem exactè sit persecutus. Athenæū autem Attaleum demirari par est : multo etenim Platone adhuc recentior,non in causæ rationibus modo Platonem sequitur,id enim tolerari poterat, sed etiam circa notionem similiter,atq; ille confusus apparet.Neque enim rigoris tremorisq; norionem distinxit:describensq; rigorem in hunc modum ait:Pugnam concussionemq; hanc tremor comitatur,totus autem hic affectus frigidus,& causa efficiens idem nomen sortita est,ut(inquit ille) & Plato affirmat: hic enim ipsam Platonis sententiam protulit.Habet autem uniuerse hunc in modum: nam humorum corporis,partes grandiores,cùm in minorum sedes subire nequeant,expellunt eos, & nostram in corpore minimam humiditatem trudunt:aliam ab externo inæqualiter motam,neque immobi F lem propter æquabilitatem,& impulsionem efficientes,coagulant. Quod autem præter naturā cogitur,secundum naturam ipsum renititur,inq; contrarium repellit.In hac pugna & conquassatione tremor rigorq; consistit: omnisq; eiusmodi affectus,causaq; efficiens frigida est, atque eodem nomine appellatur.Quòd sanè neque tremori idem est rigor, nec perfrictio simpliciter, immo neque perfrictio ualida,manifesto ostensum est: Quod autem paulo superius dictum est, nempe perfrictionem esse sensibilem,discutiamus num falsò prolatum sit. Nonnulli enim rigorem non sensibilem esse frigiditatem,sed dolorosam esse arbitrantur:siquidem multi etiā ex sanis frigere admodum dicuntur, alij sponte refrigerij desiderio diutius in aqua frigida immorati:quidam etiam inuiti in frigida diutius uersantur, rigent autem non statim, quemadmodum, nec qui lauit,deinde se ipsum in frigidam coniecerit:neque enim hic, nisi admodum diu immoretur,riget,etsi frigiditatis qualitatem manifesto sentiat. Quapropter, quantum ad frigiditatis sensum attinet,omnes hi statim rigerent,si rigor frigiditas esset sensibilis: sed nō rigent meritò, non enim est omnibus cum dolore frigiditas : sed nonnulli ipsorum,qui æstiuo tempore ualidū calorem non tolerantes in frigidam sese conijciunt, adeo frigiditate oblectantur, ut tandiu in ea morentur,donec tangenti tibi glaciei modo refrigerati esse uideantur. An igitur totum iam G habebimus,si rigorem dolorificam frigiditatem definiamus? an quid adhuc desideratur? Forte enim non quilibet rigor ita finiendus uenit.In ęgrotantibus sanè non idem uidetur rigere,cum eo,quod est horrere,aut frigerē: dicimus igitur subinde accessionis insultum, huic sanè cum rigore,alreri cum horrore,alij cum frigiditate sola oboriri : & in omnium medicorum commentarijs idem usus verborum existit. Ita cùm quis cum nulla concussione corporis, & agitatione perfrigescit,non hic riget, verùm * si affectus rigor appellari debeat,inæqualem,& præter uolūratem motum ei accedere oportet: quod sine hoc accidit, si ne cutem quidem inæqualiter cōmouet,perfrictionem nominant:sinautem hanc quidem perturbet quatiatq; per quosdam insultus,corpus autem totum non commoueat,horrorem nominant:ut hic cutis solius affectus talis existat,qualis totius corporis rigor. At in sanis alio modo rigere dicimus,nempe in omni dolorifica perfrictione:sin autem ratione morbi obueniat rigor,non satis est hoc tantum dixisse,sed totius corporis turbationem apponere conuenit. Quod aliqui inducentes, perfrictionem cum tremore ipsum appellarunt,manifesto autem non sunt interpretati:quippè tremorem nuncupare neutiquam oportet,sed agitationem quandam præter voluntatem, aut uibrationem,aut concussionem, aut aliud id genus nomen inuenire : nam tremoris uocabulum de peculiari affectu H enunciatur.Qui igitur morbidum rigorem diffiniunt, perfrictionem, alium nullū dicere uidentur,q̄ eum, qui sanis accidit:etsi totum genus,de quo medici omnino disputant, etiā cōmemorati uiri diffinire statuerint:morbidum aūt uocamus, cùm à nulla exteriori causa uiolenta corpus,sed ex se talem obtinet dispositionem.Ita enim,puto,Hippocrates quoq; aiebat: ‖ Cùm qs causone affligitur,si rigor superueniat,liberatur.Nō igit̄,aqua frigida febricitāti superfusa, rigorem excitabis,sed cùm ex ipsa corporis dispositione suscitatur. In eundem modū & hæc sunt ꝓnunciata: ‖ Cū rigore desipientia,malum testatur:itē,obliuio,malum. Rursus: ‖ Sexto die rigores difficile iudicium notant : Item: ‖ Rigores incipiunt mulieribus ex lumbis per spinā potius, sed & uiris potius retro,q̄ antè.In oībus his rigor nō qui sanis accidit,sed qui morbidus, explicatus est: qui nimirum est perfrictio dolorifica cū quadā inæquali totius corporis concussione, agitationeq;.Cùm igitur quid tandem rigor sit nouerimus,reliquum est, ut inspiciamus, q̄ causa sit efficiens,quas potissimū præcedentes causas comitetur,& quibus superueniat dispositionibus,ac de vniuersa ipsius generatione disputemus. Quòd enim rigor natiui caloris affectus sit, oībus ferè in confesso est. Requirit autem totus hic sermo auditorem diligentem, & qui plurimum mentis habeat. Ego etenim natiui caloris affectum,rigorē esse dixi, ne quis externi dictū

esse

A.l.4. f.1.2.&c.6 417.h

4.Apho.58.Ext. ord.33.g

1.Prorr cō.11.t. 30.4 173.l

4.Apho.19.Ex. ord.30.d

5.Apho.69.Ext. ord.45.d.& 6. Epi.tec.3.174.c

A esse ratus,mentiri forsan me opinetur cōtra Erasistratum,Praxagoram,Philotimum, Asclepiadem,aliosq; plurimos,qui calorem non insitum,sed ascititium esse censent. Quomodo enim hi natiui caloris affectum dixerint,qui prorsus natiuum calorem ignorarunt? Verùm genuinū sane,ut diximus,non omnes calorem esse fatentur:generationem autē ei ascititiā molientes,uarie alius aliam,unum hoc omnes concedunt,esse aliquod secundum naturam in unoquoq; animante calidum,in conuenienti mensura æstimatum: ac circa hoc rigorem,horrorem,omnemq; perfrictionem fieri aiunt. Asclepiades igitur,cùm non modo calidum,sed ne aliam quidem ullā vim insitam statuisset,omnem febrim propter quasdam corpusculorum in meatibus obstructiones,semper constitui dictitat:in magnitudine autem meatuum differentiam ipsius ponens,molitur ita ostendere,quibusdam sanè necessario coniunctum esse rigorem,quibusdam nō. Ac ego nisi longiorem,quàm par est,sermonem fore sperarem: & præcipue iniquū censerem de Asclepiade quidem solo agere,aliorum uerò dicta omittere: aut rursus omnium mentionē facere aggrediens,in longam ac infinitam sermonis prolixitatem incidere me timerem: deinceps utique de omnibus opinionibus contemplatus,unde unaquæque probabilem occasionē haberet,quid potissimum eis imponeret,& ubi aberrarent,cum ostendissem,ita ad nostrā descenderem opi-
B nionem. Verùm hoc in aliud tempus differatur: neque enim Athenæum laudo,qui de Asclepiade,Heraclide Pontico,Stratone Physico,aliquid dicat,nullius autem aliorū meminerit: etsi non modo horū opiniones de rigore,sed alias multo plures nihilo minus celebres & probabiles,explicare potuisset. Nos igitur initio hoc sumpto,quod omnibus in confesso est, nempè rigorem affectum esse caloris in unoquoq; animante natiui,uideamus quomodo oriatur. Procedet autem disputatio ex Hippocratis principijs. Nō autem corpuscula & meatus statuemus corporis nostri elementa: neque calorem,motus,aut attritus, aut alterius cuiusdam causæ sobolē pronūciamus: sed corpus quidem totum conspirabile & confluxile censemus: calorem autē nō acquisitum,neque animalis generatione posteriorem,uerùm ipsum primum,primogenitum, & insitum: Ac natura sanè,& anima,nihil aliud quàm hic existit. Quare si substantiam per se mobilē, & semper mobilem ipsum intelligas,haud errabis. Singula autē hæc seorsum indagemus; etsi de ipsis alibi discere liceat: in præsentia autem sermonis continuitas examinanda est. Nā calor insitus ceu semper mobilis,neque in tro solum,neq; extra fertur: sed alterū ipsius motum alter semper excipit. Celeriter enim,si intus calor maneret,in immobilitatē cessaret: si foras efferret, & hic motus dissiparet ipsum,atque hac ratione perderet: modice autē extinctus & modicè accen-
C sus,ut Heraclitus aiebat,semper mobilis ita perseuerat. Incēditur igitur quū ad intima inclinat, alimenti appetēs: ab intimis elatus,& undequaq; dispersus,extinguit̄. Verùm ad superiora exterioraq; lationem,& ut ita dicam,à suo principio explicationē,quòd natura calidus sit,experitur: Intro autem fertur & deorsum,hoc est ad propriū principium uiam init,quoniā frigidi aliquatenus particeps est: quippe ex calido & frigido tēperatus. Prima sanè calidi ratione,sua spōte mouetur: atque hoc potissimū ad actiones indiget: Magnum tamen ipsi usum & frigidum exhibet. Solet enim calidum in sublime attolli, ac cum eo alimentum adducere: Si autem frigidū non obstaret,etiam longissime procederet. Fit autem frigidū huiusmodi caloris motui impedimento,ne dispersus aboleatur: quippe periculū est, ne ipse præ leuitate & impetu sursum à corporibus discedat: sed frigidū retinet, impeditq;, & uehementiam nimij huius motus tollit. Redeamus igitur ad superius institutū,ostendētes qualis nā natiui caloris affectus sit rigor. Quòd etenim ubi in naturalibus tēperamenti terminis manet animal,sanitate fruitur,uerbis nō indiget: hoc est,cùm,ut Hippocrates aiebat,calidum & frigidum mutuo inter se tēperamento mediocriter habent: Sin autē alterū altero sit fortius,animal ægrotare necesse est ea morbi specie, quæ causæ superantis naturæ respondeat: Inflammationes igitur,erysipelata,herpetes,carbūcu-
D li,affectus testantes feruorē æstumq; igneum,ac omnes febriles passiones, cùm uis calidi euicerit: Cōtra cōuulsiones,tetani,palpitationes,stupores,resolutiones,epilepsiæ,& paraplegiæ, frigidi superantis affectus. Ex huiusmodi uitijs unū est & rigor hic, non simpliciter perfrictio existens,sed cū sensu: unde adijciendum ei est,subita ac uniuersim facta. Præterea uehementem perfrictionem & uiolentā esse oportet,ut ex manifesta distinctione uera colligas,rigorem insiti ca-
" loris perfrictionē esse subitam & uiolentam. Rursus enim,ut Plato dixit, quod sensim & paula-
" tim fit,insensibile: quod autē sensile,necesse est hoc uehemēter moueri & tremere subito. Qua-
A.l 4.f.1.t.2. c 6.417.h re perfrictio quidem insensilis,longiori temporis spatio & paulatim accidit: cita autē & emergens admodum,cum sensu proximus contingit: neque enim huiusmodi affectus latere poterit. Iā talis affectus cum frigiditatis sensu non omnis dolorē adfert,sed interim etiā uoluptatē,ex Pla-
" tonis nimirū testimonio,cuius uerba ita habent: Affectus præter naturam,& uiolentus, subito
" accidens,dolorificus est in nobis: quod autē ad naturā redit subito,suaue est. Quare,subito,utrique & suaui & dolorifico commune est,necessario,ne affectus lateat,coniunctum. In hoc autē, quod non latenter in naturalem statum reducit,suaue est: quod autem extra naturalem statum eduxit,dolorificum. Vnde unum & idem numero frigidum,partim oblectat,partim dolorem infert: si quidem corpori præter modum calfacto admoueatur,omnino oblectat: nā immoderato

calore

calore laborans ob deficientis frigidi ingressum mitigatū, oblectatur quidē cùm mitigatur: Suā E
autem naturā obtinens, si subito refrigeres, dolore afficies: nam ob temperamenti immoderationem laborabit. Siquidē, ut ait Hippocrates, Iis, quibus natura mutatur corrūpiturq́;, dolores accidunt. Non solum igitur subitam & uehementē frigiditatem esse oportet, ut rigor oboriatur, sed adijciendū huic adhuc est uiolentiam passionis, hoc est præter naturam statum: ut rigor sit subita perfrictio in statum præter naturā perducens. Atque hoc mihi obseruandū in hoc sermone uidetur, præsertim si de affectus generatione nera quis pronunciaturus est, ubi dixerit, in rigore subitam uiolentamq́; natiui caloris perfrictionem fieri. Refrigeratur itaque ēt cum dissipatur, robore, quod continet ipsum, destituente: itē alimenti, à quo accendebatur, penuria: Sed neuter horum affectuum rigorem efficit: aut omnes, qui moriuntur, rigerent. Qua propter corrumpi calidum, ut ita dicam, omnibus morientibus commune est, non tamen rigentibus. Non enim absoluto sermone calidū refrigerari oportere assero, sed & subito & uiolēter, hoc est robustum ipsum perseuerans, neque substātia neque tenore læsum, ab exteriorū causarū aliqua molestari. Considerato mihi flammā extrinsecus, interim materiæ, unde accendebatur, defectu interire: interim in Sole splendido cōtabescere ac emori: rursus ab aqua multa extinguiaut ligno rum super eam cumulatim iniectorum copia suffocari: quatuor hæc accidentia, quatuor de causis, non eodem omnia modo, flammam afficiunt. Eius enim quæ in Sole contabescit, robur dissipatur, aëris nos ambientis uiolentia discussum: nā radiorum Solis robur igne fortius est, & durabilius. Cùm uero materiæ defectu nō amplius accenditur, substantia deperdita, interit: quod enim accensum est, semper in motu ad exteriora discutitur dissipaturq́;: intro aūt inclinans alimenti accipiendi gratia, deinde eo destituta, imbecilliter adeo secunda uice porrigitur. Materię autem copia grauata & respiratione destituta, strangulatur. De noxa aūt quę ab aqua prouenit, manifestius est, quàm ut uerbis indigeat: pugna enim ualida flammæ est aduersus omnē & synceram, & multam humiditatem, ut si & oleum ipsi cumulatum exhibeas, necessum sit, strepitum & concussionem quandam oboriri, igne propemodum uoce uiolentiam fatente. Talē sane affectum in caliditate insita, rigorem intelligito: neque enim, cum materiæ inopia calidum laborās nec alimentum sentiens cōtabescit, nec cùm à copia ipsius grauatū, nec cùm imbecille labascit, rigorem fieri deprehendes: sed cùm ualidus existit adeo, ut expandi possit, deinde prohibetur. Propter hoc ipsum ēt agitari corpus accidit, duplici hic quoq;, & composito motu oborto, ut in trementibus, sed diuersa ratione. Illic etenim facultatis corpus mouentis imbecillitate, mixtus motus ortus est, prout robur membrū erigens remiserit, parte semper deorsum sublabēte: nunc G
autem naturali caloris motu ui impedito, rigor occurrit. Cupit etenim, tāquā nec substātia nec robore oblæsus, tum expandi, tum in omnes corporis partes distribui: prohibitus autē, & ui in altum repulsus, ad proprium principiū refugit: cùm autem ibidem manere nequeat (nam substantiæ semper mobili, loco consistere, mors est) sese colligens & ueluti in unū cōgregans, ęquabiliter sane non intro libero motu protenditur: sed uehementi latione utens, & ueluti à carcere exiliens, nō nunquā insurgit motu aduersus ea, quæ transitū ipsius occupant: illa sane propellere, uias autem puras reddere contēdens. At cū in ea impingit, à latione sane impetuosa cohibetur, totum autem corpus cùm incidit, perturbat. Nā præter alia etiam uaporosus nūc redditus, dum illiditur in ea, quæ obsistunt, intro rursus resilit, ceu ictu repercussus, ac iterū ad principiū reuertitur: inde rursus erumpens, incidit uiolentius, iterumq́; resilit, etiā in hoc illapsu: idq́; frequenter per successionem fit, quamdiu noxia perseuerant. Hac itaque rōne affectus doloriticus, tanquā corpore ictibus laborante, & motus inæqualiter inuadit, & in utroque motu animal riget. Nam cùm in naturali statu erat: connatus noster calor ęqualibus & liberis transituū ūjs utebatur, tempore & mensura motus in se inclinans, deinde se explicans: cùm autē riget, motus ipsi neque inclinationes, neque explicationes, existūt. Iustius autem dixeris ipsum intro quidem H
proficiscentem (utar autem non meis, sed ueterum uirorum uocabulis) resilire, impelli, reprimi, & confugere: foras autem tendentem, erumpere, excuti, elabi, & exilire. Etenim & hæ uetustiorum hominum dictiones, omnes probè prolatæ sunt, & affectū accidētem, q̄; licet maxime, manifesto interpretantes. Agitari autē dico omnia in corpore, & concuti, turbariq́;: ac omnis in rigore motus inæqualis, inordinatus, citra uoluntatem eueniens, ob inæqualē, ualidum, & uiolentum illapsum inuasionēq́;, & repulsum caloris insiti, uaporosi redditi, perficitur. Iccirco corpus post rigores amplius recalescit, q̄ cùm in naturali statu calidum erat. Iam effunduntur etiā sudores. Cùm enim per multos insultus noxia libere propulerit, & absolutè respirauerit, trib⁹ de causis corpus incalescere necesse est: primū, q frequēter calor à perspiratu exteriori repressus, in alto colligit: deinde, q nūc totus foras uehemēter expāsus est: postremo, q caliditas insultu, ictu, violentoq; motu accendi soleat. Ac lignū, aut lapidē atterens confricansq́;, non nunquam ignē accendes: at insitus spiritus, cùm natura sit calidus, si uehemēter moueatur, non multo magis accēdetur? Sed hoc in naturalibus motibus euidēter uidere licet: nam currentes, luctātes, cōfricantesq́;, ac alio quodā modo se mouētes, nihilo minus incalescunt, quàm si quis in Sole ęstiuo, & apud ignē incaluerit. Subinde accidit etiam in huiusmodi ex alto reditu, calorē ceu feruidū,

aliquid

In libro de Locis in homine.

A aliquid humorum consertim effundere, quem sanè Sudorem appellamus. Quo circa post rigorem, refrigeratum non recalfieri iterum, malum est, nam calor inter pugnandum uictus est. Vincitur autem, nunc causæ offendentis robore, nunc cùm ipse est imbecillior. Sic itaque & illud dictum est: ‖ Ex rigore perfrigeratio non recalescens, malum. Rursus, dispositiones utrasque, ob quas rigores fiunt exitiales docens, inquit: ‖ Post oculorum peruersionem in febri laboriosa rigor superueniens mortem fateiur. Hic sanè rigor ualidæ causæ soboles est: alius autem propter uirtutis imbecillitatem, lethalis: ‖ Si rigor inciderit febri non intermittente, ægro iam imbecilli, exitialis. Verùm de his alibi uberius dicitur.

1. Prorrhet. cō. 2. t. 31. 4. 171. g
Ibidem. t. 57. 76. g
4. Apho. 46. Ext. ord. 32. g

Frigiditatem solam rigoris causam non esse. CAP. 7.

IN præsentia uero cōsiderādū uenit, num merito omnes fere rigorem frigidę causæ attribuāt. Quòd enim frigidus affectus sit, cuiuis constat: an autē & causa ipsius efficiens talis existat, īspectione mihi dignum uidetur. Tertianæ igitur exquisitæ, si quid aliud, certe rigor nota est: nā accessiones unà cum uehemētibus rigoribus inuadūt, etsi febrim hanc nemo uel insanus ex frigido cōstitui humore dixerit: causos enim est genere, tāto altero causo cōtinuo inferior, quāto calor febris & flammeus & perurens deficit. Sitis aūt indelebilis, & refrigerij desiderium, bilis B meræ uomitus, & q post hunc æger melius habet, quomodo non sunt omnia manifeste ob calorem redundantē? Quomodo igitur rigent in tertianis? quomodo in causis, hoc est ardentibus febribus continuis, si non intermittētes, sed perpetuo urentes affligūt, rigor superuenit, & febrim per crisim soluit? Ei enim, qui causo affligit, ait Hippocrates, si rigor superuenerit, morbus soluitur. Immo acre & calidū medicamētum ulceri admotū, primùm sanè dolorem infert, mox horrorem, deinde rigorē excitat. Ac multos nouimus tum riguisse, tū febricitasse, ob ulcera ab acribus medicamētis irritata. Iā & inflammationem, cū in abscessum mutatur, rigorem horroremq; comitari necesse est. Multarum uero & aliarum dispositionum mentionem facerē, in quibus rigor ob acrem potius, quàm frigidū humorem clare constituitur, nisi sermonis prolixitatē uitarem. Ne igitur frigido soli cuncti rigorem tribuamus: quoniam & horrendum aliquid auditu & spectatu, non nunquam & rigorem & horrorem facit. Hoc sanè & Plato, non tantum Hippocrates, edocuit. Cùm igitur de morbis, qui ob flauam bilē fiunt, dissereret, rigoris etiā meminit: unde tum aliorū multorum gratia, miraī subit medicos post illum longè natos, tum in sermonibus de rigore maxime. Quomodo enim nō graue est, si Plato non medicus nouit etiā ex bili nonnunquam fieri rigorem, causamq; inuenire studuit: hi autē tantum ab huius cognitione omnino absunt, C ut ne ex bile quidē & acri quodam humore, excitari rigorem sciant? Sed difficile est, ut causam inuenias, quo modo ob acrem calidumq; humorē frigidus affectus cōstituat: forsan autem inueniri difficile nō est, si quidem & Plato inuenit. Multo igiī satius erat, si re uera inueniri difficile est, non euertere conari rem euidēter apparentē, sed causæ ignorantiam fateri: tollere aūt id quod apparet, simile est, ac si fatearis ne uidere quidem nos, eò q ignoremus quomodo uideamus. Quòd igitur nihilo minus ob acrem & calidū humorem, quàm frigidum & congelantem, rigor excitatur, longe uerissimum est: deinde inspiciendū est, num frigidum aut acre simpliciter abundare oporteat, ut rigorē possit excitare: postea autē illud multis incertum diffiniemus: neque enim simpliciter frigido humore redundanti, neq simpliciter acri, rigor oriī. De frigido sanè superius manifesto ostendi, cum in memoriā reuocarē omne quod œdema, torporem, paralysin, & aquā subter Cutem repręsentat. De calido autem & acri, nunc tibi indicabo. Nam malis humoribus præditi (κακόχυμοι dicunī) aquati, & febricitantes acute, causoq; occupati, omnes rigerent. Neq; igiī simpliciter aut frigidum humorem, aut acrem ad rigoris generationem abūdare conuenit: sed peculiarem utrique ipsorū modum esse oportet. Erit autem modus (neque enim totū sermone persequi ueri studiosis detrectandum est) aut copiæ mensura, aut humoris D qualitas, aut locus aliquis corporis, in quo hūc colligi oportet: erit autem & in eo, quo loco manet, aut mouer, & in motus modo, haud parua differētia. Ad has igiī ipsas Plato quoq: respiciēs dicebat: Cū fibrę in sanguine hāc sanè uim habeāt, bilis, uetus sanguis facta, natura, ac rursus ex carnibus in hunc liquata, calida & humida paulatim primùm incidēs, ꝓpter fibrarum facultatē congelatur: congelascens autē & ui restincta, hyemē tremoremq; intus parit: copiosior autē influens, caliditate quæ ab ea uenerat, fibrās exuperans, ꝑterq; modū exæstuans, conseruat. In his Plato omnia conatus est ꝑsequi, quæ in omnibus affectus generibus scire conuenit. Nam speciē humoris dixit, bilē ipsum nominās. Indicauit & qualitatē, calidam & humidā appellans, unde etiam huiusmodi bilis exoriī: nam ex carne liquescente ipsam fieri protulit. Iam & locū in quē fluit, adiecit, ex eo q indicat bilē influentē à fibris in sanguine contentis, concrescere. Huic orationi etiam affectus generatio adiuncta est, ubi hyemē tremoremq; fieri pronunciauit: hyemē sanè nominans, frigiditatis in rigoribus sensum: tremorem autem, inæqualē concussionē & agitationem. In qua nō hunc modo, sed etiā medicorū plerosq; hallucinatos dicimus: Nos enim superius motū in tremore obortum, ab eo qui in rigore accidit, distinximus. Cū igitur ait, copiosior influēs fibras euicerit, corpus excalfacit, ad suam ipsius uim fibras trāsmutās uice uersa, ut

ipsa

ipsa prius ab illis mutabatur. De ueritate igitur eorum, quæ Plato dixit, considerare propositum B
nunc non est, cùm in alijs cõmentarijs simus tractaturi, sentẽtiamq; laturi de ijs, quæ in Timæo
memoriæ mandauit. Quòd autem nihil omisit eorum quę dici cõueniebat ab illis, qui de rigore
pronunciant, id iam ex uerbis ipsius apparet. Etenim humorem dixit à quo rigor nascitur, & lo
cum in quẽ fluit, motusq; speciem: præterea modum quo refrigeratur, & rursus incalescit cor-
pus. Itaq; de Platonis opinione in expositione eorũ, quæ ipse in Timæo medicè prodidit, exami
nabimus. Nunc autẽ nostram proferimus sententiam, accommodantes ea, quæ ex Hippocratis
opinione paulo antè cõprehensa sunt. Etenim calidorum medicaminũ applicationibus nõ nun
quã solus horror, sæpe & rigor superuenit: quemadmodum in ardentibus, quas causos appellãt,
& tertianis febribus, cùm flaua bilis non in uasorum cõceptaculis, sed per carnes mouetur: uel
quòd copiosior hic humor in ipsis creatus sit, uel ꝙ per ipsas à natura expurgetur. Hac enim ip-
sa ratione sola, ardẽtes febres à tertianis differunt: etenim ardẽtes, in uasis bilẽ habẽt: tertianis
extra uasa, per sensilia corpora fertur, nã dum per ipsa rapitur, acrimonia offendens, dolorem
excitat. Contingit igitur interea duo quædã fieri, inclinare nempe in corporis altum, sanguinẽ,
atque ideo exteriora eius refrigerari: particulas autẽ ipsas corporis, in quibus bilis cõsistit, unã F
quanque ipsam à se ad uicinã excretrice alienorũ facultate propellere, usque dum ex omnibus
abacta, per sudores, aut uomitus, aut etiã per aluum fuerit excreta. Hoc autem & cruditate labo
rantibus, aut uitioso humore plenis, aut in Solẽ æstiuum, aut balneum descendẽtibus, aut exer
citatis accidit: horrore itaque non nulli ipsorũ statim corripiuntur, & rigent. Conuenit autem
non modo causam quãdã in nobis esse mordacem, sed etiam uehementer agitatã, si factura est
rigorem: ac commune hoc utrique causarũ generi accidit, & quæ frigidæ, & quæ calidæ faculta
tibus existunt, nempe ut corpus dolorifice moueant. Ideoq; in quartanis febribus & tertianis ri
gor simul inuadit, etsi ab humoribus cõtrariis facultate cõstituantur: frigidus etenim melãcholi
cus humor, calidus autẽ flauæ bilis. Non absolute autẽ abundare ipsos dixi oportere, qui aut ri-
gorẽ aut horrorem sunt facturi, sed etiam motu uehementiori per corpora sensibilia ferri. Quo
autẽ tempore sanguis, & cum eo etiam nimirũ caliditas in altum corporis & uiscera refugit, cu
tis particulæ, crurum manuumq; extrema, frigida & exanguia redduntur, eò quòd plurimum à
uisceribus absunt. Si igitur in alto calorem insitum extingui contigerit, uel suffocatum inde ꝙ
foras nõ transpiret, uel à frigidis causis euictũ, animal emoritur. Sin autem in altum quidem re-
fugiat, causis autem lædentibus collectus resistat, in hoc ueluti instrumentum efficitur faculta- G
tis alienorum expultricis, quæ in omni corporis particula consistit. Ipsa enim iã per se noxia ex
pellere nata, multo id magis efficit caloris ex alto emergẽtis subsidio, qui simul ea, robore latio-
nis, in quodcunque procliuius ei fuerit, eijcit. Subinde igitur noxia per cutem excutit, subin-
de per uomitus & uentem inferiorem. Cæterum non modo ex flaua aut nigra bile rigor, sed
etiam ob frigidam admodum pituitam fieri solet: uocat autem hũc humorem Praxagoras ὑα- A.l.4.f.1.2.a. c 6.418.a
λώδη hoc est uitreum. Verùm talis rigor neque uehemens est, etsi diebus non nunquam pluscu-
lis deinceps perseueret: conquiescentibus autem nobis, & nullo modo agitatis ipse quoque ces-
sat: motos uero statim comitatur pro motus mensura: ob ualidiores & robustos motus, uehe-
mẽtior: ob imbecilles, lenior. Vidi hoc symptoma mulieribus magis quàm uiris accidere, ac ijs
mulieribus, quæ in otio maximo degebant, & balneis post cibos utebantur. Noui & adolescen-
ti cuidam ex nostris contubernalibus in Alexandia accidere, cùm primum ad ipsum appulimus
initio autumni. Ingesserat autem hic pluribus deinceps diebus palmularum glandes multas, te-
neras, & recentes, & post balnea & ante hæc: erant autem plures ipsarum non exacte maturæ.
Accidit itaque ei, ut primùm post exercitium, & balneum à uehementi inciperet horrore: pro-
pter quem & opinatus se febricitaturum decubuit, & uestimentis contectus, conquieuit. Cùm H
autem tota nocte transacta febri careret, surrexit mane ad consueta munia reuertens. Horrorẽ
interea sentiens, iterum decubuit, quieuitq; usque ad balnei horam. Ac cùm ob balneum rursus
surrexisset, horror uehementior inuasit, eratq; accidens rigor quoque iam exiguus. Tunc igitur
omni modo febricitaturum se arbitratus, multo adhuc magis in quiete se continuit. Cùm autẽ
toto die nocteq; insequenti experiundo deprehenderet se ob mediocres motus horrere, si quã-
do largius moueretur, rigere: consilio nostro de ijs, quæ fieri expediebat, usus est. Ego itaq; me-
morans huiusmodi quiddam mulieri in Asia nostra accidisse, familiarẽ & metu liberaui, & ad-
hortatus sum ut cibis, potionibus, & medicamentis uteretur, quæ & calefacerent & crassitiẽ hu
morum dissecarent. Ille igiť hoc pacto conualuit. Post illa similiter affectis per initia quidem
dedi medicamentum ex triplici pipere, quod dia trion piperean appellant: deinde nostrum dia-
calaminthes: postea ex liquore Cyrenaico & castorio compositum, quod etiam quaternarijs cir
cuitionibus est utilissimum, præsertim ubi à rigore uehementi algescunt. Ne mireris autem, si
apud ueteres medicos scriptum inuenias, febrim comitari necessario rigores, qui sine frigore
obueniunt externo, ex ipsa corporis dispositione prodeũtes: nihil enim tale ueteribus, nec bal-
neis tot post cibum, nec uita otiosa utentibus, accidit. Hoc autem tempore ambo hæc frequẽti

in usu

A in vsu habita, etiã rigorem hunc, qui ꝙ excalfieri nequeat [illegible] appellatur, excitant, nouum quoddam, & peregrinum symptoma propter victus nouitatis rationẽ: omnibusq; ita affectis, uel tensionis, uel grauitatis sensus, in dextro hypochondrio oritur, vbi iecur situ͂ est, uenis nimirum ipsius, crassitie humoru͂ infractis obstructisq;. Quemadmodum aũt grauitatis & tensionis in uiscere sensum affecti habent, ita & rigorem percipiunt, ab eo, qui quartanis & tertianis accidit diuersum. Nam in quartanis talẽ ipsis rigorem fieri affirmant, qualem cùm per frigus ualidum iter faciunt: in tertianis itẽ, & causis, i. vrentibus febribus, tanquam ab aciculis acutis, & tenuibus in carnibus lancinentur punganturq;, subinde sentiunt. Ego itaq; & ipse quartanarum rigoris imperitus sum: Alterum autem expertus, ut qui in iuuentute quater tertiana febre laborauerim, causo autem semel: quare de dicta rigoris qualitate in huiusmodi affectibus, testimonium ferre possum. Qui autem quartanarum rigorem experti sunt, ad ossa usque pertingere dictitant, ubi sit uehemens, similis rigoribus, qui ex ambiente nos aere admodum frigido nascuntur. Verùm hoc quoque tertianis, causisq; febribus adijcere possumus, quod quartanis non inest. Etenim plurimi sitiunt, & calorem per imas partes in ipso rigoris tempore sentiunt: quorum neutrum in quartana febre rigentibus accidit.

B *Quid Conuulsio, & à quibus causis excitetur.* CAP. 8.

QVoniam verò, & de rigore abunde dictum est, reliquum fuerit etiam de Cõuulsione adhuc verba facere. Erit autem neque longus, neque obscurus sermo, si quis eorum, quæ hactenus recensui memor fuerit. Incipiam autem etiam nunc à repetitione eorum, quæ in libris De musculorum motu ostendi. Cùm enim omnes arbitrarij motus, musculis obeantur, quando ad sua ipsorum capita retracti unamquanque particulam, cui inseruntur, simul attraxerint: si affectus aliquis in tensionem ipsos ducens, acciderit: hunc motus sequitur, similis quidẽ naturali, sed citra uoluntatem, ac uocatur affectus, spasmus, idest cõuulsio. Quòd autem musculus, & tenditur, & conuellitur ad suum principium, sicut, & ꝙ illa corporis particula, cui inseritur, cum ipso simul attrahitur, commune, & sanis, & conuulsis existit: ꝙ autem inuito hoc accidat, præter naturam affectis inest, non sanis. Si igitur à quot causis neruosa corpora tendantur inuenerimus, finem sanè, & hic iam sermo nobis accipiet. Atqui nihil est eorum ferè, quæ extra corpus sunt, chordis neruosius, quas quotidie, & in lyris, & in citharis ab artificibus intendi quidem uidemus, ubi instrumentis usuri sunt: remitti autem, cùm cessantes ea reponunt. Porrò rũpuntur in immoderationibus aeris temperamentis, In humidis sanè, & austrinis cõmadefactæ: C in siccis autem & aquiloniis, siccescentes. Propter hoc igitur remittunt ipsas cùm seponunt, præsertim ubi ambiens fuerit qualis dictus est: rumpuntur enim utroque modo tensæ. Considerato mihi, & neruos, & tendines in aĩaliu͂ corporibus, vel distentos à superflua humiditate, vel siccescẽtes à causis siccãtib9, in tãtã pduci tẽsionẽ, in qua sanis motus fiebat arbitrarius. Cõsiderato item fieri posse, vt particula quædam corporis, quæ aut inflammatione, aut alia quadam causa ualide sit affecta, neruos continuos secum attrahat conuellatq;. Etenim cùm has omnes dispositiones mente conceperis, ob quas conuulsio oriatur, inuenies: Siquidem inflammationes neruosarum partium, ac præsertim cum in neruorum principio, aut etiam prope ipsum generantur, neruos continuos attrahentes tendunt, quemadmodum artifices extrinsecus chordas. Si autem neruosa corpora ab humorum copia madefacta tendantur, similis interea affectus oritur, atque chordis, quæ propter ambientis humiditatem uehementius intenduntur. Contra in malignis febribus ardentibus, & ualida phrenitide fieri apparet: ut enim lora, quæ prope ignem siccescentia contrahuntur tenduntùrque, eodem modo spasmi fiunt ex nimia morborum siccitate, quæ neruosum genus admodum arefacit. In ardentibus igitur febribus, id ex sola siccitate euenit: phrenitides autem, & ex principij neruorum inflammatione symptoma comitatur. Nosti D porrò iam hunc affectum partim emprosthotonon esse, & dici, partim opisthotonon, partim tetanon, omnes habere pro confesso: Cùm sanè prorsum corporis particulæ tenduntur, emprosthotonon: cùm in posteriora, opisthotonon: æquali autem robore ad vtrasque partes uergentem, tetanon. Ac ex siccitate conuulsiones nunquam sanaueris: quippè ira affecti protinus emoriuntur, ne cogitandi quidem remedij tempus permittentes: quæ autem ex copia, aut inflammatione fiunt conuulsiones, his medeberis, copiam sanè euacuans: inflammationem uerò proprijs ipsius remedijs persanans, quæ in medicatoriæ methodi libris didicisti.

A.l.3.f.2.t.1. c.5.215.d

GALENI DE DIFFICVLTATE RESPIRATIONIS LIBRI TRES

Iano Cornario medico interprete

Ab Augustino Gadaldino accuratius emendati.

ARGVMENTVM LIBRI

Docet causas omnes simplicium, & iunctarum difficultatum respirationis: ac primo libro certis vtitur principiis, ut huiuscemodi causæ, & ex ipsis prænotiones iudicentur.

Qua via, ac ratione læsionis in respiratione differentiæ inueniendæ. CAP. 1.



QVòd respirandi difficultas respirationis quædã læsio est, velut sentiendi difficultas ipsius sensus, & mouẽdi difficultas ipsius motus, ipsum sane nome ¦tum Græcis dyspnœa, tum Latinis respirãdi difficultas,¦ sufficienter demõstrat. Quot verò sint læsionis differẽtiæ, & ob quas causas fiant, & quo modo singulas dignoscere oporteat, nõ ex appellatione discere cõtingit, sed natura ipsa respirationis id ipsum indicabit. Ob id sanè ẽt cognitio eius, qđ secundum naturã hẽt, à ueteribus medicis oĩbus inuestigata est, cùm ob alia multa, tũ nihilo minus indicationis eorũ, q̃ p̃ter naturã sunt, gratia. Quandoquidem .n. unum est qđ secundũ naturã hẽt, atq; id uelut regula & mensura, & sibi ipsi simile existit: varium aũt & dissimile, & multiplici errore inuolutum est, quod præter naturã hẽt, adeo, ut propemodũ sequatur, multitudine esse infinitũ, arte uerò incõprehẽsibile: uisum est impossibile esse, eius immẽsitatẽ certis terminis cõprehendere, citra cognitionẽ eius, qđ secundũ naturã hẽt. Cùm enim vnũ sit hoc, & animali cõmodũ, palàm est ẽt esse moderatũ. Si uerò hoc moderatum est, immoderatum vtiq; fuerit id, quod p̃ter naturam habet. Si uerò immoderatũ, duplex quidem omnino genere est: aut .n. deest quid ab eo, quod secũdum naturã habet, aut excedit: Tot aũt in seipso particulares differentias habebit, quot possibile est ipsam rem suscipere circa moderati excessus, & defectus. Suscipit aũt simplex duplices: cõpositũ verò ex pluribus duplo plures numero, q̃ ea, q̃ ipsum componũt. Si igitur unum quiddam, & simplex est respiratio, duplices quidem habebit immodestias, duplices ẽt genere respirandi difficultates: Si uerò non unum, differentias habebit duplo plures numero, q̃ ea, q̃ ipsum cõponunt. Itaq; si hæc manifesta, simulq; compendiaria est doctrina, merito longa censetur, quæ præter hanc aliquid tradit.

De primis & simplicibus difficultatu respirandi differentijs. CAP. 2.

AT verò cùm duæ quidem sint primæ & principalissimæ totius respirationis partes, inspiratio uidelicet, & expiratio: duæ uerò aliæ per accidens, nimirum, quæ interueniunt cessationes: in quatuor sanè his, uniuersa consideratio de respirandi difficultate consistit. Quare oportebit omnino unam ex prædictis, aut plures, aut simul oẽs aberrare, & corrumpi ab ea, q̃ secundũ naturam est specie, si difficultas respirandi dẽt generari. Verùm manifestioris doctrinæ gratia, non malum fuerit simplicem appellare respirandi difficultatem, quæ vnam totius respirationis partem singulatim occupat: compositam uerò, quæ in pluribus consistit. Atqui cùm posterius sit semper compositum simplicibus, iuxta rationem utique fuerit, de ijs, quę natura priora sunt, prius sermonem facere. Quare à simplicibus respirationis difficultatibus initium sumemus: atque, ubi has sufficienter explicauerimus, postea uicissim permutantes tum motus, tum cessationes, & mutuo & per se: ita etiam compositas inueniemus. Quæ igitur sunt naturales differen- A.l.4.f.10.t. 1.c.7.258.0

tiæ

Atiæ ſpi ritus extra,& intra meantis?& quæ item utriuſq; ceſſationis?hę.n.erant oēs reſpirationis
partes.Quandoquidem duo ex his,quas diximus,partibus motus ſunt,ſpititus uidelicet extra,
& intra means,duæ uero hos diſtinguunt ceſſationes:generatio ăt motibus quidem compoſita,
ceſſationibus uero ſimplex eſt: conſpicuum planè eſt illorum immodeſtias plures, ceſſationum
uero binas generari.Hæ nanq; ſimplices exiſtentes, iuxta tp̄is quantitatem ſolum differentias
hn̄t:motus uero non ſolum iuxta hanc,ſed & iuxta quantitatem ſpatij localis per quod ferūtur,
differunt.Itaq; duplices quidem erunt immodeſtiæ ipſorum quemadmodū ēt ceſſationū,utręq;
iuxta temporis quantitatem deductæ,iuxta quas aut ueloces,aut tardi appellabuntur.Duæ ue-
ro adhuc aliæ iuxta quantitatem diſtentionis organorū reſpirationis differentes,ſed'm quas aut
magnos aut paruos appellăt.Siquidem.n.inſeparabilia ſunt ab oī circa locum motu, tum tp̄s in
quo id,quod mouetur,mouetur,tum ſpatiū per quod mouetur:ob tp̄s quidem,uelociter aut tar
dè motum fieri dicimus:ob ſpatium vero,multum,& modice:Verùm diſtētionem organorum,
reſpirationis,non modicam,& multam,ſed paruam,& magnā appellare in uſu habemus,ueluti
ēt contractionem:eadem.n.ratio utriuſq; motus exiſtit.Quemadmodum ăt motui propria ſunt
uelocitas,& tarditas,ita & quantitati ceſſationū,raritas & denſitas.Denſas nanq; uites,& oleas
aut quodcunq; tandem hmōi plantari dicimus,cum breuiſſimum ſpatium ipſorum diſtantię in-
B dicare uolumus:Sic & raras,cum multus locus in medio plătatorum corporum fuerit relictus.
Et ut in ſumma dicam oīa ex pluribus diſtinctis compoſita,hęc nomina uſurpant. Qn̄ igitur, &
ipſa reſpiratio ex contrarijs motibus per ceſſationes diſtinctis compoſita eſt, denſam ipſam red
det breuitas ceſſationū,raram uero lōgitudo.Hæ quidem igitur uniuerſæ ſunt ſimplices reſpirā
di difficultatis differentiæ:atq; hæc ſane ipſarum nomina,tū priſcis alijs medicis, tū Hippocrati
in uſum recepta.Si uerò quiſpiam aliter appellare uelit,quēadmodum iā quidā ex recētioribus
medicis ſolent,noſtra nihil intereſt.Verū ſciat hic, ꝙ neq; Hippocrati familiaribus,neq; ēt alijs
ueteribus,immo nec alijs Græcis {aut Latinis,} vſurpatis nominibus utaſ:& ſi hos negligit,aut
contemnit,neq; proprie neq; perſpicue interptetatur.Si nanq; unū uomē ambobus tribuit, mo
tui uidelicet & ceſſationi,ſiue uelocitatē ſolā ſiue denſitatem,& rurſum in contrarijs ſiue tardi-
tatem ſolam ſiue raritatem:& reliquis in totū non utitur·obſcuritatē palàm hic affectat. Multo
enim lucidius eſſe opinor,utriq; rei ſeorſim vnum nomē,ipſiq; proprium indere,eoq; perpetuo
vti,cum ſciat ꝙ cōmunia nomina,quæ alterum non magis q̄ alterū ſignificant, auditorem con-
fundunt & perturbant,ut non cognoſcat quid ſit tandē quod dicit̄,priuſquàm æquiuocatio di-
C ſtinguatur.Si uerò unū etiam utriq; rei quis imponat nomen,nō uerò quo nos diſtinximus mo
do:ſed uice uerſa,uelocitatem quidem & tarditatem tribuat ceſſationibus,raritatē uero & dē-
ſitatem motibus:haud ſcio quid ſibi uelit per improptiorū & inconſuetorum nominum vſum,
quē pro proprijs & conſuetis inducit.Quòd enim omnes qui nūc uiuunt homines atq; ēt anti-
qui,tarditatē & uelocitatē de nulla alia re prædicăt,præterquā de ijs,quæ mouētur,nemo igno
rat.Quàm ſapiens itaq; ſe perpetraſſe factum iactabit,qui nominū uſum adeo trāſpoſuit, ut ceſ
ſationes,motuum nominibus appellet:& quàm ſapienter factum,ſi ceſſationū nomina actioni
bus imponat?Quemadmodū enim & uites & oleas dēſas,ubi modica intereſt diſtātia,dicimus,
raras nominantes ſi amplior interſit:ſic animalium actiones quæ per modicū tempus fiunt, den
ſas,quæ per multū,raras appellamus.Quòd ſi quis, ut dixi,non ita, ſed aliter nominare uelit,ne
q; Hippocratem,neq; alios ueteres,neque omnino Græcos {aut Latinos} ſequi dignatus,immo
nec manifeſtæ interpretationis curioſus,illi permittendū eſt,ut Cadmeam uictoriam uincat.

Quibus nominibus appellandæ ſint primæ reſpirandi differentiæ. CAP. 3.

CVm alijs uero,qui nominum in tantū curā habent,quătum eorū ad docendū eſt cōmodū:
& qui omne ſtudium eò dirigunt,ut in rebus inueniăt ueritatem: iā ſermonē conferemus
D de ijs q̄ à principio ſcribere inſtituimus.Cùm reſpiratio genere quidē motus ſit, ſed ex duabus
partibus inter ſe cōtrarijs cōpoſita,quarum alteram inſpirationem,alteram expirationē nomi-
namus:habeatq; etiā duas alias per accidens partes non ſimiles,q̄ quietes & ceſſationes appel-
lantur:offenſæ utique & læſiones fient circa motus,in uelocitatē & tarditatem, magnitudinēq;
& paruitatē:circa ceſſationes uerò,in raritatē & denſitatem.Et præter has non reperias ſimpli-
cem aliam difficultatis reſpirandi differentiam:methodus enim diuiſionis nō aliter demōſtrat.

Methodus inueniendarum cauſarum difficultatis reſpirationis. CAP. 4.

REliquum autem fuerit cauſas earum perſcrutari,atq; his inuentis conſequenter ad cōpoſi-
tas tranſire.Quæ igitur eſt cauſa uelocis & tardæ reſpirationis & uniuſcuiuſq; reliquarū?
Mihi quidem etiam hic methodo ad earum inquiſitionē utendum uidetur, & non ſimpliciter
enunciandum.Quæ eſt igitur methodus?Cùm unumquodq; ab ijſdem peius aut melius reddat̄
per quæ omnino fieri ſolet,ſi ſciuerimus à quibus cauſis reſpiratio fit,ſciemus nimirum & reſpi
randi difficultatis cauſas.Quæ igitur ſunt reſpirationis cauſæ? Habes quidem ipſas alibi cū de-
monſtratione cōſcriptas:nunc uerò capitum tantum mentionem facere ſuffecerit.Facultas q-
dem animalis mouet thoracem:cum hoc ſimul pulmo mouetur:ad huius uero motus, ubi diſtē
ditur,ſequitur inſpiratio:ubi contrahitur,expiratio.Demonſtratū etiam ibidem eſt, maximam

& principalissimam respirationis utilitatē esse insitæ caliditatis conseruationem,iā uero,& aīa- E
lis spiritus nutritionem.His itaq; sic habentibus,si quidem facultas,& utilitas,& unumquodq;
organum,recte ac prospere habuerint,iuxta naturæ legem aīal respirat:si uero quid ex eis uitia
tum fuerit,iuxta illud ēt respirationem impediri necesse est.At uerò queadmodum in pulsuum
tractatione duplicem fecimus doctrinam,aut secundum unumquemq; ipsorum inquirētes cau
sas,aut secundum vnamquanq; ipsarū,alterationes:ita & hic in utrāq; partē exercitari oportet,
ut proposita cā statim sequentem respirationis difficultatē dicere possimus:& uicissim nomina
ta respirarionis difficultate,facile eius causam efficientem in memoriam reuocare queamus.In-
cipiendum itaq; nobis ēt hic iuxta eundem modum a simplicibus respirationis difficultatibus,
quemadmodum illic a pulsibus,& quærendū quæ causæ uelocem inspirationem operētur. Ve-
locem quidē pulsum demonstrauimus ex urgente quidē utilitate,ac integra facultate,& prom-
ptis organis fieri.Videor āt mihi,& hic easdem causas rectè referre posse,si utiq; non male in li-
bro de utilitate pulsuum demōstrauimus,eandem utilitatem a respiratione quidem ei,qui circa
cor est calori,a pulsibus uero ei qui per totum animal dispersus est, contingere. In eo āt rursus
sermone,qui de pulsuum causis tractat,sufficienter dictum est de Archigenis aduersus Magnum
cōtradictione,ꝙ nō a facultatis robore uelox pulsus fiat, sed magis ab imbecillitate: & sanè nō F
conuenit bis de ijsdem dicere, cum unus,& idem demōstrationis modus esset futurus.Et si qui
dē ita circa respirationis difficultatem,uelut circa pulsus,iuniores medici curiosi fuissent,& nō
penitus ipsam neglexissent,accomodatius utiq; hic uelocis motus ratio inuestigari posset:utpo
te cū manifestior res ipsa sit,& ob id prius doceri debeat.Verùm haud scio qūo de ipsa quidē re
spiratione plurimum inquisierint,& neq; utilitatem cuius gratia fit,neq; facultatem a qua fit,in
tactam reliquerint:& de organis ēt ipsis curiose pscrutati,quot,qualia,& qūo moueant,inuesti
gauerint:At uero de respirationis difficultate sermonem tanquam non magis necessarium, aut
non magis uarium,aut non multo difficiliorem inueutu,oīno segniter præterierunt, aliqui ne
minimum quidem penitus de ipsa dicentes,aliqui uero ualde breuiter attingentes. Quanquam
Hippocrates in libris de morbis populariter uagantibus,ad œstri cuiusdā similitudinem,diffici
lium spirationum differētias scripserit,a quo punctos,& stimulatos ipsos aliqñ a profundo som
no excitari oportebat,& quærere,quis in unaquaq; ipsarum sit affectus locus,& quis affectionis
modus,& quæ causa: & an hæc ab Hippocrate penitus prætermissa sint,aut aliqua quidem ab ip
so relata,aliqua uero non,& in quibus id factum sit libris:aut qūo,num perfecte, & manifeste ,
aut defectuose,aut quasi seminatorie: Verùm nihil horū ullus unquam inquisiuit, & neq; hi, qui G
se Hippocraticos appellant,eiusq; librorum comm entarios enarratorios cōscribunt,tractatio-
nem de respirationis difficultate perfectè,ac pro rei dignitate explicauerūt.Verū nos quæ in sin
gulis ipsius libris relata sunt,in unum coaceruabimus oīa,& demonstrabimus, ꝙ etiā in hac par
te longe reliquos eis hic uir antecellat:non tamen iam hoc faciendum est. Neq; enim solā Hip
pocratis sententiam exponere propositum est,sed ēt proprias dogmatum demonstrationes ap
ponere,atq; ueritatis,quæ in eis est certitudinem ijs, qui in hæc inciderint exhibere : siquidem
hoc multo melius est,& non præoccupare tempus existimationi ac famæ uenerandi senis.Et iō
hic primus liber ea,quæ uera sunt cum demonstratione docebit: qui deinde sequitur secundus ,
ea,quæ Hippocrates de respirationis difficultate cognouit,exponet.

De causis resperationis uelocis. CAP. 5.

RVrsus igitur repetamus quod dicere reliquimus,nimirū ꝙ quæstio de uelocitate motus,in
pulsuum tractatione nobis in totū absoluta est, propterea ꝙ circa illam plurimi iuniorum
medicorū multū operæ impenderint: circa eā uero quā nunc in manibus habemus,oēs neglige
tes fuerint,quanq̄ manifestior longe sit,& non minus q̄ illa utilis existat. Verum causam ēt ipse A.l.3 f.10 t.1
referam in sermonis progressu , nunc qđ consequens est absoluamus:Quòd uidelicet oīs uelox H c.15.259 I
motus pp vrgentem fit utilitatem;& amplius facultatem ei subseruire potentem , hoc est inte-
gram,& robustam;& nullo ex organis reluctante:quorum demōstrationes in libris de pulsibus
ἱκανῶς Sufficienter. a nobis relatas dicebamus.Dictum est ēt in illis,possibile esse qñq; utilitate multū urgente,ētsi
facultas moderate debilior sit,motū fieri uelocem:si uero amplius debilitetur,nō amplius possi
bile esse moueri uelociter,sed tunc densam magis pro ueloci fieri actionem: Omnis enim densi
tatis actionum unam existere causam,prioris,i.actionis defectū.coguntur.n.illa urgente,nō am
plius cessare diutius.Omnia āt hæc in illis libris de pulsibus sunt demonstrata.Cōis autē est pul
suum ratio ad respirationem,primum quidem quod de omni motu in uniuersum est dictū.dein
de uero parum abest,quin omnis respiratio ad pulsuum proportionē proprietatem habeat.Cō-
posita.n.est ex cōtrarijs motibus per cessationes distinctis,atq; eiusdē utilitatis gratia fit. Et ex
partibus eius inspiratio quidem consimilis existens pulsuum dilatationi, insitam calitatem re-
frigerat:expiratio uero uelut contractio pulsuū,fumosū ex ustura sanguinis excernit. Quin , &
ad nutritionem aīalis spiritus ambas actiones conferre:& in cessationibus eam,quæ post dilata-
tionem fit breuiorem esse:quæ uero contractionem sequitur,longiorem:ambobus communia,
existunt.Itaque quomodo uelocitas motibus respiratorijs contingat, dictum est.

De

A *De causis magnæ, & paruæ respirationis.* CAP. 6.

A.l.1.f.10.t.1 c.8.158.h Caeterum ° de magnitudine deinceps agam. Oportet igitur, & in hac utilitatē ad opus prouocare: eiq; facultatem integrā ac robustam subseruire: & promptitudinem adesse ipsis in strumentis. Eūdem.n.causarum concursum magnitudo respirationis requirit, quem sanè, & uelocitas: Atqui contraria eorum tarditas, & paruitas, non oīno opus habent contrarijs omnibus simul, sed unum ex ipsis adesse penitus oportet, plura non est necesse. Siue.n.utilitas, ualde exoluta sit, soluitur simul & uelocitas motus, & magnitudo dilatationis, ēt si robore maxime ualeat facultas ipsa: ociosam.n.habebit hanc, quousq; animal eius actione non indigebit: siue magna, quidem sit utilitas, exoluatur āt aliquo modo facultatis robur: siue adsint quidem hæc, offensa autem aliqua acciderit instrumentis, qualem in libris De pulsibus indicauimus: Quodcunq; tandem ex his fuerit, impedietur, & uelocitas, & magnitudo respirationis.

De proportione causarum pulsus, & respirationis in ys, qui fruuntur sanitate. CAP. 7.

A.Ibidem. ATque ° in his sanè pulsus respirationibus omnino similes existūt. Quare etiam si causas primum in manus sumentes, alterationes respirationis, quæ ad ipsas consequuntur, perscrutabimur, consimiles reperiemus. Velut si caliditate aucta, reliquis respirationis causis immotis ma B nētibus, qualis sit resperationis difficilis species quæremus, reperiemus, uelut ēt in primo de causis pulsuum est monstratum, ꝙ parum quidem ea aucta, maior manifeste, non tamen uelocior: plurimum uerò aucta, & maxima, & uelox, & iam ēt densa inspiratio reddetur: Eodem modo ēt si caliditas secundum naturam sit imminuta, alijs causis immotis manentibus, ꝙ paruam ita, & tardam ac raram necesse est fieri inspirationem, sed paulo tn̄ quàm secundum naturā minorem, multo uero tardiorem, plurimum āt rariorem. Robusta.n.existente facultate, non est possibile multo minorem fieri dilatationem: S. d si utilitas multum sit exoluta, plurimam cessationē, fieri uerisimile est, non tn̄ propterea omnino tardè moueri, si facultas modo sit robusta. Quæ porrò ex aucto calore, eædem, ex aīali spiritu ād nutritionem urgente, species erunt respirationis difficultatis, † eius uidelicet quæ circa inspirationem consistit. † Quemadmodum sanè immoderatio fuliginosę horum usturæ, easdem respirandi difficultates circa expirationem operabit, quæ circa inspirationem sunt relatæ. Veloces.n.erunt, & magnæ, & densæ, ubi multa eiusmodi, superfluitas fuerit congregata: tardę āt, & paruę, & raræ, circa contrarias affectiones. Nunq d igitur ita quidem esse ratio ipsa poscit; repugnat āt quippiam eorum quæ euidenter apparent? Ego quidem omnia hæc consentientia circa ætates, & regiones, & omnino oēs ambientis nos aeris C constitutiones reperio. Consentiunt autem minus quæ circa omnia exercitationum genera, & circa morbos contingunt. Vbi enim caliditas abundat, ueloces, & magnas, & dēsas uidere est fieri inspirationes: Vbi rursus frigiditas, contrarias tardasq;, & paruas & raras. At uero quibus animalis spiritus euacuatus, & ob id cita renutrione opus habent, hi non solū ualde, sed & cito, & dēse inspirāt: Quibus uerò nihil euacuatur, hi contrariā illis habent inspirationis speciem. Si uero ambo concurrant, & caloris augumentum, & spiritus consumptio, hi omnium maximam & uelocissimam & densissimam inspirationem hn̄t, & maxime si ambo uehementer fuerint aucta: Velut etiam ubi ambo fortiter fuerint immmuta, minutæ & rarissimæ fiunt inspirationes. At uero, & expirationū species, si quidem multæ fumosæ superfluitates sint cōgregatæ, & maxima & A.l.3.f.10.t.1 c.30.160.f uelocissima, & densissima erit: Si uerò paucissimæ penitus fuerint superfluitates, minima & tardissima, & rarissima. Ex ætatibus porrò oēs quę in augmento sunt, magnam, & uelocem, & densam inspirationem facere uidemus: Quę uero decrescunt, contra raram, & paruam, & tardam: Propterea ꝙ illis caliditas amplior, his minor existit: & illis quidem animalis spiritus substantiā cum corpore coaugeri necesse est, his uero contabescere. Ob utrasq; igitur causas, inspirationis speciebus, iuuenes a senibus multum euariant: Et pp alias duas causas, in expirationibus similiter euariant. Quoniam enim in ętatibus crescentibus, tum ob insiti caloris robur, tum ob ipsum D augmentum, plurima copia humorum consumitur: in decrescentibus uero, quantum ad ipsam uitam solū necesse ē, utpote quæ neq; augescunt amplius, & iā sunt perfrigeratæ: iuxta rationē sanè illis uelox, & magna, & densa: his uice uersa per omnia contraria expiratio apparet. Hanc uero eandem speciem etiam pulsus secundum ætatum differentias habere reperiuntur, quemadmodum, & hoc in tertio de causis ipsorum ostendimus. Quemadmodum uero secundum ętates, ita & iuxta tempora, & regiones, & oēs ambientis nos aeris constitutiones, tum pulsus cum respirationibus, tum respirationes cum pulsibus proportionem babent: In calidis quidem, ad magnitudinem, & uelocitatem, & densitatē permutatæ: circa frigidas uero, in contrarium. Et relatum de his oībus est ēt illic: quemadmodum & de exercitijs. In currendo nanq; & luctando, & quomodocunque alias uiriliter exercendo, ualde, & uelociter, & dense respiramus: quiescentes uero, parum, & tarde, & rarε: propterea ꝙ in concitatis motibus, caliditas quidem augetur, consumitur āt spiritus animalis: ubi uerò quiescimus, & immoti manemus, caliditas marcescit, A.ibid.c.31.g spiritus āt aut nullo modo, aut omnino modice cōsumitur°. At ° uero, & ex lauacris, calida qui- A. c.33.g dem uelocē, & magnam, & densam faciunt respirationem: frigida uero, contrariam. In ° somnis, porrò ēt ualde animum ad hoc, qđ contingit, aduertere oportet. Nam & iuxta magni udinē, & uelocia-

† δηλονότι τῶν περὶ τὴν εἰσπνοὴν συνισταμένων. earum uidelicet, quæ circa inspirationē consistunt.

† ὥσπερ γε καὶ ἡ ἀμετρία. Sicut & immoderatio

velocitatem motus expiratio inſpirationem excellit,quando ciborum, & humorum omniũ cõ E
fectiones,& concoctiones maxime fiunt:plurimum igitur uerisimile eſt in ipſis coaceruari fumoſum recrementum.

De proportione cauſarum pulſus,& reſpirationis in ijs qui ægrotant. CAP. 8.

ET in morbis,deniq;(nam & de his iam tandem dicendum)in febrilibus quidem omnibus,& maxime ubi circa aliquod reſpirationis organum,aut circa cor,aliqua,eaq; multa caloris copia ſit coaceruata,oĩs reſpiratio magna,& uelox,& denſa reddita apparet:In quibus uero perfrigeratus eſt calor,contraria:adeo ut & quibuſdam penitus perijſſe putata ſit : Atq; hæc eſt illa quam Heraclides Ponticus ἄπνουν.i.ſpiritu priuatam ſcripſit. Quemadmodum.n.in alijs oĩbus, ſic etiam hic proportionem reſpiratio,& pulſus habere uidentur.Neutrum nanq; ipſorum in totum perire poſſibile eſt,donec ſuperfuerit animal: attamen perijſſe putare propter paruitatem, nihil mirum eſt. Neque enim his ſolum, ſed & alijs omnibus extreme paruis commune eſt,ꝙ ſenſum effugiant.

In quibus differant pulſus,& reſpirationes. CAP. 9.

CAeterùm poſtquã de ijs,quæ reſpirationibus,& pulſibus,ęqualiter adſunt,ſufficiẽter dictũ eſt,quæremus iam,& quantũ in ipſis ſit ,quod nõ ſimiliter habeat:proprietatem.n.quæ eſt, F
a facultatum diuerſitate in ſingulis actionibus,uerisimile eſt ẽt multipliciter differentes ipſarũ, ſpecies facere.Hanc igitur conſiderare oportet,ac quęrere,& inuenire methodo . Videor ãt mihi uidere ſtatim ab ipſa rerum ſubſtantia,maximam quandam differentiam inter oĩa animalia opera,& uitalia eſſe.In illis.n.uoluntas poteſtatem hẽt generationis:& poteſt aliqñ,etiam ſi utilitas prouocet,& facultas ſit integra,& ſingula reſpirationis inſtrumenta ad actionem accõmoda,tñ prohibere,& impedire ipſa a motu.Vbi uero ita potenter cohibere poteſt, certè longè facillimum ei fuerit,tarde aut cito mouere,& amplius aut minus attollere, & per longius aut breuius tp̃s.In uitalibus uero operibus non ita hẽt,ſed cũ utilitas prouocat,& facultas integra eſt, & organa apta exiſtunt ad motum,neq; tardam neq; paruam poſſibile eſt fieri actionem.Itaque in pulſibus circa inflammatas partes euidentiſſime apparet,ob motum arteriarum in ipſis dolorem accedere uehementem,propterea ꝙ non in nobis ſit motum facere magnitudine minorẽ , aut uelocitate tardiorem.Atqui ſi in noſtra poteſtate eſſet minorem aut tardiorem ipſum reddere,nihil magis ex re facere poſſemus,mitigaturi utiq; ex hoc dolorem . Omne nanq; inflammatum integram quietem deſiderat:ſi enim moueantur,& inuicem terantur ipſius partes,premuntur,& fluxione infeſtantur,& omnifariã dolore affliguntur. Quòd ſi quandoq; ob urgentem uti G
litatem ad motum cogantur,minorem planè,& tardiorem motum facilius ferunt, quàm maiorem,& ualociorem.Ita ẽt crus,ubi pars aliqua in ipſo fuerit inflammata, maxime quidem quietem expetit:ſi uero urgente aliqua utilitate ipſum mouere cogamur,minus,& tardius ambulamus.Verùm hoc impoſſibile eſt in arterijs facere:non.n.in noſtra poteſtate eſt ipſarum motus, ut uel eum qui ſit ſedare,uel ueloiorẽ tardiorem,uel maiorem minorẽ,facere poſſimus: ſed neceſſe eſt eum,qui adeſt boni cõſulere,ſiue uelox,ſiue magnus,ſiue utcunq; ſit uiolẽtus. Ideo ubi in inflammatis partibus arteriè mouentur,dolore affligimur quidem,ſed neq; obtuſiorem,neq; minorem,neq; tardiorem motum facere poſſumus,cum tñ per actiones uoluntarias,aut in totum quietem cruri dare,aut ualde paruum,& tardum motum illi permittere queamus . Cæterũ qñ paruum,& magnum motum dicimus,ꝙ nõ propriè,ſed a ſpacijs, per quæ id, quod mouetur fertur,appellamus,oĩbus manifeſtum eſſe puto.Atqui cum thorax unum quoddam aĩalis membrum,organum ſit reſpirationis,uelut arteria pulſuum, & crus ambulationis:ſi quidem ſanè reſpiratio inter opera uitalia cenſeatur,conſimilem habebit arterijs motus proportionem:ſi uerò inter aĩalia,ad crurum ſimilitudinem mouebitur:At uerò inter animalia cenſetur, quemadmodum alibi eſt demõſtratum:Manifeſtum igitur ꝙ ad crurum ſimilitudinem mouebitur. Si igitur thorax inflammatus ſit,& ad motum cogatur,tardius,& multo minus quàm oportet dilatabiẽ: H
uerùm ſi hoc ſoecrit,defectuoſe reſpirabit.Si uero iterum atq; iterum idem hoc faciet, defectus qui circa ſingulas reſpirationes contigit,in unam quandam memorabilem ac minimè contemnendam ſummam congregatus,eo deducet animal,ut uicinum fuerit ſuffocationi.Verùm ut id ne fiat,denſiores actiones facit,non amplius tñ ceſſans,quantum ſolebat,cum ſecundũ naturã habebat:ſimile faciens ijs,qui ob id,ꝙ ſufficientem cibũ ſemel ingerere nõ poſſunt, aſſidue modice aluntur:tñ in hoc neceſſarium eſt totam reſpirationem fieri paruam,& tardam,& denſam, & multo utiq; quã par ſit minorem,quam tardiorem.Etenim dolor nõ ita grauiter uexat thoracẽ ob motus uelocitatẽ,ſicut ob dilatationis magnitudinem.Velocitas.n.quamuis circa ipſam, actionem ſit doloroſa,tñ quia breui tempore oẽm motum efficit,minus thoracem offendit: cõpendio nanq; eo quo feſtinat peruenit:feſtinat autem ad quietem,eamq; quã celerrimè aſſequi cupit,tanquã quæ ſola dolorem ex inflãmatione ipſi lenire poſſit.At uero dilatationis magnitudo penitus moleſta eſt,tum ꝑꝑ uiolentiam motus, tum ꝙ comprimit , & diſtendit inflammata, & omnibus modis thoracem dolore affligit.Ob id igitur plus de magnitudine,quàm de uelocitate reſpiratio adimit.Et cum ſanè hic ſolus affectus fuerit,nempe dolor, quidam thoracis par-

tium,

A tium, non uero urgeat utilitas, manente uidelicet calore cordis intra terminos a natura constitutos, tunc motus thoracis manifeste tardior redditur. Si uerò ardor quidam in ipso corde oboriatur, uelocitas quidem non exoluitur ob eas, quas antea diximus, causas, aufertur autem etiã hic multum de magnitudine, uerum pro ipsa densitas generatur ob urgentem utilitatem.

Quæ differentia pulsus, & respirationis ex instrumentorum affectibus oriatur. CAP. 10.

QVare & ex iam dictis perspicuum est, q dolor ipse per se circa aliqđ respirationis organum consistens, paruũ & tardũ, & densum spiritũ efficiet. Cum ardore uero paruum quidem adhuc similiter, sed densiorem eo, q ob solum fit dolorem, & iam etiam aliquanto uelociorẽ. Quæ uerò ob solum ardorem contingit respirandi difficultas, eam antea ostensum est magnũ, & uelocem, & densum spiritum efficere: ut perspicua sit & facile discerni possit utraq; simplex, & quæ ex ambabus composita est. Quæ.n. ob solam fit caloris copiam, quamuis densum reddat spũm, similiter, ut ea, quæ ob solũ fit dolorem, tñ magnitudine, & uelocitate palam distinguitur. Quæ uerò ex ambobus causis concurrentibus generaẽ, ab ea, quæ ob ardorẽ fit, sola paruitate differt; ab ea uerò quæ ob dolorẽ, sola uelocitate. At uerò respirationis difficultas ob perfrigerationem naturalis caloris, euidentibus notis ab oĩbus his distinguitur: paruum.n. hæc (ut monstratũ est)
B & tardum, & rarum spũm efficit: nulli uerò aliarum simul accidit tarditas, & raritas. Cæterum quantũ in defectibus, & excessibus caliditatis, ipsa respirationis spẽs consonantia, & rhythmo, q secundum naturam hẽt, excedit, tantum ẽt & idem cum pulsibus cõiter, & eodem modo habet; quæ uerò in dolorosis organorum affectibus contingunt, nõ amplius eodem mõ habent: uerũ quatenus euariant manifeste monstratum opinor. Reliquæ tamen organorum affectiones, quæ citra dolorem, per obturationes, aut duritiẽs, aut cõpressiones, aut oĩno coarctationes quasdã fiunt, consimiles alterationes in utrisq; actionibus, animalibus & uitalibus, efficiunt. Paruus.n.ĩ ipsis & uelox, & densus fit spũs: & paruus quidem ꝓpea, q ob angustiam suscipientium organorum paucior, q oporter attrahitur: densus uerò, q utilitatis uotum non expletur, & ob eandem cãm etiam uelox. Ostensum est aũt in cõmentarijs de pulsibus, q qñ magnitudo distentionis sufficienter explet uotum utilitatis, nihil indiget uelocitate: qñ uerò deficit aliquantulum, tũc iam ẽt ad uelocitatem permutatio fit, siquidem integra, & robusta sit facultas: si uerò neq; hæc sufficiens fuerit, tunc & in densitatem. Ob has itaq; cãs paruus, & uelox, & densus redditur spũs circa pulsus, & respirationes in prædictis affectionibus, atq; amplius ẽt inæqualis, quæ uel ꝑcipua ipsarum est nota. Verum hæc, & simul cõsideratio cãæ, in pulsuum tractatione relata sunt: & ibi
C dem dictum est, q iuxta ipsas partes in quibus obturatio hæret, & quæ cum his communicant, inæqualitas maxime fit manifesta, & paruitas pulsuum, aut semper, aut ut plurimum cohæret: iuxta alias uerò magis magnitudo. Si uerò propinquus principio fuerit affectus, communis in hunc modum fit omnibus arterijs. Atque hæc quidem illic relata sunt, & monstrata.

Qualis fiat respiratio coarctatis, aut dolentibus instrumentis. CAP. 11.

POrrò, quæ respiratorijs instrumẽtis propria sunt, nũc cõmemorabimus, ut nihil desit ad sermonis perfectionem. Qñ igitur, aut propter tubercula cruda in ipsis consistentia, aut ob tenaces, & crassos humores, q uias spũs occuparint, aut ob durum aliquem tumorem in ipsis cõnutritum, aut ob quodcunq; tandem ipsis uicinum corpus, quocunq; modo in tumorem immoderatiorẽ eleuatũ, paucior q oportet spũs, ꝑꝑ locorum angustiam inspiratur, necessario accedit ipsi uelocitas, & dẽsitas ob prædictas cãs. Species ãt in genere plures huius respirandi difficultatis cõstituuntur, aliàs alijs partibus in respiratorijs organis coarctatis. Tumores etenim præter naturã circa uentrẽ, & hepar, splenem item, & colon, & his cõiunctas partes consistentes, ob septi transuersi coarctationẽ, paruum, & uelocem, & densum faciunt spũm. Iuxta eundem modum & aquã inter cutem laborantibus, & uterum gestantibus, & ijs, q se supra modum cibo expleuerunt, & q prominentem uentrem habent, hmõi fit respirationis spẽs. In respirandi aũt difficulta
D te, quæ erecta fit ceruice, & græcis orthopnœa appellatur, uiscosis & crassis humorib⁹, circa asperas in pulmone arterias cõgregatis. Similiter ãt, & si aliquid circa ipsum induretur, aut tuberculum nascatur premens, & coarctans ipsum asperatũ arteriarum genus (hæ.n. suscipiunt aerẽ, q inspiratur) paruus, & densus, & uelox erit spiritus. Iuxta eundem ãt modum ẽt, si in thorace tale constiterit tuberculum, ꝑꝑ quod sanè sæpe tum in posteriorem, tum in anteriorem partẽ luxãtur ea, quæ circa spinam sunt, immo & in obliquũ torquẽtur, paruus, & densus, & uelox generabitur spũs, occupante nimirum tumore præter naturã pulmonis regionẽ, in quã dilatatus extẽdebatur. Sæpe uerò, & ipsum totũ thoracẽ angustiorẽ hmõi affectiones reddiderunt, si aut statim dũ in utero adhuc sunt fœtus accidant, aut ẽt postea obueniãt. Nulla est ãt differentia, quod ad id, qđ coarctatum est attinet, q pulmo nõ possit sufficientẽ aerem trahere, siue thorax totus angustus reddatur, in quacunq; tandẽ affectione, siue intermedia regio amittatur, ab aliquibus præter naturã corpusculis in ipsa cõsistentib⁹ occupata, siue ẽt ipse pulmo induratus sit, aut obturatus, aut intumuerit, uelut in pulmonicis, & peripneumonicis appellatis uitijs cõtingit. Vna .n. in oĩbus coniuncta est cã, ob quam parua inspiratio reddit, coarctatio uidelicet asperarũ arteriarũ: propterea uerò q parua ipsa est, ob id etiam (ut sæpe dictum est) densitas, & uelocitas accedit.

A.l.3 f.10.t.1 c.7.2.18.g

cedit. Verùm cum iuxta ipsum pulmonem affectus ipse incumbit, quamuis thorax se plurimũ di E
stendere possit, tñ parum inspirant: ita ẽt ubi intermedię ipsorum organorũ regiones fuerint oc
cupatæ. Cum uero totus thorax aut fętibus, aut aliter, paruus & angustus redditur, manifestum
est ꝙ & distẽtionẽ ad sui ipsius proportionem paruam efficiens, pulmoni causa est uelocis inspi
rationis. Sic uero ẽt cũ septum transuersum ab aliquo cõprimitur iuxta infernã thoracis extre-
mitatẽ, uelut in ultijs dolorẽ non inferentibus contingit: Huius nãq; rei maximè memorẽ esse
oportet, ꝙ aliqñ solius thoracis affectus, aliqñ solius pulmonis, qñq; uero intermediç amborum
regionis, ad paruitatem, & ob id ẽt uelocitatem ac densitatem respiratinis mutationẽ facit, si sa •
nè facultas fuerit robusta, nã & huius meminisse oportet sæpe iã ẽt antea relati. Minime igitur
adhuc pleuriticorum, aut abscessus aliquos, aut omnino dolorosus tumores habentiũ iuxta tho
racẽ, mentionem faciemus in hoc sermone: At uero de uitijs dolorem non inferentibus, q̃ com
primendo pulmonẽ, & coarctando asperas in ipso arterias, minorẽ faciunt inspirationẽ, omnis
prædictus finietur sermo. Atq; illa quidẽ ad affectiones thoracis antea cõscriptas referemus, in
quibus dicebamus thoracẽ, propterea ꝙ minus distenderet̃ ob dolorẽ, spiritũ facere paruũ. Eo A.l.3.f.10.t.1 c.34 266.g h
rum uero, qui suppurati appellãtur affectionẽ, quãuis sæpenumero eius generatio ex pleuritide
contingit, his iã proxime relatis annumerabimus, q̃ videlicet citra dolorẽ iuxta pulmonẽ coar
ctationẽ faciẽdo, paruã reddunt respirationẽ. Pus.n. qđ in ipso iuxta hmõi affectiones cõtinet̃, F
cã fit eius, q̃ circa distentionẽ fit paruitatis. Itaq; tanquã, neq; ipse sedm naturã distẽdatur, mini
meæqualẽ facit spiritus attractionem. Quõ igit̃ hæc respiratoriũ organorũ uitia citra dolorem
consistentia (id.n. præsenti adhuc deest sermoni) ab ijs, quæ cum dolore fiunt distinguentur, si sa
nè & paruus, & densus ambobus similiter reddit̃ spiritus? An in uelocitate motus? In affectibus
enim cum dolore, modice quidẽ respirant & dense, nõ tñ uelociter, qñ utiq; citra febrẽ eiusmo-
di acciderit affectus: qñ uero cum febre, quamuis iuxta paruitatem, & uelocitatem similiter re-
spirent, tñ iuxta densitatem destinguunt̃. Nã non modice ipsis spiritus densat̃, qđ non euenit il-
lis, qui ob coarctationem organorũ respirationis difficulter respirãt: uerũ ẽt si densior ipsis spiri
tus reddatur, moderate tñ hoc fit, & multo infra summã densitatẽ. Quin & expiratio febricitãti
bus maior simulq; calidior est, qđ non contingit ijs, qui ob coarctationẽ parũ & dense expirãt.
Quõ ãt cognoscere oporteat exacte tũ paruitatem, tũ magnitudinẽ utriusq; partis totius respi-
rationis, paulo post dicetur, ubi prius oẽm de organis sermonem absoluerimus. Quòd.n. difficul
tates respirandi citra organorum dolorem, ab eis, quæ cũ dolore fiunt differãt, iam relatum est.

De respiratione quæ fit, cum partes, valent quæ in ipsa commouentur: ac de ea quæ vacillantibus ac mente motis contingit. CAP. 12. G

VTrum ãt, uelut simpliciter ostendimus coarctationem oportere ad pulmonem peruenire,
eiusq; asperas maxime arterias, ut aĩal difficultatem respirationis incurrat: sic ẽt dolorẽ
in respiratorijs organis fieri oportere, & præsertim in thorace, dicendum est? parum.n abest, ut
pulmo sensus sit expers: an aliquam aliam in eiusmodi respirandi difficultatibus inquirere nos
oportet enunciationem? Nam qui dicit ad solos respiratoriorũ organorũ dolores eiusmodi dif-
ficultatis respirandi speciem sequi, eum non opinor uideri posse oẽm de his rem probe cogno-
uisse, aut meminisse superiorum ratiocinationum, in quibus non ob actionẽ, sed ob actionis fa-
cultatem, quæ aĩalis existit, paruus & densus spiritus fieri ostendebatur. At uero species difficul-
tatis respirandi, quæ ad coarctationem pulmonis consequitur, nihil opus hẽt facultate ad sui ge
nerationẽ: qđ de illo probe indicauimus, ubi totius rei tractationem peregimus. Verùm de do-
lorosis affectionibus non simpliciter id dicere conuenit, qñ sanè in respiratorijs particulis consi
stunt. Nõ.n. pp ipsam particularum naturam priuatim, sed ꝙ animali facultati eorum motus ar-
bitrium permissum est, respirationem ad paruitatem mutari cõtigit, ut ne amplius, uidelicet ani
mal dolore affligeretur, ipsa minus, q̃ oportet thoracem distendente. Atq; hęc sanè prouidentia,
ut ne uehementius aĩal dolore affligatur, ẽt alijs omnibus particulis abest, quæ ad respiratorio- H
rum motum simul mouentur, stomacho, uidelicet; & uentri, & hepati, & spleni, & peritoneo, &
colo, & superioribus tenuibus intestinis, & musculis præcordiorum: hæ nanq; ad thoracis mo- A.l.3 f.10.t.1 c.7.2 58.g
tus, & maxime si fuerint maiores, commouẽtur. Perspicuum igitur est, ꝙ amplius in magnis tho
racis motibus dolore uexantur, minus uero in paruis: & ob id paruus densus non solum in ple-
uriticis, sed & quibus stomachum aut uentrem dolorosa affectio infestat, spiritus erit: minus qui
dem, propterea ꝙ ẽt sensus eis minor est. Cõsimiliter sanè difficulter respirabunt qui hepar, aut
splenem, aut aliud quoddam ex prædictis membris dolore uexatum habent. Omnia enim talia
partim exappẽsa, partim connata respiratorijs instrumentis, ad horum motum simul commo-
uentur: & ob id in respirantibus offenduntur. Atq; ita non ut antea de respiratorijs particulis,
sed de omnibus simpliciter, quæ circa respirationes mouentur. communis nobis sermo fiat: atq;
audebimus in uniuersum pronunciare, paruum & densum spiritum signum esse doloris omniũ
animalis particularum quæ iuxta respirationes commouentur. Num igitur hac parte solum in-
ter pulsus, & respirationes dissimilitudo est? an etiam iuxta ipsam priuatim facultatis causam,
citra organorum complexum, aliquam differentiam inuenire licet? Equidem naturales facul-

A tates oẽs semper necessarijs sibi operis vacant,& nunquã torpent, aut negligentes sunt: quæ vero sub uoluntatis potestatẽ ueniunt,hæ sæpe,ubi ipsa circa alias actiones fuerit occupata,neglĩgẽtius perficiuntur. Ambulantes igitur aliqñ concitatius ad rem aliquam perficiendam, deinde inter eundũ cogitantes quid,ac postea id ipsum cõsiderantes, & curiose de ipso meditãtes, multũ ab illa ambulandi concitatione remittimus,non tñ intelligimus id ipsum neq; cognoscimus, quousq; sanè mentẽ ad illius curam adhibemus: cũ uerò quiescimus ab illa cura, atq; cogitationem circa nullã rem amplius habemus,q̃ circa solam ambulationẽ, tũc uelut ex somno aliquo excitati cognoscimus circa institutã actionẽ nos fuisse negligẽtiores,q̃ pro primo impetu oportebat,rursumq; ad ipsam actionem nosmet excitamus: sic ẽt qui mente uacillant,animũ(ut puto)in uisionibus,uelut in quibusdam curis habentes,aĩalium actionum negligentes sunt,&neq; lotium eijciunt,nisi quis eos commonefaciat,neq; uentris onus deponunt,neq; potum, neque cibum petunt,neq; quicq̃ aliud eius generis: si uerò ẽt petant aliqñ,interim dum adhibent obliuiscuntur,& rursus monitorio opus hñt. Itaq; nouimus oĩno plurimos,qui petita matula,eaq; ipsis data,nõ iã lotiũ effunderẽt,sed matulã ociose in manibus detinerẽt. Alios item nouimus, qui exurgerent quidem tanquã uentris onus depositũri,postquam uero desedissent,penitus obliuiscerentur,atq; nihil efficerent, donec a præsentibus admonerentur. Quemadmodum aũt per

B multum tps actiones faciũt hi oẽs,sic etiam magnas. Aceruatim igitur oĩno plurimum mingũt, & pro una uice ultra mensuram bibũt, & singula alia eodem modo faciunt. Nec mirum utiq; id esse opinor. Quod.n. sæpe in debito tpe facere oportebat, id ipsum aceruatim urgente utilitate explere coguntur,& præsertim ubi necessariũ id sit ad uitam. Etenim si quis minus, q̃ oportet, bibat,nõ ad dies tñ,sed ad integros menses sufficere possit: si uero minus q̃ oportet respiret,ne que minimam diei partem durare queat. Quare tametsi plus pro una uice mente moti bibant,tñ quod per multum temporis interstitium id faciãt,euenit ut uniuersus ipsorum potus multo cõmoderatæ mensuræ inferior,& paucior extet. Uerũ respirationis utilitas non expleta,supra hoc quod graue & ex propinquo imminens periculum hẽt,excitat etiam ad actionem, & non finit torpere neq; ad momentum. Recuperat ãt statim id totum, quo per cessationis tempus fuit priuata: atq; ita non rarus solũ,sed & magnus spiritus efficitur: & tanto sanè,quã conuenit maior, quanto sit rarior. Qđ ipsum in potu non contingit: multo.n. rarius,paulo uero plus bibunt: unde ẽt Hippocrates ipsos brachypotas.i. paucibibos,appellauit. Atq; hęc quidẽ ratio demõstrat mente motorum respirationem in raritatem & magnitudinem mutari. Testimonium ãt nõ mi- 1. Prorrh.cõ.1. t.16.4.165.g

C nus ẽt oculare experimentum præbet,si quis in ipsis artis operibus hanc speculationem exquirere uelit. Quicunq; uero in adolescentulorum gymnasijs,in sublimibus solijs alti & undiquaque conspicui desidentes,artis operum negligentes sunt: quicquid uero in buccam uenerit,effutiunt: his non magis credibilia fiunt ea,quę euidenter apparentibus cõfirmantur, q̃ ijs, qui neq; a principio,ẽt si appareat,quicquã cognoscunt. Cæterum ex hoc genere sophistarum quispiam aliqñ mecum contendit de eo,q rarus,& magnus spiritus mẽte uacillantibus contingit. Proponebat.n. respirationem unũ quoddã ex operibus uitalib esse: uerũ cum huiusmodi argumento non consentiebat id,qđ palàm apparet: unde discedendum sibi a me putauit: Prorsus.n. inquit, eiusmodi respirationis speciem in delirijs non apparere. Nam quæ nunquã conati sunt sophistę in ipsis ægrotis obseruare,de his ac si sexcenties uiderint,impudenter rixantur: neque uerent se magnã habere experientiã iactare eorũ,quæ neq; per somnium quidem ipsi uiderunt. At uerò quicunq; obseruant apparentia,& q̃ ægris accidunt,hi ita ut Hippocrates, scribunt: uiderũt.n. ut opinior,multos infirmos similes ijs quos ille descripsit, qui abunde magnũ testimoniũ prædicto sermoni præbent. Atq; apponerem sanè iam eos,quos in popularium morborum libris conscripsit,nisi propositum esset mihi oẽm sequentem sermonem secũdum,in eorum enarrationẽ,

D uelut etiam antea dixi,reseruare: hunc uero solum per se cum proprijs,& synceris demõstrationibus absoluere. Itaq; sermo de uacillantibus,& mente motis hic finiatur.

De magna, & parua respiratione dignoscenda. CAP. 13.

A.l.3.c.16.t.1 c.8.258.h Q Vomodo uero,quis magnã,& paruã respirationem optime dignoscat(scio.n.& hoc me in prioribus distulisse)iã referatur. Procliue equidẽ erat opinari, nihil differre siue iuxta magnitudinẽ distentionis respiratoriorũ organorum,siue iuxta substantię,quæ inspiratur copiã,magna inspiratio iudicetur: quemadmodũ sanè ẽt aliqui dicunt,putantes,quantitatẽ inspirationis semper se habere oportere ad proportionẽ,quãtitatis distentionis organorũ: atqui hoc minime in uniuersum uerũ est,sed distinctione quadam opus hẽt. Cũm.n. secundum naturã habent organa,quãtitas spiritus semper ipsorum distentionibus proportione respõdet: non tñ cũ ẽt præter naturã fuerint disposita. Verũm possibile aliqñ plurimũ distẽdi thoracẽ, & parũ externi aeris inspirari: multæ.n. sunt affectiones(si modo prædictorũ meminimus)in quibus pulmo coarctatus,multum aerẽ suscipere non potest. Nequaquam igitur ad affectionũ oĩum respirãdi organorũ proportionẽ,sed solũ asperarũ arteriarũ,inspirationes fiunt. At uero harũ distẽtionẽ impossibile est per ullum aliquem sensum dignoscere. Ergo nõ est adhibendus animus ad organa respiratoria,cum inspirationis quantitatem uolumus dignoscere: sufficit enim ipsum solũ

aerē inspicere, quātus inspiratur, & quantus rursum expiratur. Neq; n. ex uentris mole de cibo E rum acceptorum copia coniecturam facimus, sed sufficit & hic solam eorum, quæ eduntur, inspicere quantitatem. Qm̄ uero in expirationibus, aliqñ quidem oēs musculi in totum otiosi sunt, permittentes thoraci collabenti propriā recuperare cōstitutionē: aliqñ uero operātes amplius ipsum cōtrahunt, id qd̄ nobis de his sæpe est demonstratū: contractiones sanè thoracis citra horum concitationē, nunq̄ magnam expirationem facere possunt: quæ uero cum musculorum concitatione fiunt, quæ sanè & ἐκφυσήσεις .i. efflatus existunt, uelut & hoc est mōstratum, hæ opifices sunt magnitudinis. Verùm neq; in his denudatum hominem inspicere operæpretium duco, ad musculorum tensionem cognoscendam, sed sufficit speciem expirationis cum efflatu, notam cognitionis uel maximam habere. Vrgente itaq; utilitate accuratim expirare cogimur: ueluti etiā cum inspirationis urget utilitas, multum & coacervatum externum aerem attrahimus.

Epilogus eorum quæ hactenus dicta sunt. CAP. 14.

QVando uero & de his sufficienter transegimus, repetitis capitibus eorū, quæ ab initio dicta sunt, ad reliqua progrediamur. Capita āt erant, ut opinor, hæc, q̄ simplicibus respirandi difficultatibus inuentis, connectere oporteat causas coniunctas respirationis, & monstrare singularum ipsarum efficientē causam: & uice uersa, quæ respirandi difficultates ad singulas causas consequantur: in quo sanè & compositarum respirandi difficultatum mentionem facere coacti sumus. Verùm quatenus tractatio pulsuum cum respirationibus cōsentiat, & quatenus differat, etiam hoc non erat exiguum eorum, quæ explicauimus, caput. F

Quot numero sint compositæ respirandi difficultates. CAP. 15.

POstquā uero hæc oīa absoluta sunt, consequenter compositas respirandi difficultates cōsiderabimus: hę nanq; desunt adhuc superioribus, quæ tractanda suscepimus, annectendæ. Inuentis āt simplicibus, non amplius difficile est & has inuenire quæ ex illis componuntur. Cū. n. aliqua sit magna inspiratio, simpliciter āt & aliqua uelox, & contrariæ his sint parua & tarda, necesse est quatuor fieri oēs respirandi difficultates circa inspirationē cōpositas, magnā uidelicet, simulq; tardam, magnam & uelocem, paruam & uelocem, & quartam paruam ac tardam. Eodē modo & circa expirationem easdem quatuor coniugationes necessarium est fieri, duas quidem magnas, & duas paruas, quæ tum uelocitate, tum tarditate distinguuntur. In cessationibus uero impossibile est compositam respirandi difficultatis speciem fieri: neq;. n. duæ oppositiones in eis existunt, uelut in motibus, sed una sola iuxta densitatem & raritatem consistens.

Quot compositæ respirandi difficultates per motum oriantur. CAP. 16. G

AT uero ipsorum motuū inuicem collatorum, inspirationis (inquam) ad expirationem, species quædā erunt rhythmorum totius respirationis: quemadmodum & pulsibus dilatatione ad contractionem collata contingit. Possibile est. n. inspirationem fieri magnam, expirationē uero paruam: aut uice uersa inspirationem paruam, expirationem magnam: aut utrasq; paruas, aut utrasq; magnas: sic & ueloces, aut tardas utrasq;, aut alteram uelocem, alteram tardam. A. l. 3. f. 10 c. 1 c. 8. 2 59. a

De respiratione inæquali. CAP. 17.

QVin & inæqualis est aliqua respiratio, quemadmodū & pulsus, tum circa motuū aggregationem, tum circa motū unum. Similiter āt & ordinata ac inordinata respiratio fieri pōt, uelut & pulsus. Et sanè quot differentiæ inæqualium pulsuum, tum circa unum motum, tum circa plures consistentium existūt, tot & sunt respirationum. Verum quod in principio statim huius tractationis dixi, oēs penitus negligenter respirationem tractauerunt, atq; huius negligentiæ causam referam in progressu sermonis. Nunc quod instat nobis absoluēdum est, ab inæqualitate iuxta unum motum initio facto, propterea q̄ secundum naturam uideri possit in medio posita esse earum, quæ exacte simplices, & quæ ex confesso compositæ existunt. Contendit itaq; aliquando quispiam mecum super ipsa tanquam non composita: quod aliās non fecisset, nisi simplicibus propinqua esset: uerùm compositam esse inde perspicuum est. Si quis incipiens inspirare, uelociter attrahit aerem, circa finem uerò tardè: aut uicissim ex tardo principio, in uelocem desinit finem, hanc sanè inspirationē neq; uelocē simpliciter, neq; tardā esse dixerimus, sed compositam, utpote quæ alteram sui partem habeat uelocem, alteram tardam. Eodem modo & si expiratio quomodocunq; alteretur, siue ex tarditate in uelocitatem, siue rursus ex uelocitate in tarditatem motu transeunte, constare dicemus ex partibus contrario modo inter se habentibus, & ob id neq; simplicē, sed cōpositā existere. Similiter āt cum cessatio aliqua sciderit, & discerit alterum motum, siue inspirationem, siue expirationem, cōpositā esse & tunc dicemus eā quæ dissecta est, utra tandem ea existat. Visum est āt aliqñ, raro tamen, non alteram tantum, sed ambas totius respirationis partes, in uno & eodem homine ita habere, & maxime hoc fieri, cū humorum copia in asperis arterijs coacervata, hominem suffocet ex pleuritide perniciosa, aut peripneumonia non expurgata, aut suppuratione isthic consistente: ita ut in hac parte respirationibus cūm pulsibus conueniat: monstratum est enim & in illis propter obturationes organorū, compressionesq;, & omnino coarctationes, inæqualitatem fieri. Itaque siquis ea, quæ de alijs arterijs per totum animal dispersis, in secundo De pulsuum causis dicta sunt, probè perdidicerit, H A. ibid. c. 25.

maiorem

A maiorem utiq; copiam similia dicendi de asperis in pulmone appellatis arterijs habebit. Illas.n. ad inæqualis pulsus generationem coarctari oportet, asperas uero arterias ad inæqualis respirationis. Relatum ẽt de illis, ꝙ ob facultatis debilitatem pulsuum inæqualitas fieri possit, cum præ impotentia arterias pro una uice perfecte dilatare non possit: resistunt.n. interim & conqescũt, uelut senes circa uiam perficiendam. Fieri autem potest aliquando & circa respirationem quædam inæqualitas, tum ea, quæ iuxta unam actionem, tum quæ circa plures cõtingit, & systematica a græcis appellatur, ob quandam facultatis ipsam efficientis debilitatem.

Quod differat prænotio ex respiratione a prænotione ex pulsu: & quæ causæ sint inæqualis respirationis cum inæquali pulsu communes. CAP. 18.

CVm uerò hæc animalis sit, uitalis uero ea, q̃ pulsus operatur, fieri potest quædam ad prænotiones ex ipsis dƒia, nimirum pulsibus debilitatem facultatis semper sui ipsorum læsioni ꝓportione respondentem indicantibus: respirationibus uero non codem modo, nisi quis etiam describat ægrotantis uoluntatem. Quamuis.n. temerariam responsionem a moderato homine 1.pror.cõ.2.t.9 factam, malum esse Hippocrates dicat, ueruntamen in ijs, qui natura temerarij sunt, non solum 4.170.c non einsmodi responsionem, sed neq; ipsum adeo delirium, quicquam magnum portendere cẽ
B sebis. Ita etiã habet circa respirationem: fœlices.n. ærumnarumq; expertes, ac molles, circa singulas actiones inæqualiter respirabunt, etiam si nihil adeo magnum ipsos cogat: qui uero ad laborem industrij, & generosa mente prediti sunt, priusquam ad extremam debilitatem eorum facultas redigatur, non unquam inæqualiter respirauerint. At uero in pulsuum inæqualitate eadẽ prænotio affectionis est, tum in ijs, qui generosa, tũ qui praua, & uitiosa mente, præditi existũt. Vt.n. uniuersaliter & in summa dicam, ubi uoluntas nihil confert ad actionem, ibi id, qđ significatur, æquale est omnibus: ubi uerò aut totum, aut plurimum, ibi amplius ẽt inspicere oportet mores ipsius ægri. Quemadmodum autem differentia facultatum efficientium actiones, tũ circa pulsus, tum circa respirationes, differentes facit prænotiones: sic ẽt circa ipsam organorũ naturam, quædam indicationis diuersitas erit. Pulsus.n. per læues arterias: respirationes uerò non per solas asperas arterias fiunt, sed non minus, q̃ per ipsas, immo fortassis magis, per musculosũ genus. Hoc.n. est quod primum animalis facultas mouet ad respirationis generationem: ab eo uero totus thorax motus, ipse rursus pulmonem commouet eo, quo diximus in horum tractatu, modo: pulmonis aũt partes sunt asperæ arteriæ, in quas primum aer qui inspiratur, peruenit. Quemadmodum igitur harum affectiones totam respirationem sæpe inæqualem reddunt, sic &
C affectiones musculorum: propterea sanè ꝙ illæ spiritus sunt loci, musculi uero primum mot⁹ instrumentum. Verum non eadem affectio in utroq; organorum genere, inæqualem respirationẽ facit, cum neq; utilitas ipsorum similis existat. Si quidem igitur unumquodq; organum in id ipsum, per quod sanum existens actionem iuuit, etiam ægrotans læditur, asperarum utiq; arteriarum læsio coarctatio quædam est: musculorum uero, aberrans & inordinatus motus: atq; illarũ quidem ut spiritus locorum, horum uero ut motus organorum, offensa est. Et coarctationis quidem in asperis arteriis, tumores præter naturam in cã esse dixi: aberrantiũ uero in musculis motuum occasiones nunc referemus. Sunt igitur propriæ musculorum affectiones, conuulsiones, palpitationes & tremores, quemadmodum in alio loco est demonstratum. Verum ꝙ hæ ẽt aberrantes motus sunt, uerbis non eget. Et si quidem ambo hæc insunt affectionibus, ut & aberrantes motus sint, & musculorum: atq; hæc ipsa sunt, quæ quærimus: finem utiq; nobis hic habebit institutus sermo: erit nanq; aliquando inæqualis respiratio, & propter aliquam harum affectionum. Quemadmodum.n. ambulatio inæqualis fit, crurum musculis, aut trementibus, aut palpitantibus, aut conuulsis: ita & respiratio aliquando inæqualis fit, propter thoracis musculos (ut dictum est) offensos. Quare omnium inæqualitatum, tum quæ secundum unam actionem, tum quæ circa plures ex ordine consistunt, aut asperarum arteriarum coarctatio, aut thoracis muscu
D lorum aberrans motus, aut facultatis ipsam efficientis debilitas, causa fiet.

Quæ causæ propriæ sint inæqualis respirationis. CAP. 19.

SCriptum est ãt, ut dixi, diffusissime de oĩbus inæqualitatibus in secundo De pulsuum causis, & ob id, quæ cõia sunt cum illo sermone, omnia relinquimus, solummodo mentione ipsorũ facta: quæ uero propria sunt respirationi, in hoc libro explicabimus. Vtilitas itaq; (uelut etiã antea dictum est) cõis utrisq; est: asperarum etiam arteriarum rõ consimilis ad læues est: uerũ musculorum genus proprium, & priuatim destinatum respirationibus est, præter pulsuum rõnem. Opifices autem ipsorum facultates, partim quidem similiter, partim uero non ita habent: quatenus.n. cãæ effectiuæ sunt, eatenus similiter habent: quatenus uero uoluntati permissum est arbitrium respiratoriæ facultatis, uitalis autem facultas nullum superiorem habet dominum, sed libera penitus existit, eatenus differunt. Igitur & eximium, quid ad inæqualitatis generationem respiratio habebit, si cum pulsibus eam contuleris: id quod non prætermittamus. est autem id ipsum duplex, partim quidem ab ipsa animali facultate sola proficiscens, partim a complexu ipsi⁹ ad dolores. Atq; modicũ quidẽ & cognitu difficile est, quod a sola facultate proficiscit: amplius uero & manifestius ac magis uariũ, quod propter dolores. In delirius.n. superat quidem raritas,

& ma-

& magnitudo, apparet ãt quædam inæqualitas, & ordinis perturbatio, tum iuxta plures respira E tiones, tum iuxta unam aliquando solam: nimirum q & phantasmata aliquando plus, aliquãdo minus rõnem ab eo, quod secundum naturam est, emoueant. In hmõi.n. tuisis, rationi consentancum est, etiam respirationem transmutari, ac aliquatenus uariari ad inæqualitatis, & permutationis ipsius ordinis generationem. Quin & quantitas utilitatis quandiu quidẽ parũ deficit a singulis actionibus, parua est ab eo, quod secundum naturam hẽt, immutatio: quando nero defectus ab eo, quod secundum naturam hẽt, continget satis multus, tunc necessarium iam cessationum quidẽ quantitatem, motuũ uero non solum quantitatem, sed iam ẽt qualitatem alterari, atq; ob id totã respirationẽ inæqualem, & inordinatam reddi. Idẽ hoc & in doloribus accidere necessariũ est. Neq;.n. ẽt in illis utilitas expletur iuxta singulas actiones, nam neq; uelociter, neq; dense, neq; plurimũ distẽdere thoracẽ possunt: oĩa.n. hæc ipsis molesta sunt, & præsertim magnitudo, deinde uelocitas, iã uero ẽt densitas: dolentibus nanq; minus molestum est per longius tẽpus, q̃ per breuius moueri. Ob id igitur a magnitudine oĩno multum detrahunt: a uelocitate uero, minimum: a densitate ãt auferunt quidem nihil, sed addũt ẽt quippiam, paruitatis ab eo, quod secundum naturam hẽt, defectum per eam corrigentes. Non tamẽ adhuc tantum est, quod apponitur, ut oẽm expleat defectum. Quantum igitur deficit ad utilitatis expletionẽ, hoc F in multis deinceps actionibus coaceruatur: & cũ parum abest, ut animal suffocetur, tunc uoluntatem cogit, ad aliquod tempus, maiorem facere respirationem, & multo uelociorem, & priore densiorem. Verum cũ in hmõi actionibus utilitas quidẽ expleatur, aĩal uero doloribus offendatur: uoluntas rursus a magnitudine, & uelocitate, ac dẽsitate aufert, aliquando plus, aliquando minus: utpote q̃ consilii inops sit, & neq; sistere actionem possit ob suffocationis timorem, neq; aliquam reperire doloris medelam queat. Quare modo ad hoc, mõ ad aliud transit: illud quidẽ, ut utilitatem expleturum: hoc uero, ut dolorem mitigaturum. Cum uero oĩa, quæ utilitatẽ explent, exacerbent dolores: quæ uero dolores mitigant, augeant utilitatem, atq; nulla communis utrisq; medela reperiatur: multiformiter ad omnia transit, ob consilii inopiam semper ægre ferẽs, quod præsens est. Atq; hinc tum inæqualitas circa singulas, & oẽs ẽt deinceps respirationes, tum multiformis illa ordinis perturbatio, originem habet. Ex corruptione.n. parilitatis, inæqualitatum omnium, itemq; ordinis perturbationum generatio oritur. Monstratum nãq; & hoc in libris De pulsuum differentia, q parilitas cõsequenter habens, æqualitas est: parilitas uero iuxta circuitus, ordo est: & q ubi consequenter habens parilitas corrumpitur, inæqualitas: ubi uero iuxta circuitus reuertens, ordinis perturbatio generatur. At uero quãuis multa inæqualitas, G & multa ordinis perturbatio, in eiusmodi affectionibus incidat, superat tamen id genus respirãdi difficultatis, quod iuxta paruitatem, & densitatem consistit. Etenim si ẽt magnam aliquando respirationem pro una uice faciant, ueluti periculum faciẽtes in eiusmodi respiratione, desistũt tamen e uestigio propter dolorem: ac per multum tempus ualde parũ respirãt, donec ab aliqua urgente utilitate coacti, ad aliã rursus conuertũtur experientiã magnę respirationis. Assiduitas igitur inæqualitatis, & inordinatæ mutationis, in uelocitate ac tarditate, & in densitatis permutationibus, maxime ipsis consistit: cũ nunquam quidem simpliciter rara respiratio fiat, propter urgentem utilitatem: minus tamen & magis densa, atq; in hoc sanè inæqualitatẽ acquirit. Quare densus semper hoc modo dispositis est spiritus, magnus autem raro, tardus uero nihil magis, q̃ uelox propter repentinam ipsorum in utranq; partem transitionem. Rectè igitur antea dictũ est, q ad oĩa dolore afflicta organa, quæ circa respirationes cõmouentur, paruus, & densus spũs consequatur: & iuxta eandem rõnem in delirijs magnum fieri, & rarum spiritum: q̃ q̃ etiam his, uel maxime inæqualitas comes sit. Exuperat.n. in ipsis raritas, & magnitudo: magis.n. & minus rarus, & magis ac minus magnus, spiritus in delirantibus redditur, paruus uero, & densus nunquam. Atq; hæc quidem mihi sufficere uidentur de inæqualitatum cognitione, tum q̃ circa unã actionem, tum q̃ in pluribus consistunt: dicta sunt.n. & de iis, quæ rõ postulat ob sermonis com H munitatem: & euidenter quidem hæ compositæ sunt, multis omnino actionibus ad generationem, & dignotionem indigentes: quæ uero circa unam actionem consistunt (uelut etiã ante relatum est) ferè uideri possint alicui simplices esse. Porrò non de coaceruatis tantum inæqualitatibus, sed etiam de ordinis perturbationibus, hic transegimus: sunt.n. species quædam inæqualitatum, uelut etiam in libris De pulsibus est monstratum.

De causis difficultatum compositarum, quæ circa singulas respirationis partes seorsum consistunt. CAP. 20.

AD reliquas igitur compositas difficilis respirationis species regrediamur, & primum sanè eas in manus sumamus, quæ circa unam actionem quancunq; tandem consistunt. Equidẽ inspiratio magna simul uelox q; fit, si utilitas urget, & organa sunt prompta, & facultas propriã conseruat integram sanitatem, aut certe parum immutatam. Demonstratione autem hic sermo non habet opus ad eos, qui superius dictorum meminerunt. Rursus uero magna, & tarda solis mente motis contingit, atque his non semper: & conspicua utique etiam hic est causę consideratio ex prædictis: quemadmodum etiam, quòd paruam habent inspirationem, & tardam

hi

† τοῖς φαρτασίαις.

A hi quibus insitus calor multum est perfrigeratus. Quæ restat autē adhuc coniugatio quarta, par uitas erat cum uelocitate, & fit perpetuo quidem in nulla affectione simplici (quemadmodū, neque magna simulq; tarda, quam aliqñ mente motis accidere diximus) sequitur tamen quanquā non semper, sed ut plurimum, ubi simul dolor & utilitatis incrementum concurrunt: parū.n.necessario in doloribus respirant: inexpleta aūt manente utilitate, tum ob hanc ipsam paruitatē, tum q aliàs per se ipsam utilitatem abundare supposuimus, non satis est solū densari ipsas actiones, sed coguntur sæpe conuulsorie inspirare. Ad eundem porrò cum prædictis modum etiam ī coniugationibus circa expirationem, ipsas affectiones perscrutari oportet. Nā in his, aut facultatem, aut aliquod organum uitiatum, aut caloris modum immutatum inueniemus. Quæ.n.ueluti fuliginosa, ac fauillosa, & fumosa recrementa appellamus in caliditatis genere, ea omnia terrea sunt, & uelut semicocta cum innato calore, quemadmodum fumus cum igne: apparēt.n.in hoc euidenter acria omnia, & calida, & fumosa materiæ recrementa, ostendentia susceptā quidem esse in se ipsa ignis uim, non tamen adhuc penitus ab igne se superata: flamma.n.ita nata esset, & non adhuc fumus esset. Quare si quis, fumosa caliditate in corporibus animantium redundante, expirationem magnam simulq; uelocem fieri dicat, non utiq; errarit. Manifestum est aūt

B q & facultatem integram esse tunc oportet, & nullum ex organis uitiatum. Similiter autē & magnam simulq; tardam in quibusdam delirantibus fieri, eodem modo quo contingit circa inspirationem: sic & paruam simulq; tardam fieri ijs, quibus nullum fumosum recrementum est coaceruatum: & paruam ac uelocem, quibus est congregatum fumosum recrementum, & dolēt simul aliquam particulam, quæ circa respirationes mouetur: semper.n.huius memorem esse oportet, etiam si aliquando in sermone omittatur.

De causis compositarum respirationis difficultatum, quæ arhythmo sumuntur. CAP. 21.

Atq, hæ quidē sunt quatuor respirandi difficultatis coniugationes, quæ circa utranq; totius respirationis partem seorsim consistunt. Aliæ āt circa rhythmum, & consonantiam ipsius, non circa utranq; seorsim partem fiunt. Cum.n.inspirationem expirationi conferimus, quemadmodum in pulsibus dilatationem contractioni, rhythmum hoc ipsum appellamus. Manifestum autem, q eandem speculationem hic locus expetat, quam de pulsuum rhythmis Herophilus cō scripsit. Dicta quidem ēt nobis de ipsis, q̄ necessaria sunt in pulsuum tractationibus: dicetur aūt & nunc, q̄ fieri potest breuissimis, quibusnam ueluti scopis quibusdam animum attendere oporteat, ut facile cās dissonantiæ in respirationibus inueniamus. Quæ.n.iam iuxta utranq; toti' re-

C spirationis partem, inspirationem dico & expirationem, in superiori sermone recēsuimus, ea ipsa ēt nunc inspicere operæpretium existimo circa ipsorum dissonantias. Velut uerbi gratia (nō .n.malum fuerit in uno quopiam uelut exemplo demonstrare id quod dicitur) sit equidē tardior & minor, q̄ secundum naturam inspiratio, uelocior autem, & maior expiratio: his sane qui ita dispositi sunt, dicemus calorem secundum naturam, imminutum esse: auctum uero esse, fumosum. Rursus in altera dissonantia, q̄ contrario modo habet, ita ut inspiratio quidē sit magna & uelox, expiratio uero parua & tarda: auctum naturalem calorem dicemus, & nullū esse fumosum recrementum. Duplicem.n.semper intelligere iuxta genus oportet calorem, alterum genuinum, & corpori innatum, alterum uero acquisititium, ac spurium. Palam igitur est, q hmōi coniugatio nihil euariat ab iis, q̄ in utraq; seorsim, hoc est alterutra existunt. Si.n.inspiratio parua & tarda forte fuerit, perfrigerationem significat caliditatis secundum naturam, quomodocunque hēat ipsa expiratio: si uero expiratio eodem modo fuerit disposita, de caliditate præter naturam idem indicabit. Nam & si magna aliquando ac uelox fiat, redundantem significabit caliditatem præter naturam, quomodocunq; habeat ipsa inspiratio. Quare nihil amplius ad prænotiones, hmōi comolexus docet, q̄ ea, quæ iam singulatim de alterutra ipsarum sunt cognita, & pspecta.

Quæ difficultatum respirationis coniugationes ad affectuum cognitionem utiles sint. CAP. 22.

D Itaq; ad solas illas cōpositas respirandi difficultates animum intendere nos oportet, in quib' simplices quidem, communes sunt plurium affectionum, & ob id nihil certi indicant: cōiugatæ uero aliis quibusdam, ad certum ac minime fallax discrimen ueniunt. Magnitudo.n.respirationis ipsa per se resp tandi difficultas q̄dam est simplex, uerum nullius certæ cognitionis signū est: siquidem & urgente utilitate, & læsa mente fieri solet: at uero si cum densitate consistat, urgentem utilitatem: si cum raritate, delirium indicat. Similiter āt, & paruitas ipsa quidem per se ipsam, aut dolore afflictam aliquam particulam, aut utilitatem exolutam ostendit: itaq; neq; ipsa aliquid certi indicat: quando uero componitur, cum densitate quidem, dolorem: cum raritate uero, utilitatis exolutionem portendit. Quin ēt si ipsam densitatem per se solā, aut raritatem, in manus sumas, ipsarum neutram p se inueneris quicq; certi significantē, nisi hoc discrimen accedat, ut uidelicet cum altera quapiā respirandi difficultatis specie copuletur: densa.n.simulq; magna, utilitatis augmentum indicat: densa uero simulq; parua, organi alicuius quod cū respirationibus cōmouetur, dolorem. Ipsa ēt rara, quæ ad delitia, & perfrigerationes consequitur, si quidē cum magnitudine fuerit copulata, prius ex prædictis: si uerò cum paruitate, posterius indicat. Et ob id sanè omnium compositarum respirandi difficultatum, huiusmodi cōiugationes utilissimæ

utilissimę sunt, utpote, & manifeste & constanter vnamquamq; affectionem indicantes: Dẽsitas E
quidem cũ paruitate, dolorem: cum magnitudine verò, utilitatis augmentum: Raritas ãt cũ ma
gnitudine, deliriũ: cum paruitate, utilitatis exolutionẽ. Fiunt ãt quatuor hæ coniugationes, dif-
ferentijs actionum iuxta magnitudinẽ & paruitatẽ, ad cessationum dĩas permistis. Duæ.n.op-
positiones inter se permutatæ quatuor constituunt coniugia. Quare, & hic perspicuum iã fit, ꝙ
neq; plures, neq; pauciores possibile est fieri ex his oppositionibus coniugationes. Verũ in cessa
tionibus, una sola contingit oppositio circa densitatẽ, & raritatẽ. In actionibus verò non solum
oppositio circa magnitudinẽ, & paruitatẽ, sed ẽt circa uelocitatem, & tarditatem cõtingit. Qua
tuor itaq; ẽt circa hatum permutationes nascentur coniugationes, prima quidem densa, & ve-
lox, secunda densa simulq; tarda, tertia rara, & uelox, & quarta rara, simulq; tarda. Cęterũ nullũ
certę cognitionis signũ, simpliciter, & necessariò exhibent, quemadmodum priores quatuor: ve
rum hoc modo distinguere oportet. Si quidẽ multa ad densitatẽ, pauca uero ad uelocitatẽ, tran
sitio fiat, tũ doloris, tum utilitatis augmẽtum significat: Si uerò uice uersa ad uelocitatẽ plus, ad
densitatem minus, ab eo quod secundum naturam est excedit, utilitatem solam auctam demon
strabit. Concurrit ãt ad hanc respirandi difficultatem oĩno, & magnitudo, ad alteram ãt ante ip
sam relatam, paruitas: quare neq; oĩno opus habebimus, velocitatis meminisse. Si.n.coniugatio F
circa uelocitatem, & densitatem indistincta, nihil certi nobis indicat, ubi uero sub distinctionẽ
euenerit, uelocitate quidẽ abũdante, statim ẽt cum magnitudine fiti densitate uerò exupurãte,
necessariò cõsequentẽ paruitatẽ hẽt: dẽsa utiq; simulq; magna iuxta alteram distinctionẽ erit,
densa uerò simulq; parua iuxta alteram. Sic ãt ẽt densa ac tarda coniugatio demõstrabit. Abun
dante.n.densitate, solus dolor indicabitur: ubi uero tñ ab eo, quod secundum naturã est, exce-
dit, quantum secundũ tarditatem, cõpositę dispõnis signum erit: nã & utilitatem imminutã esse
ostender, & particulam aliquam dolore affligi. Sic uero, & cum tarditas densitatem superabit, si-
gnum erit dispositionis iam dictæ, sed minus tñ dolore affici ostendit ita habentes, magis uero
utilitatẽ esse imminutã. Itaq; neq; hac cõiugatione indigemus ad prænotiones: in primis.n.qua
tuor quas utilissimas esse dicebamus, signa habemus & doloris, & utilitatis imminutæ magna.
Quin, & tertia coniugatio iam dicta, rara uidelicet simulq; uelox, nihil necessariò indicabit: co-
incidit ãt siue deliriis quibusdã, siue cum ipsis ẽt utilitatis augmẽto. Relatum ãt antea est, ꝙ mẽ
te motorũ rara penitus est, & magna respiratio, velox ãt non oĩno, uelut neq; tarda: fit.n.utrũq;
ipsorum inordinate, & inæqualiter: qñ tñ coinciderit, & utilitatis augmentum, tunc coguntur,
& multo amplius respirare, q̃ si solum mente moti essent, & iam ẽt citius. Quare neq; hac coniu G
gatione ad prænotiones indigemus, ea quæ per ipsam indicantur cũ distinctione iam in primis,
quatuor coniugationibus habentes. Restabat ãt adhuc quarta secundum hoc genus composita
respirandi difficultas, tarda uidelicet simulq; rara, quæ etiam ipsa, & delirijs quibusdam coinci-
dit, & utilitatis imminutionibus: itaq; neq; hac opus habemus, nam & delirium, & imminutam,
utilitatem ex primis quatuor coniugationibus perspectam tenemus.

Quo pacto difficultatum respirationis coniugationes ad ipsius causas referantur. C A P. 23.

PORrò non solũ ex demÑone, differentiã circa uelocitatẽ, & tarditatem non necessariã ad prę
notiones esse (nã neque si solã accipias, neque si cum alijs copules, commoditas aliqua ex
illis fit manifesta) sed ẽt ex ipsa rei natura apparet. Cũ.n.tria sint principalia causarum genera ip
sins respirationis, utilitas, facultas, & instrumẽta, palã est, ꝙ si repererimus ex quibus, & quot re
spirandi difficultatibus affectiones in ipsis cognoscanẽ, hæ quidem nobis oĩum utilissimæ ad p̃-
notiones erunt, reliquas uero oẽs ex superpõdio cõsiderabimus. At uero repertæ sunt magna q̃
dem & densa, utilitatis augmentum: & contrà parua ac rara, imminutionẽ significantes: delirij
ãt propria, magna ac rara: dolorũ, parua, & dẽsa. Accesserunt his forinsecus inæquales, qñq; mu
sculosi generis affectiones, qñq; ẽt asperarum arteriarũ coarctationes indicãtes. Facultatis autẽ H
ægrotantis, primũ quidẽ nullũ necessariò reperiẽ cognitionis signũ, ex ulla aliqua respirãdi dif-
ficultate, cũ aliter ætumnarum expertes, aliter laboris tolerantes, respirationẽ forment: Si igiẽ,
ẽt sit quippiã inæquale, & inordinatũ, minime conspicuũ est. Et ipsas inæqualitates, itemq; ordi
nis perturbationes generãt imparilitates, q̃ circa densitatẽ, & raritatẽ, & paruitatẽ, ac magnitu
dinẽ cõsistũt: ultra hoc ꝙ per sexcen, a alia aĩalis facultatis debilitas cognoscatur ac innotescat,
ut nihil nobis hac parte respiratione opus sit, quorũ oportunissima, & plurima Hippocrates in p̃
notionũ tradidit scriptis. Si quid ãt ẽt relictũ est, facillimè ex prædictis inueniri põt. Quòd si q̃s
ipsius respiratoriæ facultatis ægrotãtis, atq; in cõi oĩs facultatis aĩalis, propria signa habere ve-
lit, & maxime perfrigeratæ, is alarũ nasi motũ habebit, & oĩum musculorũ circa scapulas actio-
nem, & coacervatã thoracis collapsionẽ. Qñ.n.hic debilius, quã cõuenit mouẽ, circa inspiratio
nes quidẽ; ipsis ductũ iuuãt alænasi, externũ aerem ẽt ipsę simul attrahẽtes eodẽ mõ, quo per os
aliquid attrahere uolẽtes, labia cõtrahimus: rursus uero circa expirationes, coaceruata fit thora
cis collapsio, non paulatim demissio. Dictum est ãr diffusius in libris de musculorũ motu, quate-
nus differat collapsio particulę a demissione, & laxatione, nimirũ ꝙ altera facultate ægrotãte cõ
tingit, altera integra eadem & ualẽte. Cõtingit ẽt amplius circa expirationes, ijs qui ęgrã hñt re

Aſpiratoriam facultatem,tale quiddam.Thorax tenſionem, quã antea circa inſpirationes ſimul cum ſepto tranſuerſo obtinuit,oẽm aceruatim deponit,tanq̃ repente moriens.Relatum eſt aũt in cõmentarijs De reſpiratione, ꝙ ſolũ ſeptum trãſuerſum expirantium tenſionem exoluit,ſed non eſt idẽ paulatim exoluere,& aceruatim omnem deponere. Cæterum parum quid hmõi ex pirationibus cooperantur intercoſtales muſculi,per quorum actiones efflatus fieri demonſtrauimus.Talis ſanè,& ob has cauſas,reſpirationis ſpecies eſt ijs,qui ægram facultatem habent.

De prænotione ex ceſſationibus motuum in reſpiratione. CAP. 24.

PORrò,quod mihi adhuc deeſſe vr ad expletionẽ huius primi ſermonis,iam dicetur.Cum duplex exiſtat ceſſatio in reſpirationibus,una ante inſpirationẽ,altera ante expirationẽ, uter ſanè motus offendatur,ceſſationem ẽt ipſam ante,ab eo,quod ſecundum naturam hẽt,immutat.Duplici igr̃ exiſtente in motibus offenſione,ac duplici itẽ in ceſſationibus,utilitatis quidem defectus ſemp diuturni tpis efficiunt ceſſationes,redundantiæ uerò breuis temporis.Quare cũ dixerimus denſam,& magnã fieri reſpirationẽ præ copia caliditatis in utroq; motu,uer'erit ſermo.Abundantia nanq; caloris ſecundum naturam inſpirationem magnam reddens,ſtatim etiã præcedentem ipſam ceſſationem breuis tpis efficit:abũdantia uerò caloris præter naturã & fumoſi,uelut expirationem magnam,ſic ẽt ceſſationem præcedentem breuis tpis reddit. Quare
B magnus,& dẽſus penitus fit ſpũs,quando caliditatis redundarit genus,non tamẽ, neq; eandem reſpirationis particulam in magnitudinem,neq; eandem ceſſationem in denſitatem,trãſmutat. Sic ẽt ſi utilitas imminuta ſit,ob caloris uidelicet imminutionem, ubi quidẽ innatus calor imminutus paruam inſpirationem reddit,ẽt longa ceſſatio præcedit:ubi uero calor præter naturã deperditur,parua quidem expiratio,longa uerò ante ipſam ceſſatio contingit. Sæpenumero uerò calor præter naturam auctus eſt,calor uerò ſecundum naturam imminutus eſt:atq; ita ceſſatio ante inſpirationem diutini temporis redditur,altera uerò ante expirationem breuis. Vtrum n.ex motibus ipſa utilitas urgebit,is præcedentem ceſſationem cunctari non permittit.

Epilogus eorum,quæ de prænotione ex reſpirandi coniugationibus dicta ſunt. CAP. 25.

DIctum igitur nunc de ipſis quũ ad præſens inſtitutũ commodum exiſtit.Si quis uerò adhuc hæret circa differentiam caliditatum, hunc non eſt nunc tempeſtiuum de his edoceri, ſed ad commentarios de innato calore remittemus.Opinor.n.ipſum(niſi penitus contentioſus exiſtat)omnis hæſitationis ſuæ iſtic remedia inuenturum.Quid igitur nunc demum reſtat?quod addi quidem poſſit,nihil,quod non ẽt prius ſit relatum:uerum ut prædicta in memoriam reuoce-
C mus;id iam reſtat,quò uidelicet quæ deinceps referentur facile aſſequamini, paucis totam eorũ ſummam habẽtes.Porrò ſumma hæc ab ipſius rei ſubſtãtia procedit.Oportet.n.facultatis,& organorum,& utilitatis,affectiones cognitas,& perſpectas habere:Monſtrauim'autẽ quot uniuſcuiuſq; dictorum ſint affectiones,& quæ reſpirandi difficultates earum cognitionem exhibeãt: & ꝙ neceſſariæ quidem ſint quatuor coniugationes,& ſupra has inæqualitas quinta.Reliqua uerò,omnia quæ reſpirationibus accidunt,tum ſimplicia,tum compoſita, ad quas cãs conſequantur,neceſſarium eſt diſcere:minime uerò cõuenit exiſtimare,neceſſario ea aliquid indicare, ſed ſi quid ex illis ad prænotionem contingit,uelut corollarium habere: accuratiſſimam autem, & conſtantiſſimam ſolam eſſe differentiam,quæ in iam ſæpe dictis quatuor coniugijs conſiſtit, atque adhuc etiam eam, quæ fit circa inæqualitatem.

GAL. DE DIFFICVLTATE RESPIRATIONIS LIBER SECVNDVS

D

ARGVMENTVM LIBRI

Quæ ab Hippoc. primo & tertio libro de uul.morbis de reſpiratione ſcripta ſunt, cum rationibus ſuperiori libro traditis conuenire.

Propoſitum libri,& quid actum ſit libro ſuperiori. CAP. I.

HIc quidẽ ſermo expoſitio eſt eorũ, quæ Hippocrates de reſpirãdi difficultate dixit.Dicta ſunt ãt ab eo multa in multis locis,partim quidẽ in libris ipſi conſcriptis,partim uero ẽt in cõmentarijs.Plurimi.n.ex libris epidemiorũ,ſi non utiq; oẽs,merito q̃s cõmentaria eſſe cenſuerit. Eſt igitur expoſitio,uelut alicubi ueterũ q̃ſpiam dixit,explicatio obſcuræ interpretationis. Verũ nos non hoc ſolum præſtituros nos eſſe pollicemur,ſed ẽt ꝙ uera ſint oĩa,quæ ab ipſo de reſpirationis difficultate ſcripta ſunt,teſtaturos eſſe,nõ tamen demonſtraturos quicquã eorum in hoc libro,ſed in præcedentẽ remiſſuros eſſe,in quo nihil citra demonſtrationẽ dictum eſt.Et ut nequis Hippocraticæ famæ,ac nomini honore habito flectatur,ac citius dictis fidẽ præbeat pri', quàm per demõſtrationes cogatur,

gatur, primum sermonem seorsim & per se conscripsimus. Postq̃ uerò ille ipse eum conuenienti- E
bus ratiocinationibus ac syllogismis absolutus est: i hoc sanè libro ipsum inuẽtorẽ ac ueluti pa
trem dogmatum venerabimur. Hoc est enim iustum simulq; decens præmium eorum qui quod
cunque tandẽ in uita bonum inuenerunt, ut uidelicet inuenta ipsorum non occultentur, neque
hominibus sint ignota, sed tum ipsa appareant, tum ratio & methodus, quæ ipsa inuenit, cogno-
scatur. Sic enim & pro dignitate ipsos in admiratione constitui continget.

Quibus locis primo lib. de uulga. mor. mentionem fecerit Hippoc. de magna, & rara respiratione. CAP. 2.

PRimum igitur, quod semper obseruandum ueritatis cultoribus censemus, ut nihil eorum, q̃ manifeste apparent occultetur, ẽt si cãç ratiocinationem, q̃ maxime incertam habeat, ob id ipsum sanè Hippocratem, cum in alijs omnibus, tum uerò in sermonibus de respirandi difficultate, uel maxime laude dignum ducimus. Rarus.n.& magnus spũs sexcentis quotidie deliris ac cidere uidetur. Verum sophistæ, qui eius cãm reddere non possunt (sunt autẽ ij, uelut antea mõ strauimus, qui respirationem inuoluntarium, & naturale opus suspicantur) neq; fieri aiunt ullo unq̃ tempore talem difficilis respirationis speciẽ: atq; ꝑpea ꝙ causæ inopes sunt, inde adeo sub stantiam rei subuertere audent, cum non hanc, sed prauam ipsorum opinionem subuersã opor
1. Epid. cõ. 3. t. 18: 3. 121. b tuit, & ipsa ægris accidentia obseruare: quod Hippocrates faciebat. |Huic.n. inquit, spũs ad finẽ F
uelut reuocato, rarus & magnus: hinc Philisco uidelicet, qui primus scriptus est post tres consti „
tutiones, in primo De morbis popularibus. Num igitur huic soli spiritus rarus, & magnus i aut „
ẽt alijs quibusdam, non huic solum Hippocrates factum uidit? immo & alijs multis, & ei, q deinceps scriptus est Sileni nomine. Enumeraris.n.& de hoc omnibus, quæ ipsi ęgrotanti inciderũt;
Ibid t. 19. f Ibi. c. 28. 125. b iuxta ipsum sermonis finem hæc scribit: |Ab initio huic, & ad finem spiritus rarus, magnus. Rur „
sus autem in sequentibus ægris, |Dromadę, inquit, uxorem a partu, & omnibus alijs iuxta ratio „
Ibidem. Ibidem c. nem factis, secunda die rigor apprehendit. Deinde paululum progressus ait, |Spiritus rarus ma- „
gnus. Hoc igitur statim in primis diebus ita scripsit. Rursus autem de sexta die differens, sic scri- „
bit: |Sexta manè superriguit, cito recalfacta est, sudauit per totum, extrema frigida, delirauit, spi „
ritus rarus, magnus. Equidem in primo De morbis popularibus quatuor, & decẽ ægrotos Hippocrates describens, quater rari, & magni spiritus mentionem facere uidetur. At uerò præclari illi sophistæ, prorsus ne uidisse quidem se ullum aliquem aiunt magnum, & rarum spiritum ducentem. Verum hoc fortassis ipsis non immerito credimus: neq;.n. aut hanc, aut aliam ullam, dispnoeæ differentiam uiderunt, cum neq; ipsos ægrotos uideant, sed intus desident fraudulentas captiunculas, & sophismata componentes.

Magnam, & raram respirationem delirijs consequi ex Hippoc. dictis patere. CAP. 3. G A. l. 3. c. 10. t. 1 c. 8. 159. c

NVm igitur amplius ẽt alij nobis ægri adducendi sunt, de quibus in alijs morborum popularium libris scripsit, ut magnum, & rarum spiritum ducentibus? an id quod nunc propositũ est probandum, hæc sufficiunt? Apparet.n. Hippocrates confessione, ac suffragio omnium medicorum, ad eorum, quæ ægris accidunt obseruationem diligentissimus fuisse, & multos hoc mõ respirantes uidisse. Verum in sequenti libro etiam aliorum ægrorum mentionem facere necessarium erit, qui magnum, & rarum spũm duxerunt, de quibus sanè in sequentibus libris ipse Hippocrates scripsit: ad propositam uerò nunc rem probandam necessarium hoc non erit, cum hæc ipsa iã sit manifesta, sed ad aliarum quarundam q̃onum in ipso de ægris sermone contentarum expositionem. Quare tunc ẽt fides & probatio eius rei, ꝙ uidelicet multi sic respirent, obiter augebitur. Cuius igitur affectionis hmõi spirandi difficultas significationem exhibet? nullius alterius, præterq̃ delirii: ob quam uerò causam, in primo libro clare est demonstratum. Commonitionis ãt tantum gratia, etiam nunc paucis referetur. re uera.n. proprium desipientiæ symptoma est, magnam & raram, hoc est per longum tempus, respirationem facere. Quid.n. plus inspirare oportebat, cum non pluri spiritu opus esset? aut per longum tempus, cum liceret per breuius? H
Quòd uerò non pluri aere opus habeant qui magnum, & rarum spiritum inspirant, ipsa raritas ostendit. Omnino.n. frequentius inspirare urgerentur, si pluri indigerent: ꝙ uerò per longum tẽ pus cessent, signum est non multo opus esse: sed uidentur ambæ hæ uelut obliuiosæ actionis affectus esse. Etenim immoderatam facere spiritus attractionem, rursumque immoderatam quietem, eius est, qui neque quando desinere ab actione oporteat nouit, neque quando rursus incipere, sed in utrisque mensuram egreditur, ob ignorantiam conuenientis. Quemadmodum igitur desipientes sæpe postulata matula quò meant, obliuiscuntur interea: & neque mingunt, nisi quis commonefaciat: sic quandoquidem & respiratio animale opus est, ipsis autem ratio læsa est, obliuiosiores tum circa actiones, tum circa ipsarum interstitia fiunt. Ambo itaque & actiones, & quietes in multo tempore facientes, hoc modo, & magnitudinem, & raritatem circa totã
In Prog. cõ 1. t. 24 194 h respirationem faciunt. Num igitur nos quidem sic dicimus, Hippocrates uerò aliter sensit? aut etiam ille in prænotionibus in hunc modum scripsit? |Spiritus magnus & per multum tempus, „
desipientiam significat. Quem enim in primo morborum popularium rarum nominauit, hunc „
in prænotionibus, per multum tempus appellauit, mutans nomen in rationem. At uerò & in
illis

A illis ipſis ægris,quibus magnum & rarum ſpiritum fuiſſe ait,præter alia ſymptomata etiam deſi 1.Epid.cō.3.
« pientiam ſcribit.Et in primo quidem omnium Philiſco,hoc modo:‖Noctem inquietam tulit,nō 18.3.121.a
« dormiuit,penitus delirauit.Sic quidem in tertiæ diei narratione:In quintæ uerò rurſus,‖Somni Ibidem.b
« parui,ſermones,deliramenta.In ſecundo autē ægro Sileno dicto,in ſecundæ diei enarratione,
« ‖Modice delirauit,inquit:In tertia uerò,‖Sermones multi,riſus,cantus,cohibere ſe non potuit. Ibidem.19 e
« Et deinde ſubiungens ait,Quarta per eadem.Et ſanè q Philiſcus & Silenus delirauerint,ſic me- Ibidem.
« minit.Verum in Dromadæ vxore,nā & hanc rarum & magnum ſpiritū habuiſſe dixit, hoc mo- Ibi.c.28.13.
« do ſcripſit:‖Circa meridiem multum delirauit,& rurſus cito parum reſipuit. Sic equidē in quin
« ta die.Deinde inſert,‖Nocte dormiuit,delirauit.Eodē modo, & quæ ſexta die facta ſunt deſcri- Ibidem.
« bens,in hæc uerba inquit:‖Summæ partes frigidæ,delirauit.Sic quidem igitur in primo popula- Ibidem.
rium morborum,ubi magni & rari ſpiritus,ibidem etiam deſipientiæ mentionem facit. Eodem
modo etiam in ſequentibus libris nos commonefacit, nuſquàm magni & rari ſpiritus mentio-
nem faciens,ubi non etiam magni delirii.

Magnum & rarum ſpiritum,quanquam eſt delirantium proprius,tamen non illis neceſſario euenire. CAP. 4.

B QVòd igitur hmōi diſpnœam in delirio factam Hippocrates ſæpe uiderit circa ægrotos, & q
omnino de ipſa in prænotionibus pronunciarit, ſatis iam dictum opinor . Confirmabitur
tamen nihilominus adhuc per ea,quæ deinceps referentur. Atqui iuſtum fuerat non ualde mul
ta de ipſa dicere:uerum propter eos,qui in ratiocinationibus de reſpirationis natura aberrarūt
ſiue præ contentionis ſtudio impudenter quędam protulerunt, coacti ſumus & nos plura,q̄ cō
uenit dicere,ſi quo modo queamus ipſos,uel nunc tandem ad meliorem mentem reuocare. Eſt
aūt in confeſſo,q nulla tinctura adeo ineluibiliter imbuitur,ut affectio ad vitioſa dogmata citra
ratiocinationem:neq;.n.ullis perſuaſionibus reuocari poſſunt in ipſis connutriti, ut qui neque
in demonſtratiuis methodis exercitati ſint,neq; omnino aliquod ueri, & falſi iudicium ſibi cō-
pararint:immo pleriq; ipſorum,neq; eſſe tales uelint,& hanc ſapientiam odio habeant. Ex ho-
rum ſanè numero quiſpiam ægrotum nobis demonſtrauit delirantem quidem,ſed neq; magnū
neq; rarum ſpūm ducentem:deridens itaq;,immo magis impudenter cachinnans, & tum Hip-
pocrati,tum nobis illudens abijt,neq; rationem relinquens,neq; audire quicq̄ ſuſtinēs,quam-
uis docturos nos promitteremus,q non pugnet hoc uiſum,neq; cum noſtris dictis , neque cum
Hippocratis ſcriptis.Hic.n.magnum & rarum ſpiritum deſipientiæ ſignum eſſe ait , non tamen
ſi quis deliret,hunc omnino rarum,ac magnum ſpiritum ducere:atq; hoc ipſum ēt noſtra dicta
C confirentur,cum nihil adulteremus,neq; mutemus ex ijs,q̄ ille ſcripſit, ſed expoſitiones tātum
ad demonſtrationes apponamus.Si uerò tibi bone uir,inquam,inuētum eſt, q omnibus deliris
rarus,& magnus ſpiritus fiat,palàm indicas te nihil Hippocratis legiſſe,quamuis hoc tibi uendi
ces ipſa contemnendo,tanq̄ ſanè prius legiſſes. Verum ille quidem abijt priusq̄ aliquid utile di
diciſſet.Tu uerò quiſquis tandem hos libros uerſabis,ſi quidem ueritatem re uera amas,Hippo
cratem audias in tertio popularium morborum,in ægroto quopiam nomine Pythionis,ſic ſcri-
« bentem,in ſeptimæ diei enarratione:‖Nocte turbatio multa,delirauit,nihil dormiuit. Deinde ī 3 Epid.com.3.
« octaua die ſic:‖Sero rurſus excalfactus eſt,delirauit.Et poſtea rurſus in nona:‖Circa ſolis occa- t.74 1.148.g
« ſum inquietus erat,delirabat.Veluti igitur hæc audiſti,ſic rurſus audi,qualisnam diſpnœæ ſpēs Ibidem.
huic Pythioni affuit.Cognoſces.n.q neq; rarum,neq; magnum ſpiritum duxit , quamuis delirꝰ Ibidem.
eſſet.Mentionem igitur fecit Hippocrates difficilis reſpirationis,q̄ ipſi accidit,bis per totam nar
rationem,tum circa ſecundam,tum circa octauam diem.Verum de octaua die prius apponā,in
« qua & deliraſſe,& difficulter reſpiraſſe hominem ait,ſic ſcribens:‖Octaua manè quidem parum Ibidem.
« dormiuit,ſtatim uerò frigiditas,taciturnitas,ſpiritus tenuis & imminutus : ſero rurſus excalfa-
ctus eſt,delirauit.Conſequenter igitur hæc ex ordine ſcripſit,& q ſpiritus ipſi tenuis erat,ac im
D minutus,& q in una,& eadem octaua die delirauit.Num igitur iam per Iouem manifeſtum eſt,
q non in oī delirio Hippocrates rarum,ac magnum ſpūm fieri ait?Niſi ſanè putas bone uir,im-
minutum nihil à magno differre:ſi.n.hoc putas,manifeſtum eſt , q neq; imminuere quid ſit no-
ſti,& idē eſſe putas,quod augere.Ne igitur a nobis talia diſcas , ſed ad eos , q primas literas, ac
elementa docent,eas.Cæterum uelut elementa nō didicerat ille, ſignificationis uerbi imminue
re ignarus,ſic neq; Hippocratis ſcripta legerat:omnino.n.ſexcenties in ipſis reperiſſet,& immi
nuere,& imminui,& imminutionem,circa omnes ferè numeros,& genera,& caſus ubiq; incli-
nata,& contrarium uerbo augere,& augmento ſignificantia.Quare ēt imminutus ſpūs contra-
rius utiq; fuerit aucto.Quemadmodum igitur auctus magnus,ſic imminutus paruus eſt.Sic igiē
& cum diem ſecūdam enarrat Pythionis,Breuiſpirum ipſum appellat:breuis.n.ſpiratio & actio
nem,& quietem ipſam,breuem fieri indicat: quemadmodum longa ſpiratio contra , ambo eſſe
producta.Atqui etiam ſi alterum ipſorum indicaretur,tamen etiam ſic in confeſſo eſſet , q non
omnibus delirantibus magnus,& rarus ſpiritus fieret.Rarus.n.& magnus iuxta ambo lōgus eſt
& actionem uidelicet,& quietem: breuis uerò ſpiratio omnino iuxta alterum ipſorum breuis ,
quemadmodum etiam tenuis,& imminutus ſpiritus,breuis omnino exiſtit.

In delirantibus magnum, & rarum spiritum, & huic contrarium, & utrosque, Hippocrate teste, contigisse, CAP. 5. E

IPse itaq; Hippocrates manifeste nouit non omnibus deliris necessarium esse spūm magnum & rarum. Nec uerò pugnat hoc cū pronunciato de eiusmodi spirandi difficultate lato. Rarus n. & magnus spiritus proprius est delirij, & propterea necessario ipsum significabit: Non tamen si quis delirat, necessariò magnum & rarum spūm hēt: neq;. n. inseparabilem, sed propriū esse diximus delirij rarum, & magnum spūm. Quemadmodum esse geometram, esse architectum, esse philosophum, esse rhetorem, & sexcenta alia, quæ singula nulli alij adsunt animali, præterq̄ hoī soli, & ob id propria ipsius esse dicūtur, nō tamen inseparabilia, quemadmodum est rōnale: neque. n. quicquid proprium est, statim ēt est inseparabile. Quemadmodū āt hæc nos reprehensa ab ipsis dialectica docuit, sic ēt ꝙ tale pronunciatum, si magnum & rarum spūm ducit, delirat, neq; idem est quod hoc, si delirat, magnum & rarum spūm habet, neq; necessarium est ambo simul esse uera: non. n. reciprocant hæc inter se mutuo, sed solum reuertunt. Sicut igitur nemo Olympia uincere potest, nisi prius multo tempore sit exercitatus: sic neq; in ueritatis sermonibus clarus euadet, q̄ non didicerit ēt horum luctas. Et quemadmodum ne cadere quidem decenti habitu sciūt luctæ penitus rudes, sed aliquando ad terrā supini prostrati, & tenent, & strangulāt F & non dimittunt uictorem: eodem modo artis sermocinandi rudes sæpe manifeste turpissimo casu lapsi, tn̄ abest ut uerecundētur, ut ēt uicisse se existiment. Quemadmodum ēt hic, qui delirantem nobis demonstrauit paruum spūm ducentem, atq; inde per hoc uisum Hippocratis sententiam redarguisse se existimauit. Hic itaq; turpissimo casu lapsus, putauit tamē se nos prostrauisse. Qūo. n. non turpissimus hic lapsus est? cum simul inueniretur nihil ex scriptis Hippocraticis legisse, & ob id putasse illius scripta uana esse? simulq; nihil intelligeret ex illius dictis, sed ob audiret, & idem esse putaret, magnum & rarum spūm delirij esse signum, &, ad delirium omnino dictam dyspnœam sequi? Deinde q̄d miri est in curandi ratiocinationibus cæcutire eos, q̄ tam parua non cognoscunt? Verum hæc parua ex alijs itidem paruis dependent, quorum itē nihil pensi habuerunt. Etenim ignorare, q̄ facultas respirationis actionem gubernet, principium est hmōi errorum: ignoratum est autem illud, propterea, ꝙ ante ignoratum fuit, unde propositiones exquirere oporteat ad demonstrationes. Qui. n. circa hoc luctæ gen⁹, aut inexercitati fuerint, aut penitus rudes, eiusmodi casus incurrunt. Demonstratum ēt nobis in alijs est, & maxime in secundo de motu musculorum, ꝙ hi, q̄ respirationem inuoluntarium opus esse dicunt, ex eo, ꝙ non potuerunt a substantia ipsius rei propositiones ad demonstrationē exq̄rere: sed alia ut contingentia, & accidentia, prout occurrerunt, secuti sunt: in errorē inciderunt. G Verum Hippocrates ipsam rerum naturam contuitus, & alijs ut contingentibus contemptis, in uniuersum

In Prog. cō. 1. t. 24. 4. 194. h constanter pronunciauit in prænotionibus, ‖Spūs magnus, & per multum tempus, deliriū significat. Particulatim uerò ꝑ apparentia in morbis, sermonem, extremis ad rei certitudinē experientijs factis, examinauit ac approbauit: quas opinor admirabitur, q̄ dictis animum aduertere uelit. Dicet. n. ꝙ omnibus delirijs magnus, & rarus spūs iuxta propriam ipsorum rationem comes est, non tamen omnibus deliris, sed illis tantum, qui non ꝑ aliam quandam affectionem delirio maiorem, respirationem habent aliter alteratam. Concedatur āt mihi, ut prius unius ægrotæ fęminę apponam enarrationem, quæ in tertio morborum popularium est conscripta, ad iā relata demonstranda, & ad ea, quæ nunc proposita sunt inuenienda. Auspicatur itaq; de ipsa sermonē

3. Epid. cō. 3. t. 86. 3. 151. d hoc modo: ‖ In Thaso Dealcis uxorem, quæ in Leio decumbebat, febris cum horrore acuta ex mœrore corripuit. Ab initio aūt contegebatur, & ad finem semper silens palpabat, uellebat, scalpebat, pilos legebat: lachrymæ, & rursum risus: nō dormiebat: a uentre irritatio, nihil prodibat: parum, commonita bibebat: urinæ paucæ, tenues, nihil substans habentes: febres ad manum tenues, extremarum partium frigiditas. Nona multum delirabat, & rursus sedata est silens. Quòd igitur ab initio, & ad finem hæc ipsa desipuerit, didicimus: neq;. n. una desipientiæ spēs ipsi accidit, H neq; uulgaris, sed multæ & fortes, partim silenti, partim loquenti, & partim cum lachrymis, partim cum risu. Audiamus autem deinceps ex Hippocrate qualis dyspnœæ spēs ipsi oborta

Ibidem. e sit, scribit autem sic: ‖Decimaquarta spiritus rar⁹, magnus, per tempus, & rursus breuispira. Hic equidem rursus manifeste per oppositionem dicta est breuispira, ad eam, quæ magnum, & rarū spiritum habebat. Et nullus sanè amplius, etiam si omnino finistimus nobis sit, dubitauerit de eo, ꝙ non omnibus deliris Hippocrates raram, & magnam respirationem fieri dixerit. Itaque ī una, & eadem fœmina utriusq; difficultatis spirandi ex ordine commeminit, & paululum pro-

Ibidem. gressus amplius sic scribit: ‖Vigesima sermones multi, & rursus, sedata est, taciturna, breuispira.

Ibidem. Deinde ubi dixit, ‖Vigesimaprima mortua est, ad finem totius sermonis hæc addit: ‖Huic ad fi-

Ibidem. nem spiritus rarus magnus, omnino nihil sentiebat, semper contegebatur.

Quid hæ uoces apud Hip. significent, per tempus, & ad finem. CAP. 6.

MAnifestū igī est ex oībus, quæ retulimus, ꝙ Hippocrates aliquando magnum, & rarū spūm deliris fieri nouit, aliquādo uerò ipsius contrariū, aliquando utrasq; in eodem hoīe singulatim incidere. Et sanè me tibi demonstraturum esse confido, si modo mentem adhibueris, &

non

A non quasi aliud agens supina aure dicta hauseris, in ipsis, quos descripsit ægris, singularũ prædictarum differentiarum causam ab ipso esse indicatã. Initium aũt faciam à postrema nobis adscripta ægrota Dealcis uxore, in qua omni completo sermone, deinde, velut consueuit, breuiter cõtenta capita recolligẽs hæc scribit: | Huic ad finem spũs rarus, magnus, † omnino nihil sentiebat. Etenim quod dicit, oĩno nihil, etiam respirationis utilitatem comprehendit, ‡ cuius itidem diutius negligens erat, propterea φ nihil sentiebat: & cũ per hoc magna quies ac cessatio perficeretur, rarus spũs reddebatur, nimirum tunc primum ad actionem uoluntate concitata, qñ prope perniciem & suffocationem peruenit. Quemadmodum aũt hæc fœmina non sufficienter bibebat (parum.n. inquit, cõmonita bibebat) sic neq; respirabat priusquam à uiolentia circa suffocationem admoneretur, multo uehementius pungente ac stimulante, & ad actionẽ excitante, quã ij, qui ad bibendum cõmonent. Vbi uerò iam respirare cœpisset, reuocabat nihilo minus omnẽ priorem defectum per magnitudinem actionis, similiter ut ij, qui in mœrore & luctu suspirant. Verum illi quidem ob duplicem causam hoc faciunt, tum φ circa curam, ob quam tristanť, conuersantur, & ob id rarius, ac minus respirantes per multas ex ordine actiones, deinde à defectu coacti, oẽm ipsum semel explere cogũtur: tum amplius ẽt propterea, quòd circa mœrores, & spi-

B ritus & calor intus mouetur. In eiusmodi uerò dispositionibus, latenter & paulatim multus calor in alto coaceruatus, vbi primum hoĩem molestarit, necesse est amplius respirare. Verũ in affectionibus delirantium, necessitas quidẽ à prima causa consimilis est: à secunda uerò non itidem existit: neque.n. intro magis, q̃ extra his calor mouetur, nisi fortuito aliud quoddam symptoma fiat. Differunt aũt & febricitando deliri ab ijs, qui aliàs mœrore affecti sunt. Atqui & ipse Hippocrates reperitur in ipsis, reuocationis, uocabulo esse usus, queẽadmodum alibi, & de Philisco loquens, | Huic spũs ad finem uelut reuocato. Quid igiť tandem est quod ait, per tps? nam certe & hoc iustum est exponere. † Siue.n. deest, multum, vt idem fit, quod in prænotionibus dictum est: | Spiritus magnus & per multum tps desipientiam significat: verum si hoc est, bis consequenter idem dictum fuerit, tum in Dealcis uxore, tum in adolescente in Melibœa: scribit.n. in utrisq; cõ similiter, spiritus rarus, magnus, per tempus: * siue, multum, apponať, quod dictum est tale fiet: spiritus rarus, magnus, per multum tps: & bis dicetur utiq; rarus. Nequaquam igitur particulã, per multum, deesse putandum est: aut certe non sic deficere, velut nunc diximus, sed aliter & iuxta alium modũ, ut sit quod dictum est tale; spiritus magnus, & rarus, non continenter, neq; ex ordine consequenter, sed per longius tempus. Si.n. continẽter & consequenter oẽs respirationes cõ-

C tingeret fieri magnas & raras, non apponere oporteret hmõi respirationibus, per tẽpus, sed simpliciter scribere, spiritus magnus & rarus. Si uerò plures quidẽ respirationes non fierent magnæ & raræ: coinciderent aũt aliquæ paucæ huiuscemodi: tunc sanè non simpliciter spiritum rarũ & magnum dicere oporteret, sed, per tps, apponere: aut ẽt cũ hoc pugnat, quod in Dealcis uxore dictum est in fine totius sermonis: huic.n. inquit, spiritus ad finem rarus, & magnus. Atqui superius dixerat in decimaquarta die, spiritus rarus, & magnus, per tẽpus. Manifeste.n. quod nũc, per tempus, hoc in sequentibus, ad finem, dixit. Quid est igitur ad finem? id uidelicet quod usq; ad finem, per oẽm morbum cõtingit. Verum cum hoc pugnare uidebitur, quod in decimaquarta die est dictum: spiritus rarus, & magnus, per tps, & rursus breuispira. Qũo.n. si per omne tempus magnus & rarus erat spiritus, & rursus breuispira, adscriptum est? Siquidem.n. omnino aliquod tempus fuit, in quo breuispira erat, non penitus longispira erat. At uerò quòd penitus uelit ipsam longispiram factam esse, tametsi non per hæc uerba in decimaquarta die uerum in fine utiq;, cum ait, ad finem, manifestum redditur: ac oẽs hoc ipsum confitebuntur, qui Hippocratis dictionem audire sunt assueti. Neq; enim semel aut iterum, sed valde frequẽter, reperitur apud ipsum, ad finem, neq; in alio ullo usurpatũ, q̃ ubi per omne tps indicare uelit. Quare hoc dubiũ

D penitus manet, siue hoc ipsum, ad finem, per *multum tempus significare suspicemur, siue aliud quicq̃. Immo sanè neq; dubium est, sed frustra nos ipsos calumniamur. Non.n. dissecat, id quod raro incidit, in ullo al quo eorum, quæ sic dicuntur, sñiam in uniuersum prolatam: quemadmodum, si ẽt sic diceremus: huic fœminæ per omne quidem tempus magnus, & rarus erat spũs, incidebat tñ aliquando rarenter spiratio breuis. Quod uerò huiusmodi sermo ipsi Hippocrati sit familiaris, cum ex alijs libris ostendere licet, tum ex ipso tertio popularium morborum, in quo ẽt hæc ægrota conscripta est. Pestilentem.n. constitutionem enarrans, sic sanè incepit: | Annus austrinus, pluuiosus, siue flatibus ad finem. Et paululum progressus ait: | Etesiæ parui dispersim spirarunt. Verum ob hoc ipsum sine flatibus annum dixit, quòd neq; alij quidã uenti, neq; qui Etesiæ appellantur, continenter & memorabiliter spirauerunt, sed parui & dispersim. Rursus porrò Apollonium in Abderis decimumtertium ab hac cõstitutione scribens, postquam de omnibus circa morbum ipsius diebus recensuit, ad caudam totius sermonis apposuit, | Delirus ad finem. Atqui paulo supra de ipso scripserat hæc uerba: | Circa uigesimamquartam per lenitudinem alia quidem in eodem statu, parum aũt resipiebat. Verum non sufficiens erat ipsum parum resipuisse, ad hoc ut totam de ægroto prolatam sententiam subuerteret: & ob id rectè dixit, delirus ad finem, hoc est vsq; ad finem, quod idem ualet quod, per totum morbum.

1. Epid. cõ. 3. t. 86.3. 151. d

† Locus hic in exemplaribus græc. impressis depravate legitur. Calaber autem ita uertit. Omniũ insensibilis erat propter hoc.n. utiq; & rarus erat et, & magnus spiritus, quia omniũ insentiens erat: unũ enim erat de omnibus, et utilitas respirationis.

1. Epid. cõ. 3. t. 18 3. 121. b

† Al. Si enim deest, multum, idē potest per tēpus, ac illud quod in &c.

in Prog. cõ. 1. t. 24 4. 147. h

* Al. Singulare.

Qua de causa rarus & magnus spiritus, aliquibus semper delirantibus, aliquibus nunquam, aliquibus ad aliquod tempus contingat: ac de differentia scriptorum Hippoc. & Thucydidis. CAP. 7. E

IAm igitur tandem finem sermoni imponere oportet, quòd per tempus, non idem est quod, ad finem. Et quidem hoc monstratum est, causam deinceps referemus, ob quam aliquibus deliris, rarus, & magnus, per oẽm morbum fit spũs, aliquibus uerò nunquã: & quibusdam per lõgiùs tp̃s, rarò intercidente aut simpliciter diuerso, aut ẽt contrario: quibusdam uerò uice uersa, raro quidẽ magnus & rarus, sæpe uerò aut contrarius, aut quoquo modo diuersus: quibusdã uerò ex æquo uterq;. In memoriã itaq; & hic reuocemus ea, quæ in primo libro sunt demõstrata, de simplicibus affectionibus. Dolorẽ etenim solum, in aliqua particula, quæ circa respirationes mouetur factum, paruam & densam efficere uniuersam respirationẽ monstrabatur: delirium uerò solum contrariã illi ipsi, rarã uidelicet & magnã: augmentum aũt caloris, magnam & densam: & contrariam ipsi frigiditatem, paruam & rarã. Si igit̃ à solo delirio respirationis ornatus, & integritas confundit̃, magnus & rarus erit spiritus ꝑpetuò: si uero à solo dolore, paruus & densus: si uero ambo concurrant, & dolor uehemẽter superet, obscura oĩno alteratio ex delirio erit: si uero moderatus fuerit dolor, aut plus quidẽ ex dolore, minus uerò ex delirio, respirationem alterari cõtinget, aut uice uersa, aut æqualiter iuxta utrunq;. Neq; .n. delirium ualde perfectè demoliri põt alterationem quæ fit ex dolore, ꝑterquam si ipsum ualde sit magnum & uehemens, dolor uerò paruus & obscurus. At uerò dolor, vbi fortis fuerit, pfectè euincit respirationis difficultatẽ, quæ ex delirio inducerẽt, ut in totum ne cõpareat quidem. Sic ẽt si cum alia quapiam affectione delirium cõplexum sit, respirationis speciem interdũ aliam efficiet, secũdum quod aut superat, aut superatur: aut æqua potentia ꝑdita sunt, aut nunc quidem (si ita contingat) superat: rursus uero in alio tempore morbi superatur. Monstrabimus igit̃ quòd etiam hoc ipsum in libris morborũ populatium docet, ꝑ conscriptos in ipsis ęgrotos. Monstrabit̃ autem euidenter & manifeste, ubi prius parum quiddam de Hippocratis uoluntate, ac proposito præfati fuerimus. Existimant.n. ùeteres omnia, quæ ægris contingunt ipsum conscribere, velut Thucydiden: uerum res non ita habet, sed hoc ipsum est, in quo uel maxime contraria sunt Hippocratis & Thucydidis scripta. Thucydides.n. omnia scribit etiam idiotis nota, nihil ipsorum penitus prætermittens: Hippocrates uero pauca ex ijs, quæ ad totam affectionem pertinent, circa quam ægrotus est periclitatus: multa uerò alia ab idiotis quidẽ neglecta, artificiosam uero & exactam cognitionẽ exhibentia, & quæ ẽt optimos medicos sæpe latere possunt. Hic uelox in interpretando, & nihil, quod non magnopere iuuet, scribendũ sibi ducens, uidebitur tibi rursus propria mente emoueri, qñ etiam quæ penitus non sunt facta ægro scribit, hoc ipsum insuper indicans, quòd non fint facta: hic uerò etiam ex factis plurima relinquens, minime uidebit̃ in non factis tempus terendo delirare. Verũ si meditatus fueris ob eandem causam, tum illa relinqui, tum hæc scribi, tunc sanè opinor te ipsum esse admiraturũ: neq;.n. vulgaria, neq; quæ quilibet medicus assequi queat, hic scripsit. Demonstratum est aũt de his nobis, tum in alijs multis libris, tum in ijs qui sunt de Hippocratis dissectione scripti, nec minus ẽt in ijs, qui de Thucydidis peste. Horum igitur memor, haud difficulter intelliges ea, quæ dicentur. Monstrabo.n. (quãuis præter opinionem hoc esse uidebitur) multos difficulter spirantes esse in morbis popularibus conscriptos, uerum Hippocratẽ nihil de difficili ipsorum respiratione dixisse, propterea quòd manifesta erat & omnibus medicis conspicua. Si enim aut pectus, aut costas, aut locos circa clauiculas, aut fauces alicui inflammari contingat: & ob id paruus, ac densus spiritus necessariò sequatur, uelut in priore sermone est cõmonstratum: Hippocrates, neq; difficilis respirationis speciem, neq; prorsus, quòd difficulter spirãs factus est, scribere dignatus est. Multam.n. & frequentem hmõi dispnϾæ speciem, quotidie ferè uidere est & in peripneumonicis, & pleuriticis, & in angina, ac simpliciter in omnibus quibus aliquid circa thoracem ac pulmonem est inflãmatum. Quin & ad hepar inflammatum, & ꝑsertim gibbam eius partẽ: & ad splenem inflammatũ, & maxime ipsius caput: itemq; peritonæũ: eiusmodi difficilis spirationis species consequit̃. Immo etiam quibus uenter inflammatus est, & magis si os & stomachus ipsius, & quibus pellicula aliqua, aut musculus circa pręcordia, aut ipsum adeo septũ transuersum, his omnibus paruus, & densus fit spiritus. Sæpe uerò ẽt intestinum aliquod gracile, & maxime quæ iuxta ieiunũ sunt, & supernæ coli partes, maiori inflãmatione correpta, adeo difficilem ſpirationem induxerunt. Per inflammationem aũt nunc intelligendus est durus, & calidus, & dolens tumor, quemadmodum & Erasistratus uocare consuetudinem habet, & recẽtiores medici oẽs: quandoquidem quòd ueteres Græci phlogosin id nominauerint, quod hodie phlegmonem, hoc est inflãmationem dicimus, nemo ferè ignorat. Monstratũ est aũt in libro hunc pręcedente, ob quid hydropicis & ijs, qui se aut potu aut cibis supra modum expleuerunt, & prægnantibus, & qui prominentem uentrem habent, paruus & densus fiat spiritus, & uniuersim loquendo, omnibus quibus aliquid respiratorium organum coarctatur. Sic enim & anhelosis, & pulmonarijs, & suppuratis, & quibus spina dorsi magnopere distorta est, aut alius quispiam tumor memorabilis in quacunque prædicta particula existit, necessarium est paruum & densum

spiritum

A ſpiritum ducere,hi igitur neq; vulgares quidē medicos latere poſſunt,ſicut neq; affectiones ipſorum,ad quas neceſſariò ſequitur ſpirandi difficultas.Nā & affectus manifeſti ſunt,& ſpecies dyſpnoeæ euidens eſt,& pleriſque tantum non quotidie contingit.Verum,ꝙ Hippocrates nihil ex tam manifeſtis ſcribat, ſæpe demonſtratum eſt. Thucydides quidem quæ circa ægros contingunt,uelut idiota,idiotis conſcripſit:Hippocrates uerò vt artifex artificibus.

Qui mos ſcribendi Hippocratis in proprijs & legitimis libris Epidemicis, ac cur in aliquibus ægrotis reſpirandi ſpeciem tacuerit. CAP. 8.

Dicamus igitur iam ēt ipſos difficulter ſpirantes ægrotos,in quibus non dignatus eſt non ſolum ſpeciem difficilis reſpirationis, ſed neque ipſum hoc ſolum ſimpliciter dicere, ꝙ difficulter ſpirauerint.Qm̄ uerò ſeptem ſunt ex toto morborum popularium libri,& ex his ſeptimus manifeſte ſpurius eſſe omnibus vr, immo & recentior ac ſubornatus: quintus uerò non magni Hippocratis Heraclidæ filij,ſed iunioris filij Draconis:ſecūdus verò ac quartus,& ſextus,ab aliquibus Hippocratis filij,ab alijs uerò ipſius Hippocratis eſſe putantur, nō tñ ut conſcripti libri, neq; ut græcis inuulgandi,ſed commētarij potius eſſe:quibuſdam uerò, qui mihi exactius librorum uim expendiſſe uidentur,à Theſſalo conſcripti eſſe quinque libri uidentur: verum duo eſſe B magni Hippocratis,†& ob id ſanè inſcripti illi eſſe,Libri ex parua tabella, Theſſali uidelicet,qui omnia,quæ pater ipſius ſcripſerat, in idem coaceruare ſtudio habuit,quò nihil deperiret: ſolos aūt reliquos ex his ſeptem libris,Hippocratis magni eſſe ferè omnibus cōfeſſum eſt,nempe primum & tertium:proinde rationi conſentaneum mihi uiſum eſt, primum eos ægrotos qui in his libris conſcripti ſunt,in manus ſumere:poſtea uerò ēt eos,qui in alijs morborum popularium libris proditi ſunt,ipſis ſtatim annectere, put ſermonis progreſſus hoc ipſum ſibi peculiariter poſtulauerit,immo ēt quæcunque in alijs ipſius ſcriptis de reſpirandi difficultate ſunt dicta.Et ſanè primi oīum Anaxionis mentionem faciemus,quē uelut ipſe ait,Febris acuta apprehendit, lateris dextri dolor continens,tuſſiuit aridas, neq; expuit primis diebus. Et primū utiq; hoc ipſum monſtrabimus,cur tandem,cum breuiloquus ſit Hippocrates,licuiſſetq; ipſi per unum nomē, ꝙ pleuriticus erat Anaxion,dicere,ſic relatis ſymptomatibus quæ ad hunc morbū coincidere ſolent, per illa ipſa magis dignatus ſit facere de ipſo enarrationem. Neq;.n.aliàs hunc morem habet,ſed penitus contrarium,ut uidelicet ad unum nomen & caput,partialia ſemper reducat. Neque uerò uerisimile eſt nunc eum fortuito ſic ſcribere,qui neque unum aliquod temere ſcribat. Quæ eſt igiř cauſa? Singulorum morborū ſymptomata partim neceſſariò, partim ut plurimum C exiſtunt.Eorum,quæ neceſſariò exiſtunt,plures ſunt dfīæ.Quædam ſæpiſſime uidentur,& ob id naturæ morbi propria eſſe creduntur.Quædam ualde raro,& propter aliquod pcipuum,qđ priuatim coincidit.Hippocrates igitur cùm conſuetæ ſpecies ſymptomatum extiterint, tunc ſanè ſolo uniuerſali morbi noīe contentus eſt:cùm uerò aliquid ex raris incidit,poſt uniuerſalem & cōem totius morbi appellationem, ſtatim illud ipſum diſcriminat. Quòd ſi plures aliqñ conſpiciat affectionum ſpecies,quæ ſingulæ ſupra communem & conſuetam naturam propria diſcriminatione opus habent,tunc uniuerſale quidem tranſgreditur: enumerat aūt ſtatim ſingula partialia,tanquam ſanè ex his ēt illud manifeſtum fiat. Pleuriticis itaq; neceſſariò accedit & lateris dolor,atq; hic cum febre,& reſpirandi difficultas,& tuſſis:neq;.n.poſſibile eſt pleuriticum eſſe, cui non omnia hæc adſint. Verum efferri quicquam ex inflammationis partibus unà cum tuſſi, non quidem neceſſarium eſt,ut plurimum tamen contingit.Sic uerò etiam eorum,quæ efferuntur,ſpecies ſubrubra,aut ſubflaua,aut ſpumoſa exiſtit.Quemadmodum autē in iam dictis,aliud conſuetum,aliud peregrinum eſt:ſic ēt in ipſis quæ neceſſario coincidunt,aliquæ ſpecies ſæpiſſime,aliquæ raro uidentur.Hippocrates itaq; in propoſito nunc ægroto Anaxione,poſtquam particulares affectiones diſcriminatione indigebant, vt quæ rarioris ſpeciei eſſent, quibus ipſis di- D ſtinctis,pleuriticus concurſus manifeſte cognobilis redderetur,ſuperuacaneum exiſtimauit ſcribere,quod omnino citra conſcriptionē erat intelligibile.Febris.n.inquit,acuta apprehendit, & dextri lateris dolor continens, & tuſſiuit aridas, tuſſiculas uidelicet. Non ſolum igitur ꝙ febris fuit,ſed ēt qualisnam didiciſti:acuta enim,inquit:et non ſolum ꝙ lateris dolor, ſed etiā qualis, nempe continens:et non ſolum ꝙ tuſſes,ſed etiam quæ & quales,nimirum aridæ, neq; quicquā expuentes.In eodem autem hoc ſermone didiciſti,ꝙ pleuriticus fuerit hic homo: in nullo.n.ex omnibus morbis prædictarum affectionum concurſus adeſt,præterꝙ in pleuritide. Per unū itaque ſermonē,& quòd cū pleuritide conflictatus ſit homo,& qualis hæc ipſa fuerit,oſtenſum eſt. Qm̄ uerò reſpirandi difficultas neceſſariò pleuritidem ſequitur, ſcribere reliquit,quòd ægre ſpirauit hic homo.Si quidem.n.& de hac quicquam peregrinum,ac rarum quod diceret habuiſſet, non utiq; tacuiſſet:cum uerò,uelut uerisimile eſt,conſuetam ſpeciem ſeruaret, rationabiliter eā reliquit.Quemadmodum autem hæc reliquit,ſic alia adſcripſit,quæ neque neceſſario pleuriticis adſunt,neq; ut plurimum,neq; ex dictis intelligi poſſunt.Inquit enim,ſiticuloſus,uigilans,urinę autem coloratæ,multæ, tenues:deinde inferens,ſexta delirus, ad calfactoria uerò nihil remittebat.Horum nihil,neq; neceſſario pleuriticis adeſt,neq; ut plurimum.Si uerò & ſeptimæ diei audiueris enarrationem, adhuc manifeſtius cognoſces uoluntatem uiri.Habet autem hoc modo:

† Calaber ita vertit,& intitulari propter hoc alios ſub nomine Hippocratis, quia Theſſalus omnia quæ pater ſuus ſcripſerat in paruis tabulis, ſtuduit aceruare in idē, ut nihil periret. vide etiam ca. 8. libri tertij uide etiā 6 Epid.ſect. 8.vbi de parua tabella mentio fit.

3.Epid.com.3 t. 79 1.150.b

1. Epid. cō. 3. t. 79. 3. 150. b

¶Septima dolorosa,febris.n.se extendit,& dolores non remiserunt,tussesq; infestabant,ac diffi- E
culter spirans erat.Hic sanè difficilis spirationis mentionem fecit,cum hominē male affligi col-
lectionē faceret,inter alia ēt ipsam recensens,q̃ à principio quidem ipsi coinciderant,non cessa
uerunt tñ,neq; remiserunt.Febres.n.etiam insuper se extendisse ait:reliqua uerò tria mala (qua
tuor.n.sunt comperta,quæ pleuriticum concursum perficiunt)in eodē statu permanere ait,do-
lores uidelicet,tussesq;,ac difficilem spirationem,ab ipsa morbi substantia colligens, ac ratioci
nationem faciens hominē dolorose hre,ac affligi . Si.n.ex affectionibus ipsum morbum consti-
tuentibus,quatuor numero existentibus,tres quidem eodē modo hñtes permanent,quarta ue-
rò etiam peior redditur,oĩbus manifestum est,ꝙ homo male habuit. Quare palàm uides,ꝙ diffi
cilis respirationis mentionē propterea fecit,ꝙ ea opus fuerit ad constitutionis morbi prænotio
nem,aliàs ipsius haudquaquā mentionem facturus.Et ob id primū hunc ęgrum ex oĩbus in ma
nus sumpsi,ut oñdam ꝙ non male nunc difficilis respirationis mentionē faciat, de qua in princi
pio nihil dixit,qñ neq; in totum ea opus erat.Si.n.mentem adhibueris ad ipsam dictionem,inue
nies ipsam hoc indicantē.Septima,inquit,dolorosa,nam & febris se extendit,inquit, & dolores »
non remiserunt,tussesq; infestabant,ac difficulter spirans erat . Hic.n.uelut dixi,unum quidem »
malum extensum esse oñdit,reliqua uerò manere in eodē statu.Nā quod ostendit per hoc , qđ, F
non remiserunt,dixit,id ipsum ēt in reliquis,tussiculis uidelicet & difficili spiratione, ex cōi in-
telligere oportet, cum familiarissima sit eiusmodi interpretatio non Hippocrati solū, sed & alijs
ueteribus fermè omnibus.Sicut.n.dolores nihil remiserunt,sic ēt tusses infestabant,eodem mo-
do scilicet,nihil remittentes:& difficulter spirans erat,eodē uidelicet modo,nihil remittēte dif-
ficili spiratione.Quin & ipsa uox,erat,indicat similiter ut prius. Neq;.n.difficulter spirans fiebat
dixit,quamuis dicere potuisset:& magis utiq; q̃ oĩa alia dixisset, si circa septimam tandem hæc
affectio insuper accessisset,& prius non fuisset:sed nec accedebat uidelicet, omnino.n.à princi-
pio ipsam cum alijs consistere oportebat. Rectè itaq; Hippocrates docuit , in principio quidem
enarrationis ipsam relinquens,postea uerò eius mentionē faciens.At uerò in alijs multis ægro-
tis sicut in principio reliquit,sic neq; in progressu sermonis difficilis spirationis mentionē facere
vř.Cæterum oēs ipsos deinceps adscribam,tum qui in primo morborum populariū , ut dixi,tū
qui in tertio sunt conscripti,vbi prius apposuero , quæ desunt adhuc expositioni in pscriptum
ægrotū.Quemadmodū igiť ꝙ difficulter spirans erat,ex ipsa morbi natura cognouissemus , ēt si
non postea ab ipso Hippocrate dictū esset:sic ēt ꝙ difficilis spirationis species ipsi parua, ac den G
sa fuerit,non obscurum est,ēt si Hippocrates non scribat.Velut.n.ꝙ pleuritici difficulter spirant
apparet , sic ēt ꝙ paruam ac densam spirationem hñt . Diximus autē antea,ꝙ Hippocrates nihil
eorum,quæ ēt alijs manifeste cognoscuntur,scribat.Atqui ēt delirauit hic homo, dicit igitur sic

Ibidem

de ipso: ¶Sexta delirus.Sed hoc quidē,non ut† *symptoma natura sua aĩum percellens,sed ut af-
fectus accessorius ad fortes pleuritidas,non sanè alterationem ex dolore superaturum erat, ne-
que p se ipsum difficilis respirarionis speciem formaturū: verum dolor in latere fortis existēs,p
se ipsum oĩno respirationē alteraturus erat.Si aūt iuxta mareriā dolor obscurus erat, deliriū ue
rò vehemens,oĩno sanè aut pfecte delirium dolorē superasset,aut certe ut plurim ū:atq; ita per
oēm utiq; morbum talis ęgrotus magnū & rarum spm̃ duxisset,aut plurimum quidem hunc,ra-
renter autē paruum & densum:& hoc Hippocrates penitus significasset,velut in adolescente in
Meliboea:huic.n.distentio q̃dam submollis circa *ilium erat,sed & magnopere desipiebat.Scri-
bit itaq; de distenrione q̃dem sic: ¶Ilij distentio submollis,oblonga ex utrisq;.De desipientia ue- »
rò sic: ¶In decima die delirauit sensim,in decimaquarta die multum delirabat , in uigesima fure- »
bat,inquit.Sola itaq; uox ἐξεμάνη.i.furebat,sufficiēs est ad delirij magnitudinē indicandā. Sed &
ꝙ moderatus esset ac taciturnus adolescēs,non parū magnitudinē delirij auget : siquidem sanè H
& in pdictionum libro,rñsiones temerarias,nedum deliria ipsa,malas esse ait in moderatis: ne-
que.n.alterius rei gřa in decimæ diei enarratione,ea quæ ad mores adolescentis ptinent adscri-
psit.Vt uerò ne putaremus,propterea ꝙ scriptū est,delirauit sensim , simplex quoddā & vulgare
esse delirium,ob id sanè infert,erat aūt moderatus & taciturnus,per quæ oĩa uehementiam de-
lirij indicauit.At uerò distentionē circa ilium ex utrisq; lateribus, fortassis putauerit aliquis par
uum ac densum spm̃ efficere.Verum p ea,quæ de ipsa scripsit, rationabiliter oñdit ipsam à deli-
rio uictam esse:neq;.n.simpliciter dixit, erat autē circa ilium distentio , sed apposuit,submollis,
ostendens, ꝙ non fuerit cū magno tumore . Molle.n.quod hoc loco Hippocrates laparon dixit,
vacuum significat.Ex eo uerò ꝙ,oblonga,dixit,contrariū ostēdit ei,quod ipse sæpe dicit,ilio re
uulso.Cùm.n.à septo transuerso tenditur,tunc quidē reuelliť,ac totū occultatur,ad thoracē tra
ctum:cùm uerò ab aliqua infra sita particula,tunc sanè oblonga ipsa tensio apparet : non est .n.
quicquam ante situm,quod ipsam occultet,velut in thorace sunt tū costæ spuriæ,tum ipsum pe-
ctus.Non solum igiť ex his palàm est , ꝙ parua oĩno fuerit affectio circa ilium ad difficilis respi-
rationis generationē,sed & ex eo ꝙ Hippocrates de ipsius dolore nihil adscripsit,non taciturus,
si quidē dolorosum fuisset,cū hic ipsi mos sit,ut nihil eiusmodi rerū negligēter prætereat. Si qui
dem igitur hæc ipsa omnino erant parua,neq; enim tumor aliquis magnus erat in ipso, neq; do-
lor,

† Calaber videtur legisse, νόσημα , dicit enim ægritudo: & iudicio meo melius, neque enim pleuritis necessario est morbus cū delirio.

* Hypochondrium: & sic deinceps.

Ibid. t.87.151.g

A lor,neq; ſeptum tranſuerſum premebat,ſed ſcd̄m uentrem totū extendebatur: delirio uerò con
trà nihil deerat,quo minus & maximum & grauiſſimum eſſet : pro ratione utiq; ab ipſo penitus
ſuperata eſt affectio circa ilium,ut ob id per oēm morbum reſpiratio rara & magna ſit facta . Et
propterea Hippocrates utriuſq; ſimul meminit,nempe & ſpeciei difficilis ſpirationis, & affectio
“ nis circa ilium.Habet aūt dictio ipſius hoc modo:|Spiritus rarus,magnus,per tempus,ilij diſtē- 4 Epid. cō.3.t.
“ tio ſubmollis.Vt ne quis negligenter prætereat ſermonem , ſed ex ordine conſequentes inter ſe 87.3.151.g.
duas legens affectiones,contrariā difficilis reſpirationis ſpeciem operari ſolitas,conſideret cau-
ſam,cur ꝑfecte quidē ſuperet delirium,uincatur aūt diſtentio circa ilium.Verum nos ſanè cām
diximus,& mentem ac ſnīam uiri expoſuimus : & oporret iam tranſitione facta,reliquam pro-
poſiti ſermonis partem explicare . Qn̄ enim delirium perfecte uicerit contrariam affectionem ,
ipſum ſolum per propriam uim reſpirationem alterat,uelut in p̄ſcripto dictum eſt adoleſcentu-
lo,qui in tertio morborum popularium ultimus recenſetur.At uerò,ꝙ etiam dolore ꝑfecte exu
perante,nihil appareat,p̄terea ex difficultate ſpirandi, quam delirium inducere ſolet,in Anaxio
ne monſtratum eſt, qui & ipſe in tertio populariū morborū ſcriptus eſt octauus à peſtilenti con
ſtitutione.In ipſa aūt Dealcis uxore,cuius etiam antea mentionem fecimus,octaua ab hoc,de-
B cimaquarta poſt peſtilentem conſtōnem ſcripta,ut plurimum quidem delirium exuperat,rarē-
ter uerò exuperat: uerum uerba paulo antea qn̄ exponebam quid ſignificet,per tempus, adſcri-
pſi:nunc uerò affectiones ipſas pugnantes referā, ſecuturus & hìc ſermones ab Hippocrate pro
latos.Nulla itaq; doloroſa affectio huic mulierculæ accidiſſe vr̄,præualuit autem perfrigeratio,
“ marceſcente inſita caliditate:ex eo.n.quod ſcriptum eſt de ipſa,|Febres ad manum tenues , ex- Ibidem t. 86.d
“ tremarum partium frigiditas:hoc oſtenditur, & ex eo ꝙ per oēm morbum contegebatur : cum
“ enim dixiſſet,ab initio aūt contegebatur:poſtea in fine totius narrationis, ſemper contegebat̄ ,
“ ait.Quin & ex męrore initium ſumpſiſſe,his conſentit.Inquit enim , Febris horrida ex mœrore
corripuit.Sed & ipſa febris horrida iuxta eandem cauſam facta eſt.Et ſanè etiā hoc,ꝙ potus uē-
trem penetrent ac percurrant,neq; paruo tempore conſiſtentes, maximum ſignum eſt innatam
caliditatem extingui.Quin & cutis arida nihil aliud eſt quam reſiccata. Deperit aūt unà cū eiuſ
modi ſiccitatibus innatus calor.At uerò,ꝙ hæc omnia in ipſa facta ſint , ipſa dictionum ſequela
“ oſtendit.|Decimaſeptima enim,inquit, irritationes à uentre turbulentæ , poſtea uerò ipſi potus Ibidem
“ ꝑcurrebant,neq; conſiſtebant,oīno nihil ſentiebat,cutis aridæ circuntenſio.Rationabiliter igit̄
“ per omnem morbum magnus & rarus ſpiritus p̄ualuit:intercedebat autem aliqn̄ etiam breuis,
C ad perfrigerationes conſequens.Mentionem autem faciam etiam nūc ipſius dictionis,uelut an-
“ tea iam adſcripſi:‖Decimaquarta ſpūs rarus,magnus,per tempus,& rurſus breuiſpira.Vigeſima Ibidem.e
“ ſermones multi,rurſus ſedata eſt,taciturna,breuiſpira.Vigeſima prima mortua eſt. Huic ad finē
“ ſpūs,rarus,magnus.Hic igitur delirium perfrigerationem ſuperabat , & propterea raro quidem
breuiſpira,per omnem uerò morbum longiſpira obſeruata eſt.Vice uerſa porrò in Pythione cu
ius iam antea memini,breuis ſpiratio per totum quidem morbum erat,raro autem quandoque
longa ſpiratio contingebat:atq; id iuxta rationem: duæ.n.opponebātur delirio affectiones bre
uis ſpirationis cauſæ,dolor & perfrigeratio,quæ ambæ paruam reſpirationem facere ſolent: ve-
rum dolor cum denſitate,ꝑfrigeratio uerò cum raritate.Quòd itaq; delirauit, ſæpe ſcriptum eſt
apertis uerbis ab ipſo Hippocrate,vt hoc quidem neminem latere poſſit : ſed neque dolor circa
“ aluum,nam & hic aperte ſic ſcriptus eſt:‖Iuxta aluum grauitas cum dolore. Quòd uerò ꝑfrige-
“ ratus fuerit,& inſitus calor contabeſceret,clarum ex his fit:| Secunda circa medium diem frigi- Ibidem t 74. Ibidem. t.148 f
“ ditas extremarum partium,uerū magis circa manus & caput.Deinde conſequēter in tertiæ diei
“ enarratione:ſero circa Solis occaſum ſubfrigefactus eſt parum . In quarta autem die non ſolum
“ frigiditas,ſed etiam ꝙ recalſactus ſit poſt tempus,adſcriptum eſt. Clarius aūtē adhuc de octaua
D die narrans:mane quidem dormiuit,inquit,parum:ſtatim autem frigiditas, ſero excalfactus eſt
“ rurſus.Item in decima die,rurſus multa frigiditas,ait. Ex his igit̄ manifeſtum eſt , ꝙ & frigiditas
erat,non ſolum dolor & deliriū,in Pythione.Quòd uerò p̄ualuerit quidem breuis ſpiratio,fue-
rit autem & quædam longa ſpiratio,ꝑſpicuum ex ſecundæ diei enarratione redditur, ſic.n.ſcri-
“ ptum eſt:|Breuiſpirus ad tempus multum . Hoc.n.quod ait,ad tempus multum,indicat non ſolū Ibidem:
eſſe breuem ſpirationem,ſed ipſam longam ſpirationē ab illa ſuperari.Porrò hic Pythion in ter-
tio morborum popularium ſcriptus eſt tertius poſt peſtilentem conſtitutionem.Quare licet uni
cuique per ſe diutius in ipſius ſenis ſermonibus immorari ac conuerſari,ne nos omnes ipſos ad
ſcribendo,longum ſermonem faciamus .

Nihil ſuperioribus capitibus omitti,quod Galeni ſententia aduerſaretur . CAP. 9.

CAeterum ꝙ nullam dictionē,quæ his quæ nobis dicunt̄ contraria ſit,uolētes prætcriuimus,
maxime utiq; credibile fiet huic,qui ad ipſos libros legendos acceſſerit.Atq; ea gratia indi-
camus nos , tum in quo libro æger, de quocunque tandem nobis ſingulatim.differentibus ſer-
mo contingit,ſcriptus eſt: tum quotus eſt,aut à principio aut à conſtitutione numerandi exor-
dio facto:vt nequis cunctetur ob hæc & circa inuentionem pigreſcat,atq; aut citra experimen-
tum nobis credat,quod minime expetimus, aut nos ſuſpectos habeat tanquā qui ꝑperā adſcri-

 bamus.

bamus, quod multi expositores fecerunt. Verum illi propterea libros silent, ac volentes celant E
ex quibus singulatim adscribant dictiones: nos verò non ipsos solũ libros, sed & locos ac capi-
ta indicamus, quò quisq; qđ uelit facilius reperire queat: scimus.n.ꝙ firmiorem fidem habebũt
eorum q̃ dicimus, qui totum libri locum legerunt, ex quo dictionẽ adscribimus. Cæterum p̃di-
ctorum ægrorum mentionem nos facere sermonis sequela coegit, cùm vellemus ostendere, iux
ta quem modum aliqñ solum delirium spirandi difficultatem operetur, contraria affectionẽ su-
perata: qñque uerò penitus superatum ẽt ipsum, exile reddatur. Et aliquando quidem, ut pluri-
mum exuperat, raro intercidente diuersa spirandi difficultate: aliquando uerò exuperatur, atq;
ipsum adeo suam difficilis spirationis speciem intetlabentem ostendit. Et iam sanè perspicuum
est id, quod à principio dicebamus, nempe ꝙ cui magnus & rarus est spiritus, huic omnino etiã
delirium: cui uerò delirium, huic non omnino magnus & rarus est spiritus.

Quòd in singulis ægrotis primi libri de Vul. mor. omnia ijs, quæ ante dicta sunt, astipulentur. CAP. 10.

Porrò quod ex propositis adhuc deest, id sermoni addamus, omnium ægrorũ, qui in primo &
tertio morborum scripti sunt censura facta, à primo usq; ad ultimum oĩum, eodẽ ordine ser-
monem facientes, quem ipse in scribendo obseruauit. Primus itaq; omnium Philiscus, ꝙ quidẽ F
delirarit, ac magnum & rarum spũ habuerit, superioribus sermonibus monstrauimus. Quòd ue 1
rò neq; dolor quispiam ipsi fuerit circa ullam aliquam partem, ex quibus affectis paruã ac den-
sam fieri respirationẽ dicebamus, nunc oñdemus, ipsa etiam hic Veteris dictione, in memoriam
reuocata, quæ sic habet: Splen eleuatus est orbiculari gibbositate. Minime.n.etiam aliàs doloro
sum est uiscus splen, neq; septum transuersum premit similiter, ut hepar & uenter, nisi maximum
sanè habeat tumorẽ circa caput, quod in Philisco non erat: & ob id splen ipse sufficiens minimè
erat, ut spirãdi difficultatẽ ex delirio inductam superaret, cùm neq; dolorosus esset, neq; septum
trãsuersum premeret. At uerò Silenus, qui deinceps scriptus est, cuius item in superioribus sermo 2
nibus post Philiscum mentionem fecimus, ꝙ rarum & magnum ẽt ipse habuerit spiritũ, & ꝙ de-
lirarit, illic ostendimus: quòd uerò nullam affectionem habuerit, q̃ delirium superare potuerit,
hoc loco demonstrabitur: etenim tertiæ diei ipsius morbi enarratio sic scriptum habet: Ilij distẽ
tio ex utrisq; oblonga ad umbilicum submollis. Igitur & ad umbilicũ secedebat distentio, & ne-
que dolor quispiã, neq; tumor memorabilis erat. Quin & quod in fine dictum est, Ilij palpitatio:
neq; ipsum sufficiens est difficilẽ ex delirio respirationem alterare: Dictum.n.sexcenties iam est,
aut dolorem esse oportere, circa aliquã partem, quæ per respirationes mouetur, aut aliqđ ex re- G
spiratorijs organis coarctari, ut paruus & densus spũs fiat. Igitur neq; Silenus hic, neq; prior Phi
liscus aliquã aliam affectionẽ habuit, respirationem alterare potentem, p̃terquam deliriũ. Neq;
enim dolor, neq; cõpressio organorum respirationis, immo neq; perfrigeratio aliqua aderat, qua
lem in tertio morborũ popularium, Pythioni & Dealcis vxori factã esse oñdimus. Cæterũ tres
deinceps his scriptos, Herophontẽ uidelicet, & Philini uxorem, itemq; Epicratis reperias, si dili-
genter enarrationes de ipsis perlegeris, minus delirium hr̃e, q̃ ut iuxta hoc respiratio ipsa altera
ri possit. Immo Herophonti [A] splen eleuatus est, & ilij, ait, distentio, neq; apponens submollis, ne 3
que oblonga, neq; ad umbilicum. Quare huic partes circa septum transuersum inflammatæ fue-
runt, qđ ipsum septum primũ & principalissimũ respirationum organũ esse, nobis in commenta
rijs de causis respirationis est monstratũ. At uerò, Philini uxor [B] dolebat, inquit, cor & ilium dex 4
trum. Epicratis uerò uxor non solum [C] cor dolebat, sed & [D] lateris, ait, sinistri grauitatem cũ do- 5
lore habuit. Ob id igitur, neq; adscripsit vlli horũ paruum & densum spũ, sed penitus obticuit,
morem hunc habens, uelut ẽt antea indicauimus, ut quæ oĩbus manifeste cognoscuntur, relin-
quat. Manifestissima aũt & omnibus nota erat, uelut item ostendimus, respirandi difficultas iux-
ta paruitatem ac densitatem, quam necessariò præscripti tres ægri habebãt. Quin & [E] Cleanacti- H
des, qui post scriptus est, itidẽ necessariò similiter difficulter spirabat, ob sinistri lateris dolorem. 6
Verum neq; in hoc quicq̃ scriptum est de difficilis spirationis specie, ut quæ citra scriptionẽ in-
telligi possit: neq; uero delirauit hic Cleanactides. Qui uerò post eum scriptus est Meton, neque 7
quæ dolorem inferre posset, neq; quæ aliquod respirandi organum coarctare ualeret, affectionẽ
habuit, immo neq; delirij ullam morbosam hypothesim: Verum quid præter opinionem, & qđ
occurrere nõ ualde soleat, ipsi accidit. Quinta.n.die sanguine ex naribus effuso, & sudore exclu-
so, perfecte iudicatus est. Sanguinem igitur effundebat adhuc ẽt post iudicationem, uigilans exi
stens: immo & † delirabat, inquit, quãuis ante iudicationem penitus non deliraret: & ob id etiã
nos diximus nullã morbosam affectionẽ delirij ipsi affuisse. Verum sic delirabat, velut ebrijs ex
capitis repletione contingit: ob hoc aũt, & παρελήρει.i.delirabat, uocem Hippocrates scripsit, ut
ostenderet similitudinẽ ad ebrietatem ipsi factam, ex capitis repletione. Peruenit enim non pau
ca sanguinis copia ad ipsius caput, velut ex his quę cõtigerunt coniectare licet, ob quam sanè to
tus morbus est iudicatus, suscipiente nimirum capite omnem ipsius affectionem. Verum ex hoc
sanguine non parum, statim in quinta die impetuose excretum est cum sudore: multo uerò ma-
gis quã euacuatum est: in capite remãsit, qđ ipsum grauauit, & hominem delirare coegit. Vnde

sanè

1. Epid. com. 3. t. 18. 3. 121. b

Ibid. t. 19. c

A Ibidem t. 20. 122. a
B Ibid. t. 21. c
C Ibid. t. 22. f g
D Ibi. 23. 123. a
E Ibid. t. 24. d
†* Interpres uerbum παραφρονεῖν cõtundit cũ παραλήγειν: utrũque enim sæpissime, delirare uertit, cum tamen Gal. ex Hippocra. sententia alterum ab altero distinguat. Minus enim malũ est, παραλέγειν quam παραφρονεῖν. vide ẽt li. 3. de respirãdi diffic. c. 13. prope finẽ, ubi diffus. ẽt Galen. hoc tractat. Antiqua translatio verbũ παραλέγειν ad uerbum uertit, præterloqui, παραφρονεῖν uero delirare.

A sanè Hippocrates postq̄ dixisset, balneis circa caput usus est, sanguinem ex naribus sępe post iu
dicationem fundebat, ait. Quare in hoc nō solum nullū difficilis respirationis modū scripsit, sed
neq; an prorsus difficulter spirarit. Neq;.n. quomodocunq; delirantibus, aut ebrijs, sed solis desi
« plentibus magnus & rarus fit spūs: atq; hoc est quod in ꝑnotionibus ait, ‖Spiritus magnus, & per In Prog. com. 1. t. 24. 4. 194. h
8 magnum tp̄s desipientiam significat. Cæterum ægrotus, qui post ipsum scriptus est Erasinus, ne-
cessariò difficulter spirabat: relicta aūt est difficilis spirationis species, ob sæpe dictam causam:
Nusquam.n. ullam aliquam dolorosam affectionem, aut respirādi organa prementē, prædixisse
ipsum apparet, atq; deinceps sequentem difficilem spirationem adscripsisse, sed vbiq; uelut om-
« nibus notam reliquisse. Quòd uerò fuerit eiusmodi affectio ipsi Erasino, clarū fecit cū dixit, ‖Ilia 1. Epid. cō. 3. t. 25. 3. 124. f
sublimia, distentio cū dolore. Magnitudinē.n. inflammationis declarat, ob quam, tametsi homo
delirabat, non tñ difficilem spirationem delirio propriā habebat: aut certe huius oīno mentio-
nem Hippocrates fecisset. Quemadmodum.n. paruam & densam in doloribus contingentē ip-
se semper relinquere reperitur; propterea ꝙ est manifesta: ita cùm eam quæ in delirijs contin-
9 git norit ambiguā, nusquam relinquit, neq; indefinitam præterit. Equidem quæ in ‖Critone post Ibid. t. 26. g
eum consequenter scripto acciderunt, manifestā cām habent. Cùm.n. secunda die mortuus sit
B inopinatissime, velut ex ipsā narratione discere licet, merito de respirationis difficultate quicq̄
dicere Hippocrates reliquit, aut ꝙ qualis ea fuerit non obseruauit, aut ꝙ mētionem eius facere
non est dignatus: vtrunq; enim rationi consentaneū existit: quod non obseruauit quidē, tum ob
mortis velocitatem, tum propter symptomatū perterrefactionem: neq;.n. paruum miraculū est,
hominem obambulantem, & consueta uitæ munia obeuntē, deinde magnū pedis digitum vehe
mēter dolentem prima die paululum subcalfactum esse, sequenti deinde mortuū esse. Cùm igiť
nulla mora interim facta sit, sed uelociter homo morti concesserit, non aūt simpliciter desipue-
rit, sed, vt ait, furierit, impossibile erat obseruare q̄uo respirauerit. Etenim furiosos ne prope qui
dem accedere sustinemus, verum elōgamur omni modo, formidātes ne quid mali ēt nobis affri
cent. Aut igitur non obseruauit, vt diximus: aut non dignatus est speciei difficilis respirationis
mentionem facere, ꝑ ꝑ inopinatum tot symptomatum concursum, ad quem solum nos mētem
adhibere conuenit, & non circunduci ac distrahi ad ea, quæ per alios ægrotos inueniri possunt.
10 Consequēter porrò Clazomenium describit, ‖qui caput & collū ac lūbos, ut inquit, à principio Ibid. t. 27. h
dolebat: verum hæc non sufficiebant ad spm̄ paruum, ac densum efficiendum, nisi de collo sanè
hoc dicere velimus, verum de hoc in progressu sermonis determinabimus: at uerò ilium cū tu-
C more eleuatū, sufficiens erat. Quare tametsi hic desipuit, non tñ propriam desipientiæ respiratio
11 nis speciem habuit, cum nimirum prædictæ dolorosæ affectiones exuperarent. Cęterū Droma-
dæ vxor quæ post hunc sequitur, quā etiam statim à principio huius sermonis apposui, nō solū
desipuit, sed & magnum & rarum spiritum habebat, cum neq; circa thoracem, neq; circa ilium,
vlla affectio esset, quæ paruam & densam spirationē efficere ex natura sua posset. Ob id igitur &
« Hippocrates omnia, quæ mulierculam ipsam apprehenderant, exactè describens, ‖Circa iliū, in- Ibid. t. 28. 125. b
quit, ‖dolere cępit, ‖anxia, implacida: vitiatis uidelicet humoribus istic os ventris mordentibus,
nō tñ vlla inflammatione existente, neq; etiam aliqua alia affectione, à qua paruus & densus spi
ritus produci solet. Et sanè in hac narratione paululum progressus Hippocrates, vbi scripsit ilij
dolor, vocē, anxia, apposuit. Et deinde rursus anxia siticulosa. Neq; igiť quicquam eorum q̄ cir
ca ilium aut thoracem fiebant, sufficiēs erat deliriū exuperare. Sed neq; calor innatus extingue-
batur, quemadmodum alijs sic contigisse ostēdimus. Quare pro rōne, cum nulla affectio ex ijs,
quæ deliro oppositæ sunt, respirationem alterare posset, magnus & rarus spūs huic fœminæ fie-
D bat. Quando verò adscriptum est & hoc, statim reuulsus, hoc ipsum adhuc me indicare, ac adno
tare nunc oportet, ne quis suspicetur nos id segniter ꝓterituros fuisse. Verum nunc sanè id expo
ponere non est tempestiuum; explicabitur aūt in sequenti libro unà cum alijs quę similiter sunt
dicta. Cæterum in præsenti sermone reliquos adhuc tres ęgros in manus sumemus, qui quidē &
ipsi desipuerunt, non tamen proprium delirio, difficilis respirationis speciē habuerunt. Ob id in
12 « primo quidem scriptum est: ‖Ilij dextri dolor, inflāmatio submollis ex interna parte, ex ea uide-
13 « licet, q̄ ad septum transuersum uergit. In secundo uerò, ‖Circa ilium tumor eleuatus cum dolo- Ibid. t. 29. d
« re, & paulo post, ‖ilij dolor: & rursus deinceps, ‖Circa clauiculam sinistram dolor ꝑmanebat: In Ibidem t. 30. e. l
14 « tertio autem ægroto (muliercula uerò erat hæc uelut etiam præcedens) ‖Capitis, inquit, & colli Ibidem
& pectoris dolor fortis: & paulo post, ‖Dolores permanebant. Ibid. t. 31. g
Ibidem. h

Ex singulis ægrotis tertij lib. de Vul. mor. testimonia, quæ superiora Gal. dicta confirmant. CAP. II.

ATque hi qui quidem sunt quatuordecim ægroti ex primo libro morborum popularium, eo
ordine ab Hippocrate, quo etiam nos ipsorum mentionem fecimus, cōscripti. Porrò libro
tertio morborum popularium duodecim sunt ante pestilentem constitutionem ægroti, sex & de
cem uerò post eam, qui oēs consentiunt cum ijs, quæ à principio, ut constanter pronunciata sup
posuimus. Pro cōperto autem habeo, ꝙ si relinquam ipsos & permittam ijs, qui uolunt in omni-
bus consensum intueri, ut priuatim, & per se ipsos narrationes à sene conscriptas legant, nō pro-

pterea ut longiores uitem sermones, hoc facere uidebor, sed q non possim pronunciata à prin- E
cipio supposita per totum sermonem conseruare ac tueri. Si uerò oēs deinceps recenseam, nuga
tor & loquaculus esse uidebor, ut qui ea, quæ quisq; per sese expēdere sufficiebat, ipse frustra ad
scribā. At uerò si penitus me alterum absurdū incurrere oportet, aut uidelicet suspitionē falsi
dogmatis, aut loquacitatē: reperio aūt loquacitatis aliqua solatia, suspicionis uerò nulla: hone-
stius utiq; fuerit de oībus dicere. Quæ igitur sunt loquacitatis solatia? Primum ut paucis percur
ram ipsos ægros, neq; amplius similiter immorer singulis, sed nudam solum faciam mentionem.
Alterum uerò ut adhorter eos, qui neq; tam pauca sustinent audire, quo ea transgrediantur, &
ne scripta quidem esse putent. Quemadmodum.n. in splendida epulatione cum multa sint appa-
rata, alius aliud eligit, hoc quidem ut suaue, aliud uerò ut profuturum: sic etiā sermonum appa-
ratum opiparum esse oportet, electionem autem in utentibus.

Ordo ægrorum tertij libri Epid. ante pestilentem constitutionem.

PRimus itaq; oīum ægrotus nomine Pythiō, ex ipsa narratione manifestus fit, q nullā diffici- 1
3.Epid.c6.1.t.5. 3.130.h lis respirationis hypothesim habuerit. Secūdus uero Hermocrates, | Caput, inquit, dolere in » 2
cepit & lumbos, ilij distentio submollis: non tñ q infra & ad umbilicū ipsa rēsio processerit; aut
q oblonga fuerit, adscripsit: ex quo clarū fit, q à septo transuerso inflāmato ilium reuellebat: & F
ob id ēt submolle apparebat, ut qđ nullam propriam hr̄et inflammationem. Hic igitur ēt si deli-
rabat, tñ ipsum delirium ab alio maiore affectu superabatur: quēadmodum ēt in tertio & quar-
A Ibidem.t.19. 131.h to quintoq; ac sexto. Etenim in tertio, [a] | ilij dextri distentio submollis scripta est. In quarto ue- 3 4
B Ibid.c.2.t.1. 135.c rò [b] | ilium dextrum distentum fuit, & ad interna processit. In quinto aūt [c] | collum dolorosum ha 5
C Ibid.t.2.e bebat. Verum in sexto ægroto (erat autem hæc muliercula) præfatus Hippocrates, [d] | Hæc inci- 6
D Ibidem.t.3.f piente morbo dolebat fauces, & ad finē ruborem habebat, gurgulio reuulsus, fluxiones multæ, »
E Ibidem tenues, paruæ, acres, tussiebat, maturum aūt nihil efferebat: paulo post ait: [e] | Erat aūt & quid in- »
F Ibidem.t.4 natum tabidosum. Quare manifesta ēt in hac fit affectio prædominans, in respiratorijs organis
consistens. At uerò eam quæ inde sequitur enarrans ægrotam, hoc modo auspicaī: [f] | Mulier an- » 7
ginosa circa Bitonis: progressus aūt, inquit, | Spiritus sublimis: quod ipsum etiā in progressu ser- »
monis exponemus. Nunc uerò quod propositū est absoluamus. In octauo uerò deinceps ægro- 8
Ibid.t.5.137.e to scriptum est: | Ilij distentio submollis ex utrisq;. In nono uero, | Dolores circa ilia. Verum hæc » 9
Ibid.t.6.138 h sanè muliercula non desipuit. | Quæ uero sequuntur duæ mulierculæ, ex corruptione fœtuū ma 10 11
Ibidē.t.7. & 8. 139.b c le habuisse ait. Affectiones uero quas recenset de ipsis, ut uniuersim pronunciemus, uterorū in-
flammationes sunt: particulatim uero, q ad eiusmodi affectiones ēt aliàs consequuntur. Postre- G
Ibid. t.9.140.b mam uero quæ adhuc restat, | cor doluisse ait, non apponens uocem, anxia. Quin & frigidum su 12
dasse, & per oēm morbum horridam fuisse, ac magnopere perfrigeratam, ut uix recalfieri potue
rit, aut penitus non recalfacta sit. Quare manifestum est etiam hanc omnino secundum utrasq;
affectiones, tum doloris, tum perfrigerationis, breuispiram fuisse: non tamē dignatus est in hac
Hippocrates difficilis spirationis mentionem facere, ut quæ ualde esset manifesta.

Ordo ægrorum tertij libri Epidem. post pestilentem constitutionem.

COnsequenter aūt sequitur pestilens constō, postq rursus primum quidem ægrum Pariū scri 1
bit, in quo circa finē sermonis, vbi quæ in toto * corpore continenter permāserint scribit, hr̄
* Ant. habet morbo. & hoc: [a] | Cum doloribus uigilans. Secundū uerò in Thaso de quo ait: [b] | Tusses aūt continentes, » 2
A Ibid.c.3.t.72 147.f humidæ, multæ. Tertius est [c] | Pythion, quē iam antea explicauimus. Et quartus [d] | phreniticus. Et 3 4
B Ibidem.t.73. 148.c quintus [e] | cui repente dextrum femur dolere incepit, & cùm fluxio in partes circa caput conscē 5
C Ibid.t.74 deret, statim quidē delirauit, & statim item mortuus est, similiter ut is, qui in primo morborū po
D Ibidem.t.75. 149.c pularium, dolore circa magnū pedis digitū oborto, secunda die mortuus est. Quare in his de dif-
E Ibidem t.76 ficili respiratione penitus nihil scripsit ob causas, quas in illo ipso iam antè retulimus. [f] | Sextus 6
F Ibid.t.77.h deinceps neq; desipuit, neq; aliam quandā affectionem spirationem ægram inducētem habuit. H
G Ibid.t.78.h Septimus aūt ægrotus [g] | virguncula est, q ob sanguinis multitudinē sic circa caput infestata est, 7
uelut in primo morborum populariū septimus item ex ordine æger, cui sanguis ex naribus pro
Ibid.t.79.150.b fluxit. Quare quæ iam de illo diximus, ea etiam huc transferātur. | Octauus porrò ægrotus Ana 8
Ibidem t.80.d xion est, de quo in superioribus egimus. | Nonus aūt tum uirgūculæ, tum illi in primo libro mor 9
borum popularium, cui ex naribus sanguis profluxit, consimilem totius morbi hypothesim ha-
Ibidem t.81.f buit. Decimus uerò qui est in Abderis Nicodemus, | delirauit quidē semel in sexta die, die uigesi 10
ma per sudorem iudicatus, cū uisus esset sine febri esse, rursus febrijt, & rursus paululum delira-
uit. Scribit de ipso ēt hæc: Exacerbationes aūt & dolores huic ad finē. Verum quinā dolores, q- »
fierit fortassis aliquis: cordis equidē dolore ipsum statim in principio impetitū fuisse dixit. Pau-
lulum aūt inde progressus, dolores oīum, scripsit. Ob id igitur & delirium, quod exiguum & per
modicum omnino durans tempus illi factum esse dixit, respirationem non alterauit. Deinceps 11
Ibidem t.82.f porrò consequenter est muliercula, quæ ex mœrore in morbum incidit, in qua scribit: | Dolores »
magni, continui. Quin & conuulsiones multæ, ait. Cæterum in aphorismis de conuulsionibus »
4.Apho.68.Ext. ord.348 hoc modo scribit: | In febribus spiritus offendens, malum, conuulsionem enim significat. Itaque
species difficilis respirationis huic mulierculæ, partim iuxta dolores, partim iuxta conuulsiones
fiebant.

A fiebant.Ob id igitur quamuis delira eſſet,tamen magnum ac rarum ſpiritum non habebat,ut q
12 ab alijs duabus fortioribus affectionibus ſuperatus eſſet.Poſtea vero ‖ uirgo in Lariſſa ſequiť, q̃ 3.Epid.cõ.3.t.
duodecima poſt peſtilentem conſtitutionē ab Hippocrate eſt cõſcripta,& ob ſanguinis multitu 85.3.150.h
dinem ægrotauit, & per fluxum ſanguinis ex naribus iudicata eſt, itēq; per ſudores, & fluxum
menſtruorũ tunc pri mùm conſpectorum:quæ ipſa etiam nullam ullius alicuius difficilis reſpira
13 " tionis ſtructuram habuit.At uerò Appollonio in Abderis,qui inde ſequitur, ‖ Ilij dextri,inquit, Ibidem. t. 84.
" eleuatio cum dolore.Quin & ꝙ ſemper fuerit magnis uiſceribus præditus,& ꝙ dolor circa iliũ 152.b
ipſi extiterit familiaris,hoc ipſum ſanè in principio narrationis ſcriptũ eſt.Nihil igiť miri eſt ip-
ſum quamuis delirauerit,non tamē reſpirationis ſpeciem delirio propriã habuiſſe, cùm uideli-
14 cet ita affectionem doloroſam magnã in ilio poſſideret. Deinceps ab hoc ſequitur mulier, q̃ in
" Cyzico gemellas puellas peperit,de qua ſic ſcripſit: ‖ Capitis & colli grauitas cum dolore.quare Ibidem.t.85.e
" etiam ſpirandi difficultas ſecundum hanc ipſam affuit.Reſtãt poſt hanc duo adhuc ægroti in ter
15 16 " tio morborum popularium libro,‖ vxor uidelicet Dealcis,& ‖ adoleſcēs in Melibœa,qui ambo Ibidem.t.86.d
& delirauerunt,& magnum ac rarum ſpiritum habuerunt: de quibus in ſuperioribus ſufficien- Et.t.87.g
ter diximus.Ceterum cùm hic liber iam ad iuſtam magnitudinem peruenerit,de reliquis omni
B bus,quæ de difficili ſpiratione à ſene tradita ſunt,in ſequenti libro uidebimus.

GAL. DE DIFFICVLTATE RESPIRATIONIS LIBER TERTIVS

Iano Cornario medico interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Quæ cæteris libris Epidemicis,qui Hippocrati aſcripti ſunt, continentur, ijs quæ primo lib.de Diff. reſp. oſtenſa ſunt, aſtipulari.

Quid ſuperioribus libris actum ſit, quid hoc agendum, ac de authoribus librorum Epidemicorum. CAP. I.

C VNiuerſo de difficultate ſpirandi ſermone in duplicem doctrinę modũ à nobis diuiſo, in primo quidem libro,quæ medicum de ipſa cognoſcere oportet una cum proprijs demonſtrationibus oſtendimus: In ſecundo uerò,qui hunc præcedit,& hoc ipſo tertio, omnium, quæ ab Hippocrate de ſpirandi difficultate dicta ſunt in omnibus ipſius ſcriptis,expoſitionē facimus.Quare qui ipſorum tñ artis operũ ſtudioſi ſunt,nihilq; de ueterum dictis curioſius inueſtigandum(velut ipſi aiunt)cenſent,omnia quę cupiũt ex primo libro,ſufficiēter habebũt:qui uero ēt Hippocratis ſnĩam de his diſcere expetũt, ſimulq; poſſunt,ex his ſanè libris eã colligēt ac aſſequenť. Appetere itaq; cognoſcere ea, q̃ ab optimis dicta ſunt,cõmune eſt omnium natura honeſtatis ſtudioſorum. Verùm poſſe ēt ipſa diſcere,longiore tēpore indiget,neq; ſimiliter omnibus expoſitũ exiſtit:pleriq; enim præ multitudine negociorũ,ocio ad optima proſequenda priuantur.Hæc ſanè cum nos non lateant,ea q̃ maxime ad artis opera pertinent,in primo horum commētariorum explicauimus:uerũ Hippo
D cratis ſnĩam per reliquos duos libros exponimus,quorum alter ſecundus eſt,alter tertium locũ occupauit ordinis à principio cõſtituti.Et oportet ſanè eũ,qui ea,quæ in hoc ipſo dicuntur,aſſequi uelit,prius diligenter ſecundũ librum uerſaſſe,in quo primùm totam mentem ipſius Hippocratis oſtēdimus,ꝙ nihil uulgare,neq; eorũ q̃ uulgus medicorũ nouit,ſcribere digneť:deĩde uerò & particulatim oēs ex primo & tertio morborum populariũ ægrotos recenſuimus,demõſtrãtes,ꝙ in multis,quamuis difficulter ſpirare neceſſe erat ipſos ægros,tñ nõ adſcripſit,quemadmodum neq; alia multa quæ ad ea quæ ſcripta ſunt,neceſſario conſequunť. Quæ enim quiſpiã ab ijs,quę Hippocrates,inquã,dixit incitatus,citra hoc ꝙ ab ipſo ea diſcat,inuenire põt, hęc nõ putauit ſcribere oportere. In multis uero ēt ipſam difficilis reſpirationis ſpeciē ipſis narrationibus de ægrotis adſcribit,quando aut nõ neceſſariò ſequitur ægrotos,aut non prõptum erat cognoſci ab ijs,qui ipſius ſcripta legunt. His igiť ſcopis etiam nunc adhærentes & intenti, poſtquam primum & tertium morborum popularium in ſuperioribus expoſuimus, rurſus à ſecũdo initiũ faciemus,ipſiq; etiã reliqua Hippocratis ſcripta connectemus. Quemadmodum autem primus & tertius,non ſolum ab Hippocrate cõpoſiti eſſe uidentur ijs, qui optime de his ſentiunt ac iudicant,ſed etiam ob ſpeculationis familiaritatem mutuo inter ſe connexi,eodē modo, opinor, habent ea,quæ in ſecundo & quarto ac ſexto habentur.In confeſſo eſt enim iam,ēt hos Theſſalum Hippocratis filium compoſuiſſe,ut qui in parentis tabulis aut chartis ſiue pellibus & mem-
branis

branis quibusdam commentarios repererit, ipseq; etiam aliqua, eaq; non pauca, de suo addide- E
rit. At uerò quintum & septimum morborum popularium, non uidetur mihi quispiam genuina
Hippocratis doctrina dignos censere, & ut ego sentio, neque quartum, quamuis quidam etiam
hunc à Thessalo compositum esse putent. Cæterùm prænotionum liber, & aphorismi, & liber
De aquis locisq; ac aere, ampliusq; liber De victu in morbis acutis, quē aliqui ad Cnidias sen-
tentias inscribunt, non præter rationem Hippocratis scripta esse creditum est. Horum igitur ubi
vsus postularit, mentionem faciemus: itemq; aliorum, qui partim ipsi Hippocrati, partim Eury-
phonti & Thessalo ac Polybo, ut autoribus deferuntur.

Coniugationes difficilium respirationum ex secundo & sexto lib. de Vulg. morbis. CAP. 2.

2. Epid. sect. 3. ORdiamur itaq; iam expositionem à dictione in secundo morborum populariũ scripta, q̃
hoc modo habet: ‖ Spiritus paruus densus, magnus rarus, paruus rarus, extra magnus in- „
tra paruus, alius quidem extendens, alius uerò urgens, dupla intra reuocatio uelut superinspirã „
tibus, calidus, frigidus. Eadē uero dictio in sexto libro pfectius scripta est. Supra tres enim cõiu „
gationes ipsius difficilis spirationis, quarta item adiecta est, quæ manifeste in secũdo morborũ
popularium desideratur, nõ ipsius autoris, ut mihi uidetur, culpa, cùm perspicuum sit ipsum nõ F
ex experimento quopiam & memoria, multitudinem spirationum difficiliũ coaceruasse, sed ex
rationali diuisione. Nequaquam igitur relicturus erat aliquã difficilis spirationis speciem, ue-
rùm in hoc quispiam ex ueteribus descriptoribus librorum peccauit, atq; ita postea habēs liber
inuulgatus est, seruatusq; est hic error usq; huc, merito sanè, cùm aliqui negligēter planè ueterũ
libros uersent, ut neq; an deficiat quippiã, neq; an in alio libro dictũ sit sciant: quidã uero etiam
si sciant, tamen quod deest apponere nõ audent. Neq; enim similiter nostri æui hominibus prio
res faciles erant, neq; prompti ad adscribendũ ueterem dictionem, quæ eodē modo in omnibus
exemplaribus scripta esset: sed significationē solùm facere contenti erant, q̃ hic quidē defectuo
se, in sexto uerò morborum popularium perfectè, diuisio difficiliũ respirationũ scripta esset, tũ
quæ secundum magnitudinem ac paruitatem fit, tum quæ iuxta raritatem ac densitatem. Has
enim duas oppositiones, eã uidelicet quæ iuxta magnitudinem ac paruitatē fit, & eam quæ iux
ta raritatem & densitatem, Hippocrates manifeste inter sese complicat, & coniugationes diffici
lis spirationis quatuor facit: unã in qua minor, simulq; dēsior, q̃ naturalis, respiratio fit: alteram,
cùm maior & rarior: & præter has aliam tertiam, in qua minor & rarior: & supra has quartam,
quam in secundo morborũ popularium desiderari & relictã esse diximus, in qua maior simulq; G
densior fit. Ostensum enim mihi sæpe est, etiam si hoc citra ostensionem omnibus manifestũ sit,
quòd duæ oppositiones inter sese complicatæ, quatuor coniugationes faciant. Cæterùm dictio
Hippocratis in sexto morborum popularium, non solum in hoc differt ab ea, quæ in secũdo ha-
betur, sed & in eo quòd in sequētibus, quando inspirationis magnitudinem confert cũ magni-
tudine expirationis, altera coniugatio penitus relicta est in secundo libro, indicante & hic ipso
librorum descriptore extremam secordiam, aut sedulitatem. Si enim integras dictiones trãsgres
sus est, extreme secors erat: si uero similes inter se, nescius quatenus differunt, unum & idem u-
trasq; significare putauit, deinde alteram sustulit, ad summam utique sedulitatem progressus est,
correctorem scriptorum Hippocratis, non ministrum, se ipsum ostendens. Hoc equidem utile
est circa plerasque obscuras dictiones meminisse, in quibus aut relictum quid esse credibile est,
aut adscriptum. Nihil enim uetat iuxta illas, aut quod deest apponendo, aut quod delictum est
corrigendo, perfectum ac uerum reddere & absoluere sermonem. Quemadmodum enim tran-
scribere ac mutare ueteres dictiones temerarium est: sic uelut scriptum est conseruare, & pau-
cis quibusdam appositis aut immutatis dubitationes dissoluere, bonorum expositorum opus
est. Verum de his opinor me paulo post per ipsa opera monstraturum esse, quæ facere oporteat: H
non enim simpliciter, neque prout contigit, hoc ipsum faciendum est, sed cum ostensione ueri-
tatis rerum, ampliusq; ostendendo prius ipsam senis sententiam sic habere, & utrasque consen-
tire, dictionis transmutatione conuenienti facta.

Explicatio sententiæ Hip. lib. 6. sectione. 2. de Vulg. morb. de coniugationibus difficilium respirationum.

CAeterum ad propositum iam progressi, & perfectiori dictione apposita, quę in sexto morbo
rũ popularium habeatur, uideamus qualis nam sentētia ipsa sit. Quòd enim ex rationali di
uisione inuenire conet oēs difficilis spirationis differentias, hoc ipsum ēt ijs, q libros ipsius ex
posuerũt, vt, & cõiectare omnibus facile esse opinor: an uero recte diuidat, & an nulla relicta sit
difficilis spirationis species, hoc nõ ēt oībus inuenire facile est, sed qui de his iudicaturus ēst, eũ
& diuidendi methodi expertum esse oportet, & circa Hippocratis dogmata nõ inexercitatũ. Et
methodus sanè ad id qđ diuiditur respicere oportere erit, qualis naturę existat. Si.n. simplex fue
rit, ea quæ iuxta substãtiæ ipsius rõnem sunt, quot sunt, & q̃, ac qualia, considerare oportet, atq;
ex his diuidere: si uero cõpositum, utrãq; aut singulas partes diuidere, ut dictũ est, oportet, totũ
verò ex modo cõpositionis. Verum quæ est Hippocratis sententia de compositione, nobis alibi
fusissime dictũ est: relatũ ēst ēt in superioribus. Quare nihil uetat ad hos scopos intētione ac re

spectu

A spectu habito, ipsam morborum popularium dictionem tueri, quæ sic habet: | Spiritus parui de- 6. Epid. cō. a t. 103.162. d
« si, magni rari, parui rari, magni densi: extra magnus itra paruus, itra magnus extra paruus: alius
« extendens, alius urgēs: dupla intra reuocatio uelut superinspirantibus: calidus, frigidus. Quòd igitur non quarta solum coniugatio circa densum & magnum consistens, in secundo morborū popularium relicta est, sed & ex sequentibus duabus, in quibus expirationē cū inspiratione cō fert, altera scripta quidem est in præsenti iam proposito sermone, relicta est autē in secūdo morborum popularium, palàm uidere est: neque enim in illo libro scriptum est, Intra magnus, extra paruus: sed altera sola difficilis spirationis species ostenditur, in qua magnus spiritus expiratur, paruus uerò inspiratur. In multis igitur codicibus reperire licet hunc defectum adscriptum, uerùm in plurimis & fide dignissimis exemplaribus relictus est: atque hoc sanè nihil ad præsens refert: propositum est enim nobis perfectiorem locutionem considerare, eam uidelicet quę nūc est adscripta. Quòd itaque ex spiritus intra & extra meatu, totius respirationis actio composita est: & quòd altera eius pars inspiratio, altera expiratio appellatur: dictum quidem est in primo libro statim in principio, uerùm etiam si à nobis dictum non esset, nemo ferè ignorat. Quòd uerò nullius alterius rei, quàm motus propria sint uelocitas & tarditas, dictum quidem & hoc iam
B est, sed etiam nunc in memoriam reuocetur. Magnitudo quidem & paruitas uelut non sunt motui propria, sic omnino inseparabilia sunt ab eo, quod per spatium aliquod aut distātiam localē fertur. Et ob id iuxta utranque respirationis partē, duæ differētes oppositiones fient, altera iuxta uelocitatem ac tarditatem, altera iuxta magnitudinem & paruitatem. Quòd uero totius respirationis adhuc alia oppositio fit iuxta densitatem ac raritatem consistens, id ipsum ēt antea relatum est: & ꝙ hæc oppositio non fit respirationis ueluti motus, sed ut compositæ rei ex distantijs cōflatæ. Quare in his tribus generibus omnes respirationis differētias esse necesse est: in uelocitate quidem & tarditate, propterea ꝙ hæc propria, & ab omni motu inseparabilia sunt: in magnitudine uerò & paruitate, propterea quòd motus organorum respirationis per distantiam fit: densitas autem & raritas tertium ex prædictis genus, neutrius propriarum ac primarum respirationis partium proprium, aut inseparabile est: uerùm totius respirationis pars fit ꝑ accidēs quoddam: quandoquidem composita res est, ex duobus contrarijs motibus quiete distinctis cōstans. Hæ igitur sunt primæ differentiæ totius respirationis. Cæterùm cùm respiratio res sit, quæ & facere aliquid, & pati possit, aliud utiq; fuerit differentiarū genus in ipsa; utraq; uidelicet parte æqualiter aut inæqualiter perfecta: at uero & rursus aliud, ipsius totius ut cōpositæ, partibus
C inter se mutuo collatis. Hæc cùm ita habeant, sciendū primas quatuor difficilis respirationis differentias in proposita Hippocratis dictione scriptas, totius respirationis esse. Neutrius enim partis est densitas & raritas, si sanè meminimus eorum, quę statim à principio primi libri dicta sunt.
« Sic uerò etiam sequentes duas, nā & in his duæ totius respirationis partes conferuntur, & ob id
« sic scriptū est: | Extra magnus intra paruus, intra magnus extra paruus, uidelicet spiritus. Sequē- Ibidem.
tes autem deinceps duas differentias, in quibus dicit, Alius extendens, alius urgens, alterius partis ipsius respirationis proprias esse putandum est, quem sanè iuxta substātiam esse uel maxime
« ipsius respirationis diximus. Extendens enim tardus est, urgens aūt uelox: tarditas autē & uelocitas ab omni motu inseparabilia sunt. Quod uero deinceps habet: | Dupla intra reuocatio ue- Ibidem.
lut superinspirātibus, inæqualem inspirationē ostendit. Inquirenda est autē eadem oppositio in expiratione, quā ego relictam esse credo à transcribētibus magis, q̄ ab ipso Hippocrate: quādoquidē in alijs scriptis etiā eiusmodi speciei difficilis spirationis mentionē facere apparet, ut in sequentibus palàm ostendam. Quòd si cui ab ipso Hippocrate relicta esse uidetur, hic peiora ꝓ melioribus eligit. Equidem penitus nullam inæqualitatis mentionē fecisse iuxta neutrā respiratio-
D nis partem, sed penitus oblitum esse ac reliquisse, minime conueniebat Hippocraticæ diligētiæ. Verùm ego sanè, etiā si id quod nunc de inspiratione scriptum est, in totum scriptum non esset, describentis magis peccatum esse, q̄ ipsius Hippocratis, dicere audeam. Rationem autē utiq; aliquam sic haberent hi, quibus ad peiora animus inclinat. At uerò cū & inspirationis speciē adeo manifeste indicauerit, ut non solum dixerit, duplam intra fieri spiritus reuocationē, sed & uelut superinspirantibus apposuerit, quo tandē aliquis adhuc suspicari queat ipsum expirationis esse oblitū? De his igit̄ ēt rursus agemus. Deinceps aūt alia adhuc difficilis respirationis speciei op
« positio apposita est in fine toti⁹ sermonis sic habēs: | Calidus, frigidus. vt uidelicet & hic subaudiamus, spiritus, uocē. Quemadmodū n. magnus & paruus, & densus ac rarus, sic etiā calidus & Ibidem.
frigidus spiritus expiratur. Quanquā & hic decepti quidam, propterea ꝙ ipsi non intelligāt, corrigunt, & dictionem immutare audent, non, calidus, & frigidus, uelut nūc dictum est, scribētes, sed ipsa eum prædicto connectentes, atq; hoc modo legentes, uelut superinspirātibus calidū frigidum. Hi quidē igit̄ supra hoc ꝙ ipsam dictionē nullam sententiam referentem efficiunt, etiā palàm produnt, ꝙ neq; senis libros legerūt: omnino. n. meminissent eorū, quæ in alijs locis ab ipso sunt scripta de calida & frigida expiratione: q̄ qua nam rōne aut in illis ab ipso scripta sunt, aut hìc relicta, non habent quod dicant. Si. n. non putauit ex difficiliū spirationum genere esse calidam & frigidam expirationē, non rite in alijs locis ipsarum ueluti difficiliū respirationū meminit:

minit: ſi uero in illis rite ipſarum commeminit, nunc ſanè non rectè ipſas reliquit. Verùm hæc non ita habent. Nam & hic rectè in difficilium reſpirationum diuiſione continentur. Quid uero indicent, in alijs locis rectè ab ipſo dictum eſt. E

Proponuntur quæſtiones, quæ ex libro Prænotionum Hip. de difficili reſpiratione oriuntur. CAP. 4.

In Prog. cō. 1. t. 24 4.194 b

Relictis igitur iam his, qui ſic ab Hippocratis mente aberrant, & omnia magis q̃ ſententiam ipſius intelligunt, ipſi per nos ipſos inſpiciamus, quid nã in prænotionum libro de difficili reſpiratione in hunc modũ ſcribat: | Spiritus denſus exiſtens, dolorem aut inflammationẽ ſignificat in locis ſuper ſeptum tranſuerſum. Magnus autem & per multum tempus, deſipientiam oſtendit. Frigidus uerò ex naribus & ore prodiẽs, ualde iã pernicioſus eſt. Apparet enim in hoc libro, harum trium tantum difficilium ſpirationum ipſum mentionem feciſſe. Atqui ſi tot ſolum ſunt, quid tandem multo plures ipſe in popularium morborum libris ſcripſit: ſi uero adeo multæ ſunt, cur pauciſſimarum in prænotionum libro mentionem fecit? An numerum quidem ipſarum noſſe, commodum exiſtimauit, quid uero ſingulæ indicent, non utile eſſe putauit? Aut hæ ſolæ indicant, reliquæ uero nihil: ſed poſſibile eſt quandoq; præter naturam reſpirare, nullã nero affectionem in animali præter naturam eſſe? Aut in tantum hoc uerũ eſſe oportet, ut penitus neceſſarium ſit ipſam affectionem in animali præter naturã fieri difficilis reſpirationis cauſam? Si quidem igitur cauſę rationem habet affectio ad difficilem reſpirationem, fuerit utiq; hoc modo, & tempore, & ordine, & facultate prior. Quomodo igiť Hippocrates in prænotionum libro, tantum difficilium reſpirationum numerum relinquere uidetur? Equidem ea gratia uolebã ipſos expoſitores inter ſe conferre, & quærere, ac ſoluere, uerũm eius rei faciendæ nulla eſt facultas: etenim expoſitorum cur quis tandem mẽtionem faciat? Eorũ uero qui ante nos uixerũt, & quorum commentaria ad noſtram ætatem ſeruantur, multas & longas nugas cõſcriptas inueni re eſt: quæ uero ſic alicuius momenti ſunt, penitus ab ipſis relicta ſunt. Verùm nos ſanè inquirimus ipſa, etiamſi nullam uiam habeamus ad inueniendum ab illis præmonſtratam. Dictum quidẽ à nobis eſt, & in ijs q̃ de optima ſecta ſunt, & in curandi methodi ſcriptis, quomodo talia omnia inquirere & inuenire oporteat. Immo & in primo horum commentariorum duplicem uiam oſtendi ad eiuſmodi inuenienda, alteram ex differentijs difficilis ſpirationis procedentẽ, alterã ex affectionibus in organis reſpirationis, quam etiam faciliorem & manifeſtiorem eſſe dicebã. Et quiſquis illa ſcripta diligenter uerſauit, haud indigebit multis rationibus ad præſentiũ ſolutionem. Si uero negligenter illa tractauit, aut aliàs ad diſcendum hebes eſt: qui quidem negligẽter tractauit, rurſus ipſa relegẽs, identidem eadem repetat: Qui uerò hebes ad diſcẽdũ eſt, aliud qui d agat, ac ſciat φ paruæ naturæ magni viri ſententiã adſequi impoſſibile eſt, qualis ſanè ipſe Hippocrates erat. Quæ igitur nemo priorũ aut propoſuit, aut dubia putauit, aut quæſiuir, aut inuenit, ego & proponã, & dubia faciam, & quomodo quærere oporteat dicam, & dijs uolentibus inuenturum me ſpero. At uerò ipſum problema etiam paulo antè à me relatum eſt. Cur nam tot difficilium reſpirationum ſpecies Hippocrates in prænotionum libro reliquit. Dubitario uerò nunc dicetur, ubi quæ in primo ſermóne ſcripta ſunt, prius in memoriam reuocauero. Omnes enim difficilium reſpirationum differentias, in illis ſermonibus, in quinq; ex toto tum affectionum tum difficilium reſpirationum genera reduxi. Quare adhuc magis dubium cõſtituitur problema, ſpe etiam quæ ſola reſtabat ſublata. In eiuſmodi enim omnibus, in quibus cuiuſcũque tandem rei differentiæ plures quidem ab altero quopiã, ſiue uiro, ſiue ſcripto: pauciores uerò rurſus ab aliquo altero dicuntu r: vna ſola ſupeſt conſenſus ſpes, ſi quis monſtrare queat alterum in primis diuiſionis partibus rem ipſam extendiſſe, alterum uei ò contraxiſſe. Hac igitur ſpe nobis ſublata (mõſtratum eſt enim in primo libro neq; affectionum, neq; difficilium reſpirationum genera, in minorem numerum reduci poſſe,) quæ amplius ars ſoluendi ea quæ nunc q̃ran tur inueniri poſſit? Cùm ob alia enim, tum ob id quòd quædam prima genera relicta ſunt, ampliusq; diuulſa, & male diſtinctim mutuo oppoſita, ac obſcurè enarrata in prænotionũ libro, reprehendere quis merito poſſit, quamuis ſi quis alius Hippocratis liber, is ipſe ꝑſpicuus exiſtat. F G H

Ibidem

Atqui obſcurum ſimulq; indeterminatum eſt quod ſtatim in principio dictionis dictũ eſt: |Spiritus denſus exiſtens dolorem aut inflammationem ſignificat in locis ſuꝑ ſeptum trãſuerſum, Si enim non duplex eſſet ſpiritus dẽſus, alter quidem cum magnitudine, alter uerò cũ paruitate: aut non ex diuerſa affectione uterq; ipſorũ generaretur: rectè utiq; Hippocrates indiuiſum ipſum reliquiſſet, aut differentiam eius quod per utrunque ſignificatur non indicaſſet. Qñ uerò ipſe manifeſte in morborum populariũ libris, alterum denſum, ſimulq; paruum, alterum denſum & magnum ſtatuit: & nos monſtrauimus hos ex prima ipſorũ differentia eſſe: male utiq; indiuiſo relicto denſo, ſimpliciter ſic dicere contentus fuit: | Spiritus denſus exiſtens dolorem aut inflammationem ſignificat in locis ſuper ſeptum tranſuerſum, atque hoc ſanè unum dubium exiſtit.

Ibidem.

Conſequenter uerò tertiæ differentiæ mentionẽ faciens ſic: Magnus autem & per multum tempus delirium ſignificat. Et hanc ſolam ex primis differentijs manifeſte prolocutus, appoſitæ ipſi ſpirandi difficultatis, quæ rarum & paruum ſpiritum oſtendit, nullam omnino mentionem fecit:

A fecit:quanquã sanè uelut densus spiritus duplex erat,magnitudine & paruitate distinctus,sic ẽt rarus necessario duplex est,magnitudine ac paruitate distinctus.Verùm alterius solius in pnotionibus meminit,ubi ait: Magnus autẽ & per multum tempus, delirium significat. alterũ uerò rarum simul & paruũ relictum esse apparet.Quare ex quatuor cõiugationibus, quas in morbis popularibus scripsit,primæ duæ indiscriminatim & obscure ac cõfuse dictæ sunt: sola uerò tertia,ut diximus,tum ipsa,tũ quod per eam significatur, ambo manifeste scripta sunt.Cæterũ non in his solum obscurus & indistinctus,& qui plura relinquat,sermo esse uideri potest, sed & ex eis,quæ deinceps inferẽs ait: Frigidus uerò ex naribus & ore prodiens, ualde pniciosus est. Cur enim tandem,si differentias iuxta calidum & frigidum recensere statuerat,frigidę tãtũ mẽtionem fecit? Et amplius,Cur nam aliarum duarum,tum eius quam indiscriminatim spiritũ dẽsum nominat,tum quam distinctè rarum & magnũ,affectiones ipsas solas adscripsit,non tamen in quid finiant significauit,dolorem quidem & inflammationem à densa, deliriũ autẽ à rara, & magna spirationis difficultate indicari dicens: in differẽtia uerò iuxta frigidũ,in quid desinat dicit,inquit enim perniciosum ualde esse huiusmodi spiritum,affectionem uerò ob quam ita difficulter spirant obscuriorem existentem,nõ ẽt dicit? cũ tamen præstaret in omnibus difficilibus B respirationibus,tum ipsas affectiones dicere,quęcunque tandem hæ sint, tũ alterationis ipsarũ modum adscribere,mansuetas à malignis distinguendo. Non igitur ita fecit, uerũ in prioribus spirandi difficultatibus affectiones,in ultima alterationis modum solum ostẽdit. Et quod crimẽ omnium minime effugere potest,quòd uidelicet nihil penitus de inæquali spirationis difficultate dixit,id ipsumsanè etiã iã sermoni apponatur.Extendens enim & urgens spiritus,& extra magnus intra paruus, & intra magnus extra paruus,neque ipsi quidem in prænotionũ libro relati sunt: Verum ex his quæ nos in primo libro explicauimus,in quatuor difficilium spirationũ coniugationibus comprehensi reperiuntur. At uerò quintam inæqualem, cuius dimidiam partẽ in morbis quidem popularibus scripsit, duplam intra (inquiens) reuocationem, in prænotionum uerò libro penitus reliquit,sub nulla quatuor coniugationum iuxta ullum aliquẽ modum comprehensam inuenire licet. Atq; tot quidem ac tales sunt dubitationes.

Ibidem.

Ibidem.

2.Epid.sect.3: & 6 Epid. cõ.2. t.10.3.162.d

Qua uia ac ratione proposita quæstiones explicari queant CAP. 5.

OPortet autem hinc nos non similiter, ut multi faciunt, qui Hippocrati contradicunt, dubitationes quidem facile reperire, in solutionibus uerò ipsarum hærere: uerùm primum quidem uiam quandam facultatis inuenire, deinceps uerò per demonstrationem,ea, quæ per C ipsam uiam inuenta sunt,confirmare. Quæ est igitur uia facultatis? oportet enim inde initium sumere. Vna quidem communis illa omnibus ueteribus,familiaris breuiloquentia: Altera uerò peculiaris illa Hippocratis animi altitudo. Monstratum enim nobis est quàm grauis sit sæpenumero hic uir,ut qui ea,quæ alijs medicis nota sunt,prætereat,uelut quæ à nemine eorum qui artem ingenue exercent ignorari queant: quæ uerò talibus ignota sunt, omnia diligenter simulq́ue perspicue exponat. Si uerò hic ipsi mos est,quod mirum est ambiguam,ac obscuram apud plerosque differentiam difficilis respirationis,eam uidelicet quæ sit iuxta magnitudinem & raritatem,tum per alia scripta demonstrare conatum esse, ut quæ desipientiæ propria sit, tum in prænotionum libro manifestaria doctrina dignam censuisse: uerùm differentias densitatis, ut quæ medicis ignotæ esse non queant, una summa comprehensas breuibus indicasse? In pleuritide enim & peripneumonijs,anginisque,& orthopnœis, densus & paruus fit spiritus: Et si pleuritis non sit,solus autem dolor circa costas extet,densus & paruus fit spiritus: quemadmodum etiam si circa os uentris, aut stomachum, aut splenis caput,aut hepatis gibbam partem. D Nam & in his locis si quis sit dolor,necessarium est paruum & densum fieri spiritum, & multo magis si sit circa septum transuersum,& partem eius quæ coniungitur & cohæret peritonæo, itemq́ue musculos illic circunsitos. Atqui etiam si non istic solum,sed longe inferius peritonæũ fuerit affectum,& offensam ipsius percipiat septum transuersum,itidem paruum ac densum spiritum efficit. Quin & uentris ipsius maiores affectiones,quæ cum dolore fiunt & tumore: splenis item ac hepatis infernæ partes: non minus densum, ac paruum efficiunt spiritum. Et in uniuersum,siue tumor quis sit premens ac coarctans quodcũque tandem respiratorium organum, siue dolor circa quamcunque partem,sic appropinquantem respiratorijs organis, ut ipsis motis simul moueatur: densus ac paruus erit spiritus. Reliquas porrò horum causas in primo libro recensuimus. Quemadmodum sanè & ꝙ caliditate multa in respiratorijs organis coaceruata, densus & magnus spiritus fiet: id quod fermè omni die,in omnibus exurentibus febribus apparet, ut neminẽ latere possit. Etenim ꝙ inflãmationẽ præter naturã,phlogosin Græcis dictã,nõ Hippocrates solum,sed omnes ferè alij,qui ante Erasistratum fuerunt,phlegmonẽ nominarint,non à nobis tñ,sed ab oĩbus Hippocratis expositoribus est ostẽsum. His itaq; sic stantibus, amplius mirũ est,prædictas ambas differentias Hippocratem una summa ostendere,ubi ait: Spiritus dẽsus existens dolorem aut inflammationem significat in locis super septum transuersum. tanquã sanè nos intelligere possimus, ꝙ cum paruitate dolorem significet,cũ magnitudinem uerò inflãmationẽ. Apponit autẽ rationabiliter in locis super septũ trãsuersum,siue respiratorijs,tãq̃ immodice

in Prog. com.1. t.14 4. 194 h

modicæ caliditatis partium infra ſeptum tranſuerſum,reſpirationem in magnitudinem ac den E
ſitatem eleuare non queant.

Ex aliquot locis Hip. monſtratur ipſum declaraſſe ſpiritus denſi coniugationes. CAP. 6.

ATque uia quidem inuentionis quæſitorũ circa primas differentias hæc eſt. Verùm demon-
ſtrationẽ etiã quandam ad ſermonem apponere neceſſarium eſt. Nunc.n.ꝗ non impoſſibi
le eſt, hanc ſententiam Hippocratem uſurpaſſe, oſtenſum eſt. Monſtrabitur autem conſequen-
ter, ꝗ penitus hoc modo habet. Cur.n.tãdẽ in utriuſq; morborũ populariũ libris ſecũdo ac ſex-
to, has duas ſpirandi difficultatis differentias primas omnium diſtinguere reperit? priorem qui
dem paruum & denſum ſpiritum, alterum uerò denſum & magnum: in propoſito autem præno
tionum libro ipſa ignorare uidetur, ſupra hoc ꝗ poſtea ſtatim ſcribat, rarum & magnũ? Rarum
igitur & magnum ſpiritum nouit, denſum verò & paruum ignorat? Et ſanè etiam ſi quiſquã eo
rum, quibus animus in peiorem partem inclinat, dicere queat, ꝗ quinam ſit denſus ac paruus ſpi
ritus, cognoſcere quidem Hippocrates potuerit: quæ uerò ſit affectio, quæ ipſum efficiat, nõ po
tuerit cognoſcere: at certe cum dicat, Denſus ſpiritus dolorem ſignificat, aut inflammationẽ in
locis ſuper ſeptum tranſuerſum: palam fit ꝗ & affectiones ſcribat, & neutram relinquat. Immo
& eundẽ ordinẽ oſtendit, quem ẽt in duobus morborum popularium libris fecit. Perſpicuũ ita- F
que eſt, ꝗ dẽſo & paruo dolorẽ, denſo uerò & magno inflammationẽ coniũgat. Neq; enim dice
re licet, ꝗ in popularium quidem morborum libris duobus, parui & denſi, & magni ac dẽſi ſpi-
ritus, mentionem fecit, in alijs uerò nuſquam: Nam & in illis ipſis ſępe, & in libro de diæta ſeu
uictu in morbis acutis, quẽ etiã de ptiſana inſcribunt, ſtatim in principio libri, nõ tãtum huiuſ-
modi difficilis ſpirationis ſpeciem palàm nominat, ſed & ipſam affectionem in qua fit, & modũ
ipſius, iuxta quem lædere ſolet. Atqui nullus eorum, qui ex contentionis ſtudio multos Hippo-
cratis libros uelut non genuinos reſcindunt, hunc librum detruncare, ac Hippocrati auferre au
ſus eſt. Equidem, ꝙ in fine ſunt poſt balnei uſum, pleriq; tollunt: quæ uerò euſq; hñr, omnes cõ
ſeruant. Si igitur non ſolum in hoc libro monſtrabimus, ſed ẽt in alijs ſimiliter inuenitur, ꝗ tũ
differentias, tum affectiones denſi ſpũs cognoſcat, ꝙd adhuc deeſſe uidebitur ad demonſtratio
nem? Si uerò etiam in ipſo prænotionum libro paulo inferius inueniri poteſt, ꝗ & differentias
non ignoret, & affectiones ipſas ſciat, nõne credas adhuc amplius id quod propoſitum eſt ſatis
eſſe demonſtratum? At uerò ꝗ hæc ita habeãt, neq; mentiamur, ex ipſis uerbis uidere licet. Inci
piam aũt a libro De uictu in morbis acutis. In hoc libro ſtatim in principio, de morbis circa pul
de uict. rat. in mor. acu. com. 1 t. 32. 7. 113. f monem, ac thoracem uerba faciens, hoc modo ait: ‖Quibuſcunq;.n.cibus ſtatim concluſus eſt, G
ſi quis non ſubeuacuatis ſorbitionem præbeat, dolorem præſentem utiq; exacerbauerit, & non „
præſentem ſtatim induxerit, & ſpũs denſior reddetur. Malus autem hic eſt, reſiccat.n. pulmonẽ: „
& ilia, ac pectinem, & ſeptum tranſuerſum dolore fatigat. In hoc ſermone primum quidem, ꝗ
propter dolorem denſus fit ſpiritus oſtendit, nobis opinor relinquens meditandum generatio-
nis modum, quem in primo horum commentariorum me diſſoluiſſe manifeſte puto. Quemad-
modum.n. dolentibus cruribus, multum progredi nequimus: eodem modo, ubi quoddam orga
num ex ijs, quæ in reſpirationibus mouentur, doluerit, parum reſpirare cogimur, & citius deſi-
ſtere cupimus. Quando.n. ſimul cum temporis reſpirationis longitudine extenditur dolor, qui
citius cohibet motum reſpiratoriorũ organorum, citius dolore liberatur: uerum quãto citius,
quàm oportuit cohibetur, tanto ipſum animal defectuoſius inſpiratione participauit. Quemad
modum igitur ſi quis pauciores cibos, quàm ex uſu ſit accipiat, hic cito aliorum ciborum opus
habebit: ſic ſi quis minus quàm ex uſu eſt inſpirauerit, hic citius inſpiratione indigebit, & in
hoc ſpiritum ipſum denſari continget. Quo enim tempore inter actiones medio organa reſpira
tionis ceſſantia requierunt, eo ipſo nunc requieſcere animal ipſis non permittit: tanquam enim
ſingulas reſpirationes defectuoſe reſpirans, ſemper etiam magis propè ad ſuffocationem acce- H
dit. Huius autem ipſius affectionis timore citius reſpirare urgetur, & reſpirationis organa citi'
quàm oportet mouet, non permittens ipſis quieſcere, in quantum quieſcebat, quando ſecundũ
naturam habebant. Quando igitur Hippocrates ob dolorem, ſpiritum denſiorem fieri dicit, ui-
detur autem per mediam paruitatem denſitas ipſa generari, omnibus ſanè manifeſtũ eſt, quòd
etiam paruitatem nouit. Quis enim tertium à primo noſſe queat, ſi medium ignoret, & præſer-
tim ſi ipſum tertio generationis cauſa exiſtat? Et ſanè paululum progreſſus, ipſis ſuis proprijs
Ibidem t. 18. 114. c uerbis aperte, paruitatem dẽſitatis cauſam eſſe tradit, ſic ſcribens: ‖Etenim ipſum ſputum intra „
retentum prohibet quidem ſpiritum intra ferri, cogit autem cito extra ferri. Hic alteram rurſus „
cauſam docet generationis denſi ſpiritus: appellaui autem ipſam in ſuperioribus ſermonibus re
Ibidem. ſpiratoriorum organorum coarctationem. Quod igitur in dolore nobis intelligendum relinque
bat, hoc ipſum hic ipſe expoſuit: Quid eſt autem hoc ipſum? ‖Multo, inquit, ſputo circa arterias, „
pulmonis videlicet, contento, & ſpiritus ipſius regionem præocupante, ſpiritus circa inſpiratio- „
nis actionem intra accedere prohibetur. Num igitur aliud quid eſt, quàm parua inſpiratio id „
quod nunc dicitur? Non certe, ſi quidem iuxta copiam ſubſtantiæ quæ inſpiratur, magnitu-
dinem reſpirationis metiri oportet, uelut in primo libro eſt demonſtratum: uerum ſi ob aliam

quandam

A quandam causam cogi spiritum cito extrà ferri†dicit, q̃ ob inspirationis paruitatem. Nõ est ãt
ꝙ hoc dicamus,ꝫcũ ipsa dictionis series sic habeat: Etenim ipsum sputum intrà retentum prohi
bet quidem spiritum intrà ferri,cogit aũt cito extrà ferri.Propterea enim ꝙ latione spiritus ad
interna priuatũ est animal,quiescere nõ permittit, vt quod de suffocatione periclitet̃ , & in hoc
densus spiritus generatur.Neque enim conuenit ipsas nominum syllabas audire uelle, cùm in-
tegri sermones perspicue dicãtur,neque aliud quiddam esse putare, cito ad expirationẽ cõcita
ri,quàm dense respirare:& aliud quiddam,prohiberi inspirationem sufficienter fieri, q̃ paruam
esse respirationem. Verùm hic quidẽ ipse Hippocrates manifeste exposuit,quomodo in deten-
to sputo densus fit spiritus,per mediam paruitatẽ:in dolore uerò reliquit,ut opinor , ꝓpterea ꝙ
multis locis ipse dixerit,actiones organorum à dolore impediri,cum possimus nos,etiam si ex il
lo nõ audiamus,ex manifeste apparentibus inuenire.Supra hoc igitur ꝙ ambo hæc nos manife
ste in hoc sermone docet,ꝙ & dolor,& locorum coarctatio,paruam efficentia respirationẽ,sta-
tim ẽt dẽsam reddũt:amplius & hoc edocet,ꝙ nõ hæ solũ sunt densi spiritus causæ.Primum qui
dem in eo quod dicit,Dictum est aũt sic in dolore:hoc ipsum manifestum facit,ꝙ ob aliã causã
spiritus iam densus existat,densiorem fieri dicens ob dolorem,tãq̃ ut opinor & hic nos ratioci-
B nari possimus,febrilem caliditatem ipsum omnino dẽsum efficere . Secũdo ãt in eo quod dicit,
quòd à dẽso & multo spiritu uelut iã dictum est,sputum crudo modo uiscosum redditum, ascen
sum & exitum fieri prohibet:Densi enim spiritus dolor causa est:multi autem non hic,sed calor
febrilis.Cæterùm hic ualde sapienter,non magni spiritus dixit,sed multi.Magnus enim quanti-
tate circa singulas respirationes iudicat̃:multũ uerò possibile est aliqñ ex multis paruis coacer-
uari.Et apparet sanè hoc manifeste fieri in pleuriticis,q̃ magnũ quidem spiritũ semel ducere ob
dolorem non possunt, quamuis pluri aere ob febrẽ opus habeant:ob continuitatem uero actio
nis,æqualem multitudinẽ spiritus magnis respiratiõibus coaceruant:quòd enim paucæ magnę,
hoc multæ paruæ possunt.Eodem modo & in peripneumonicis multo quidem spiritu opus est,
uerum ob locorum coarctationem parum inspiratur.Etiam hic igitur densitas multas paruas re
spirationes efficiens,ad æqualitatem cum paucis & magnis redigit.

Nomina ipsa difficilium respirationum,& magni & densi spiritus coniugationes, aliquot librorum Hippocratis locis explicari. CAP. 6.

NVm igitur indigebimus adhuc inquisitione syllabarum ipsorum nominum,in hoc libro cõ
scriptarum sic consequẽter de parua & magna respiratione,nõ cõtẽti rebus ipsis adeo ma
nifeste ostensis?Atqui hoc non erat quæsitum,an Hippocrates paruę ac magnæ respirationis no
C men noscat reperitur.n.tum in morborum populariũ libris scriptũ,tũ rursus in ꝓnotionũ libro,
“ ubi inquit:‖Magnus spiritus & per multum tp̃s desipiẽtiã significat.uerũ an duplicẽ nouerit den
“ sum spiritum,& alterum ipsorũ à dolore fieri dicat,alterũ à caliditate multa in respiratorijs orga
nis coaceruata.Quando igitur hæc mõstrata sunt , superuacaneum est adhuc audire desiderare
nominum syllabas.Quandoquidẽ & secundũ hunc ipsum,quẽ in prænotionibus dixit sermonẽ
de desipiẽtia,cuipiã dicere licet,nõ rarũ, & magnũ dictũ esse spũm,qui ipsam desipientiam indi
cet; & dictionẽ proferre hoc mõ habentem: spũs magnus & per multum tp̃s desipientiã signifi-
cat.tanq̃ sanè nõ idem sit,aut rarum dicere,aut per multũ tp̃s,aut ꝙ nos nũc nomina uenemur,
& non res ipsas quæramus . Cæterum qñ sanè quidam in tm̃ ad rem adsequendam rudes sunt ,
ut ẽt ipsa noĩa audire uelint,reuocabimus ẽt ipsis in memoriã duas quasdam dictiones,ex ipso
de uictu in morbis acutis libro sic habentes:ᴬ‖Spiritus offendens in sursum latione densus , aut
magnus.Hic quidem habes,siquidem desideras,nomẽ ipsum,magnus:rursus aũt ẽt paruus , ubi
“ ait:ᴮ‖Et spiritus paruus,& reuulsio spiritus dẽsa,ac uiolenta accedit.Rursum aũt in ipso præno-
tionum libro,ᶜ‖difficulter ferre morbum inquit,& spũm magnum,ac densum esse . Hunc quidẽ
“ igitur palam ipso noĩe prolato,magnum & densum scripsit.Paruum uerò,& densum rursus ĩ ser
mone de angina,ubi ait ᴰ:‖Plurimumq; dolorem exhibent,& orthopnœam, hoc est rectam spi-
D rationẽ.Quòd.n.in orthopnœis paruus,& dẽsus fiat spũs ob coarctationẽ respirationis organo
rum,haud scio an quisq̃ ignoret.Atqui etiam si talia ab ipso Hippocrate discere uelimus,ĩ libro
“ quidẽ de uictu in morbis acutis,in uerbis,q̃ paulo ante adscripsi,docuit nos,qũo paruus,& dẽ-
sus spũs fiat,iuxta sputorum cohibitionem.In libro uerò de articulis statim in principio sermo
nis de spina dorsi enarrans luxationes in posteriorem partem , in locis supra septum transuersũ
ex tumoribus,aut morbis factas,hoc mõ ait(opinor.n.præstabilius esse,ut totus sermo ipsi⁹ ad-
“ scribatur:)‖Quibus supra septum transuersum fuerit in posteriorem partem luxatio,his & costę
“ nõ uolunt in latitudinẽ augeri,sed in anteriorem partẽ:& pectus acutum fit,sed non latũ:ipsiq;
“ difficulter spirantes fiunt,&*stertorosi,minorem.n.amplitudinem habent uentriculi spũm susci
“ pientes,& emittentes.Nam & cogunt̃ circa magnum uentriculum,collum hẽre in anteriorem
“ partem luxatum,ut ne pronum sit ipsis caput.Coarctationem igitur multam faucibus hoc exhi
“ bet:cui accedit,ꝙ ad internam partem repit: nam & rectis natura difficilem respirationem hoc
“ os exhibet,si intro repat,donec repressum fuerit.Ob hanc igit̃ rem huiusmodi homines eminen
“ tis gutturis magis apparent , q̃ sani:tuberculosiq; ut plurimum tales circa pulmonem sunt,

ex

†Calaber. dicat aliquis, q̃ ob paruitatem inspirationis, neq; hoc ẽt est dicendum.

in prog. com. 1. t. 24 4. 194. h

A de uict. rat. in mor. acu. com. 2 c. 44 7. 122. f

B de uict. rat. in mor. acu. cõ. 4 t. 33. 34. 7. 139 b

C 10 prog. cõ. 2. t. 56 4. 201. g

D Ibidem. cõ. 3. t. 16. 209. a

de Artic. cõ. 3. 2. 7. 7. 169.

* ἀσθμώδεες.

ex duris tuberculis, ac crudis. Etenim occaſio luxationis in poſteriorem partem, & diſtētio, plu E
rimis ob eiuſmodi* collectiones fiunt, q̄bus ſane uicini nerui cōicauerint. In hoc toto ſermone
luxationē in poſteriorē partem, ob tubercula in pulmone cruda, & dura fieri dicit: difficultatē
uero reſpirationis ob coarctationē locorum: appellauit aūt hmōi ipſius dīam* ſtertoroſam. At
uerò in libro de uictu in morbis acutis, qn̄ eorum, quibus in paruitatem, & denſitatem reſpira-
tio uertitur meminit, ēt hoc ipſum orthopnœæ nomēn appoſuit, & *ſtertere ipſos dixit. Quare
ēt cum in libro prænotionum de angina narrans dixit, Plurimumq́; dolorem exhibēt, & ortho
pnœam: non aliam quandam difficilis reſpirationis ſpeciem, q̄ paruam, & denſam, ſic appella-
uit. Oēs.n. qui ob coarctationem non ſufficienter inſpirare poſſunt, de ſuffocatione periclitanſ,
ſi decumbant: & ob hoc tum thoracem totum, tum collum, rectum habere eos oportet, utpote
cum non paruum auxilium ipſis ex hmōi figura accedat. Ampliora.n. ſimulq́; longiora omnia re
ſpirationis organa fiunt, partim quidem per rectam figuram in directum extenta, partim uerò
minus in ſeſe concidere prohibita, & impedita. Manifeſtum eſt autem ēt ipſum Hippocratē, ſic
ut nos nunc dicimus, de ipſis ſtatuere, ac pronuciare per hæc uerba, ex libro de articulis iam an
te relata: Ipſiq́; difficulter ſpirātes fiunt, & ſtertoroſi. Minorem.n. amplitudinem habent uentri
culi ſpiritum ſuſcipientes, & emittentes. Omnibus igitur qui ob coarctationem locorum, ſeu F
organorum difficulter reſpirant, etiam paruus fit ſpiritus, & ex neceſſitate ſequuntur duo ſym-
promata, ſiue acceſſoria, ſtertoroſa uidelicet reſpirationis ſpecies, quæ ſane, & ῥέγχειν appellaſ,
& paulo ante dicta orthopnœa, ſiue ſpiratio recta. Et ſanè uelut de induſtria ipſa diſſecans, alte-
rum in prænotionum libro ſcribit, pernicioſis anginis ipſum adeſſe dicens, alterum uerò ī libro
de articulis: in prænotionum quidē libro, orthopnœam, in libro uerò de articulis, ſtertoroſam
reſpirationem. Porrò in libro de uictu in morbis acutis, ambo in idē coegit Hippocrates, ſic ſcri
bens: Partim uerò ab orthopnœa, & ſtertore ſuffocati. Quod.n. ī libro de articulis κέγχον, illud
hoc in loco ῥέγχος nominauit. Vtitur aūt, & alibi in ſuis ſcriptis utriſq; nominibus uelut idē indi
care potentibus. Qn̄quidem igitur adeo diligenter in libro, de uictu in acutis morbis, de oī denſi
ſpūs generatione enarrauit, nihil mirum eſt ſi caput tm̄, & ſummam totius ſermonis in præno-
tionum libro conſcripſit. Quòd uero oīa exacte tradiderit de ſpiritu denſo, nihil amplius op⁹ ha
beo pluribus oſtendere, uerum ubi hoc ſolum in memoriā reduxero, ꝙ aut ob dolorem, aut lo-
corum coarctationem, aut caliditatis multitudinem, denſus fit ſpiritus, deinceps totum ſermo-
nē ipſius Hippocratis adſcribam hoc mō habentem: Quibuſcunq;.n. cibus ſtatim concluſus ē,
ſi quis nō ſubeuacuatis ſorbitionem præbeat, dolorem pręſentem uriq; exarcebauerit, & nō p̄- G
ſentē ſtatim induxerit, & ſpiritus denſior reddetur. Malus āt hic eſt, reſiccat enim pulmonem: &
ilia, ac pectinem, ac ſeptum tranſuerſum dolore fatigat. At uerò ampli⁹ dolore lateris cōtinēter
exiſtente, & ad calfactoria nō remittente, ac ſputo non exeunte, ſed & crudo ac uiſcoſo permanē
te, ſi quis dolorem non ſoluat aut aluum emolliendo, aut uenam ſecando, uirū tādem ex his cō
tulerit, uerum ptiſanas ſic habentibus exhibeat, horū repentina mors continget. Ob has igitur
cauſas, atq; alias huiuſmodi adhuc amplius ij, qui tota ptiſana utuntur, ſeptimo die aut āt citius
moriuntur: partim quidē mente moti, partim uerò ab orthopnœa ac ſtertore ſuffocati. Tales ue
rò ueteres ſyderatos eſſe putabant, ob hoc maxime, nō minus āt ꝙ & mortuorū latus liuidū re-
perif, ſimilitudine quadā ad plagam. Cuius rei cauſa eſt, ꝙ ante ſolutum dolorē moriunſ: cito.n.
anheloſi fiunt. A denſo uerò ac multo ſpiritu, uelut iam dictum eſt, ſputum crudo modo uiſcoſū
redditum aſcēſum & exitum fieri prohibet, ſed ſtertorē facit, in cartilaginoſis pulmonis partib⁹
detentum: & cū ad hoc res ipſa peruenerit, mortale plurimū exiſtit. Etenim ipſum ſputum intra
retentum prohibet quidem ſpiritum intrà ferri, cogit āt cito extrà ferri, atq; ſic ad perniciē mu-
tuo ſeſe affligunt. Sputum enim retentū, ſpiritū denſum facit: ſpiritus uero denſus, uiſcoſum ſpu
tum facit, ac lubricum fieri & elabi impedit. Si quis hāc dictionem diligenti animaduerſione in H
animum adſumat, ipſamq́; ſæpe relegat, ſpero equidē facile eū perſuaſum iri ex his, q̄ dicta ſunt.
Quòd enim non magna ſapientia indigeat denſi ſpiritus in ſuas differentias ſectio, & ꝙ ipſam p-
fecte in hoc libro antea conſcripſerat, ob id ſane in prænotionibus ualde breuiter perſtrinxit,
tanquam qui iam ad ſcientes rem omnem uelut compendium quoddam ſermonis faciat.

Paruum & rarum ſpiritum, frigidamq́. & calidam reſpirationem, omiſſa ab Hippocrate non fuiſſe. CAP. 8.

TRes quidem igitur iam nobis coniugationes difficilium reſpirationum inuentæ ſunt. Deeſt
autem adhuc quarta, in qua paruus & rarus fit ſpiritus. Cur igitur tandem ipſa relicta, frigi-
dam expirationem ſcripſit? An quòd non alia eſt parua ſimulq́; rara, alia uerò frigida? Manife-
ſtum autem hoc eſt. Contrariam enim ipſi magnam & denſam, ex immoderato calore in reſpira
torijs organis coaceruato generari demonſtrauimus. Neceſſariò igitur parua & rara his ipſis or
ganis perfrigeratis erit. Et ſanè duo nobis dubia ſoluta ſunt, uempè quòd neq; quarta difficilis
reſpirationis coniugatio, parua videlicet & rara, relicta ſit, neque item calida. Calidā enim in al-
tera denſi ſpiritus parte, quæ à principio relata eſt, comprehenſam habebimus, eadem eſt enim
cum denſa & magna: raram uerò & paruam in frigida, nam rara & parua à frigida nihil differt.

Cur

* contorsiones
• κεϱχνώδη.
de uict. rat. in mor. acu. com. 1 t. 34. 7. 114. a
• ῥέγχειν.
in prog. cō 3. t. 16. 4 209. a
de articu. cō. 3. t. 7. 7 269. c
de uict. rat. in mor. acu cō. 1. t. 34. 7. 114 a
de articul. cō. 3 t. 7. 7. 269. c
Ibidem t. 32. uſque ad 36. 113. l. h & 114. a b c

A Cur igitur tandem non raram & paruam,fed frigidam ipfam fcripfit?primum quidem quod ab euidentiore fymptomate ipfam oftendere uoluit,deinde quò oftenderet caufam,ob quā ipsā ꝑniciofam dicit,& tertiò,ꝗ fic ꝙ cellerrime nos intellecturos effe fufpicatus eft, eadē hanc nihil à rara & parua differre,& contrariam ipfi calidam nihil differre à denfa & magna. Frigid⁹ enim fpiritus oīno rarus eft & paruus,uelut etiam in fecundo oftenfum eft libro. Denfum āt & magnum,eū qui inflammationem refpiratoriorum organorum indicat,haudquaquā quis dixerit, nifi etiam calidus effletur.At uero & in eo,quod apponit ad folum frigidum fpiritū,ꝗ ualdè iam perniciofus eft,manifeftè oftendit quam fententiam de prioribus tribus refpirādi difficultatib⁹ habeat.Siquidē.n.& ex illis aliquam perniciofam putaffet,omnino utiq; adfcripfiffet.Nū igitur extra periculum ipfas effe opinatus eft?nequaquā,fed non quidem perniciofas,non tn̄ extra periculum.Perfrigerari.n.refpiratorijs organis palàm perniciofum eft,cum iftic fanè cor fitum fit, quod principiū & fontē infiti caloris effe fcimus.Verū inflāmationē multā eē in ipfis,aut dolorem,aut defipientiam,non omnino perniciofum eft.Eiufmodi.n.caliditas in multis acutis febribus coincidit.Quot autē,& quibus morbis dolor adfit,prædictum eft.At uerò & ipfa defipientia nō neceffariò perniciofa eft.Quòd uerò ita de ipfis fentiat,manifeftè oftendit pe confequen

B tē dictionē ubi inquit.‖Facilem uerò fpirationē ualdè magnam uim ad falutem habere putādū eft in oībus acutis morbis,qui cum febribus funt,& in quadraginta diebus iudicantur.Si.n.magnam uim ad falutem habere putauit facilem fpirationem certè extra periculū femper nō difficiles fpirationes opinatus eft:quare aliæ quidem omnes refpirādi difficultates hoc folū habēt, ꝗ non extra periculum fint:poftrema autē omnium relata,fupra hoc ꝗ & periculofa eft & ꝑniciofa,non procul à morte hominem effe annunciat:ob id igitur non fimpliciter ꝑniciofam ipsā effe dixi,fed etiam,ualde,appofuit.Et neq; hoc rurfus cōtētus,intulit. Iam, tanquā propinquā mortem fola hæc fpirandi difficultas annunciet.Adeo.n.perniciofa eft,ut mihi uideatur,ꝗ neq; quicquam de ipfa fcripfiffet Hippocrates,nifi omnem modū de refpirandi difficultatibus recenfere uoluiffet.Quæ.n.iam morientibus fiunt, ea nullum magnum momentum prænotionibus habent.Eft autem bonorum medicorum opus,non quæ idiotis iam apparēt præfagire, fed ꝙ ipfos latent,& cum nihil mali æger habere putetur,apparent.Verùm cum omnes ex ordine difficilis fpirationis fpecies fcribere uellet,uidetur mihi etiam huius meminiffe, & amplius adhuc propter magnæ & denfæ oppofitionem.Hæc igitur tandem hic finem habeant. in prog. com. 1. t.25.4 194. h

Cur in prænotionum libro inæqualis refpiratio & plurima,quæ ad prædicendum faciunt,ab Hippocrate omittantur. CAP. 9.

C CVr igitur nihil in prænotionū libro de difficultate refpirationis inæquali fcripfit? quamuis cognofcat ipfam non folum in fecundo & fexto morborum popularium, fed etiā in primo ac tertio,& amplius in libro De uictu in morbis acutis,& aphorifmis,& alijs multis fcriptorum fuorū locis.In fecundo:& fexto morborum popularium, iuxta præfcriptam dictionē meminit ipfius,ubi ait.ᵃ‖Dupla intrà reuocatio uelut fuper infpirantibus.Et amplius in fecundo morborū populariū,ubi enarrat ꝙ Lyciç acciderūt,ᵇ‖Spiritus intrà duplicabatur,adfcripfit.Hoc.n.nihil differt ab eo quod dixit,dupla intrà reuocatio uelut fuperfpirantibus.In fexto uerò, ᶜ Si uerò fpiritus intus relinquatur,ait.Nam & hoc idem eft cū eo quod in libro De victu in acutis dixit.ᵈ‖Spiritus offendens in furfum ratione.Quemadmodū.n.quidam infpirātes nō femel hoc faciūt,fed ꝑ ceffationē ipfam actionē diffecant,fimiliter,ut pueri eiulātes:fic ēt expirātes. Quin & in his,quæ in eodem libro poft fermonem de balneis habentur, fpirituum ꝓtenfiones dixit, actionem diffectam oftendens.In primo uerò morborum populariū in Philifco, hoc modo ait. ᵉ‖Huic fpiritus,ad finē uelut reuocato. Similiter.n.ut,dupla intrà reuocatio,etiam hic dictū eft, reuocato.Rurfus autē in Dromadæ uxore:Spiritus rarus,magnus,ftatim reuulfus,inquit. Nam & hoc fimiliter dictum eft.In aphorifmis uerò etiā quid fignificet huiufmodi fpiritus edocet,fic

D fcribens.ᶠ‖In febribus fpiritus offendens malus:conuulfionem enim fignificat.Secundum rationem igitur in morborum popularium loco paulo ante citato,Dromadæ uxorem conuulsā mot tuā effe dicit,in qua prædixerat.Spiritum magnum,rarum,ftatim reuulfum. Vbi fanè & maximè mirari licet,quomodo utraque difficilis fpirationis fpecies,propriam ipfius affectionē indicauit.Non enim folū conuulfa eft hæc muliercula,fed etiam delirauit, ut quæ non folum ꝓpriā conuulfionibus fpirandi difficultatem haberet,fed etiam eā,quæ eft defipientiæ. Quare ꝗ hanc inæqualem refpirationis difficultatem Hippocrates nouerit,manifefte eft demōftratum. Quòd uerò etiam in prænotionum libro eam rationabiliter reliquerit,uelut etiā multa prænotionis figna,confequentet fuerit dicendum:ubi prius in fumma eius mentionē fecerimus,ꝗ neq; de fignis circa ætates,aut regiones,aut horas,aut populares conftitutiones, in prænotionū libro ꝗc quam fcripfit:& quidem integro libro de aere,locis,& aquis ab ipfo fcripto,& in aphorifmis his omnibus in compendio relatis:Immo neque de urinarum iudicijs,quæcunq; ī aphorifmis fcripfit,in prænotionibus recenfuit:& neq; quæcunq;ad mulieres ꝑtinent in aphorifmis fcripta,ad librum prænotionum transtulit:quāquā & hæc,& alia multa in aphorifmis relacta,prænotoriæ medicinæ partis exiftāt,uelut ipfe fuis ipfi⁹ uerbis indicat.In eo enim qđ dicit.‖Si uerò borealis

A 2.Epi.fect.3. circa medium. Et 6.Epid cō.2. t.10.3.162.d

B 2.Epi. fec.2. paulo poft medium.

C 6.Epi. cō.2.t. 17.3.163.c

D de uict.rat.in mor acu.com.2 t.44 7.122.f

E 1.epi.c.3.t.18 3.121.b

F 4 aph.68.ext. ord.34.g

3.apho.5.ext.ordi.20.c

fuerit,tuſſes,fauces,alui duræ,emittendæ urinæ difficultates,horrores,laterum dolores, & pe- E
3.aph 6.ext.ord.10.e ctoris,qñ hic præualuerit,talia in morbis expectare oportet.Et in eo,quod ait.|Cũ æſtas fit ueri ſimilis,ſudores in febribus multos expectare oportet:manifeſtum ſeipſum facit,ꝙ talia pręnotoriæ artis partis eſſe iudicet.Expectare.n.& ſperare ac timere,& oĩa huiuſcemodi uerba, præ-
3 Apho.1.Extr.ord.34.h notionis propria ſunt.Et ſanè ẽt in eo,qđ dicit.|Siqdem hyems ſqualida,& borealis fuerit,uer ãt pluuioſum,& auſtrinũ,neceſſe ẽ æſtate febres acutas,& lippitudines,& dyſenterias fieri: ma
4.apho. 69.ext.ord. 34 h nifeſte hoc idem indicat.Et multò ſanè magis,cum de urinis ſcribit in hunc modum.|Quib⁹ vrinæ craſſæ,grumoſæ,paucæ,nõ ſine febribus,multitudo ueniens ex his tenuis prodeſt: maxime
4.apho. 70. ext.ord 35.a uerò tales ueniunt,quibus a principio,aut breui,ſedimen ineſt.Et rurſus.|Quibus urinæ cõturbatæ uelut iumentis,his capitis dolores,aut adſunt,aut aderũt.Et rurſus.Qui in ſeptima die iu-
4.apho. 71.ext.ord.35.c dicantur,his nubeculam babet urina in quarta die rubram,& alia iuxta rõnem. Similiter uerò, & quæ ueſicæ,ac renum affectiones indicant,in aphoriſmis ſcripta ſunt, in prænotionum uerò libro relicta,itemq́ne alia omnino multa,quemadmodum & hmõi. |Morbis quibuſcunque in-
4.apho. 22. ext.ord. 29.f cipientibus,ſi bilis atra,aut ſurſum,aut infra ſubierit,mortale.|Dyſenteria ſi a bile atra incipiat mortale.|Quibus in febribus ſanguinis multitudo undecunq; eruperit, his in refectionibus al-
4.apho. 24. ext.ord 29 h ui humectantur. Eiuſmodi itaq;,& alia multa in aphoriſmis ſcripta inuenire licet,ipſius pnotoriæ artis partis exiſtentia. Cur igitur nihil horum in pnotionum libro recenſuit?Propterea ſanè F
4.apho. 27.ext.ord.30.c ꝙ de acutis morbis in illo docere ꝓpoſuit,uelut ipſe tũ in principio,tũ in fine libri dixit.In principio quidẽ ubi ait:|Conſiderare ãt ſic oportet in acutis morbis.In fine uerò ubi hæc uerba ad
A in prog. cõ.1 t.5 4 190 g ſcripſit.|Hæc uero de acutis morbis dico,& his,ꝗ ex ipſis naſcũtur.Qui uero ſint, ꝗ ex ipſis naſcuntur,ipſe Hippoc.rurſus in eodem libro recenſet.|Hydropes ex acutis morbis nati oẽs ma
B in eodẽ. com. 3.t.36.4 211.d li.Et rurſus.|Facilẽ uero ſpirationẽ ualde magnam uim ad ſalutẽ hẽre putandũ eſt in oĩbus acutis morbis,ꝗ cũ febribus ſunt,& in quadraginta diebus iudicahẽ.Nã,& hic acutorũ ex tranſmutatione mentionẽ facit,uelut in libris de iudicialibus diebus demonſtrauimus.Quin,& in alijs
C in eodẽ cõ.2.t.1.197.e multis locis eius libri ſignificauit,ꝙ aut de acutis morbis,aut de his,ꝗ ex ipſis naſcuntur,ſermonem faciat.Velut ẽt hoc loco.|Sudores optimi ꝗdem ſunt in acutis morbis oĩbus,qui in dieb⁹
D in eodẽ. cõ. 1. t.25.154.h iudicialibus fiunt.Et quid multis uerbis opus eſt:cum ipſe manifeſte in illo libro oſidat,ꝙ multa prænotoria ſigna uolens relinquat,alicubi quidem ſic dicens.|Ne decipiat autem te, ſi ipſa
E in eodẽ. cõ. 1 t.26.195.c ueſica aliquem morbum habens,eiuſmodi quandam urinam reddat.Non.n.totius,ſed ipſius ſecundũ ſe ipſam ſignum eſt.Nec uerò apponit ſigna ea in pnotionũ libro, ſed in aphoriſmis ipſa
F in eodẽ. cõ. 2. t.37 201.d ſcribit.Rurſus autem ſic ait.|Oportet autem & impetum morborum populariũ citò aĩaduertere,& tpis conſtitutionem non ignorare:nec tñ de hoc ꝗcquam in pnotionum libro nos doces. G
G in eodẽ. cõ.3. t.38 212.a Propoſitum.n.eſt ipſi,ut dixi,ſolum ea, ꝗ acutorum morborum propria ſunt recenſere : ꝗ uero diuturnis propria ſunt,omnia relinquere . Quare rationabiliter etiam inæqualem reſpirationis difficultatem,ex alio morborum genere exiſtentem,hic reliquit.Si etenim conuulſis reſpirato-
† Calaber,& proinde nõ magis acutorum, quàm chronicorum propria utique:cum & ſine febre fiant ſpaſmi. rijs organis fit,fuerit utiq;,& diuturnorum morborum comes hic affectus,† & hac ſane ratione nulli,ſiue acuto,ſiue diuturno proprius.Fuerit autem utiq;,& eorum,ꝗ citra febrem fiũt, uelut etiam conuulſiones. Verum ipſi propoſitum eſt in prænotionibus,de his,ꝗ propriè acuti nominantur,facere ſermonem.Sunt autem tales,qui omnino cum febribus continuis fiunt,uelut ipſe in libro De uictu acutorum oſtendit ſic ſcribens.Sunt itaq; hi acuti,quales ueteres nominauerunt, pleuritin,& peripneumoniam,& phrenitin,& cauſon,ſiue febrem æſtuantem:& alij ꝗcũque his cõſimiles,quorum febres omnino ſunt continuæ. Nequaquam igr̃ conuulſiones huius morborum generis ſunt,unde neq; propriam ipſorum reſpirationis difficultatem ſimul cum his recenſuit,quẽadmodum,neq; de urinis,aut egeſtionibus,aut alijs oĩb⁹,ꝗ in aphoriſmis ſcripſit, propterea,ꝙ acutorum morborum propria non erant.Cur uero neq; de talibus difficilis reſpirationis ſpeciebus in pnotionibus docuerit,in ꝗbus,aut ſola inſpiratio, aut ſola expiratio eſt magna,ſuperuacaneum puto nunc explicare,ut ꝗ manifeſte in primo horum commẽrarlorum demonſtrauerim,ꝙ ad has quinq; difficilis reſpirationis differentias,de quibus nũc dicere deſino, oẽs reliquæ commode reduci poſſunt.Neq;.n.aut uelocis,aut tardæ reſpirationis in prænotionum libro mentionem fecit,iuxta eandem rationem:oſtendimus.n.ꝙ omnes aliæ differentiæ ĩ prædictis contineantur.Quare Hippocrates utrunq; ipſorum recte feciſſe uidetur,in morbis ꝗdem popularibus diuiſionem in omnes particulares ſpirandi difficultates ponens,in prænotionibus uerò,& aphoriſmis,quantum uſui erat commodum,ac neceſſarium. H

Locus explicatur ſecundi, & ſexti libri,de uulgaribus morbis de longa, & breui reſpiratione. CAP. 10.

QVando igitur hæc nobis iam ſufficienter ſunt demonſtrata,reliquum fuerit ſane adhuc, etiam alios reſtantes ſermones ex omnibus ipſius ſcriptis exponere,initio rurſus a ſecundo & ſexto morborum populatium ſumpto.In utriſque enim his libris,conſequenter ad primam omnium relatam dictionem : in qua omnes difficilis reſpirationis differentias docet,
2. Epid.ſec.3.& 6 Epid.cõ.2.t.10.3.161.d hoc modo ſcriptum eſt.|Sanatorium continuarum oſcitationum ſpiratio longa,in abhorrentibus a potu,& uix bibentibus,ſpiratio breuis.Quòd ſane hic per longam ſpirationem,ſpiritus ꝑ

longum

A longum tempus factus, hoc est rar⁹ insuperq; magnus indicetur, in secundo libro est mõstratũ:
quemadmodũ etiam per breuem spirationem, is qui per modicum tempus fit, hoc est densus in
superq; paruus. Sanatorium igit̃ aut signum, aut causam continuarũ oscitationum, fieri magnũ
& rarum spiritum, utrunque sanè monstrari potest: signum quidem, ut affectionis in contrariũ
mutatæ: causam uero, ꝙ cõtrariorum contraria sint remedia. Oscitant enim & cum hiatu disten
duntur continenter, ob uaporosum quendam & crassum spiritum in musculoso genere cõtẽtũ,
uelut in alijs locis est ostensum. Quibus uero hoc contingit, statim etiam continenter expirant,
utpote cum in expirationibus eiusmodi spiritus expurgetur, & euacuet̃. Si uero quis nõ ita con
tinuè, sed ꝑ lõgũ tẽpus expirationes faciat, manifestum est ꝙ ꝑexistentes in ipso affectiones cess
sarunt: atque ita signum sanatorium oscitationis longa spiratio erit. Atqui longam spirationẽ
etiam uelut causam sanantem continuas oscitationes intelligere licet, atque hoc ipsum nõ lõgo
sermone mihi indigere uidetur. Respirationem enim ad plurimum tempus cohibere, qđ ipsum
spiritus detentio nominatur, qua ratione singultus sanat, eadem etiã oscitationes sanabit. Equi
dem faciunt hoc etiam in exercitijs omnes Athletæ, per uim expellere conãtes quicquid, siue
humorum, siue uaporum, tenuibus circa cutem meatibus detinetur. Ob hæc igitur spiratio lõga
B continuarum oscitationum, aut signum, aut causa medicatoria existit. Cæterùm, in abhorẽtib⁹
à potu & uix bibẽtibus spiratio breuis, hoc ipsũ sanè nõ ita manifestè, sed ᵃ*cõiecturaliter dictũ A *συμβολικώ-τερον.
est. An uidelicet phreniticos ab ipso nũc indicari putandum sit, propterea quòd alio loco dixitᵇ
" ‖Phrenitici paucibibi, strepitus facilè sentientes, tremuli, ᶜ†atque hoc magis quàm‡quibus par- B 1. Prorrhe.cõ. 2.t.16.4.165 g
" tes circa pulmonem & cor perfrigeratæ sunt, ut simul & per longum tempus respirent, & frigi-
" dum expirent. Breuis enim spiratio utrisque inducta sanatorium signum est: in perfrigeratis ue
rò non solũ signum, sed ẽt causa. Quemadmodum.n. spiritus detentio superflua euacuare potest C †Calaber an magis eos.
& ob id hanc in singultientibus, & multum oscitantibus, & cum hiatu se distendent bus, & cõ
tinuè se exercitantibus, assumimus: sic continens respiratio uentilare simul & excalfacere per-
frigerata poterit. Iuxta hãc igit̃ rationẽ etiã in secundo morborum popularium cõsuluit, diligẽ-
tiam adhibendam esse, ut excandescentia inducarur, & coloris reparãdi, & sanguinis in uasa sub
ter cuticulam colligendi gratia, tanquã sanè & excandescentia innatum calorẽ excitare queat.
At uerò quòd densiorem oĩno reddat respirationem ipsa animi excandescentia, nemo ignorat.
Assumemus igitur ipsam in persrigeratis, & decoloratis, ac gracilibus, ex quibusdã interuallis,
& tẽpotibus opportunis: non sanè ita continẽter, ut ualde facultatẽ offendamus, sed uelut excr
C citationes innatum calorem corroborantes, non immoderatas facere iubemus, sed tũ opportu
nè, tũ moderatè assumimus, sic etiã breuẽ spirationẽ, siue ꝑ se, siue cum excadescentia procura
mus, non sine opportunitate & modo assumemus. Porrò hic diligenter animaduertere ad sermo
nẽ ipsum oportet, & nõ putare eandẽ affectionẽ esse cũ ea, quæ nunc à nobis ostenditur, eam
" quã in prænotionum libro recensuit: de qua dixit, ‖Spiritus frigidus ex naribus & ore prodiens
" ualdè iã perniciosus est. In acutis enim morbis, de quibus in illo libro sermonem facit, huiusmo In Prog. cõ. 1.t. 24.4.194.
di spirandi difficultas mortem portẽdit: in alijs uerò morbis qui citra febrem consistunt, frigidi
tas totũ animalis habitũ apprehendit, & accidit quidẽ neque his extra periculum, nõ tamẽ pe-
nitus perniciosa. Ex his autẽ est & strangulatio uteri appellata, & omnino omnes apnœæ, i. spiri
tus interceptiones, quæ mulieribus quidẽ assiduè, & præsertim uiduis accidunt, rarò autem ali-
quando & uiris. In huiusmodi enim oĩbus affectionibus præ multitudine materiæ frigidæ inna
ta caliditas grauatur, ad similitudinem flammæ, quæ præ multis humidis lignis suffocatur. Qua-
re ẽt accidere quandoque possibile est hanc, ubi materiam exuperauerit: in quibus autem con-
sumpta materia, necessario etiam ipsa simul extinguitur, quemadmodũ in ijs, qui in acutis mor-
bis sic expirant, nulla spes salntis relinquitur. Horum itaq; meminisse oportet, & amplius, ꝙ in
D interceptionibus spiritus, omnem respirationem perfectè perijsse, neq; suspicari possibile est, ne
que sic habere apparet, si quis quod contingit diligenter consideret. Minimus autem simulq́; per
longissimum tempus ipsis fit spiritus, atque hac ratione plerosque latet, ac fallit: uerum si quis
diligenter animaduertat, aut etiam digitum quempiam naribus ægri admoueat, percipiet vtiq;
respirationem. Quòd si quis etiam præ naribus pilum, aut tenuem lanam suspendat diligenter,
ac probe concerptam, uidebit, ꝙ etiam hæc ipsa moueantur. In huiusmodi sanè affectionib⁹ spi
ratio breuis, hoc est motus respiratoriorum organorum per breue tempus, quem uidelicet etiã
densum spiriutm appellamus, causa simulq́; signum sanatorium existit. Iuxta eandem uerò rõ-
nem continuarum oscitationum, non solum respiratio per lõgum tempus, hoc est rara, signum
simulq́; causa sanatoria existit, sed etiam magna. Vocatur.n. hæc & in secundo libro spiratio lõ-
ga. Primario etenim ea, quæ per longum tempus fit, hoc est rara, hoc nomen possidet: secunda-
riò uerò etiam magna. Atque de is quidem sic habet.

*Loca enarrantur, ubi Hippocrates de anheloso, de duplicato, de sublimi, de sub-
denso, ac de alys spiritibus, mentionem fecit.* *CAP. 11.*

APponamus porrò, & alia uniuersa ab ipso de spirandi difficultate conscripta. In secundo
equidem morborum popularium, in Antigenis uxore præfatus, quòd anhelosa fuerit ante

2. Epi. sect. 2 circa medium. partum, post hæc infert.||Postea simul cum partu pus reuomuit.Quare & hoc cum his quæ à no- E
bis demonstrata sunt, cõsentit: anhelosi enim sunt, qui densum spiritum habẽt, & simul thoracẽ
multum distendunt. Contingit autem hoc, aliquando quidem in affectionibus multa inspiratio
ne indigẽtibus, & profectò etiã à cursu, aut aliàs quomodocunque uehementi exercitatione fa
cta, eiusmodi spiritus accidit, & omnibus ardẽtibus febribus. Fit etiam, ut monstratum est, quã
do obturatio, aut comprehensio, aut coarctatio quædam in respiratorijs organis existit. Tale
uerò quiddã apparet accidisse etiam Antigenis uxori, quemadmodũ pus indicauit. Huius qui-
dem primæ in secundo morborum popularium spirandi difficultatis meminit. Post hanc uerò
Ibidem. eius quæ Lyciæ accidit, de qua uelut antea dixi, scripsit.||Spiritus intrà duplicabatur, nõ tñ ma-
gnus, atque hoc secundum rationem. Affectum enim erat in ipsa neruosum organorum genus,
ut etiam absoluta urinarum suppressio fieret, & ob hoc sanè duplicatus spiritus fiebat. Cur autẽ
Ibidem. non magnus? An quòd erat perfrigerata?||Contegebatur itaque, inquit. Monstratum est autem
quòd hac uoce in pfrigeratis iuxta innatum calorem utatur. Consequẽter uerò & de anginosis
Ibidem. tunc factis differens sic scribit.||Spiritus his non ualde sublimis: tanquam uidelicet ut plurimum
sublimis spiritus anginosis fiat. Sic autem uocare ipsi mos est paruũ & uelut alicui uideri possit
eo loci, usque ad fauces ingredientem, non autẽ ad thoracis profunditatem descendentẽ. Quòd F
uerò eiusmodi spiritus necessariò existat in his, qui quodcunque tandẽ respiratorium organum
dolent, antea dictum est. Quæ igitur causa est, ob quam anginosis spiritus non ualde sublimis
Ibidem. erat? An ꝙ neq; anginæ species ipsis consueto more facta erat?||Primum enim, inquit, fauces nõ
Ibidem. inflammatæ, uerùm iacentes. Deinde sic ait.||Non suffocabantur plurimi, nisi cum deglutire cu-
piebant: & omnino tota narratio de angina tunc facta illæsas permansisse ostẽdit ipsas fauces;
uerũ uicinas his partes uerticulis colli continuas affectas fuisse. Nam & ipsa uerticula luxata di
scessisse ait, partim intrà solum, partim uerò in obliqua. Cũ igitur neq; aliud aliquod respirato-
riũ organũ ipsis fuerit affectũ, neq; fauces ipsæ iuxtam propriã rationẽ, sed ob communitatem
tantum positionis ex affectionibus participantis, meritò nõ ualde sublimis ipsis spiritus erat. Et
enim si penitus nõ fuissent fauces infestatæ, nequaquã sanè spiritus sublimi: fuisset. Quando ue
rò p cõsensum ex uicinis infestabãtur, mediã prædictorum constitutionem accepit, moderatè
densatus. Deinceps porrò ab hac constitutione, alterius meminit in Perintho factæ, hoc modo
Sect. 3. 2. epi. circa principium. narrationem incipiens.||In Perinthum circa solstitium ferè æstiuum uenimus. Deinde recenset
totam morborum speciem à causo ardenti febris genere exorsam, uerùm uomitoriam factam,
& ad plurimum tempus inueteratam. Quin & quod citra uomitus, causi febres his factę sunt, &
quòd uenter ipsis multa egesserit, apposuit: ut tum ex his, tum ex alijs omnibus manifestum sit, G
eius constitutionis causam in pituitis putrescentibus factum esse, ita ut respiratoria organa illę-
sa pmãserint, itemq; ipsum os uentris: uerùm ex inferioribus partibus initium impetus sui sum
pserint ardentes febres. Merito igitur ipsis neque magnus spiritus factus est, quemadmodum his
fit, quibus in pulmone & corde febrilis caloris multitudo congregata est: paruus sanè non erat
omnino, utpote qui non dolerent, neque perfrigerati essent. Siquidem igitur paruus & sublimis
nihil diuersum significant, iuxta rationem utique sublimes spiritus ipsis factos esse dicit. nõ ta-
men ualde. Post hanc uerò constitutionem nullius deinceps difficilis respirationis Hippocrates
mẽtionẽ fecit, usq; ad illã dictionem, quam primam omnium in principio huius libri apposui,
cuius initium hoc est.|| Spiritus parui densi, magni rari. Hanc uero totam iam antea exposui. Tẽ
Ibidem. pestiuum igitur iam fuerit mentionẽm facere difficilis respirationis, ab ipso in ęgroto quodã cõ
sequenter cõscriptę, cuius nomen non expressi. Habet autem senis dictionis series hoc modo:
Ibidem. ||Spiritus subdensus, illa dolebat & respirans, & cum uerteretur. Apparet autem & hic æger testi
monium præbere ijs, quæ multoties à nobis sunt dicta. Quando enim ilia siue percordia cum rẽ
spiratorijs organis coniuncta sunt, ob id ipsum sanè dolentibus ipsis subdensus spiritus erat. At
que hæc quidem difficilis spirationis genera in secundo morborum populariũ scripsit. In quar- H
4. Epi. non lõge a principio. to uero primum meminit uxoris Nicostrati in Cranone, quæ||paruum, & densum spiritum ha-
In eodem, circa medium. buit. Deinde uxoris Antigenis||anhelosæ nõ nup factæ, sed a principio existẽtis, ut & tussiret sẽ
per: & de hac sanè nulla quæstio fuerit. Verũ de uxore Nicostrati in Cranone, ob id mihi uide-
tur paruum & densum spiritum apposuisse, quòd delirauit. Dictum enim iam sæpe est, quod cõ
trarius, hoc est rarus & magnus spiritus, delirij proprius existit. Quare quęstione omnino dignũ
est, cur hic quidem non fiebat, uerum ipsi contrarius qui dolorum proprius est, paruus uidelicet
& densus. Neque enim in narratione ęgritudinis ullius particulæ dolorem aliquem factum esse
apposuit, sed neque tumorem notabilem circa ilium, aut thoracem. Quid igitur est quod re ue-
ra illa habuit mali? Mihi equidem uidetur duplex morbi species circa hãc mulierculam à dupli
ci principio constitisse. In eo enim quòd desipuit, & collum, & os, & nasum conuulsa habuit:
*hypothesis. manifestum fit, quòd in capite causa aliqua ipsius morbi extiterit. Ex eo uerò, quòd cibus in-
trà conclusus erat usque ad decimã diem, & in urina reses eruinam speciem præ se ferebat, nõ
paruam in hepate factam esse inflammationem existimo, per quam superna affectio uicta, non
potuerit secundum seipsam respirationis speciem effingere. Dictum enim est & iam ante
sæpe

A sæpe,quòd iuxta præualentem affectionẽ ipsa difficilis respirationis species formatur. Indicat ât non minimi ipsius delirij paruitatem,& ipsa adeo senis dictio,*delirare enim ipsam dixit. Solet ât huiusmodi uerbo uti,ubi paruam læsionẽ indicare uclit:quemadmodum & hoc sæpe demonstratum est.Nil igitur miri est,cum ipsa parum quidem desipuerit, fortem uerò inflammationem circa hepar habuerit, non ipsius desipientiæ,sed inflammationi propriam respirandi difficultatem euenisse.Atque ita sanè de his habet: * παραλῆραι

Quid apud Hipp.uox pneumatodes,ac reliquis spirandi difficultatibus ex quarto & quinto lib.de uulg.morb. CAP. II.

QVid uerò cum pneumatodem aliquem factum esse dicat,intelligere oportet? Num eum quem in libro De uictu acutorum pneumatiã uocauit,ita ut pneumatodes, & pneumatias idem significent?An per uocem pneumatodes is, qui uentrem inflatus est, significatur? At uerò quis sit pneumatias,in libro De uictu acutorum ipse manifestissimè exposuit: cum prædixisset enim.|Citò pneumatiæ,hoc est anhelosi fiunt,statim cõnectens,infert.|A denso uerò, ac multo spiritu.Atque hoc sanè etiam statim in principio huius libri exposui. Cæterùm quod in quarto morborum popularium habetur,cõsiderandum est,ipsa dictione subscripta,quæ hoc mõ hẽt.|Vir metallicus ilium dextrum intentum,splen magnus,aluus intenta subdura,pneuma- de Vict. rat. in morb. acut. cõ. 1.t. 36.7.114.b

B todes,decolor.Possibile est enim utrunque,& difficulter spirantem ipsum factum esse ob iliorum affectiones,& uentrem item inflatum fuisse:multò uerò magis obscurus est,qui deinceps sequitur ægrotus,sic habens.|Temænei filius habuit quid spiritus, ut uiridantis palloris esset. Nam & huic quædam ualde mala hepatis affectio adesat, ob quam & difficulter spirare ipsum possibile erat,& uentrem item inflari.Color enim uiridantis palloris,male affecti hepatis signũ est.Porrò quod deinceps ab eo dicitur hoc modo.|Maritus Lechus apud Sitodocum, arquato morbo infestatus,ad quem septima die ingressus sum,octaua moriebatur:neque mingens neq; egerens,ilia magna & dura,& spiritus densus:nihil quæstione dignum habet. Duris enim non moderatè,& magnis ilijs factis,rationabiliter densus ipsis spiritus erat. Verum penitus obscurum est quod continenter deincepes in ipsius Lechus morbo dictum est,hoc modo.|Desinente autem febre,spiritus non est solutus.Qualem enim difficilis respirationis speciem habuerit,neque ipse manifestè indicauit,neque aliud quoddam eiusmodi symptoma scripit, ex quo quis coniecturam facere possit de affectione ipsi facta. Atqui & post hanc paululum progressus, in hunc modum nararre incipit.|Temænei pneumatodes.Potest enim difficulter spirans intelligi, Ibidem. 4 Epid.circa medium. Ibidem. Ibidem. Ibidem Ibidem, paulo infra.

C potest etiam quemadmodũ plurimi ex enarratoribus huius loci putãt,iuxta ilia inflata dici.Verùm mihi sanè uidetur melius esse,& fortassis necessarium,|in flatam iuxta ilia dici,magis quã difficulter spirantem:|paululum itaque in narratione progressus. Er quodammodo facilius spirans,inquit,tanquam,qui iam prædixisset de ipsa,ꝙ difficulter spirasset.Quòd uerò pneumatodes appellare soleat eos,quibus densus est spiritus,dictum quidem in superioribus est,sed &nũc manifestum est.Rursus.n.in peius mutabantur huius mulierculæ symptomata, & circa decimã sextam diem ipsam mortuam esse ait,densum spiritum habentem.Quin, & ꝙ post hanc conscriptus æger,etiam ipse densum spiritum habuerit ob iliorum affectionem,ipsa dictiõ manifestum facit,hoc modo habens.|Filius erat mulieris ipsius Apœmanti sororis,ilia magna, & splen, spiritus,egestio amaræ bilis.Quemadmodum.n.pneumatodes,hoc est anhelosos,aliquando uocat, eos,qui densum spiritum habent:sic quandoq; etiam simpliciter,spiritus scribit. Nihil uerò est, si magnis existentibus ilijs,spiritus densus fiebat.Nam etiam rursus progressus in ipso,denuò ĩquit.|Ilia uerò intenta erant,& sanè erat etiam tussicula modicè sicca.In uniuersum.n. ueluti diximus,quando aut tumor,aut dolor quispiam in partibus iuxta ilia constiterit, paruus,& dẽsus necessariò fit spiritus.Quare neq; hoc mirabile cuipiã uideri debet,ꝙ etiam in ijs,quæ post hæc † Alij, tamen vertunt, difficulter spirantẽ pótius, quam inflatam iuxta ilia dici. Ibidem. Ibidem.

D sequuntur,cum antea dixisset,ilium submolle:apponat pneumatodes, hoc est anhelosi non ualde. Si.n.laparon græcis uacuum,& molle,hypolaparon autem subuacuum,& submolle significat,in tñ sanè difficulter spirabunt,in quantum partes circa ilium ipsis male habuerint. Moderate itaq; ipsis affectis,moderatè difficulter spirabunt. Quemadmodum rursus inferius in eodẽ libro ubi in hunc modum scribit.|Famulæ, quam recens emptam uidi, duricies in dextris erat magna,non ualde dolorosa:rationabiliter infert,& non ualde difficulter spirans.Siquidem.n.duricies non ualde dolorosa erat,certè neq; ualde difficulter spirantem ipsam esse uerisimile erat. Sic uerò etiam in fine iam libri,de seniore narrans,atq; præfatus.|Mente motus est moderate,in tulit,non ualde difficulter spirabat. Semper enim iuxta magnitudinem causæ difficilem respirationem facientis,etiam ipsa difficilis respirationis magnitudo producitur. Verùm hæc quidem in quarto morborum popularium scripta sunt,quæ omnia iis,quæ a nobis de difficili respiratione demonstrata sunt,abunde testimonium ꝑbent. Porrò in quinto morborum popularium, decimusquartus ægrotus hoc mõscriptus est.|In Larissa Hipposthenes peripneumonia apprehensus esse medicis uidebatur:erat ât nequaquam,uerum principio luctans,in duro loco cecidit supinus,aduersario ipsi illapso,& lauatus est frigida,& cœnauit,& grauior factus esse sibi uidebatur.Sequenti ât febricitauit,& tussis apprehendit siccior,& spũs densus. Deinde paululum pro- Ibidem ultramedium. Ibidem, circa finem. 5. Epid. haud lõge a principio.

5. Epi. non lõge a principio. Ibidem. gressus,|Quando uerò tussiebat,inquit,dolebat pectus & dorsum.Nihil itaque mirũ est,sic affe- E
ctis partibus thoracis,densum spiritum factum esse.Cæterũ quod in fine sermonis habetur,|Ne »
que stertorem habuit,ad demonstrationem dictum est,q nõ fuerit peripneumonic⁹ hic homo. »
Testimonium autem præbet hoc ipsum ijs, quæ statim à principio in hoc libro à nobis dicta
de uict. rat. in mor acu.com.1 t.14 7.114.a sunt,quando hanc dictionem ex libro de uictu acutorum exposuimus:|Partim uero orthopnęa
& stertore suffocati.Nonus deinceps & tricesimus ægrotus in quinto morborum populariũ scri
5. Epi. ultra medium. ptus est,itidem & ipse densum spiritum habens,adscribam autem & hic ipsam dictionem hoc
modo habentem:|Puer à mulo percussus uentrem & hepar,mortuus est quarta die,spiritum den »
sum habuit,& non intelligebat quicquam,& febris corripuit.Non obscurum est in hoc,& peri- »
tonæum,itemq; septum transuersum,unà cum uentre,& hepate inflammata fuisse, & ob id etiã
puerum delirasse,uerùm iuxta delirium non habebat difficilis spirationis speciem,maior enim
affectio circa ilium,iuxta sese,ipsam repirationis speciem efformauit: minor uerò penitus est
scripta.Hæc quidem in quinto libro morborum popularium habentur.

Reliqua quæ de Difficultate respirationis sexto libro de uulgaribus morbis cotinentur, ijs quæ ante dicta sunt,concordare. CAP. 13.

RVrsus uerò ad sextum transgressi,cuius etiam iam antea communẽ ad secundum librum di F
ctionem exposuimus,reliquas sententias huc pertinentes recenseamus. Sunt autem ferè
omnes ex iam prædictis manifestæ.Etenim spiritum solum simpliciter scribens, in morborum
concursibus,pro difficili respiratione scribere monstratum est, ea uidelicet in qua densus spiri-
tus redditur:eundem uerò amplius densatum,asthma,id est,anhelationem in consuetudine ba
6 Epid. cõ.2.t. 27.3.163.c bet.Quare in sexto morborum popularium ubi innuit,| Si spiritus intus relinquatur,respirandi
difficultatem cum densitate intelligemus.Similiter autem & in muliercula in Cranone, in qua
6 Epid. com.3. t.9.3.171.b sic scribit:|Splen natura magnus,febris ardens,rubicunda, spiritus: prædicta difficilis spiratio-
nis species accipienda est,in qua spiritus densatur.Quemadmodum etiam in filia Agasis puella. »
6.Epid.cõ 4.t. 4.3.179.h Quòd uerò differat densus spiritus ab anhelatione,manifestè indicauit.habet autem ipsa dictio »
hoc modo:|Filia Agasis puella existens,densi spiritus erat:mulier uerò facta, ex partu non ita »
diu dolorosa existens leuiter,magnum onus sustulit,& statim quidem strepuisse circa pectus ui
debatur:sequenti uerò anhelationem habuit,& dextrum coxẽdicem doluit.Deinde consequen
Ibidem. ter,|Spuebat spumosum,inquit,ab initio autem erant florida. Equidem ex toto accessoriorum »
malorum concursu manifestum fit,quòd tuberculo in respiratorijs organis inueterato & ęgrè »
cõcoctili rupto,hæc expuerit:& q ob hæc tubercula densi spirirus fuerit.Porrò inferius in eodẽ G
libro circa constitutionem, quam hoc modo incepit:|Tusses cœperunt circa solstitiũ hybernũ. »
|Quibusdam uerò & spiritus simul sublimis fiebat,inquit.Et sane quòd sublimis spiritus est par »
6. Epid.sec.7. Ibidem infra. uus & densus,in superioribus explicauimus. Et profectò etiam anginas circa illam constitutio »
nem factas esse ait.Malè itaque sentiunt qui sublimem pro magno dictum esse putant, propte- »
rea quòd hic thoracem sublimem & eleuatum facit,ipsum plurimum distendens.Progressus au
Ibidem paulo inferius. tem paululum,|pneumatias nominat quosdam:& dictum etiam de hoc est antea,quòd aut infla
tos,aut anhelosos sic uocat.At uerò qui deinceps scribitur,Spiritus obscurus, paruus est,& pro
pterea non apparens,qualis & in interceptionibus spiritus,& in suffocatonibus uteri cõcomita
tur:atque huiusmodi quiddam uult etiam ex ipsa dictione indicare,quæ sic habet: |Et spiritus »
tabescentibus obscuri mali,& non parientibus,& quicunque alij tales ab eadem constitutione. »
Ibidem inferius Mulieres etenim non parientes,(sunt autem hæ omnino,quæ non probè purgantur) maximè à »
spiritus interceptionibus apprehenduntur,quemadmodum sanè etiam,quæ diutius maritis sũt
uiduatæ.Quare spiritus,qui non manifestè insignes sunt,neq; nobis patentes, eos obscuros ap-
pellauit.Ex his igitur progressus quispiam inueniet,& citra meam ulteriorem opem,omnia alia H
de difficili spiratione dicta,tum in genuinis,tum in spurijs Hippocrati inscriptis libris:quanquã
nos fermè omnes genuinos in hoc sermone locos recensuerimus. At uerò,quandoquidem, &
hi qui ad Thessalum filium ipsius referuntur,& qui ad Polybum generum,itidem artis Hip
pocraticæ sunt: & non procul ab his absunt ea,quæ Euryphontis esse uidenturferun
tur autem inter Hippocratica scripta: si mihi ocium contigerit aliquando ma-
ius,alium adhuc quartum adijciam librum,in quo exponam ea,quæ in re
liquis Hippocrati inscriptis libris continentur, de respiratio-
nis difficultate. Nunc uerò alijs rebus in-
stantibus,ac urgentibus,ad illa
non transibo.

GALENI LIBER DE PLENITVDINE

Victore Trincauelio interprete

ARGVMEMTVM LIBRI.

Refelluntur Empiricorum indicia, quibus plenitudinem comprehendi arbitrabantur,ac vera ratio explicatur plenitudinis intelligendæ.

Quàm confuse medici, qui Galeni tempestate vixerunt,de plenitudine locuti sint, & qui nam ipsorum à Galeno increpandi. CAP. I.

Icuti nullũ est, quod nostra tempestate in ore omnium ferè medicorũ
crebrius uersetur,q̃ plenitudinis uocabulum: ita nec aliud facile inue
nias,qđ ab illis magis ignoretur,In his.n.si qui ad exposcendã,atque
ẽt reddendam rationem idonei sunt, quum ab aliquo interrogantur,
quid tãdem ipsi plenitudinẽ appellent, respõdent eorum q̃ plures,no
men id,quemadodum et multum & parũ,ex comparatione ad alterũ
dici,proinde neq; mensura aliqua definiri posse : quod.n.cum altero
collatum multum est,hoc alterius cõparatione , non nunquã parum
C erit.Sed si mox ab illis petas , ut rem eam explicent,cuius collatione
dicatur plenitudo,eorum quiddam statim minus uocales q̃ pisces red
duntur:alij uero usq; adeo multa,& ea absurda garriunt,ut quid ipsi uelint,minime possis intel-
ligentia consequi.Reperiuntur tñ aliqui quanuis rarissimi,qui aiũt,multum,& parũ intelligi ui-
rium comparatione:ẽ quibus si rursum scisciteris,quid ipsi uires uocitent,ne respondent quidẽ
nõnulli:alij uero,si tñ aliquid pronuntiare audẽt,ita respõdent,ut alter alteri nunquã cõsentiat.
Quin & eorũ plurimi quæcunq; potius alia interpretãtur,q̃ uires.Si quis tñ inter illos reperiaẽ,
qui eousq; sapiat,ut uires dicat esse effectricẽ substantiã,aut effectricẽ causam: & mox ipsum, si
sit aliqua huiuscemodi substãtia quæ aĩal gubernet,primũ roges,& deinde ut exponat,quid tã-
dem ea sit:is ad hanc quęstionem ne respondet quidẽ,sed aut oĩno silet,aut adeo sua oratione ,
aberrat,ut q̃nq; illum tacuisse satius fuerit.Quòd si ẽ his quoq; aliquẽ eo prouectũ disciplinæ in
uenias,ut licet quænam sit uirium substantia proferre nequeat, ex functionibus tñ coniectura
saltem eas esse assequatur,is subinde interrogatus,num ea,quæ ab Asclepiade , & ab eius ẽt se-
ctatoribus,& præterea a Methodicis,de eo qđ nullæ sint uires,literis tradita sunt,unquam per-
penderit ac dissoluerit,ne nouisse quidem ipse vr̃,si aliquis unquam hac de re ab illis sermo fue
D rit habitus.Porrò,ꝙ quicunq; nullas esse uires contendunt,negẽt illarum comparatione pleni-
tudinẽ intelligi,aut consistere posse,satis cõspicuum est:quippe quũ fieri nequeat,ut plenitudo,
ex collatione ad eam rem aut intelligatur,aut constituatur , quæ nusquam consistat. Credunt
siquidem hi ex sola uasorum capacitate haberi , quòd aliquid multũ aut parũ esse dicaẽ:immo
q̃nq; ne nominant quidẽ inter initia plenitudinẽ,nec aliquã ab ipsa euacuationis indicationem
depromũt,sed a sola cõstipatione(eã græcè στέγνωσιν dicunt)quã nec oẽs deinde(ut alibi mõstra
uimus)eodẽ mõ exponũt.Est sanè & alius quidã tertius chorus,qui neq; nouit si aliqua sit facul
tas nec'ne,atq; ẽt se id alioqui ꝑquirere nõ ꝓfiteẽ:utpote qđ sibi ex signis q̃busdã manifesto cir
ca ægrotãtes existẽtibus,lõga experiẽtia obseruatis,inuẽtã fuisse euacuãdi rõnẽ asserãt:q̃ mox
interrogati,q̃nã ea signa sint,uasorũ inquiũt distẽtionẽ,ruborẽ,grauitatẽ uniuersi corporis , pi-
gritiã ad motũ,mẽbrorũq; tẽtionẽ:addidere p̃terea ex ipsis nõ nulli lassitudinis, & cuiusdã qua
si ulcerosi affectus sẽsum,& priorẽ uitã in otiũ,& copiosiorib⁹ alimẽtis trãsactã,suppressasq; so
litas uacuationes.Nimirũ in hac syndrome(sic.n.illi symptomatum cõuẽtum appellant)obser-
uatum esse aiunt,cõferre,si uena seceẽ.Isti igiẽ nõ a seipsis mõ,sed a q̃buscunq; ẽt alijs mortali-
b⁹,auferunt rõnẽ:ꝓfitenẽ siquidẽ ex experiẽtia oĩa reperiri.Alij uero(ut mõ a nobis dictum ẽ)
rõnẽ sibi quidẽ p̃ter ea ex usu esse aiunt:eorum tñ quidã nullas oĩno esse uires: quidã eas sanè
esse uolunt,sed nolunt illarũ substãtiã cognosci:ut tãdẽ rarissimi sint,q̃ uel ꝙ uires sint, uel q̃nã

demũ carũ ſit ſubſtantia ꝓnũciare audeãt: immo neq; ij eundẽ numerũ, uel eandẽ carũ ꝓferant E
ſubſtantiã. Quin & illorũ, qui nobis cõmẽtaria reliquere, alij facillime ſe expediunt, de unica sẽ
per, quæ animal gubernat differentes, nullãq; ad id rationẽ unquã afferũt: alij uerò demõſtratio
nem quidẽ adducere conanẽ, ſed mox contendunt non eſſe eas plures q̃; unam. Quicunq; ergo
ſtatuerit in corpore laborãtis cõſiſtere plenitudinem: neceſſum habet, ut à medicis, qui Empiri
ci, quiq; Methodici dicuntur deſciſcat, atq; dicat plenitudinem, aut uaſa reſpicere aut uires.

Aduerſus eos qui plenitudinem, aut ſola grauitate, aut uaſorum tenſione metiebantur. CAP. 2.

QVare nos quoq; diſputationẽ cum empiricis ac methodicis differamus, & ad eos noſtram
conuertamus orationem, qui ſe artẽ aiũt ratione pertractare. Sunt tamẽ in his, qui hoc no
ſtro æuo florent, quidam uſq; adeo audaces, ut à ſectis ſibi nomina imponãt, qui tamen, ne
nouere quidẽ quid ad eas attineat. Hos igiẽ ſæpe audias, quũ ęgrotantes adeunt, dicẽtes, plenus
hic homo eſt, & proinde uena illi ſecãda: qui ubi de ratione aliqua ſit habita mẽtio, ſtatim ſe uel
methodicos eſſe uel empiricos aiũt. At nos (ut modo diximus) eos aggrediamur, q̃ analogiſmo
utuntur, primumq; cum illis differamus, qui ex ipſis tantum modo uiribus plenitudinẽ metiũẽ:
quippe hi uidentur nunquã utres uel culeos ꝑter modũ repletos uidiſſe, nec ſe etiã plus, q̃; par
eſſet, unquam impleuiſſe cibo, ita ut inde uentriculus diſtenderetẽ, neq; uel in ueſica lotiũ copio F
ſius, q̃ ipſius ratio exigeret, uel in alno ſtercus cõgeſſiſſe. In huiuſcemodi etenim corporis ſtati-
bus omnibus, eorũ inſtrumentorũ unumquodq; ita aperte diſtenditur, ut niſi cito, qđ ſuperfluũ
eſt, excernaẽ: homini nõ parũ afferat moleſtiæ. Verũ enimuero, neq; res eũdẽ ſenſũ excitat quũ
grauis eſt, uel quũ morder, uel quũ alia aliqua qualitate infeſta eſt, quæ nulla exprimi oratione
poſſit. Vnde ſæpe uulgares hoc ipſum abſq; ulla ex dogmate quopiã pertinacia interpretãtes au
dimus: qui ſe nõ nunquã ex cibis, quos moderatè etiã ingeſſere, premi, & grauari, nõ nũquã ne-
ro morderi, & erodi affirmãt, ſæpe, dũ id qđ ipſis accidit exacte narrare neſciũt, ſe faſtidio quo-
dam teneri aiunt: nã neq; iſtorũ ſenſus, in hominibus cũ eo, q̃ uẽtriculo pręnimia ciborũ copia
intento atq; etiam diſtento oboritur, idẽ eſt. In his ſiquidẽ ſtatibus, ſe periculum ſubire aiũt, ne
rumpatur uẽtriculus, quippe quẽ nos etiã diſtẽtũ uidemus: ſicuti cõtractũ, quũ ſe grauari dicũt.
Nec ſecus ꝑterea ueſicæ euenit, in qua alia nimirũ affectio eſt, quũ illa humoris plurimũ: alia ue
ro quũ eius parũ continet, quũq; grauatur: dũ.n. ex plenitudine diſtenta eſt, facile uideas pluri-
mũ illius excrementi excerni: ubi uero grauatur, pauciſſimũ quidẽ, frequentiſſime tñ, utpote q̃
neq; tãdiu, donec repleatur, expectare poſſit: ſed continuo qđ noxiũ eſt eijcere cupit, quẽadmo
dũ, & quũ a mordaci illius, qualitate ſtimulaẽ, aſſidua quippe tũc quoq; fit excretio. Nimirũ ubi G
illa e re contenta, quaſi quodã grauaẽ onere: haud quis, & ſi non diſtendatur illius tunica, recte
hoc dicat: nampe q illa male quidẽ ſe hẽt, attamen id quod eã aggrauat, minime multũ eſt. Por-
rò hæc ita aiunt illi, qui in hac opinione primarij ſunt, quibus alij aduerſantur qui cõtra ſentiũt.
Nos uerò ex utriſq; ſciſcitabimur, nũ eadẽ moleſtia, qua ueſica afficitur, quũ ſic eſt undequaq;
diſtẽta, ut diſruptionis periculũ imminere uideatur, nec amplius id, quo referta eſt, ſuſtinere poſ
ſit: & quũ ſentit aliquid ſibi eſſe oneri, aut mordicare. Illi, nanq; qui uaſorũ amplitudine ſemper
plenitudinẽ exiſtimant, rurſus hac ẽt parte his ſatis prõpte aſſentiunt, at qui ex ipſius uiribus: ſe
ad has interrogationes difficiles reddũt, nec nõ & uarijs ſubiraſcuntur modis, ſuiq; deq; his ob-
ſiſtere conãtes, qui nequaquã admittere hãc quoq; eſſe plenitudinẽ uelint. Nos ergo cupientes
iſtorũ cõtẽtiones dirimere, utroſq; ad concordiã inuitauimus: & illos qui nolunt unq̃ plenitudi
nẽ dici ex rei cõtinẽtis capacitate: quib⁹ cũ ẽt primũ diſputationẽ inſtitueramus, hortati ſumus
ut memores, q mẽbra, dũ nimis repleta diſtenduntẽ, dolent: ueritati tandẽ aquieſcant. Eos ãt qui
hac tñ rõne plenitudinẽ cõſiſtere putãt: ut cõcedant id, qđ graue eſt alicui, eſſe ẽt illi, dũ graua
tur, multũ, atq; rurſus ẽt utroſq; monitos uolumus, q ipſi his aduerſanẽ, quæ liquido apparent:
priuatim uero illis, qui ad ipſas tãtũmodo uires plenitudinẽ intelligi dicũt, tũ peritonæũ ꝑ cibo H
rũ copia rũpi aut dilatari: tũ uero exterius idipſum utres ac ueſicas pati oſtẽdemus, immo & do
lia, quũ plena fuerint re flatuoſa, aut alioqui uiolenta. Sed & hoc ex illis percũtabimur. Nũ hi q
ſanguinẽ è pulmune, rupto uaſe aliquo reijciũt, citra tñ ictũ aliquẽ, aut caſũ, aut externã aliã hu
iuſcemodi occaſionẽ, uideanẽ illis in eũ affectũ ob nimiã, q̃ ſupra modũ uas diſtẽderit, plenitudi
nẽ incidiſſe: Seorſum ãt, & alios cõmouebimus, nõ poſſe puſillũ infantẽ onus aliqđ ferre, qđ iu
uenis boni habitus uel facillime geſtabit: leuiſſimũ quippe id erit adoleſcẽti, qđ infanti (ut ego
quidẽ arbitror) futurũ eſt grauiſſimũ. Nũ igiẽ id qđ quis nequit portare, nõ appellabimus onus:
uel id qđ ita graue eſt non appellabimus multum? uel onus quidem appellabimus, graueq;, mul
tum ãt nequaquã? Sed ſi ſic, non erit amplius de re, ſed potius de uocabulis cõtentio. Alioqui.n.
ne homo quidem ille habendus eſſet, qui nũquam ſe grauari diceret, quamuis illi, uel uiginti ta-
lenta humeris imponas. Ac ijs quidem, qui temperanter ſe gerere uolũt, & hæc ſatis ſint: nihil ue
ro unquam inuenias, quod illis ſatisfacere poſſit, qui ſeruili cupiam dogmati ſe addixere.

Quotuplex ſit plenitudo, ac de ui contentrice aduerſus Stoicos & Herophileos. CAP. 3.

QVapropter illos miſſos faciam⁹, imo (ſi uerũ fari op⁹ ſit) eos a nobis faceſſere iubeam⁹: īge
nuos uero, & ueritatis amicos alloquamur. Itaq; ſubiecim⁹ duas eſſe tũ notiones, tũ relatio

nes

A nes multitudinis: alterã ad robur uiresq; illius q defert: alterã ad ei⁹ q suscipit capacitatẽ. Itaq;
hæc ipsa supponamus, & subinde, q̃ sint uniuersæ animantis uires, atq; ẽt, q̃uo plenitudo, q̃ secũ
dũ earũ unãquanq; consistere põt, & curãda & agnoscẽda sit, ꝑscrutemur. insuꝑ uerò quot sint
eorũ humorũ species, qui uel uires aggrauẽt, uel, ab ipsis uasis sustineri nequeãt. In his nanque
operæ pretium est diligẽtẽ & eximiũ medicũ versari, nõ ãt in cõtẽnendis euidẽtibus rebus, q̃
cuiuslibet demõstrationis initia sunt. Sed nihil forrtasse mirũ est, si hoc ipsum ab istis ignorẽt,
q nũquã de demõstratione aliqd uel q̃sierint, uel inuenerint, uel didicerint, aut exercitationem
aliquã ei adhibuerint. Vñ adeo inepti sũt, ut si qs eorũ his cõmẽtarijs occurrerit: statim speret
me primũ ea oĩa in hoc opere demõstrasse, q̃ cũ oĩno nouisse opus sit, qui exactè de plenitudine
disquirere instituerit, & se subinde ẽt cuiuscũq; plenitudinis tã cognoscẽdæ, q̃ curãdæ rõnẽ in
uẽturũ: ignarus, ꝙ si res vsq; adeo magnæ eã haberent naturã, ut possent vnico opere mõstrari:
utiq; ars nequaquã lõga foret. Iã ãt nos ĩ ijs libris, quos de Platonis Hippocratisq; decretis edi-
dimus, satis mõstrauimus, ꝙ alia ea uis sit, q̃ in uenis cõsistit, & alia ea, q̃ in arterijs aut in neruis:
ubi ẽt id docuimus, ꝙ cor quasi fons & origo facultatis arteriarũ sit: neruorũ ãt, cerebrũ: ut ue-
narũ, iecur. At in libro de Elemẽtis iuxta Hippoc. ostẽdimus substãtiã eorũ oĩum, q̃ generationi
& ĩteritui obnoxia sũt, a quatuor qualitatibus immutari ꝑ totã: humore, inquã, & siccitate, ca-
B loreq; & frigore, & ex harũ certa quadã tꝑatura, oĩum corporũ substãtiã, & ꝓinde ẽt uitiũ ea-
rũ, q̃ corpus nostrũ gubernãt, cõstare: qppe q̃ nõ sit nisi ipsi⁹ tꝑamẽti q̃dã ꝓprietas: qđ a nobis
& in libro De naturalib⁹ facultatib⁹ monstratũ est, & seorsum in alio quodã cõmẽtario: in pluri
bus uerò, ac uarijs alijs libris nos sæpissime signa cognoscẽdæ plenitudinis, q̃ ad ea uera gña at-
tinet, & deinde ẽt uniuscuiusq; eorũ sigillatim, q̃ in illis utrisq; gñib⁹ cõprehẽsa sunt, explicaui-
mus. Vtrũq; ãt dixi, id inquã qđ uiriũ cõparatione æstimaĩ, & id, qđ illius cõparatione, qđ uo-
cãt, ἔγχυμα quasi infusũ dixeris: sic. n. ipsi appellãt id plenitudinis genus, qđ ex loci cõtinẽtis ca-
pacitate mẽsuraĩ. Id uerò nõ mõ in animãtibus reperiĩ: uerũ nihilo minus ĩ reb⁹ quoque inani-
mis, quẽadmodũ ĩ uestibus, uineulis, pellibus, uasisq; tũ fictilib⁹, & æneis, tũ ferreis, tũ uerò in oĩ
bus alijs q̃ uel ex ære, uel ex argẽto, uel ẽt ex stãno cõficiunĩ: rũpunĩ siquidẽ hæc oĩa quũ multa
replenĩ flatuosa substãtia. Nisi qs fortasse sit, q uelit asserere, huiusce generis plenitudinem uim
cõtẽtricẽ respicere, oblit⁹ sentẽtiæ illius, cuius inter initia, quãtũ ad uiriũ nomẽ spectat, nos me
minimus, ubi dixim⁹, uim esse cãm effectricẽ; quã siue δραστικὴν græcę dixeris, siue ποιητικὴν, nihil
hoc referre puto, sicuti neq; aduersabimur, si qs non effectricẽ cãm, sed substãtiã ipsã facultatẽ
dicere uoluerit: qa id tñ in hoc sermone seruari uolum⁹, uim esse effectricẽ tãtũmodo, nõ autẽ
C materialẽ, aut patibilẽ, dicas mõ ut lubet, uel cãm, uel substãtiã. Etenim si hoc seruauerimus, cõ
stabit ꝑfecto ꝙ uis sit eã alicuius actionis, quã mox necesse est esse motũ ab agente in id qđ pa-
tiĩ: sicuti & affectus, q in patiẽte est, motus erit ab agẽte in rẽ patiẽtẽ. Vñ uires suã quidẽ ex al-
terius cõparatione notionẽ hñt: esse uerò ex relatione ad alterũ. Quòd ãt quippiã in seipsũ aut
agat, aut aliqd efficiat: omnẽ mẽtis captũ excedit, sicuti ẽt ꝙ se ipsũ aliqd cõtineat. Nã Stoici,
q quã maxime cõtẽtricẽ uim introducere nixi sunt, posuere alterũ esse id, qđ cõtinet, alterũ ue
rò qđ cõtineĩ. Spirituosam etenim substãtiã, id qđ cõtinet; materialẽ, quod continetur, esse no-
lunt. Et proinde aerẽ, & ignem continere autumant: contineri ãt aquam, & terram. Nonnulli ta
men, qui se Herophileos appellari uolunt, ne somniantes qdem hæc unquàm intellexere: & tñ
de contentrice ui subinde pronunciare audẽt. Nimirum fatentur se ignorare si sit aer, aut ignis,
aut utrunq; id, quod lapides, ligna, cæteraq; huiusce generis contineat: id tñ affirmant, ꝙ omni-
no aliqua uis sit, quæ hæc oĩa contineat: dilaberentur etenim, ac diffluerẽt, nisi aliquid esset, qđ
ea contineret, & compesceret. Qui mox interrogati, num huiuscemodi proloquio, oĩa inquã re
continente egere, ipsi in suis sermonibus vti audeãt, uel ne: idipsum prõpte statim affirmãt, inter
rogationiq; assentiuntur. Sed si deinde ad aliquod absurdum deducantur: id oẽ in ea reiiciũt, q̃
D a nobis afferuntur: qn & cõtra eos, q ipsos sic interrogarunt, indignãtur, perinde ac si & impor
tuni nimis sint, & sophistæ. Is. n. mos inter medicos hac ipsa tẽpestate in primis inualuit: ut de de
cretis maximis audacter statuant. quum uerò redarguunĩ, moleste ferant, eos, à quibus fuerint,
redarguti, sophistas appellantes: at nos, qua rõne in absurda inducendi sint illi, qui posuerint rẽ
quamlibet aliqua egere cã, a qua contineatur, iam exponemus. Cã contentrix, quæcunq; illa sit
(nam Herophilei se illam ignorare fatenĩ,) aut res quæpiam erit, uel nihil prorsus. Si dixerint il-
lam nihil esse: admirabilis sanè est hæc uirorũ sapientia, qui uelint rem unãquamq; eo egere, ut
cõsistat, qđ nihil prorsus sit. Sed si cãm contentricẽ in rebus ponant: id statim meminerint, ꝙ ip
si primũ affirmarunt, rem quãlibet, ut sit, eã contentrice egere. Quo deinde fit, ut sit necesse, & il
lam cãm altera egere cã, ex qua cõsistat, & mox hanc ẽt quapiã altera, ut res tandẽ sit in infini-
tũ abitura. Quòd si dixerint rerũ alias qdẽ aliqua alia cã, ut sint, egere: alias uerò ex seipsis hoc
habere, primum quidẽ sciuerint ipsi, se nõ amplius decretũ id seruare, qđ inter initia statuere,
qđq; uerissimũ esse prædicabant, rẽ nimirum unamquãq;, ut esse hẽat, indigere cõtentrice cau-
sa. Mox uerò, quod illis lõgissima opus sit oratione, ut explicent cur hæc ea egeant, illa uerò sec⁹
ac deinde quodnã sit, id quod uel his, uel illis annumerandum sit. Nam non mõ multi ex Hero-
phileis, sed & ex Stoicis iuniores, nullam afferunt demonstrationem, ad ostendendũ, ꝙ spũs, &

ignis & ſeſe,& alia ẽt cõtineãt:terra uerò & aqua alio cõtinẽte indigeãt. Primo etenim aſpectu E
qđ durũ ẽrenitẽsq; & dẽſum,potius cõtinere uideri poſſet:cõtra uerò,qđ molle cedens rarũq;
ẽ,altero indigere,a quo cõtinerẽ.Hi tñ nõ ſolũ nulla allata huiuſce rei demſatione,ſuo decreto
fidẽ hẽri uolunt:uerũ nec animaduertũt ſe ea ſtatuere,q̃ ipſa ſecũ pugnẽt. Illa ſiqdem maxime
uolũt uim cõtinẽdi hẽre,q̃ tenuiſſima,& molliſſima ſunt,acrẽ inquã & ignẽ,& hæc eadẽ ṗterea
in cã eſſe cur tũ aqua,tũ terra dura ſolidaq; ſint,quaſi poſſit qdpiã alteri eã aut uim,aut naturã,
aut actionẽ,aut qualitatẽ impartiri,cuius ipſũ ſit ex ṗs.Nos ẽt a ṗte uidem⁹,ita nihil ab igne cõ
tineri,ut magis ab eo oĩa diſſoluãẽ.Quũ uero cõtra Stoicorũ ſuppoſitionẽ aliàs pleni⁹ diſſerue-
rim⁹,ad Herophileos redeam⁹:ut tñ hic ẽt nobis ſatis fore putem⁹,ſi teſtemur,ꝙ ille qdẽ q ſectæ
eorũ author extitit,cõtra q̃ par eſſet,ſe geſſit:qppe q ĩ multis,ubi ĩ prõptu ſũt demſones,dubi⁹
fuit:ea uerò ipſe promulgauit,qbus nulla poterat afferri demſo, q̃q; nõ niſi falſo ſtatui poterãt.

Quibus in partibus prompta ſit,uel difficilis,plenitudinis facultatem grauantis dignotio. CAP. 4.

QVare his quoq; relictis,vñ diuertim⁹ redeam⁹,& dicamus, ꝙ quotieſcũq; ṗ multitudine ali
qd nimis diſtẽdiẽ,aut diſrũpiẽ,affect⁹ is ad cõtinẽtia uaſa ꝑtinet, non aũt ad aliquas uires:
quũ uero grauaẽ,ad ſenſitricẽ facultatẽ.Nã neq; id ipſũ oĩno ad uires oẽs ſpectat: natu
rales.n.uires ab hoc affectu grauari nimirũ alienæ ſũt.Itaq; ſi recte a nobis ĩ cõmẽtarijs De natu F
ralibus facultatib⁹ demſatũ ẽ,inter eas unã eſſe,q̃ ea attrahat,q̃ ſibi idonea ſint, alterã uero , q̃
hæc ipſa alteret,tertiã,q̃ cõtineat,quartã,q̃ eorũ expultrix eſt,q̃ aliena ſũt, alia ſũt ingrẽda in-
dicia ad cognoſcẽdã plenitudinẽ ṗ unaquaq; ex his uirib⁹ : nã neq; grauitas ĩ his ſufficere põt.
Imbecillis ſiqdẽ uẽtricul⁹ ui ſenſitrice maxima ṗdit⁹ ẽ, qua ea ſentit,q̃ grauia ſibi ſunt : arteriæ
uerò,atq; uenæ ſenſũ retinẽt,ſed aliũ.In neruis quoq; an eiuſdẽ gñis ſenſus reperiaẽ, uel cuiuſ-
piã alteri⁹,lõgiore ad id exponẽdũ,& illi fidẽ faciẽdã egeret orõne.Porrò qbus ſignis ſciẽter cõ
prehẽdi poſſit arteriarũ plenitudo,q̃ ex collõne ad earũ uires cõſlat:in cõmẽtarijs de pulſib⁹ ex
poſuimus.Horũ quoq; oĩum ignari ſũt ij,q ita facile quotidie nomẽ plenitudinis ĩ ore hñt.Ve-
narũ uerò,nec ego ſignũ aliqđ unquã,quo id ex ſcĩa hẽri poſſit,neq; ab alio quopiã literis man-
datũ reperire potui:nã neq; qſpiã nobis prior de ipſis uirib⁹ ſciẽter diſſeruit.Sanè Philipp⁹, atq;
ẽt Archigenes earũ cõtẽplationẽ parum ꝑ attigere,ſed eorũ nemo rẽ ipſã abſoluit: rõ attñ huiu
ſce pñtis ſermonis expoſcere vẽ,vt nõ mõ hæc ipſa diſqranẽ, uerũ ẽt ut de plenitudine agaẽ , q̃
ſigillatim quaſcũq; particulas occupat:iecur inquã,corq;,& renes,& craſſum inteſtinũ,& cere-
brũ,& ṗterea oſſa.Horũ itaq; q̃cũq;,uel parũ ſentiũt,uel oĩno ſenſus ſunt ex ꝑtia , nequaq̃ parẽ
cũ uẽtriculo,aut ueſica excremẽtorũ,q̃ in ipſis cõgeſta ſunt,ſenſũ retinẽt:ſed aut oĩno exiguũ, G
aut penit⁹ nullũ.exiguũ qdẽ ubi maxima fuerit plenitudo:nullũ uerò, quũ illa nõ multa fuerit:
Nã in pulmone,iecoreq;,atq; ẽt in renibus aliqs nõnunq̃ oboriẽ alicuius põderis ſenſus.In oſſi
bus quoq; nõnulli qñq; grauitatis ſenſũ ꝑcepere,q tñ admodũ obſcurus ſit.At ſcđm cerebrum
nõ ſuboſcurũ mõ:ſed perq̃ manifeſtũ ẽt nõnunq̃ ſui ſẽſum grauitas excitat. In partib⁹ ãt ſens⁹
uacuis,nullus põt nedum grauitatis,ſed nec alterius ẽt ſymptomatis ſenſus hẽri.Senſu uerò ca-
rere vñr oſſa nõnulla.adeps quoq;,& glãdulæ q̃dã,& oẽs ṗterea medullæ ſenſus expertes ſunt:
cerebrũ tñ,ac ẽt medullã ſpinæ dorſi nõnulli in ſentientibus particulis collocãt.Tutius tñ pote-
rit qſpiã de carne,qua gibba iecinoris pars cõſtat,quã nõnulli medici παρέγχυμα, quaſi ĩfuſionẽ
dixeris,appellãt,aſſerere ꝙ abſq; ullo ſit ſenſu:qppe quũ illi nullus ulla ex parte neruus inſeraẽ.
De parte ãt illius caua facile põt aliqua ſuboriri dubitatio.Nerui.n.illi,q iecori iuxta portas di-
ſtribuunẽ,eo exiles ſunt,ut ſolã ipſius membranã uideanẽ cõtexere . Nec min⁹ ṗterea aliqua of
ferẽ de renibus lieneq; dubitãdi occaſio,& lõge ẽt magis de pulmone:quũ ille ſenſus põderis,q
in his uiſceribus nõnunq̃ exoriẽ,in mẽbranã & tunicã,qua ea inuoluta ſunt,poti⁹ referri poſſit
q̃ in ipſa uiſcera,idq; in pulmone ṗſertim,& iecinore.hæ.n.partes quaſi ſuſpẽſæ pẽdẽt, nec ſta- H
bili loco ſuffultæ hærẽt.Et ſanè q ſcđm ea uiſcera laborãt,ſæpiſſime ſuꝑiora ad clauiculã vſque
diſtẽdi maniſeſte ſentiũt,ſicuti quũ iecur tumore aliquo,aut grauedine teneẽ:adeo.n.frequẽter
is affect⁹ oẽs ferè hoĩes ĩuadit,ut fœlix admodũ ille uideri poſſit,q toto ſuę uitæ curriculo illius
6. Epid. ſec. 1. t. nunq̃ ſẽſum habuerit.Sed & Hippo.ait.‖Grauis dolor ad renes ꝑueniẽs.Quin & pulmo(ut oẽs
6 3 155.c ſerè medici ṗdicãt)grauitate tẽtaẽ,ſi qs tumor idipſum uiſcus occupet.Medicorũ tñ q̃plures,đ
plenitudine ita ṗpoſtere pronuntiãt,ut de his nihil cõqrere uelint,immo nõnulli neq; id quidẽ
inueſtigãt,ꝙ qñq; per uniuerſum corpus,qñq; ſcđm unam quampiam,uel etiam ſecundum plu
res partes plenitudo conſiſtere poteſt.Verum operæpretium fortaſſis fuerit , ut ab his omnibus
difficultatibus(ſi tamen ſic tibi libeat)nos contineamus,rebusque facilioribus uerſemur .

Qua ratione plenitudinis in ſingulis partibus nota inuenienda. CAP. 5.

POrrò mihi facilior ea uia vẽ,ut a grauitate rurſum exordiamur , ea ſiqdẽ euidẽtiſſimũ ſignũ
ẽ plenitudinis illi⁹,q̃ ad uĩ ſenſitricẽ ſpectat.Vbi primũ inqrẽdũ eſt,nũ grauitas ex neceſſita
te multitudinẽ cõſequaẽ,uel illã poti⁹ antecedat:nã neq; eadẽ rõ ẽ,ꝙ põdus ṗcedat, uel ꝙ ſubſe
quaẽ.Quippe rei ueritas hęc ẽ,ꝙ ſi in aliqua particula,q̃ ſenſus particeps ſit,ulla aggregeẽ humo
rũ multitudo,in ea ſtatim grauedinis quoq; ſẽſus excitaẽ:neq; tñ quotieſcunq; põd⁹ loco alicui
Inſederit,ibi ẽt humorũ multitudo cõgeſta erit:quũvis ſi ĩbecillior fiat,poſſit ex ipſiſmet ſolidio
ribus mẽbris grauari,quẽadmodũ in corporib⁹ reſolutis euenire ſolet:ṗ reſolutione.n.ĩbecillio
ribus

A ribus factis musculis,quorũ ea erat fũctio,ut mẽbrũ id resolutũ moueret,& trãsferret:sẽtit ille,
q resolutus ẽ,ĩ motu grauitatẽ:ita tñ,ut id,qđ ĩfirmũ ẽ sibi ipsi graue minime sit:muscul⁹ nimi-
rũ,aut neruus,aut qcqd sit tãdẽ id,qđ primũ mẽbra mouet.Is siqdẽ affectus,q grauedo appel-
laẽ,ea natura cõstat,ut & ab altero,& ĩ altero gignaẽ:põt nẽpe ipse neruus,aut tẽdo,aut muscu
lus,aut qcqd illud sit,qđ nos mouet, fieri se ipso ĩualidius ĩbecilliusq;:ut uerò sibi ipsi graue sit
fieri sanè neqt.Portò id si robustius fiat,ualidiores,q̃ antea functiones edet:si uerò ĩbecillius,lã
guidiores:quẽadmodũ muscul⁹(si is tñ sit , q crus moueat) quũ bñ ualet,ualide eã illius mẽbri
ptẽ,cui a natura insertus ẽ,attrahet:si p̃terea ĩ optimo fuerit cõstitut⁹ habitu,munus id ualidis
sime obibit:morbid⁹ uerò factus,ĩualide:ĩmo si uires resolutas habuerit,lãguide.Quòd si ñ mus
cul⁹,sed neru⁹ sit,q musculũ ipsũ moueat,is ẽt ꝑ sui ualetudine,uel morbo,bono habitu, & ĩfir
mitate illa eadẽ ĩ mouẽdo mẽbrũ aget,q̃ de musculo mõ dixim⁹:nec sec⁹ ẽt si dixerim⁹ spũm ẽẽ
id qđ primũ mouet ipsũ cr⁹,hæc.n.eadẽ ĩ ipsũ erũt referẽda.Age igr̃,maioris ꝑspicuitatis grã ,
ponam⁹ nũc ex spũ ꝑ neruũ delato musculũ moueri,ex musculo uerò,tibiã primũ,cui is ĩserĩ :
qua mota,articul⁹ in genu,ubi crus uniuersũ cõmittiẽ,subinde ẽt moueaẽ.His qppe sic positis,
uere poterit qsq; asserere,& musculũ inualido spũi esse oneri,atq; ẽt totũ ipsũ mẽbrum,tibiam
B inq̃.Sed si p̃terea ponam⁹ neruũ a spũ moueri,& a neruo musculũ,a quo deinde tibia:ab his oĩ-
bus ĩbecillis spũs grauabiẽ. Ex his itaq; id iã a ptũ reddiẽ , minime posse exqsite dignosci qd id
sit,qđ primũ grauet,qđq; primũ graueẽ,nisi pri⁹ sciaẽ,id qđ primũ ĩ nobis unãq̃q; mouet parti
culã:hoc tñ aliàs exactius disqremus.Nũc.n.uolumus id,đ quo is institutus ẽ sermo,ꝑtractare:
ubi,ut nr̃a oro clarior euadat,totã hãc rẽ ex suppõne trãsigemus. Quare statuamus nũc muscu
lũ esse id,qđ tũ se ipsũ,tũ ẽt os tibiæ primũ moueat:ipse qdẽ sibi ipsi,neq; si uel inualidissim⁹sit,
grauis esse neqt,sed illi tibia potius grauis ẽ.An uero id illi tñmõ,quum mouere tẽtat,eueniat,
uel ẽt dũ qescit;ad aliã cõtẽplationẽ,q̃ qdẽ nõ ita leuis ẽ attinet:& eã nos in lib.De motu mus
culorũ cõplexi sum⁹,& sanè citra eã nunq̃ poterit (quũ grauitatis sẽsus adest) uel affectio ipsa
exacte cõprehẽdi,uel locus ẽt affectus.Nã,ut statĩ hoc exponamus,nõnulli sunt, qbus uel mẽ-
brũ aliqđ,uel uniuersũ ẽt corpus,quũ id mouere uolũt,graue uideaẽ:q si qescãt,nullũ vlli⁹gra
uitatis sensũ hñt.Sũt & alij,q prius ẽt q̃ moueri aggrediantẽ,se grauari aiũt.At neqt hæc utrorũ
que affectio unq̃ cognosci,ni prius repis,q̃ eæ sint ĩ uniuerso crure partes , q̃ ad mouendũ natæ
sũt,q̃q; ut moueanẽ.Quia si neruorũ fibræ ꝑ musculũ dispsæ,primæ sunt q̃ mouẽt,qbuscũ sub
inde mẽbraneũ uenosũq;,& arteriosũ genus moueẽ,& p̃terea ligamẽta:ab his ipsis,& a cęteris
C quoq; partibus oĩbus,q̃ in hoc mẽbro sitæ sũt,grauitatis sẽsus excitabiẽ.Nos uerò ꝑpendamus
atq; definiamus,qñ moto mẽbro suasq; functiones obeũtes grauedo oboriẽ & qñ eo ẽt qescen
te.Porrò si ligamẽtorũ quoq; in eo genus , unà cũ carne moueẽ(ex his siqdẽ oĩbus ipsa musculi
substãtia cõstat)ex nullo istorũ grauitatis sẽsus unq̃ ꝑdire poterit,sed uel ex uenis, uel ex arte-
rijs,uel ex adipe,uel ex ossib⁹,aut ex eorũ aliqbus,uel ex ipsis oĩbus.Quòd si ĩ huiuscemodi par
titionibus omissum a nobis esset,ex aliquibus,uel ex oĩbus , ipse,q leget poterit supplere : con-
iũctiones etenĩ nõ disiũctiue,sed poti⁹ cõiũctiue hoc loco teneẽ.Ex his igr̃,q̃ exposita sũt,satis
cõstat,ꝙ si qs uelit partis illi⁹,q̃ p̃ plenitudine laborat,cognitor euadere:illũ opus ẽ sciam prius
exqsitã earũ uiriũ assequi,q̃ nos gubernãt,& p̃terea dissectionis,atq; ẽt naturæ cuiuscunq; par-
ticulæ,quæ sit in aĩali:hinc.n.promotus poterit forsitan partis nimis repletæ indicia reperire.

Aduersus Erasistratum, de plenitudinis notis. CAP. 6.

VErũ,si qs forte nulla habita ueritatis rõne,huic tñ studeat,ut illos nimirũ fallat,qbuscũver
saẽ,se qppiã eximiũ calere p̃seferẽs:facile is poterit sine aliquo alio maioti negotio primũ
Erasistrati salubriũ librũ legere:neq;.n.ille uspiã alibi signa plenitudinis explicare tẽtauit. Eius
itaq; uerba attẽdam⁹.Primũ qdẽ ubi,q̃ nã sit plethore(ita.n.ipse uenarũ repletionẽ appellat)o-
D rigo aꝑuit:mox uerò ubi ẽt signa qbus eã cognoscas exponit.Hæc itaq; illi ẽ eius gñatio .Quũ
“ alimẽta distribuunẽ,nec p̃terea aut apponunẽ,aut uniuscuiusq; more elaboranẽ,aut alioqn ex
“ cernunẽ,necesse ẽ uasa tũ cõcoctionis,tũ distributionis repleri, & actiones,q̃ in ipsis ædunẽ im
“ pediri:mox uerò,quũ id alimẽti,qđ pri⁹ ĩ uasis fuerat nulla alia rõne cõsumaẽ , sed alio item ab
“ ijs,q̃ ingerũẽ,accedẽte,uasa in corpore magis distẽdũẽ: q̃ ubi ad id uenerint,ut amplius distẽdi
“ neq̃ant,alijs insuꝑ alimẽtis ex uẽtriculo iugiter delatis:illa,q̃ p̃cesserãt,ĩ,uasa spũs irruũt. Itaq;
“ tũ ex his patet,ꝙ ipse de ea plenitudine uerba facit,q̃ infusionẽ respicit,uel,ut ipse græce ait,κατὰ παρέγχυμα:tũ verò qa plethorã nominat:nã id nomẽ ꝑprie huic tñ affectui cõgruit,minime
uero illi,q ex uiriũ cõparõne æstimaẽ.Sed mox ubi paucula q̃dã đ ea dignoscẽda tetigit,hęc ite
“ rũ scribit.Oportet igr̃,sicuti,& in suꝑiorib⁹ a nobis dictũ ẽ,dare operã,ut plethoræ affectum co
“ gnoscamus:iter initia qppe dũ uasa moderate fuerint repleta, vĩr ij ualidiores reddi robustio-
“ resq;,q̃ ipsi esse soleãt:ꝙ si maior p̃terea repletio accesserit,brachia,tibiæ, manusq́ue pleniores
“ vĩr,ꝑinde ac illis,q ab exercitio partes eas distẽtas hñt.Sed adhuc repletione subinde adaucta
“ iã ulceroso affectu teneri vĩr,tardioresq;,& ad motũ ineptiores sũt,& uniuersũ ẽt istorum cor
“ pus tẽsum,& lassitudine oppressũ vẽ.Hãc ãt corporis affectionẽ,nisi qs cõmode periteq; solueẽ
“ instituerit:morbus statĩ subsequeẽ.In his ꝑfecto Erasistratus plenitudinũ,q̃ gñe euariãt , notas
cõfundit,p̃ter id,qđ nõnulla insuꝑ,q̃ nõ erãt necessaria intermiscet: quẽadmodum si recte illi⁹
uerba

uerba attẽdere uoluerim⁹,statĩ ab initio sui sermonis intelligemus:statĩ.n.inter initia ait,quum E
uasa moderate repleta fuerint,vñr ij ualidiores reddi robustioresq́;,q̃ ipsi esse soleãt.Nullã sanè
is sermo alioq,uel ex affectus ad signa , uel signorũ ad affectũ collõne necessariã vr̃ hẽre conse-
quutionẽ, neq;.n.necesse ẽ quum uasa moderate fuerint impleta , eos ualidiores robustioresq́;
reddi:neq; si robustiores ualidioresq́; uideãr̃,uasa moderate esse repleta,quũ fieri possit,ut aliq
q̃uis nõ nisi modice repleti sint,imbecilliores tñ uideãr̃,aut saltẽ in neutrã partẽ cõspicue incli
nẽt:robur inq̃,aut imbecillitatẽ.Quòd si robustiores quoq;,q̃ antea efficiãr:poterit hoc nõ mõ
nulla in eis humorũ copia adaucta fieri: uerũ & ea poti⁹ qũq; imminuta,& qñq; eadẽ penit⁹, q̃
pri⁹ aderat,seruata quãtitate. Vtrũuis.n.supposueris:statim tria illa qđ cũq; eorũ primũ protule
ris,cõsequenr̃.Quia si ponas auctos esse humores,uiriũ poterit maior imbecillitas,poterit & ea
rũ robur maius scq,q̃ prius esset:poterũt illæ ẽt in eisdẽ terminis cõtineri. Nec minus ẽt posito
ꝙ solito robustiores facti sint:pñt & aucti esse,& imminuti humores, pñt & suũ seruasse modũ .
In pñtiarum uerò,siue humores dixerimus,siue sãguinẽ,ꝓ eodẽ hẽatur:suo.n.loco hæc distin-
guenr̃.Erasistrat⁹ itaq; hæc ita simpliciter protulit,nullã dictis suis afferens demr̃onẽ. Nos uerò
nõ sic,sed necessariis demr̃ationib⁹ fidẽ his,q̃ nuꝑ a nobis dicta sunt,astruamus, sumpto tñ rur
sus ab ipsis Erasistrati uerbis initio.Nũ igr̃ dũ ait, robustiores,& fortiores vñr, aliud q̃d signifi- F
cat,id qđ robustiores ait,ab eo qđ fortiores:& duo sunt moderatæ plenitudinis, q̃ nos edocet
signa,uel unũ id signũ ẽ,qđ duobus uocabulis ab eo exp̃ssum sit? Nẽpe ego nullã penitus in ho
rũ signato drĩã inuenio:neq; scđm gen⁹,neq; scđm spẽm,neq; ꝓ maioris minorisve rõne,sed
ab utroq; idẽ signari puto.At finge,si ita lubet,alterũ alteri⁹ cõparatione intẽtionẽ,ac incremẽ
tũ ĩsinuare,qđ cũq; mõ illud sit,siue id,qđ ꝑ fortiores signatur,siue id,qđ ꝑ robustiores:sed tũc
utriusq; signatum erit penitus uniusmodi:etenim ubi eadẽ ꝑmanẽte forma incremẽtũ accidit,
nulla ibi ẽ duorum in signando disciplina . Porrò satis cõstat Erasistratũ alterius gñis plenitudi-
nis,q̃ uires respicit,oĩno ne meminisse q̃dẽ,neq; in hoc libro,neq; ẽt in libro De febrib⁹.pletho
ra siq̃dẽ,(ut ipse arbitrar̃)intercidẽtię,seu(ut ipse græce dixit)παρεμπτώσεως,vñ & inflãmatiões
ortum hñt,& febris ꝓdit,in eã est. Ipse uerò cõspicue p̃dictis uerbis plethoræ gñationem expo
suit,qua corporis uasa onere immodico grauari plurimũq́; tẽdi dicebat:huiuscemodi.n. uoca-
bulis ipse usus ẽ,sicuti ẽt quũ ait,dũ amplius eã sarcinã ferre nequeunt : incidũt in arterias suc-
ci suꝑfluẽtes:ea.n.q̃ nimis uenas replẽt,impetũ,quo inferãr̃ inde hñt. Sed & hoc ẽt loco aliq̃d
diuisioni defuit:nã neq; sermone ita absoluto erat dicẽdũ:quũ uenæ amplius id on⁹ sufferre ne
queunt,in uasa spũs παρεμπτωσιν.i.incidẽtiã fieri suꝑfluẽtis succi:uerũ potius p̃stabat ut diceret G
oportere,ut alterũ ex his duob⁹,p̃dictã repletionẽ sequar̃:nẽpe,uel tunicæ illius rupturam , uel
transfusionem sanguinis in uasa spiritus.Putare uerò sanguinẽ ob id necessario transfundi, ꝙ a
uenis contineri nequeat,hoĩs est,qui oblitus sit uasa qñq; præ copia disrumpi:ut id ẽt p̃tereã,ꝙ
absq; ulla huiuscemodi transfusione sæpe fit,ut in ampla intestinorum,aut uẽtris,aut stomachi,
aut oris,aut saucium spatia aperiantur uasorum ora.At diuisionis in sermonibus defectum,non
modo in hoc ipso libro,uerum in alijs etiam omnibus peculiarem habuit Erasistratus.

Ex incremento,uel decremento sanguinis uires neq; augeri necessario,neq; minui. CAP. 7.

NOs uero rurs⁹,qũo se hẽat disq̃ram⁹,qđ dixit,nimirũ si modica sit plenitudo,robustiores, A.l.1.f.1.c.4 c.1.fo.82
q̃ erant vñr,sed o Erasistrate,erit ne,nulla ẽt corpori facta uirium accessione,uel uirib⁹ pa-
riter ipsis adauctis?Ego sanè affirmauerim,ꝙ si actiones ualentiores edendæ sint, q̃necessarium
fore simul,& uirium robur augeri.Quòd si tu putes,solo adaucto sanguine,non adauctis autem
uiribus,actiones ualidiores euadere,uideberis sanè Asclepiadis potius sñias euertere,q̃ facul-
tatis statum astruere.Nã nusquã ipse absolute sic protulit,illum,q̃ pluri sanguine prædit⁹ sit,ro-
bustiorem ẽt fore:qui uerò pauciori,inualidiorem ex necessitate.Ipsum etenim, etsi putarit nul
las in nobis esse uires,non uitalem,non animalem:aliquas tñ eis,q̃ apparent,consentientem di
stinctiones afferentem inuenias:quosdam etenim uidem⁹,q̃ & robustiores,q̃ prius essent,&pa- H
riter magis sanguinei facti sunt:alios uerò,qui robustiores q̃dem,sed minus sanguinei.Quaꝑꝑ
quum nulla cogat necessitas,uires aucta sanguinis copia increscere,uel ea imminuta imminui:
existimandũ est hæc quoq; ab Erasistrato negligentius fuisse tractata,utpote,q̃ neq; hæc ipsa,q̃
nunc a nobis tradita sunt,si a quopiã monit⁹ fuisset, negasset q̃dem,actionũ inquã fortitudinẽ
potius uiriũ robur , q̃ sanguinis scq incrementũ.Quare nos sermonẽ illius(addita ea parte,quę
deerat) absolutiorẽ reddemus,ut tandẽ hoc se hẽat mõ: sanguine una cũ uirium robore adau-
cto,necesse est actionum fortitudinem augeri.Atqui si ita loquamur, erit q̃dẽ uerum,id quod a
nobis fuerit prolatum,sed nihil hoc postea ad institutum nostrum fecerit.Siquidem uerum erit
eos quibus pariter sanguis,& robur fuerit auctũ,fieri ualẽtiores:ut nõ ita tñ mox uerum sit,iis,
q̃ ualentiores euaserint,hæc ẽt utraq; increuisse . Neq;.n. robur una cũ aucto sanguine crescit:
quũ fieri possit,ut solæ augeantur uires.Siquis.n. q̃ & alicuius pituitosi sanguinis copiã ex ocio
cõgesserit,& uiribus p̃terea imbecillis sit,optimo cuipiã gymnastæ offerar̃:hunc ille paulo post
ualẽtiorẽ q̃dẽ,non ãt pluri,q̃ qñ illum susceperit,sanguine abundantẽ reddet . Itaq; ut nulla est
necessitas,illis,q̃ in suis obeundis functionibus ualentiores,q̃ prius forẽt,effecti sunt, humores
accreuisse:ita pernecessarium,ut si qui validiores actiones habeant,eis uirium robur accesserit.

A Porrò nō mō ab actionū fortitudine sumpto initio ad uiriū robur, uerū, & ab ipsis uiribus, ad actionū fortitudinē necessario puenies: is.n.ualētior in suis actionib⁹ existit, q̃ uiribus robustior ē:ut ambo hæc mutuo sese cōsequāt,fortitudo nimirū actionū uiriū robur:roburq; uiriū, actionū fortitudinē:his siqdē utruuis posueris,statim & alterū pſto erit, ut nulla tñ sit a sanguinis multitudine futura cōsequutio necessaria:quū neq; si is sit maiori copia,q̃ antea,ualidior necessario sit homo futurus:neque si minori,imbecillior,sicuti neq; si æqualis sit,necesse est illum uiribus eodē se hēre mō:Et ꝓinde ex his iā dictis sanè liquet,actiones ualidas ꝓpriā esse,ac inseparabilē uiriū uigentiū notā,sanguinis uero aucti,nequaq̃.Id āt,qđ mox ab Erasistrato allatū est,nō est plethoræ signū propriū,est tñ ab ea inseparabile,qđ impleri uocat Erasistrat⁹. Sed clarius,tēdi,dixisset:nā & gymnastæ,q̃ diligētiores sunt,quū aiunt lassitudinē aliā esse ulcerosam, aliā tensiuā,aliā phlegmonosam,nil aliud insinuāt, nisi in tēsiua lassitudine mēbra esse repleta; tunc.n.q̃cunq; particulā in eis repletā esse inquiunt,quum in se tensionē quandā sentiunt. Sentiunt ꝑterea & in inflāmatione tensionē,uerum illa,aut semꝑ,aut frequentius secum pulsū quēdā ꝑter naturā hēt:Vñ lassitudinē pulsatilem posset eam qs appellare,si rē hanc apertius exponere uellet.Qui uerò ꝑter eā tensionē nihil aliud patiunt̄,his neq; tēsa particula inflammata ē,

B neq; ēt ex necessitate plethorica ē.Sed duorum alterum, uel lassitudine laborat, uel plethorica est.At si lassitudine tenet̄:ex nimio labore id habuit.Vbi uerò nullus ꝓcesserit labor:nō āpli⁹ ex labore lassa est ea particula,sed ex alia occasione,ut tādē uere affirmare possemus,q ubi adē tēsionis sensus,nec tñ exercitatio ꝓcesserit,ibi necesse sit plethorā esse cōgestam.Quòd si hoc loquamur mō,signum id ꝓprium reddit̄,atq; inseparabile:hæc etenim utraq; uicissim sese consequent̄:& tēsionē,q̃ nulli exercitii comes sit,ꝓcedit plethora,eius.n. signū ab illa inseparabile euadit,utpote,q a cā plethoræ ꝓficiat̄.Sāguis ēt auct⁹,nō tñ eo,ut uenæ adhuc tēsæ sint,nōdum plethorā absoluit.Sed ecq̃d Erasistrat⁹ in suo sermone brachiorum,tibiarum,manuumq;meminit?quum nihilomin⁹ in collo ēt & dorso,lumbis,thorace,atq; ēt ī sumine hæc huiuscemodi tēsio cōsistere possit.At queādmodum horum membrorum supuacanee meminit Erasistrat⁹, ita lōge ꝑterea magis ulcerosi sensus, quum is ex acribus potius gignat̄ humoribus, q̃ q plethoræ indicium sit:talis.n.is sēsus ē,qualis in exulceratis excitat̄ partibus,quum tactu, aut quum purulēto quopiā humore,acriue medicamento irritatur,immo ex solis q̃nq; motionibus ꝓuenit. Profectò,ut tensio copiæ humorum ea,a quibus continentur distendentium,affinis est,ita ulcerosus sensus acrem sequitur qualitatem,& proinde in multis nonnunquam per uniuersum subo ritur corpus,ne moderatam quidem sanguinis mensuram,nedum plethoram habentibus.

C *An in solo sanguine plenitudo consistat, an ex molestia, tensione,& cæteris empiricorum indicijs uerè percipienda sit.* CAP. 8.

HAec si ita se hēant,sicuti nimirum se hñt:operæ ꝑtium sanè erit,iā nōnulla ex his,q̃ dū examinarem⁹ signa ab Erasistrato descripta,in hunc locum distulimus:definiamus.Sati⁹ sanè fuisset distinguere,num plenitudo tā ea,q̃ uirium cōparatione,q̃ ēt ea,q̃ ad capacitatē rerū cōtinētiū intelligitur,in solo possit sanguine,uel in alijs oībus humoribus consistere, quum id ipsum quoq; illi indefinitum reliquerint.Porrò quū nō mō affectus ij ipsos arripiāt humores, nē

A.1.1.f.1.d.4 c.1.8.2. pe copia & defectus,uerū & parua qualitas:oēs equidē medicos interrogaui tum eos,qui ex uiribus,tū eos ēt qui ex humorū incremēto plenitudinē æstimant,an solo.s.sanguine eousq; adaucto,ut ferri nō possit amplius,uenas extēdi cōtingat:an uerò si in quapiā ꝑterea particula,uel in ipsis ēt uenis,pituita,& cum hac,aut fine hac ēt bilis aliqua,uel alius q̃dā purulentus humor (græci ἰχῶρα uocāt)uel flatuosus spirit⁹;adeo excrescāt,ut capi amplius ubi cōtinebat̄, nequeat, hic ēt ab animāte tēsionē sentiri necesse sit. Et sanè, quū particula q̃ tēdit̄ particeps sensus fuerit,necessum est ut q̃cunq; fuerit ea res,q̃ eò ipsam distendit,ut capi nequeat, tensionis sensū in animante excitet;& is affectus qui tūc mēbra occupat,tēsio appellatur: q̃ si plurimū augeatur,

D erit ēt necessariū,ut id quod tenditur,rumpatur.Et mihi quidē hoc cū his q̃ quotidie apparent, consentire ur̄.Videmus siquidem non mō neruos ac funes,sed & dolia quoq; præ musto ex flatuoso spiritu turgente,ui tensionis disrumpi.Nuꝑ etenim uas stāneū ita medicamēto ex uipis quo plenū erat,inflatū ē,ut & coriū,quo inuolutū erat,& funiculus,quo erat deuinctum,rupta sint,& incuruatū fuerit operculū.Neminē ꝑterea esse reor,q,si ea ea,q̃ quotidie ī his,q̃ ægrotāt cōspicimus,studiose obseruare,& ꝑpendere uoluerit,nō nouerit,ex flatuoso spū in aiantiū mēbris intercepto,& ꝑsertim in crassiore intestino aliquos sæpe uehementissimis doloribus detentos fuisse.Quare ꝑstiterit sanè arbitrari ex quacūq; substātia humida,& flatuosa posse tēsiuo affectu particulas occupari,q̃ q is solū ex omnibus humoribus sanguinem consequat̄.Ab his itaque rursus ad eos redeamus,q̃ plenitudinē semꝑ uiriū cōparatione cōstituēdā putāt,& ab illis hoc ipsum,qđ maxime in prōptu ē,sciscitemur,si tñ antea loco exēpli,huiuscemodi quandam hypothesim ꝓposuerim.Sint duo hoīes,q̃ onera humeris imposita ferāt, & alter qdē lignum qđ piā,uel lapidē,aut grauissimā aliā q̃dā sarcinā:alter uerò spinas paucissimas,& acutissimas. Hoc igr̄ proposito spectaculo,ab eis,q̃ plenitudinem uirium semper comparatione intelligunt quæramus,nū paucas illas spinas onus appellent:an potius sarcina quidem utraq; cōe hoc hēt symptoma,

ſymptoma,qđ illis hoībus nō paruā moleſtiā afferat,ut tñ nō eadē ſit,immo plurimū differens E
illius moleſtię ſpēs:is.n.abſq; ulla punctione grauatᷓ,at ille ſine ulla grauedine pungiᷓ.Vñ ſiquis
pungi,uel morderi,uel q̄cunq; alia,q̄ moleſtiæ eſſe pñt,onus, atq; ēt multitudinē appellauerit,
is tandē cogeᷓ,& ſimplicē aliquā ſpinā,& tenuiſſimā q̄nq; acum,on⁹ uocare:quo neſcio an poſ
ſit aliq̄d aliud magis ridiculū excogitari.Porrò hęc abſurda ſunt, & p̄ter cōem oīum hominum
ſñiam inſum uerò inſtitutum eſt,ut ſeruemus,nō āt euertamus cōes oīum ſñias. Id igᷓ quod ag
grauat,multū:qđ uerò pungit,aut mordet,aut utcunq; q̄s nominare uoluerit, moleſtū appella-
bimus.Plures āt reperiri humores mordaces,q̄ partim in nobis gignanᷓ,partim extrinſecus in-
feranᷓ,iā oībus hoc cōpertū ē.Quorū quatuor penes magis,& minus extāt dr̄iæ:qui.n.modice
mordēt,pruritū inferūt,uti ſcilla;q̄ uerò magis,rodūt,quēadmodū cępa:nā ſi nr̄um corpus alte
ri cuipiā huiuſcemodi naturæ corpori occurrerit,cui diuti⁹ hæreat,exulcerabitur. Sed ſi aliqua
p̄terea adhuc his fuerint acriora,horrorē excitabūt, in primis uerò ſi particulis ulceratis adhi-
beanᷓ:prorogato uerò,atq; aucto horrore,ſymptoma illud rigor appellatur.Atq̄ ī nobis quoq;
mordaces gignunᷓ ſucci eadē rōne p̄ has quatuor ideas diſtiᷓcti:eorū.n.pruriginoſi illi ſunt,qui
modice acres ſunt:ulceroſū uerò ſenſum pariūt,q̄ his ſunt mordaciores:q̄ āt hos quoq; morda
citate ſuperant,horrorē:ſicuti q̄ p̄terea iā mordaciſſimi ſunt,hi rigorē inferūt. De his in multis F
libris ſermo ē a nobis habitus:pñt tñ ea,q̄ a nobis tū in libro De cauſis ſymptomatū,tū ī quarto
libro De tuenda ualetudine ſunt expoſita,illi ſatis eſſe,q̄ uoluerit horū aliqđ hēre cōpendium:
Sed ſi q̄s rōnē naturæ acriū rerū ſciēter tenere magis uoluerit,is hēbit libros De facultatib⁹ me
dicamentorū,& De tēperamentis,q̄ hos ēt p̄cedūt,quos legat. Verū bona medicorū pars p̄in-
de affecti ſunt,ac illi,de q̄bus meminit Hipp.|nēpe q̄ in fracturis,alijſq; huiuſcemodi affectioni
bus,nolūt ea facere,q̄ medici iubēt:q̄ppe illi,& ſi cupiāt ſanitatē recuperare, ita tñ laborē cura
tionis,ut iſti diſciplinæ,tergiuerſantur.Sed neq̄t fieri,ut uel illi ita ſtatim hac tm̄mō rōne, ꝙ cu-
piāt uoti ſui fieri cōpotes,ſani euadāt:uel iſti fiant docti,ni uiā illā uniuerſā, quā mō inſinuaui,
cōfecerint:cognoſcēt.n.ſi mō uelint,ulceroſum in uniuerſo corpore ſenſū,ſiue mō is ex multa
p̄ter cōſuetudinē exercitatione,ſiue ēt abſq; hac ſuboriatur,a mordaci ſucco gigni.Et proinde
gymnaſtæ eos,q̄ p̄ter modū fuere exercitati,oleo copioſiore curāt,atq; ēt mollibus frictionib⁹,
& balneis dulciū aquarū calidis exacte t̄p̄atis,ut mordaciores ſucci diſcutianᷓ, q̄ eliquatis tum
adipe,tū molliori carne,uel ipſis ēt in nr̄o corpore humoribus,nimis ex maiori,q̄ par eſſet exer
citatione excalfactis,gignunᷓ.Vñ ſi q̄s tantiſp̄ ſuſtinere uoluerit,donec horum demſ̄ationes ad
diſcat:ſolus is poterit ſibi firmiter p̄ſuadere, ulceroſam affectionē ex ſuccis mordacibus gigni: G
ubi uero grauitas eſt,à multitudine p̄ uiriū cōparōne:at ea,q̄ ē cū tēſione, ipſa quoq; humorū
multitudinē ſeq̄tur:nō q̄dem p̄ collationē ad uires cōtinētiū corporū,ſed tm̄ ad ſpatiū quo illi
cōtinenᷓ.Eraſiſtratus āt in primo ſalubriū libro plethoræ geniturā explicās, tertiā hāc affectio
nē aptiſſime è tribus illis edocet:mox uerò ubi ſermonē ad ſigna cōuertit,nō ea magis, q̄ iſti⁹,
q̄ q̄ aliarū ſunt,p̄fert.Ad hanc q̄ppe tēſio tm̄mō p̄tinet,qđ ipſe,adimpleri, uocat:ulceroſus ve
rò ſenſus,neq; nup̄ dictæ plenitudinis p̄pria nota eſt,neq; illius ēt,q̄ uires reſpicis:atq;, & id lō
ge minus,ꝙ nimirū ſe tū grauiores,tū ad motū difficiliores ſentiant:eſt.n. & hoc illius plenitudi
nis indiciū,q̄ uiribus æſtimaᷓ.Parū igᷓ abfuit quin uniuerſam nobis Empyricorū ſyndromē de
ſcripſerit.Sed,& quādā illius notationis partē,q̄ ab Herophileis introducta ē,& græce τριχρονον,
quaſi tritēporaneā dicas,appellāt,non ſec⁹ ac empirici adſcripſit,dū ita inq̄t:alimēto qđ diſtri-
buiᷓ,neq; appoſito,neq; de more uniuſcuiuſq; elaborato,neq; alioquin excreto. Nā nec quicq̄
intereſt ſi ita loquaris,uel ſi,ut illi,dicas uitā in otio trāſactā, excrementorūq; ſolitorū ſuppreſ-
ſionē.Quū.n.ait,nō de more uniuſcuiuſq; elaborato,uitā otioſā:quū uerò ait, neq; alioq̄n ex-
creto,ſuppreſſionē inſinuat excremētorū.Plenitudinis uerò denotatio ex t̄pe deſūpta,q̄ p̄teri-
tū q̄dē t̄ps reſpicit,otioſū cōplectiᷓ uictū una cū ſuppreſſis excremētis:q̄ āt pñs,adimpleri, ul- H
ceroſum ſenſum,pigritiē ad motū,corporiſq; uniuerſi grauitatē,& q̄cūq; præterea alia hm̄ōi hi
addidere:q̄ uerò futurū,ꝙ ſi ii,q̄ eo ſe hn̄t mō,uacuenᷓ,illis p̄be cōfert,id qđ ab Eraſiſtrato fue
rat p̄termiſſum:qđ tñ teſtimoniū ē rectæ tū dignotionis,tū curationis,ita ut dignotiōis,uel (vt
illi aiūt)notationis,ne ulla q̄dē pars fuerit,ſi affect⁹ q̄dē p̄ notationē denotari uolumus,ut inde
ſ.opportunā curādi rōnē inueniam⁹:nā ſi fieri poſſet,ut aliūde rectā aſſequeremur curādi rōnē
ſu p̄uacanea ſane notatio foret.At uero quū p̄ñtis t̄pis meminit,ruborē, uaſorūq; p̄termiſit di-
ſtētionē:q̄ ab oībus Empiricis,& a pluribus Dogmaticis,ſicut & alia q̄dā(ut iā diximus)addita
ſunt:& profecto nō ab re,quatenus plethoræ gn̄atio in ſolo ſubijcitur ſanguine, eius dignotio-
ni robur additū ē,uaſorūq; diſtētio.Adhuc ſanè magis,quatenus ipſe ait brachia,& man⁹ tibia-
que impleri,id nō magis plenitudinis,q̄ carnes,& vniuerſos muſculos,q̄ q̄ uenas teneat,indiciū
ſtatuet,ſi p̄prias ſeq̄ hypotheſes uoluerit.Qđ tñ ſi poſuerimus,mox erit neceſſe duplicē ēt in-
ſtituere dignotionē,alterā illius plenitudinis,q̄ haſce ſenſiles uenas oībus hoībus cōſpicuas, re
ſpiciat:alterā uerò eā,quā ſolus ipſe vr̄ fuiſſe intuitus.Iā ergo,ut equidē arbitror,palā his, qui
aīum huic rei adhibuerint,factū eſt,non eſſe rem parui negotij plenitudinē cognoſcere. Qn̄.n.
neq; ſermone facilis eſt dignotionis eius explicatio,immo plurimū potius difficilis: quo modo
poterit

de Frac. sect. 2 t. 22. 7 2, 1 n

A poterit deinde ab his ita tumultuarie, casu quodam res hæc in ipsis operibus recte transigi? qui prius nec de ea quicquam uel cogitauerint, & unquam uel repererint.

Aduersus plethoricam syndromen Empiricorum. CAP. 9.

SEd rursum ab Empiricis nostrũ de plenitudine sermonẽ exordiamur, posteaq̃ ipsi caute admodũ has omnes difficultates euadere uidentur, dũ fatentur nihil se prorsus ex his scire, q̃ ad essentiam plenitudinis pertinent: sed ex obseruatione aiũt se id habuisse, q̃ nimirũ sanguinis detractio in ea syndrome semp pfuerit, quã plethoricã appellamus, Illis.n. oĩbus in unũ collectis, q̃ à Dogmaticis qbuscunq; pferunt, putant se ex his istorũ euasuros difficultates. Sed siquis eis aium aduertat, q̃ ab illis dñr, lõge ẽt ex his ipsis magis cõuincunt. Verũ pstabit forsitã ea rursus oĩa ab exordio repetere. Fingas itaq; qđ pcesserit uictus rõ pterito tpe usq; ab initio cõsueta, quãtũ ad cibos spectat, i eorũ tñ qbusdã copia q̃ antea largiori, fuerit ẽt excremẽtorũ interceptio, & uita uniuersa otio trãsacta, sit uerò ĩ psenti toti⁹ corporis tẽsio, aut saltẽ ptiũ quarũdã, sit ẽt tũ ad motiones pigritia, tũ ad actiones infirmitas, & grauitatis ꝑterea, atq; ẽt ulcerosæ cuiusdã affectionis sẽsus, nõ sine uenarũ tumore: accedat quoq;, si lubet, rubor, postq̃ & hoc addũt nõ nulli, sed & toti⁹ corporis tumor & inæqualitas qđã ac lassitudo, nã hęc quoq; addidere q.dã. Tũc

B ergo ex illis ea erũt sciscitãda, q̃ ego puer adhuc Empiricũ pceptorẽ interrogabã, quo tpe primũ me ille hæc docere cœpit: Nẽpe nũ eã oĩa, q̃ mõ narrata sunt, necesse sit simul cõgredi, ad recordationẽ (ut ipsi aiũt) euacuationis: aut poti⁹, si uel unũ ex eis tñ cõspexerint, statim sint sanguinẽ missuri. Ille uerò promptus admodum primæ huic interrogationi respõdit, omnia op⁹ esse ut cõueniãt, tale.n. qppiã syndrome est, quasi cõuẽtũ dicas, collectio inq̃ eorũ oĩum, qbus ea cõplent. At uero quũ illi ĩ memoria duos reuocasẽ, qbus ipse paulo ante secari uenã iussisset, alterũ q̃ ualida oculorũ iñãmatione tenebatur: alterũ uerò q̃ è curru ceciderat, à quo loris implicitus tractus fuit, ita ut mẽbra quædam illi contrita fuerint. Eo uerò mox silentium agente: tertiũ ẽt præterea quendã meminisse uolui, cui ille quoq; sanguinem detrahi fecit, quũ neq; præter modũ febricitaret, sed doloris scđm caput esset impatiens: & alium subinde, qui etsi pleuritic⁹ eẽt, nõ aderat tñ uniuersa ea syndrome.i.cõuentus: Vñ ille qđ rñderet plurimũ hęsitabat. Ego aũt ulterius alios quoq; non nullos illi pariter recẽsebã. Sed & ipsum illud monebã, q̃ his quos mõ dixi, uenã ipse secuit: qui tñ eo aberant ab hoc, ut illis uniuersa ea syndrome adesset, ut ego affirmauerim, me neq; meminisse in his hoĩbus uel duo ex illis, quæ ad eam spectarent, affuisse: Nã ille q̃ uehiculo delapsus est, quotidie exercebatur, solita excremẽta excernebat, moderate

C comedebat, nobiscũ ẽt tota ferè die uersabaẽ, & neq; illi, neq; alteri cuipiã ulla alioq uidebatur egere uacuatione, quũ tñ ex casu aliqua illi mẽbra fuissent attrita: & quis neq; rubore aliquo, neq; uasorũ tumore, neq; tãdẽ alio quoquã ex illis, qbus ea syndrome cõstat, ipse fuerit detẽt⁹ sed solũ, q̃ illis partib⁹, q̃ attritæ erãt, doleret, uenã secandã cẽsuit. Pari ẽt mõ & lippienti, atq; illi, q̃ capitis dolore uexabaẽ, & si nullũ eorũ, q̃ in plethorica illa syndrome cõplexi sumus, ipsi tenerent, uena tñ cædi uoluit: & alios præterea quã plures (inquã) noui, quibus uos uenã incidi stis, q̃ uel oĩbus illis, q̃ nos syndrome plethorica cõprehendi diximus, carebant, uel saltem non ea oĩa habebant. Nunc.n. (inquã ego) dũ oẽs quibus uos sanguinem detraxistis in memoriã reuoco, ne unum qdem hẽo, quem proferã, cui ea symptomata affuerint, quibus ea constat syndrome. sed alii, q̃ lassitudine esset detẽtus, ne alia re ꝑterea laboraret, sanguinẽ misistis: alij, q̃ ualida febre, uel oculorum, capitisve dolore affligaretur; uel q̃ mariscarum fluxus, aut q̃ mulie bres menses essent suppressi: nunq̃ ãt ea omnia aderant, q̃ uos in plethoricam syndromẽ coire uultis. Quare si eos oẽs affectus, ubi obseruatum sit expedire sanguinẽ mitti, tu syndromas ple thoricas nominandas censes: iam & lippitudinem, & pleuritim, & uehementem dolorem, & casum è curru, aliaq; innumera, plethoricas sydromas appellabimus. At si nullũ horum ad syndro

D men plethoricam attinet, qppe, q̃ potius eorum symptomatum, quæ mõ recensuimus collectio sit; non erit sanè alicui uena secanda, nisi ea adsint omnia. Quo autem modo ad hæc ille mox responderit, atq; etiam quam nihil unquam, quod rem hãc deceret, attulerit; maiori esset otio exponendum; & præterea neq; ad præsens institutum hoc satis pertinere uidetur. At uerò quũ nõ multum, mihi nunc ad nugandum otij relinquatur, statui non hic, sed in libro de uena secanda omnes istius remedij scopos expedire, quos nullus unquam exacte, & dearticulate descripsit.

Quo pacto tensio, & tumor uniuersi corporis uenarumq́, ad indicandam, uel non indicandam plenitudinem sese habeant. CAP. 10.

RElictis itaq; Empiricis, denuo ad rõnales redeamus, & sigillatim symptomata, q̃ ab his sũt literis tradita, disq̃ramus. Ex illis nãq; alia ad plenitudinẽ spectant, q̃ uires respicit, alia ad eã, q̃ infusionẽ, illi, ἔγχυμα dñt: nõnulla ꝑterea non sunt oĩno plenitudinis notæ, sed huiusce plenitudinis: quædam uerò nullius qdem plenitudinis, sed humorũ potius prauitatis, & corruptionis signa sunt, aut uirium imbecillium, aut tumoris solidiorũ corporũ. Tu uerò, si his, q̃ dicentur attẽderis, facile pdisces ista in hunc se hẽre modũ. Illa itaq; affectio, q̃ cum tensione ẽ, nisi exercitationis comes sit, plurimã oĩno substantiã in corpore, qđ sensu pditũ sit, contineri insinuat, ut tñ, qđ ad id qđẽ solum spectat, tẽdi inq̃, neq; q̃ nam ea sit, neq; quæ sit illius species indicet; cõe siquidẽ idipsum cuiuscunq; substantiæ est, tam tenuis, q̃ crassæ, q̃ ẽt mediæ consistentiæ, uel

A.l.1.f.1.d.1 c.5.l0.19.d

uel flatuosæ,atq; ẽt tam calidæ,q̃ frigidæ,uel mediocris: sed alijs ad horũ discretionẽ opus ẽ in E
ditijs.Imbecillitas uerò,q̃ in actionibus esse deprehendiẽ,uites inualidiores ostendit,dũ id, qđ
mouet impediẽ:quemadmodũ fit in languidiori manuũ motu , id qđ plures status consequ pót.
Na si in aliquo carneum,ac adiposum particularũ genus , uiribus tñ eosdem fines seruantibus,
adaugeatut,necesse fuerit motiones fieri imbecilliores;moto siquidẽ aucto,mouẽte uero æqua
li ꝑmanente.Sed si aut unus qspiã ex humoribus,aut oẽs ẽt simul excrescãt,nec uires alioquin
unà augeantur,sic quoq; necesse erit actiones inualidas reddi:nec secus si ambo creuerint , hu-
mores nimirũ,atq; ea,q̃ παρεγχύματα dicta sunt,nullo ãt in uiribus cremento facto. At hæc si pa
riter se habuerint,uites uerò imbecilliores euadẽt.Fieri ẽt posset,ut hæc utraq; simul cõueniãt,
nẽpe,ut & de uirium robore dematur,& humores una cũ παρεγχύμασι,uel plures fiant, uel pau-
ciores:horũ uerò utrumuis eueniat,uires inualidiores ea ꝑꝑ euadẽt,siue mõ id scđm unũ isto
rum accidat,siue scđm duo,siue scđm plura,uel ẽt omnia.Nã arbitrari ,ꝙ ex solidorum corpo-
rum εὐτροφία(quasi bonam dicas nutritionẽ)nonnunquam imbecillior edi possit motio , homi-
nis ẽ,q ignoret facultates per uniuersa solidiora corpora permeare,ita tñ,ut spũi tam arteriæ,q̃
nerui fistularum,& canalium officium præstent.Si uis ãt huiusce opinionis defectum nosse, cũ
alios multos ex nostris,tum uero de decretis Hippocratis,& Platonis,atq; de naturalibus facul F
tatibus libros,legere potes.Solidorum itaq; corporum εὐτροφία,proprie ad bonum habitum at-
tinet,sicuti ad carnium incrementum,εὐσαρκία,& πολυσαρκία: plurimum uerò & adeps , seruata
eius proportione,augetur;q̃nq; tñ magis adeps,q̃ caro augetur;uel solus etiam adeps.Sed đ his
a nobis in libris De tẽperamentis sermo habitus est.At uerò quemadmodum in carnis ratione,
& εὐσαρκία est,quasi carnis bonum dicas statum,& πολυσαρκία,ac si carnis exuberantiam dicas :
sic ẽt in sanguine dixeris εὐαιμίαν,quasi bonum sanguinis statum,& πολυαιμίαν.i.sanguinis affluẽ
tiam.Est uero satis apertum,quod ad εὐαιμίαν pertinet,ut sanguis exquisite suam seruet rationẽ,
tam quod ad quantitatem spectat,q̃ quod ad qualitatem:in πολυαιμία autem recta carnis in qua
litate ratio seruatur,in quantitate non omnino culpa uacat,quum maior adsit eius copia,quam
suapte natura,& ex suis generationis exordiis sibi debeatur,uel saltem, q̃ uirium rõ exposcat :
fit.n.quandoq; ut simul hæc utraq; pari ratione , ultra quàm generationis eorum ratio exigat,
augeantur:quemadmodum in athletarum habitu bono q̃nq; uidemus,in quibus pariter humo
res,& carneæ partes,atque etiam uires,eadem seruata proportione, augentur.Iam igitur plene
constat,ꝙ hi,q inter plethorica inditia corporis tumorem reponunt,minime ueraces sint:uena
rum etenim tumor poterit forsitan esse plethoricum signum:at carnis,& adipis moles eorundẽ G
sanè indicabit multitudinẽ:nõ tñ illius plenitudinis,q̃ nos hac parte inquirimus,signum utique
erit,nempe,q̃ plethora appellatur. Sermone.n.de eiusce generis plenitudine , quæ.s.euacuatio-
nem indicat,instituto:nonnulli mox æquiuocationibus decepti,eo aberrauerunt,ut ad plenitu
dinem,tum carnis,tum adipis delati sint . Sic itaq; perperam corporis tumor inter plenitudinis
notas positus est.Venarum uerò tumor,eas forsitan quas tumentes uidemus,plenas esse insinua
bit:nulla tñ necessitas propterea cogit,ut aliæ etiam,quæ in profundo latent,plenæ sint:quũ fie
ri posset,ut sępe illis,q̃ exterius in propatulo sunt distensis,non æque deinde aliæ,q̃ interius la-
tent,distendãtur:quẽadmodum frigore inualescẽte sanguis ad interiora repelliẽ,& ita exterio-
res uenæ sanguine redduntur uacuæ,ut uix illæ cõspicuę sint:at ingruẽte calore,uel si quis ẽt se
lauerit,sanguis cõtra,corporis internis partibus relictis,ad externas,& ad cutem effertur:si præ
terea ardẽs,quoq; febris adsit,efferuere,ac quasi uri sanguinẽ necesse est,& proinde fundi,ac in
flatum uerti.Sic ergo uenarum tumor nõ erit sanè inseparabile plenitudinis humorum indiciũ,
nisi quum corpus ita primum se habuerit,ut neq; interna externis,neq; hæc illis , caleãt magis:
mox uerò,neq; calor immodicus uniuersum corpus animalis detineat.Si res hoc pacto definia-
tur,erit quippe uenarum tumor sanguineæ plenitudinis signum,ut tñ sanguis secundum domi- H
nationẽ intelligatur:nã neq; fieri alioqui põt,ut adeo sincerus in uenis reperiatur sanguis,qn il
li aliqd,aut bilis,aut pituitæ,aut serosi humoris ꝑmixtum sit.Vnde & ego superi⁹ censebã , hoc
eodem mõ semꝑ audiendũ,quotiescunq; aut sanguinẽ,aut cęteros humores abundare dicerẽ:
sincerus siqdem ab alio humore sanguis,& imꝑmistus nusq̃ in uenis hr̃ . Nos etenim alibi mõ-
strauimus nihil oĩno referre,si humores,uel si sanguinẽ appelles: quotiescunq; tñ is cũ aliis fue
tit non utcunq; ꝑmixtus,sed definita quadã proportione seruata,in ijs nimirum aĩantibus,quę
ita se habeant,ut ipsa eorum natura postulare vr̃.Nam quum humores omnes intra suã ex na-
tura sibi debitam mensuram creuerint,idem tunc significat sanguinis dominãtis, ac humorum
nomen:neq;.n.quicquã differt affirmare humores augeri,ac ipsum sanguinem:is.n.sermo isto-
rum,q ita loquuntur,hoc ipsum insinuat, nẽpe eum intra antiquam proportionem oĩno cresce
re.Hæc itaq; sic a nobis sint definita:iterum uerò ad institutum nr̃um redeamus. Porrò uenarũ
tumor sanguinis qdem plenitudinem indicat,si tñ is a nulla gignatur externa constitutione om
niuo inualescente,aut ex fusione,uel ebullitione:cauẽdũ erit ẽt ne ea particula fuerit decliuis,
aut ne paulo antea illa cæteris uehementius mota fuerit.Has ãt oẽs particulares definitiones fa
cile qs poterit una quapiã rõne cõplecti,ex tumore uenarum sanguinis tũc indicari plenitudi-
nẽ dicens,quum oẽs corpotis particulæ eundem statum obtinuerint cum mediocri etiã calore.

Nam

A Nam si illæ pariter oẽs præ immoderato calore ferueāt,fundunť inde humores, atq; ita uenæ in tumorem tolluntť,& proinde ex hoc flatuosa potius, q̃ sanguinea insinuať plenitudo: humores enim concalefacti uertunť in flatum. Vnde & illi,q ꝓnuntiauere uenarum tumorē esse plenitudinis signum:rectè q̃dē dixisse uideri poterunt,si mō q̃s huic istorum sermoni addat, id esse intelligendum secundum eas uenas,q̃bus hoc ipsum cōtigerit.Necesse siquidē est,ut ea subā,q̃ tumorem uenis infert,sit copiosior,q̃ antea fuerit: attñ nondū proprerea innotescit, cuiusnā gñis ea sit plenitudo:quū tumor,q præter naturā est,ad quancunq; subam,dūmodo multa sit, ꝑtinere possit,siue is sincerus sanguis sit,siue biliosus,siue serosus,siue pituitosus,siue flatuosus.Sed & uenarū tensio nō secus,ac istud cuiuscunq; drīæ plenitudinis cōe est: q̃ppe q̃ & ipsa plenitudinis quantitatē potius,q̃ particulares sequiť specificasq; drīas:tam igiť tumor,q̃ tensionis sensus, nihilo magis cuiuspiā humoris,q̃ flatus ꝑsefert multitudinem.Quare siquis sic proferat,necesse nimirum est,vt ubi tensionis sensus est,sit ēt plenitudo;is à uero nō aberrabit.Sed nec ille ēt mendax erit,q autumabit plenitudinem,q̃ in particulis sensu ꝑditis conclusa sit,tensionis sensum excitare.At si posthabito cōi,aut humorū,aut plenitudinis noīe,sanguinem in suo sermone proferat: minime necessum amplius erit hunc oīno uerac ē esse, ob eas,quas mō exposuimus causas.

B At uerò,ꝗ neq; simpliciter plenitudinis,sed ipsius magis drīæ,q̃ pro pluris,aut minoris rōne esse hēt,ꝓprius sit tumor,aut tensionis sensus,ex his q̃ paulopost dicemus palàm fiet. Porrò nulla particula,ꝓ plenitudine dolet,nisi ea prius uiolenter distendať:ꝗ si in tumorē attollatur, id uero uiolenter nequaq̃ fiat,nōndū pars ea distendiť. Quapropter tumor ille,qui cū tensione est,maiorem ꝑsefert plenitudinē:minorem uerò,q̃ citra eā est.Sed q̃so cur ergo nullus inter initia tumor in uenis apparet,qñ tñ tēsionis sensus plurimus est?tensiuam etenim affectionē sꝑ opus est maximis esse copulatam tumoribus.An,i.quia qñq; tumor internas uenas q̃ in profundo sunt occupans,partes eas distendit? †Si tñ plenitudo ea,de qua nunc à nobis sermo institutus est,ꝓ cōparationem ad alterum dr̄:nam uel ad capacitatem uasorum,qđ ēt plenitudinē appellamus, nō tñ ita ut illa tendantur adhuc:vel ad tunicæ distēsionem, tumor uenarum increscit,quū sanguis auctus ꝑuenerit in eam multitudinē,q̃ naturalem uniuscuiusq; modū excedat, ita ut eius cōparatione multus dicať:at quum tenduntť tunicæ, insinuat excessum ꝑter eā mensuram,q̃ illis debetur,quum id nō fit sibi ex natura,eas nempe distendi. Iam igiť utrunq; multum est, tā si sanguis ꝑter naturalem symmetriā crescat,q̃ si ad tensionē usq; tunicarū. Et Erasistratus q̃dē horū utrorumq; meminit,nō tñ ita distinctè,neq; aperte sicuti nos fecimus,sed eò saltem deuenit,ut indi- † Videntur non nulla in græcis exēplaribus, ad sententiæ integritatē deesse.

C caret duplicem esse rei istius naturā: dum.n.ait, Inter initia igiť repletis moderate vasis,robustiores se ipsis,& ualidiores redduntť præter eorum morē:insinuat sanguinis immoderationem,quū
" id quod ex natura cuiq; debeť,superat. Quum aūt subinde intulit: ꝗ si vlterius pleniores fiant, brachia & manus suræq; implentť:eam tetigisse uideť,quæ tunicas sanguinē cōtinentes respicit: vt tandem duo sint termini sanguinis, ultra naturalem mensurā aucti:alter,si venarū tunicæ repletæ,in maiorem eleuentť tumorem,q̃ uniuscuiusq; ratio naturalis status exigat: alter,si præter id,eis insuper tensio accedat:quorum tñ neutrum in ea plenitudine,q̃ viriū comparatione æstimanda est,conspicitur. Hæc uerò satis nobis sint, quantum ad hæc ipsa pertinet.

De rubore ac cæteris indicijs,quibus plethora,vitiū humorū,ac multitudinis ſpēs significantur. CAP. 1 t.

A1 1. c.a.d.3 t.1c.3.44.f VErū rubor,cuius ēt isti meminere,nō est q̃dē plenitudinis in vniuersum, sed sanguineę indiciū:easdē tñ is ēt,quas tumor,exigit distinctiones:quū possit ex aliqua externa occasiōe suboriri,vtpote ex Sole,vel balneo,vel exercitatione,vel itinere,uel(ut uno uerbo absoluā) ex calore,nec nō ex ira,verecūdiaq; & ex alijs,q̃ his sunt similia,i quē ordinē, & acutę febres referēdę sūt.Si itaq; ęqualiter corpꝰ vndequaq; fuerit affectū,neq; q̃cq̃ ex his,q̃ mō recēsuimꝰ,affuerit;erit sanè rubor iā nota sanguineæ ꝑ totū aīal distributę plenitudinis: at si secꝰ,saltē ea parte,

D ubi ille cōspiciendū se offerat.Nā & eas inflāmationes,q̃ uel ī sūma cute,uel in musculis cōstiterint,q̃ppe quū & ipsæ plethorici morbi sint;is color cōsequiť.Nos uerò ī alio libro,ubi de tumoribꝰ ꝑter naturā loquuti sumus,abunde de inflāmationibus tractauimus: ibi.n.mōstrauimus eos oēs ex humorū multitudine,aliās in alias ptes decūbētiū cōsistere. Nūc uerò nō de his à nobis in pñti sermo institutus est:sed de ea plenitudine(ut iā dximꝰ) q̃ plethora appellata est,& ex humorū affluentia in vniuerso corpore ortū hēt. Nō ita tñ eā multitudinē corpus uniuersum tenere diximus,vt vtraq; corporū gña inde lędanť:vasorū inquā & carnis:cōtingit siquidē nōnunq̃ eorū alterū tm̄:quemadmodū si vtrāuis ex illis partibus detineat,nec in una particula, uel duabus id accidat,verū aut in aīali uniuerso,aut in pluribus illius particulis, & ī illis q̃ maxime principes sunt.Porrò tumorē qualisnā sit exq̃rere,hoīsvr̄ esse,q satis,abūdeq; in hisce rebꝰ dignoscēdis exercitatus fuerit.In gñe itaq; carnoso,alter q̃dē tumor est,qui ad eas ipsas carnes ꝑtinet,alter verò ad ipsos humores,nẽpe quū caro ꝑinde,ac spongia, uel lana suꝑfluente quopiā humore impleť,& huiusce gñis in carne plenitudo,illi ex ꝓportione rńdet, q̃ iuxta ἔγχυμα in uasis appellať:altera uerò ei,q̃ uires respicit,uel q̃ non sine grauitate consistit, ut tñ sꝑ meminerimus,nihil referre,si de cōposita carne,uel si de musculo sit nr̄a disquisitio:atq; ēt ꝗ quotiescunq; sermo fuerit de plenitudine institutus,quæ in carnibus est,id de musculis audiendum est, nō autem de

ſimplici ea carne,quæ à nonnullis παρέγχυμα appellari ſolita eſt. Quippe in arterijs & uenis,ple- E
nitudo quæ uires reſpicit,non æque eſt à laborantibus ſenſu percepta,immo non niſi ab his,qui
ſuapte natura uegetiori ſenſu præditi ſunt:ſolis etenim his ſubobſcura quædam,& in profundo
apparet in corpore granitas:vnde fit,ut alia inquirẽda ſinr huiuſce plenitudinis manifeſtiora in-
dicia. At uerò quum medicorum ꝙplures rem hanc ſegniter tractauerint,eorum.n.alij nullam
illi conſiderationem adhibnere,alij autem ſatis imperſecte : nullum repertum eſt ſignum motu
arteriarum certius,de quo nos in libris De pulſibus plene egimus. Plurimum.n.uenæ cum arte-
rijs,ob eorum uaſorum mutuã confluentiam,quam ſæpius alibi oſtendimus: plethora ſimul ar-
ripiuntur:quandoq; tamẽ craſſis,& glutinoſis humoribus in nenis collectis,non ita facilis fit ab
ipſis in arterias transfuſio:ſed id ſanè rarum eſt:nam ſemper transfluunt, niſi quàm maxime hu
mores craſſi,atq; tenaces ſint. In huiuſcemodi itaque affectibus nulla euidens in uenis congeſtæ
plenitudinis nota, ex arteriarum motu haberi poteſt,& ſi id quammaxime Nicarcho,Praxago-
ræq; uideatur, quantumlibet illi arterijs minime ſanguinem impertiantur. At in cæteris pletho-
rę affectionibus fides ſignis ex pulſu deſumptis adhibenda eſt,de quibus priuatim in alio opere
huic rei dicato,ſcripſimus. Plenitudinis aũt ſpecies,quum ea in uniuerſum corpus pariter diſtri-
buta eſt,in hunc modum diſpartiendæ erunt. Rubor,ſanguineæ plenitudini atteſtatur: color ue F
rò ſubpallidus,flauę bili:quum autem pituita nimis excreuerit,in album magis,quàm ex natu-
ra conueniat,color uergit:quemadmodum in atrum,ſi bilis atra. Sed opus profecto fuerit,ut cũ
unoquoq; iſtorum,ſimul ſanguis augeatur : alioqui.n.ſi ſola exuberauerit bilis pallida vel flaua
dicta,quemadmodum his euenit,qui regio morbo impliciti ſunt, is affectus non amplius pleni-
tudo,aut plethora appellari meretur; ſed potius uitioſorum humorum copia, græce uerò caco-
chymia:& idipſum de bile atra,ac pituita dicẽdum eſt. Quòd ſi,ut iam prius diximus , grauitas,
uel tumor præter naturæ modum adſit,erit ſanè ea affectio plethorica nuncupanda , uerum hu-
moris uincentis ſpecies ex colore erit dignoſcenda. Sola attamen bilis neutrum ex ſymptoma-
tibus illis,quę nunquam à plenitudine ſeiungi poſſunt, afferre ualet,nempe neq; tumorem,neq;
pondus:nam anteaquam ita ea increſcat,alia illi ſuperuentura eſt affectio. Cæterum ſi ſola pitui
ta augeaƭ,hæc uerò non oĩno,ſed ſolum in ea aquæ intercutis ſpecie,quæ leucophlegmatia græ
ce dicitur,poteſt forſitan per uniuerſum corpus exuberare. Manifeſtum pręterea eſt, eum humo
rem,qui crudus appellatur,inter pituitæ ſpecies in hoc ſermone eſſe ponẽdum: nam ſi alioquin
illum ab hac eſſe diuerſum ſtatuerimus ; iſtis quas modo retulimus , differentijs plenitudinis,ea
etiam adijciẽda erit,quæ ex iſtiuſmodi humore prodit:eſt uerò is humor,ꝙ alia pituita ſit,craſ- G
ſior,ac minus flatuoſus:cuiuſmodi ille eſt,qui in urinis ſubſidet,præſertim in illis,quibus præ ni
mia uoracitate plurimum illius redundat ſedimenti,quod elixam ſabam imitatur: ſæpenumero
etiam per aluum is humor ab illis corporibus conſertim deijcitur,quę relictis exercitationibus,
ſeſe crapulæ dediderunt,nec à balneis poſt cibum ſe cõtinent. Verum enimuero iſtius humoris,
ſicut & pituitæ,comes eſt corporis totius albicans quædam decoloratio. Sunt antẽ aliæ ſpecies
pituitæ,dulcis nempe una,alia acida,alia uerò ſalſa. Ex dulci ſomnolenti fiunt:ex acida, quũ re-
dundat,ſamelici: quemadmodum ſiticuloſi ex ſalſa:ex ea uerò quam modo diximus , cruda in-
quam,amittitur appetentia. At uerò quod ſomnum ſpectat:aliæ pituitæ paulo maiorem , quàm
ex natura conueniat,ſomnum cõciliant:crudus aũt humor, ut dulcis etiam pituita,iam manife
ſte ſomnolentos reddit. Alibi.n.à nobis monſtratũ eſt,ꝙ ſi humeſcat,ac refrigeſcat ſentiẽdi prin-
cipium,ſtatim ſoporoſa affectio(græci κῶμα appellant) oboritur : quemadmodum ſi ſicceſcat ac
incaleſcat,in uigilias illabitur:& perinde oẽs bilioſi ex utraq; bile inſomnes degunt:id tñ pecu
liare habent,qui atra bile tenẽtur,ꝙ difficiles ſunt,atq; præter oẽm rationem ſunt triſtes. Quòd
ſi non in uniuerſo corpore,ſed ſcđm unam quampiam particulam prædicti humores colligãtur,
tumores in corporibus ꝑter naturam pariunt,de quibus aliàs diſputauimus. At ea iſtorum ſym- H
ptomata,quæ nunc recenſuimus,præter decolorationẽ,tũc maxime fiunt,quum illi uel cerebrũ
occupant,uel uentriculum:vigiliæ etenim,& ſomni cauſam in cerebro habẽt ; appetentia uerò
atq; eiuſdem defectus ex ſtomacho,aliàs alio modo affecto proueniunt. Patet autem ſtomachũ
hoc loco os ipſius uentriculi appellari:vbi ſi pituita colligaƭ , appetitiones excitat:ſi uerò bilioſi
humores,& bilis ea flaua fuerit,ſitim & cibi faſtidiũ pariet, & ꝑterea os illis erit amarulẽtum:at
ſi atra,moroſi & triſtes,& ſine ſiti;ſaliuaq; plurimum illis ſcatet: nec ita tñ oẽs cibum faſtidiunt,
immo eorum nonnulli ſatis famelici ſunt, in quibus nimirum atra bilis acida qualitate fuerit af-
fecta:quod fit ubi ea malignior reddatur. Porro dum ea ueluti fex ſanguinis permanet, neq; exà
ctè adhuc acida facta eſt,ſatius forſitan fit,nondum melancholiam,ſeu atram bilem nominare :
ſed(ut nos ſolemus)melancholicum potius humorem:quando prope acceſſit , ut in melancho-
liam uertatur. Verum non eſt is ſermo à nobis inſtitutus, ut de differẽtijs uitioſorum humorum
diſſereremus:quum neq; eos plenitudinis uocabulo cõprehendi dixerimus. Nos aũt propoſue-
ramus,non quęcunq; quoquo modo exuberantẽ humorem inueſtigare,ſed de plenitudine diſq
rere:ꝙ copia eſt humorũ in uniuerſo aĩalis corpore. Quare neq; tumorũ particulatim,neq; ẽt ui
tioſorum humorũ ſpecies in hoc libro ullus ſperet ſe à nobis auditurum:ſed quũ uel oẽs priori

ſeruata

A seruata proportione aucti fuerint: vel unus alios quidem, parum tñ alios superauerit. Et sanè in plethoricis constõnibus pôt sanguis alios oẽs longo excedere interuallo, uerum non ita aliorũ humorum quispiã: id nanq; iam in cacochymiam, à uitio humorum sic dictam, transit, nec amplius plenitudo, neq; plethora erit uocitanda. Vnde & pulsus in cacochymijs exquisite cum humorum natura congruentes sunt: in illis uero quas modo diximus plenitudinibus, non æque cõspicue eas seruant dfias: qppe ꝗ humor ille superfluens semp plurimum sanguinẽ secũ habeat: si tñ nimis superet, & sit flaua bilis, tales necesse est pulsus reddi, quales fieri diximus, quum cor calefit ac exiccatur: ꝗ si atra bilis, rursus tales quales diximus fieri, quum refrigescit & exiccaẽ: & eodem modo, si pituita supra alios excreuerit, pulsus illi edentur, qui solẽt in frigida & humida gigni affectione: vbi vero sanguis oĩno se secundum naturam habuerit, nulla fit ab antiquo statu permutatio: sed si is qui humidior fit redundauerit, pariter & pulsus alterantur; vt etiam si quàm ipse esset, aut calidior fieret, aut frigidior. At uerò iam hæc omnia distinximus in libris de pulsibus. In præsentia uero nobis tñ dixisse suffecerit, ꝗ ex ocio atq; humido uictu sanguis, excrementis in eo àquosis redundantibus, humidior se ipso redditur: ex ira aũt, exercitatione, æstu, frictione, medicamento, alimentoq; calfacientibus, & meraciori vino, atq; uetustiori, cali-

B dior efficiẽ: quemadmodum frigidior, ex recenti frigore. Si ẽt quispiam alimentis temperaturæ siccioris diutius utatur, quæ tñ alia nulla teneantur intẽperie, sanguis in eo siccior euadet. Atq; & scd'm uarias cõplicationes, simul & frigidior & humidior, uel frigidior & siccior, uel calidior, & humidior, uel calidior & siccior, pro causis iam dictis, sine ullo ẽt alio in eo exuperante humore, efficieẽ. Quòd si ob eorum quoq; mixturã in intemperiem illabaẽ: ea quidem intemperies nõ sine cacochymia constare poterit: quæ adhuc diceẽ, ꝗ sanguine frigidiori & sicciori constat, uel frigidiori, & humidiori, & ita secundum alias sex intẽperaturas: octo etenim ille uniuersæ sunt: alio attamen modò, quàm qñ ille solus & per se fuerit talis. Pro horum uerò octo intẽperamentorum dfijs, pulsus talem obtinebũt formam, qualem nos in libris de pulsibus exposuimus. Sed mox an solius sanguinis sit, an uerò alterius humoris illi intermixti, ex uniuersi corporis colore discernendum erit: vel ẽt ex alijs symptomatibus, q̃ nuper recensuimus, nẽpe quæ de somno, & uigilia diximus, deq; cibi appetentia & eius defectu: & de alijs ꝑterea, quæ modo à nobis relata sunt: insuper ex prioris uictus rõne, ab exercitationibus, & ijs quæ ægrotanti accidere cõsueuere: nec non & ex anni tpe, regioneq;, & naturali corporis, tum densitate, tum raritate. Sic.n. præstiterit potius ex oĩbus fidem dignotioni desumere, q̃ ex uno tñ, uel duobus: quum probe no-

C uerimus, ꝗ hoc ipsum in hac arte ex cõiectura plurima deprompsit, uniuersa inquam artis pars, quæ dignotrix est, & non solum ea quæ in dignoscenda plenitudine, aut cacochymia uersatur, de qua nos nunc disquirere instituimus. Nam quæ ad actiones, uel morborum causas pertinẽt, quæq; ad curandi rationes, magis scienter cognosci põt. Sed de his alibi plenius egimus, eritque nobis satis nunc, posteaquã plene quod fuerat propositum definiuimus: hic ẽt huic libro finem imponere. Is uerò sermo sufficere poterit, si exemplo fuerit abunde explicatus. Ponamus igiẽ, homini, qui omni febre uacuus sit, uenas in maiorẽ tumorem attolli, totum ẽt corpus rubicundius euadere: statim ergo animaduertendum, num illi causæ aliquæ occurrerint ex illis, quæ uim calfaciendi hñt: & si forte hoc uideaẽ, præstabit huiusce rei dignotionem tantisper differre, donec motio ab illis in corpore uniuerso excitata conquieuerit: neq;.n. eum, qui ira excanduerit, uel q lauetur, lotusve sit, uel qui exercitatus sit, aut uinum nuper ingurgitauerit, aut qui quouis alio modo incaluerit, in hoc iudicium adducere oportet, sed eum, q ab omni externa motione iam quieuerit: qui si tunc talis uideat, sanguinem sanè in hoc hoĩe abundare iudicandum erit. Mox

D uero & alia consideranda erunt, & ea primum quæ uim hñt maximã, subinde autem & alia: huiusmodi uerò ostendimus esse grauitatem, tensionem, & pigritiam ad motum, postea pulsus, uigiliamq; & somnum, appetitiones cibi, eiusq; fastidium, & tandem quæcunq; alia istius generis sunt: deinde ea quæ ꝓcessere, si uim habeant generãdi plenitudinem, ulla ne excretio aliàs illi solita intercepta sit, uel exercitatio neglecta, atq; num plura, uel quæ plurimum nutriant alimenta ingesta sint, uel si post cibum se præter morem lauerit: insuper ẽt si solitus sit ille plethoricis morbis arripi: præterea uero addenda sunt ea, quæ ad anni tempus & regionem pertinent, & si quid aliud in eodem cum istis ordine sit, ita tñ ut non sit his omnibus æqualis causæ rõ attribuenda: quod & in alijs huiusce artis partibus obseruaẽ. Sunt etenim inter hæc indicia quædam scientifica, utpote tẽsio, grauitas, tumor uenarum, pigrities in motu, color, atq; etiam pulsuum motus, citra tñ quascunq; externas motiones. Sunt & quæ ab his deficiunt, in quo ordine sunt suppressæ excretiones, ociosa uita, copiosi cibi, & qui plurimum alant, balneæque insuetæ post cibum: hæc tamen si omnia in unum coeant, prope scientifica accedunt indicia. Tertium uerò ab his ordinem obtinent, si sit solitus is uir plethoricis teneri morbis: demum autem regionis & temporis ratio accedat, quæ hæc omnia ferè constituit. Nam hyeme & uere, locisque tum frigidis, tum temperatis, maior colligitur plenitudo: minor uerò, locis & temporibus calidis & siccis: & ita etiam qui densa sunt cuti, frequentius eam colligunt: qui eandem raram habent, rarius.

A.1.1.f.a.d.3 fu.a.c.6.45.g

GALENI DE TVMORIBVS PRAETER NATVRAM LIBER,

Horatio Limano interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Quæ causæ sint & nomenclaturæ tumorum præter naturam,

Quid sit tumor præter naturam. CAP. I.

X his quæ corporibus accidunt, id unum est, ad qđ indicandum onci vocabulo utunť: sic.n. Græci spatium in longitudinem, latitudinē, & profunditatem nominarunt: { Latini tumorem appellant } interdum etiam qđ est supra id, quod est scđm naturam, incrementum, oncon dñt: {tumorē latino sermone} quæ res non ęgrotis solum in parte qua libet, sed ēt ipsis sanis inest. Nam & obest aucti sunt supra id, quod est secundum naturam in profunditatem & latitudinē, nondum tñ præter naturam se hñt: vt.n. sæpe dictum est, tertia quædam constitutio est ea, quæ est corporum non natura dispositorum: quę est media inter ea corpora, quæ se habent scđm naturam, & ea quæ se hñt præter G naturā. Obesus igiť, aut tenuis non pter naturam est, sed tñ alter quidem est, supra id quod est secundum naturam, alter uerò est infra, uterq; aūr non natura dispositus est. Quem uerò tumor ex aqua intercute occupat, aut quem tenuitas ex tabe, ambo ij præter naturam dispositi sunt. Nunc autem in pñti libello propositum est considerare de tumoribus præter naturam, q & totum corpus occupant, & quamlibet eius partem: eo tñ etiam determinato, ꝙ excessus dispositionum q̄ non natura sunt, pter naturam sunt: læsio uero actionis est terminus excessus earū. Sed de tumoribus his longiori orone non est opus. Omnes.n. hoĩes cognoscunt, nō solùm ipsi medici, ꝙ plus carnis, & adipis q̄ iustum est eos tumores generat. Alios autem quicunque secundum dispositionem ipsorum corporum, non solum secundum quantitatem *primam ab eo quod est secundum naturam excedunt, iam consideremus, à phlegmone.i. inflammatione incipientes.

De inflammatione. CAP. 2.

SOlent Græci nomen hoc dicere de partibus, q̄ in maiori tumore sunt, carnosis, intentis, renitentibus, pulsanti dolore dolentibus, & calido, & rubentibus. Quæ uerò cā est, ob quam hæc symptomata fiant, nō modo non multitudini hominum, sed ne ipsis quidē medicis oĩbus cognitum est. Plures.n. eorum uia aliqua inquisitionem ipsam nō faciunt, sed quod ipsis vř, id simpliciter enunciant. Cōsideratio uerò fieret, si q̄s uia hac pcedat. Tumor* maior nunq̄ circa corpus ullum fieret, nisi eius subā ex duabus rebus altera affecta sit, uel ut à multo calore ueluti inferuescens fundať, aut foris aliquam nouam subām assumat. Cum.n. fundiť, in spiritus uertitur, & refrigerata pristinum tumorem resumit facilè: spūs aūt in partibus inflāmatis non uidemus cōtentum, ut in alijs tumoribus multis: & eædem inflāmationes refrigeratæ, neq; statim, neq; semp ad pristinā constōnem redeunt. Manifestū est āt ex incisione, ꝙ spūs non cōtineť. Si.n. incidať pars inflammata, apparet sanguis multus effusus, & totus locus euidenter sanguine plenus, quemadmodum spongiæ madefactæ: spūs uerò, neq; statim excidens, neq; post. Sed color quoq; sanguinis solus pprius simul, & inseparabilis est: partium.n. corporis, uel humorū nihil aliud est rubrū pter carnem & sanguinem. Sed neq; multitudo carnis est affectus inflammationis: & si ēt multitudo carnis in corpore constituať sola sine sanguinis multitudine, tumor quidē maior fit, q̄ pro modo naturæ, color aūt in terminis salubribus pmanet, neq; pristinā naturā euariat. In nulla.n. re, q̄ scđm subām augetur, intendiť pristinus color: sic.n. & nix magis alba fieret, & pix magis nigra, & aurum magis flauum. Incrementum igitur substātiæ diuersa res apertè est ab alteratione:

H

A.l 1.f.2.d.1. c.5.29.h.

nam

A nam augetur scd'm quantitatem, alteratur uerò scd'm qualitatem. Est autem & color quoq; indi
cium qualis subæ, non quantæ : hanc ob rē multitudo carnis, diuersa res est ab inflammatione.
Eandem quoq; ob rem existimaret quis in ipsa abundare humorem sanguinis. Sed & cum ulce-
ribus quoq; maxime inflãmationes interdum fiunt, & apparet q̃dã effluens sanies (ichorem ap
pellãt) aquosa & tenuis ipso loco circum cruento apparente. Necesse est igiƭ in hoc densitatẽ car
nis, quã in terminis vulneris sibi ipsi assumpsit, in eã mediocritatem uenire, ut ipsas sanies exci-
dere cõcedat, sanguinẽ uerò eius intus includat. Et sanies quãto tenuior est sanguine, tanto aut
etiã magis crassior est spiritu. Quare si caro vulneris ipsas sanies excidere cõcedit, & ipsum spm̃
certè cõcessisset. Eo autẽ semel euacuato, desisteret inflãmationis tumor. Profectò sic fieri appa-
ret in ijs partibus, in quibus spũs uerè est aggregatus: dissectis.n. ipsis, statim considet oĩs tumor.
Sed gñatio quoq; inflammationis, q̃ in vulneribus fit, testis est. In principio. n. recentibus adhuc
vulneribus multitudo sanguinis excidit: supprimiƭ ãt statim, aut nobis refrigerantibus, aut spõ-
te à cõtinenti refrigeratus. Sed cõprimentibus quoq; nobis manibus, aut deligantibus, prohibi
tus effluere retineƭ. Dein in oris dissectorum uasorum retentus & occlusus, cogiƭ & cõcrescit, nõ
secus ac grumus: p̃terq̃ q grumus est aggregata cõcretio sensibilis sanguinis : qđ uerò in ulceri-
B bus fit, nõ aggregatim, sed in paruis, & multis oris dissectorum uasorum sistit, & crassum reddit
sanguinem. Cum igiƭ hic crassior est, uasorum uerò orę angustiores, sanguis iã retineƭ, sanies ue
rò excidit. Hæ oẽs coniecturæ maximę sunt, q inflãmatę partes sanguine abundant. Calidior q-
dem est, q̃ pro modo naturæ, in ijs q̃ inflammata sunt : nõ tñ eatenus calidior, ut sola fusione tm̃
tumorem efficiat. Multæ ãt tibi huius quoq; rei cõiecturæ sint. Prima q dem exardentissimæ fe-
bres: quantò.n. uehementior est in his calor eo, q in partibus inflãmatis est, tanto tumorem ma-
iorem esse oporteret. Secunda cõiectura est, ex ipsa sanguinis suba : nõ.n. ut pix resinaq; & cera
à frigore cõcreuit, sed semp, & natura calidior est. Illis, cum calefiunt, ad cõtrarium est transmu
tatio: sanguini verò natura calido tumor q dem paulò maior fieret, nõ tñ tantò, quantò inflãma
tiones partes affectas attollunt. Pix quoq;, & resina, & cera, in tñ calorem uenientia, in quantũ
ueniunt, ea q̃ inflammata sunt, parum sup principium augenƭ. Nõ exigua quoq; p̃ter ea, q̃ dicta
sunt, hæc tibi alia cõiectura est, q tumor partium inflammatarum pp solam fusionem nõ fit: al-
teratio sanguinis exigua q dem est in calore, tumor uerò nõ paulò maior est. Id uerò q apparet,
tibi sit idonea coniectura. Nõ.n. ut resina, & pix, & cera uehementius incalescentia, ad plurimũ
fusionis ueniunt, sic sanguis quoq;, sed seruat, quãuis in igne coquaƭ, pristinum tumorem, aut in
C nullam, aut oĩno in minimam magnitudinem elatum. Dictũ est à me supra quoq;, q refrigeratis
inflammationibus nõ semp desistere cõtigit: vigentem.n. & magnam, in qua impactus est fluor,
& si uehementius refrigeras, tumorem nõ tolles, sed liuidam, frigidamq; efficies partẽ, & in scir-
rhum mutabis affectum. Facillimè uerò antequam impactus sit fluor, refrigerantibus, & adstrin-
gentibus repelliƭ, & maximè cum exiguus est. Tenaciter uerò antè impactus, nihil ab adstringẽ
tibus iuuaƭ, euacuatione uerò eget. Inuentum igiƭ est à medicis, tum nõ modo calfacientibus di
scutere, sed ẽt aliqd ipsius sanguinis sensibiliter euacuare, scarificationibus in cute factis. Omnia
igiƭ hæc magna indicia sunt, q inflammata pars humore sanguineo plena est. Immodicè aũt ca
lida nõ statim ab initio, sed tpe fit, retenta pp obstructionem oĩum foraminum pristina perspi-
ratione. Necesse igiƭ est, & sanguinem moram trahentem putrescere : q̃ enim calida, & humida
corpora calido loco congregata sunt, oĩa facilè putrescunt, si neq; euacuenƭ, neq; refrigerentur:
quare q̃ ex putredine eius est caliditas, ei superuenit quam antè habebat. Quòd igiƭ per partes
inflammatas in ipsis uasis plus sanguinis aggregatum est, tumoribus earum coniectandum est.
Nihilo minus eo quoq;, q uenæ prius ob paruitatem uisum effugientes, apparent, nõ sanè in in-
flammatione genitæ, sed eo q sanguine repletæ sunt, in tũ magnitudinis elatæ; ut sensibiles fiãt.
D Maximè autem in oculis accidere hoc uidetur, & pene, & mammis. Quòd uerò omnis quoq; ca
ro, cuius iam maximeq; affectio est inflammatio, repleri fluore sanguineo uideatur, & color &
tumor ipse ostendit: ob id uerò, & humida omnis, & madescens, ut lana, & spongia, apparet. Hu-
ius rei testis est, quæ effluit sanies, cum inflammatio ostiolum habet. Iurè autem arbitror, & ipsa
cutis, una cum tumoribus eorum, quæ subiacent, attolliƭ & circumtenditur. Et interposito tpe,
& ipsa de fluore aliquid accipit, ut uasorum tunicæ quoq; : sic quoq;, & ipsæ quæ in inflammata
parte sunt, membranæ: quin etiam ipsi nerui & tendines, temporẽ procedente ipsius inflamma-
tionis participant: interdum tñ uulneratis ipsis, aut aliter affectis, ex illis ipsis primo ipsum ma-
lum incipit. Vniuersaliter uerò nihil inflammatæ parti scd'm naturam exactè se habere perseue-
rat, cùm mora inflammationi est, sed omnia cum carne de fluore fruuntur; vt non nunquam ip-
sa quoq; ossa attingat, quemadmodum ex ipsis promouetur, interdum primo affectis. Cum igiƭ
secundum naturam se habet, laxa cutis est non obesis quidem : & locus qui interest, vacuus est,
cui ipsa insidet. Eodem modo loca, quæ in carne sunt, de quibus in anatomicis aggressionibus
abunde dictum est, inania omnia sunt, maximè quæ circum arterias, in circulo earum dilatatio-
nibus disposita sunt. In inflammationibus autem omnia sanguine replentur, ex uasis quidem ip
sis per tunicas resudante, in omni uerò carnis particula more roris permisto.

De abſceſſibus & empyematis. CAP. 3. E

CVm autē ipſo ꝓcedente tēpe uincit quidē natura,coctus uerò fit oīs fluor, & factus pus,extra carnē expellit̄ à uirtute,q̄ in ea eſt depultrix rerum alienarum.Vbi igit̄,uel foramē naturale cōſpicuum eſt,ut riuus effluentibus excremētis paratus;vel ipſe locus ibi rarus eſt; ex pure pars expirat,pars ſenſibiliter effluit.Vbi uerò circunſidet cutis dēſa,& dura, qualis eſt,q̄ extrinſecus nobis eſt;ibi retinet̄ pus,& à ſubiecta carne eā abducit:poſt & acrimonia perrodit, & exit foras,niſi quis eā ſcarificare pueṙtat.Victa āt à fluore natura,nō in pus,ſed in alienā quādā mutationē alias aliā deuenit ſanguis.Cōiter uerò oīa hęc à plurib⁹medicis apoſtemata.i.abſceſſus uocant̄,& maximè q̄ intus in ꝓfundo ſunt.Nō nulli uero nō oīa ſic appellāda putant, ſed ea ſolum,q̄ ipſam alterationem nō in cōſuetum, & bonum pus,ſed in corruptionē aliā quādam hn̄t. Vt ſuppurātia oīa,alij quidē empyemata uocāt,alij uerò diapyemata: quēadmodum ipſum empyiſcin,& diapyiſcin. Nō nulli uerò nō ſic,ſed cum in uiſcere tale aliquid factum eſt, id ſolum empyema noīant,& q ſic affecti ſunt,empyus. Rurſus qdā alij medici eos ſolos empyus noīare recte putant,qbus inter thoracē,& pulmonē pus aggregatum eſt. Noīa igit̄ (id qđ à me ſemper dictum eſt)eatenus curare oportet, ut dilucida ſignificatæ rei interpretatio ſit: ipſas autem res, de quibus oratio hr̄,inuenire ſic ſtudendum eſt,ut nihil ex his lateat:omnes.n.hæ ad curādi me- F thodum præparationem afferunt,qua methodo diſpōnibus ipſis non earum nominibus medemur.Huius igitur rei ſemper memores,ad eas quæ ex ipſis rebus reliquæ ſunt,eundum eſt. A.l.4.f.3.t.1. c.20.455.a

De ſinibus & eorum curatione quando calloſi fuerint. CAP. 4.

CVm corpora pus excoriat,abducitq́; & diducit ipſa à ſubiectis continentia, dein euacuato quoquo modo pure,nequeunt,q̄ diſtant,priſtinā cōſtōnem recipere,affectus noīatur ſinus. Niſi uerò quis celeriter eum curet,callum cōtrahit,& durus efficit̄ ſpatio tpis,nec ſubiectis agglutinari pōt.Coercet̄ tn̄ ſiccatus à medicamentis,& rōne uictus, ut hr̄e ſanitatem irrephenſibilem pars uideat̄.Si quidem perpetuò,quis accurato uictu utens,ſalubre uerè,& ſuperfluitatibus uacans corpus hēt,cohibitus manet ſinus:ſuperfluitate uerò aliqua ſubnutrita,rurſus replet̄,rurſusq́; fit,qui ab initio fuit abſceſſus:iterumq́; vt conuenit medentibus euacuat̄,ſiccat̄q́;,& coercetur,& ſemper longè faciliora ei hæc oīa fiunt,q̄ ijs,quæ primo abſcedunt.Neq́;.n.ꝙ diuelluntur dolent partes:etenim iam diſtant,celerrimeq́; repletur,facilè fluorem ſuſcipiente ſinu. Quin & celeriter euacuatur,uia ipſis effluxionibus facta: vt ſi agglutinatæ partes fuerint,rurſus doleant, cum rumpitur abſceſſus. Nō ſolum uerò ex inflammatione generatio abſceſſibus eſt, ſed etiam ſtatim ab initio non nunq̄ ꝓp alium aliquem humorem ſpatio temporis excoriantem,& obdu- G centem à ſubiectis, ea quæ continent. Igitur & inciſi omnigenam ſpeciem humidorum ſolidorumq́; corporum intus hn̄tes apparent,etenim cęno,& urinæ,& grumo,& ſucco mellito, & muc oſo,& oſſibus,& lapidibus,unguibusq́;,& pilis,in abſceſſibus inueniunt̄ ſimilia corpora. Quin & animalia ſæpe inuenta ſunt,omnibus ferè ex putredine generationem habentibus ſimilia.

De fiſtula, atheromatis, ſteatomatis & meliceridibus. CAP. 5.

ESt uerò,& quę fiſtula noīatur,anguſtus & longus ſinus,q̄ ſicut alij ſinus coercet̄,& rurſus abſcedit ob influxum ſuperfluitatum,quemadmodum illi. Atheromata uero,& ſteatomata, & meliceridès,alij quidem inter abſceſſus reponunt, alij uerò ad aliud genus referunt. Patet autē & natura horum ex ipſis noībus. Pulticulæ.n.aliquid ſimile in ipſis atheromatis inuenit̄: melli uerò in ipſis meliceridibus:ſeuo aūt in ipſis ſteatomatis.Vt plurimum uerò tunica q̄dā mēbranoſa oīa hæc continet.Hi igit̄ oēs p̄ter naturam tumores ſunt.Pręter hos quoq; carbunculi,gāgrænæ,& herpetes,& eryſipelata,ſcirrhiq́;,& œdemata,& cancri,& inflationes,quæ neque ipſa ignorari à medico oportet,ſed diligenter cōſiderari,& ſingulorum generationem & ſubſtantiā. A.l.4.f.3.t.2. c.4.457.b

De carbunculis. CAP. 6.

GAngrænę q̄dē & anthraces.i.carbunculi,cū qui ueluti inferbuit ſanguis,ꝓpeq́; īflāmationē eſt,cutem ꝓfſerit.Quapropter & cum cruſta fiunt,& bullæ p̄cedunt ulceri,quemadmo- H dum in ambuſtis,febremq́; acutiſſimā afferūt, & ꝑiculum de uita ꝓpinquum. Nigra uerò ubiq; & cinerulenta apparet carbunculorum ulceris cruſta:nō tn̄ ut in alijs, inflammationis q̄ circum eſt,color ruber eſt,ſed ad nigrius declinat aliter,quā q̄ ſanguine ſuffuſa ſunt, aut q̄ algore ſrigēt. Non.n.uehementer liuidus,ut in illis,tumor eſt,ſed hēt aliquid ſplendens,ut bitumen & pix:talis autem eſt exacta bilis atra.Malignitas igitur ulcerum,quę in carbunculis ſunt,inde eſt:par eſt enim aut ab initio ſtatim,aut peraſſatum in ipſo feruore ſanguinem melancholicum fieri. A.ibi.t.1.c.9. 454.a b

De cancris. Cap. 7.

IPſa verò ſine feruore atra bilis cācros efficit,eoſq́; cū ulcere,ſi acrior ſit. Hāc ob rē nigriores colores ſunt iis,q̄ īflāmata ſunt,& minimè calidi.Implent̄ āt uenę,in his & ītendunt̄ magis,q̄ in īflāmationib⁹:minus.n.excidit è uaſis ī circūiectā carnē ob craſſitudinē humoris, q cācros gignit:nō tn̄ rubræ quoq;,ut in inflāmationibus,uenę ſunt:ſed hoc quoq; ꝓ rōne īfeſtātis hūoris. A.l.4.f.3.t.2. c.15.459.b

De Gangræna, quæ poſt magnas inflammationes exoritur. CAP. 8.

SEquitur āt magnas inflāmationes q̄ Gangræna uocat̄, q̄ & mortificatio eſt affectæ partis,& niſi quis ei celeriter medeat̄,facilè mortificatur, quæ ſic affecta pars eſt, quæq́; continua ſunt apprehendit,

A apprehendit, hominemq; interficit. Cũ enim ualidè obstructa sunt per maximas inflãmationes, & ora uasorum & foramina omnia q̃ cutis sunt, naturali perspiratione priuata, quæ sic laborant corpora, facile mortificantur. Et primum quidẽ eorum coloris ipse flos extinguitur, qui cum in flammationibus erat. Deinde dolor & pulsus pereunt, non sedata q̃dẽ dispositione, sed ipso sen su mortificato. Inseparabilis autẽ ab inflammatione magna pulsus est: sic autem nominare uidẽ tur antiqui motum arteriarum ipsi laboranti sensilem, siue sine dolore, siue cum eodẽ fiat. Quare in inflammationis symptomatis pulsui quidã addunt hoc, cum dolore. Hæc in nomine quidem cõtrouersiam habent: melius autẽ est generationem eorum scire, appellatione neglecta. In ipso quidem secundum naturã, motus arteriarum insensibilis nobis est: in ipsis uerò inflammationibus, sensibilis cũ dolore. Percutit enim arteria, cũ dilatatur, quæ circum corpora sunt, & p̃cussio ne dolemus propter inflammationem. Cum uerò ipsa quoque iam tunica inflammata est, percu tiens simul & quæ percutitur, dolorem germinat. De his quidem satis dictũ m est.

De erysipelate, herpete, œdemate, & scyrrho. CAP. 9.

Dicendum deinceps de biliosis fluoribus. Vicit.n. nescio quõ medicorũ mos, ut siue bilem nominemus simpliciter, siue biliosum humorem, audiamus pallidã amaramq;, non acidam B & nigram: illam.n. semp cũ adiectione nominant, appellationi humoris colorẽ adiūgentes. Cũ igitur biliosus fluor decubuerit, qui exactus quidẽ est, cutẽ ulcerat: qui uerò aquosa sanie sãgui neve mistus, minus est acer, magisq; in tumorẽ attollit partem, quã ulcerat: hoc quidem erysipe las nominat: alterũ, Herpes. Humorẽ uerò qui fecit, & color & calor affectionum indicat. Cũ aũt rursus acer ipse, alter quidem minus talis, alter uerò magis, sciẽdũ ex acriore, Herpetem esthiomenon constitui, sic.n. ipsum nominauit Hippocrates: ab altero uerò, cui non non nulli post Hippocratẽ Miliaris nomen pósuerũt, quia milijs similes eminentias efficit in cute. Mihi quidẽ talis fluor pituita mistus uidetur: alter uerò exactæ bilis esse: hanc ob rem cum corrosione fit, ip sum cutis continuum semper apprehendente affectu, uñ ei nomẽ est. Aequali uerò sanguine bili misto, in medio amborũ erysipelatis & inflãmationis affectioni species & natura est. Si uerò alterũ multũ superat, ab ipso superante appellatio affectui est: prædicatur uerò quod ei mistũ est. Erysipelas igit inflammatoriũ ex flaua superante, inflammatio uerò erysipelatis, sanguine supe rãte dicitur. Similis cæterarum quoq; mistionum interpretatio est. Inflammatio scirrhosa, & scir rhus inflãmatorius: œdemaq; inflammatoriũ, & ędemosa inflãmatio. Quatuor.n. hi sunt, q̃ frequenter fiũt affectus propter influxũ humorũ, Erysipelas, & ędema, inflammatioq;, & scirrhus.
C Erysipelas igitur, ut dictũ est, bilioso fluore superante: Inflãmatio uerò, sanguineo: ędema tenuĩ cõstitutione pituitæ: ut crassa quidẽ & glutinosa, alterum scirrhorũ genus. Alterũ.n. fęx sanguinis efficit. Est autẽ ipsa quoq; duplex, altera q̃dẽ species, quã Hippocrates nigram uocat: altera uerò & ipsa quidem nigra est, propriam uero appellationẽ habet: nominatur.n. atra bilis. Huius quidẽ Canceri: alterius uerò nigræ una quædam scirrhorum species effectũ est. Distinguit uerò ab altera pituitosã, colore. Cõia uero ambarum sunt, maior q̃ pro ratione naturæ tumor, idemq̃ne sine dolore, & durus. Et utriusq; generatio interdum quidem ab initio, aliquãdo uero ex lap su, aut inflammationis, aut erysipelatis, aut œdematis, cum immodestius refrigerata sint.

A.l.4 c.3.t.1. c.6. fol.453.g

5. Aphor. 22. Ext. ord. 19 d. Et in lib. de usu humidorum ad finem.

A. ibidẽ. c.4. fol.452.d

A. ibidẽ. c.4. fol.457.d

De effusis & nigroribus. CAP. 10.

Propinqua uero scirrho sunt, & quæ Ecchymomata.i. effusa uocãtur, & Melasmata.i. nigrores: senibus maximẽ contingentes collisis uenis. Ex his autem sunt non nulla, ut dictum est, nigra: maximeq; senibus fiunt hæc propter leues occasiones. Nõ nulla uerò rubri nigriq; in medio, quæ pelidna.i. liuida uocantur. Omnia autem hæ fiunt sanguine è uenis effuso: nunc quidem per tunicas contusas, nunc uerò in finibus reseratas.

De Aneurysmate, & sideratione. CAP. 11.

D Ore autẽ in arteria facto, affectio Aneurysma uocat. Fit ãt uulnerata ea, cũ ad cicatricẽ deuenerit, q̃ ei adiacet cutis: manet uero arteriæ ulcus, ea neq; cõglutinata, neq; ad cicatricẽ p̃ducta, neq; à carne obstructa. Dignoscuntur uerò tales affectiones pulsibus, quos arteriæ fece rũt: sed ẽt cũ p̃muntur, delitescit oĩs tumor, recurrente in arterias substantia, q̃ cũ efficit, quã tenuẽ simul flauumq; sanguinẽ esse, tenui multoq; spiritui cõmistum alibi mõstrauimus. Planè uero calidior quoq; est sanguis hic eo, qui uenarũ est, uulneratumq; aneurysma eiaculat sangui nem, ut uix contineri possit. Cedit igitur in œdematis quoq; materia p̃mẽtibus digitis, foueãq; pars recipit: uerum neq; pulsus est in hoc affectu, albidiorq; est color: œdemaq; multo latiꝰ maiusq; aneurysmate est, nisi grumus q̃s ingenitus ex aneurysmate sphacelõ.i. syderationẽ faciat. fic ãt uoco corruptionẽ solidorũ corporũ oẽni, ut ipsis quoq; ossibus insit, nedũ carnibꝰ q̃dẽ ua sisve. Gãgræna uero mortificatio ipsa quoq; est solidorũ corporũ, sed nec ossibꝰ inest, magnasq; inflãmationes sequitur: q̃ syderationũ species quædã est, propriãq; & selectã appellationem supra cõem assecuta est. Hæc satis diffinita sunt. Etiã tp̃s est ut de melacholicis fluoribus dicamꝰ.

De Atra bilis decubitu. CAP. 12.

Cum uero in carnẽ bilis atra decubuerit, cũ mordax est, circũiectã cutẽ prodit, ulcusq; efficit: cũ uero modestior est, efficit cãcrũ, q̃ sine ulceratione est. Dictũ ãt antea est, ab hoc magis, q̃ ab inflãmationibus uenas attolli, earũq; qualis spẽs coloris fit. Nõ solũ ãt cãcrosum ulcꝰ,

ſed alia quoq; multa cũ tumorib⁹ corporũ eos cõtinẽtiũ cõſtituũt: oĩa mali hũoris aũt biliofi cu E
iuſdã, aut melãcholici, aut aliter quoq; virulẽti prauiq; ex corruptiõe maiori ſubnutriti effecta.

De Phagedænis, ſcabie, & lepra. CAP. 13.

QVæ uerò depaſcũtẽ, attingũtq; q̃ circũ ſunt, ipſum cõtinens ſanũ corpus perrodentia, hæc oĩa phagedænica uocãtur. Ex ambobus aũt cõpoſita. ſ. ulcere ipſo & circumiecto tumore, phagedænã noĩant. Depaſcit herpes quoq; q̃ circũ ſunt perrodẽs, ſed ſolũ cutis exulceratio eſt. Phagedæna uerò cũ cute, q̃ ſubiecta ſunt, attingit quoq;. Chironia uerò & Telephia uocare ulcera ſuperuacuũ eſt. Sat.n. eſt oĩa cõiter Cacoethe. i. maligna appellare. Scabies quoq; & lepra, melancholici affectus ſunt ſolius cutis: vt, ſi quidẽ in uenis quoq; & carne fiant, cancer nominatur.

De Elephante. CAP. 14.

MElancholica affectio & ipſe Elephas eſt, primã q̃dem gñationẽ ex ſanguine melancholico habens: ſpatio uerò t̃pis ipſius nigræ plus ſanguine fit, cũ malè olentes ſunt, & moleſti uiſu. Horũ non nullis vlcera contingunt. Hanc affectionẽ, cum incipit, ſatyriaſmon nominant, quũ ſatyris ſimiles fiunt vultu: aliqui uerò q̃ in temporibus ſunt oſſeæ eminentiæ ſic uocant. In alijs partibus quoq; tales oſſiũ fiunt eminentiæ: eaſq; uocant aliqui exoſtoſus: vt naturales quoque pudendorum diſtentiones non deſiſtentes, ſatyriaſmum aliqui uocãt, aliqui uerò priapiſmum. F

De achoribus, cerys, myrmecys, acrochordonibus, pſydracibus, epinyctidibus, furunculis, tuberculis, bubonibus, ſtrumis, & ramice. CAP. 15.

ESt & achor, quoq; ulcus patuũ in cute capitis, cõiectares autẽ id pituitæ ſalſæ nitroſæ effectũ eẽ. Ex eo igĩ ſanies q̃d effluit, neq; aquoſa ſimpliciter, neq; iã craſſa ut mel, ceu ĩ ijs q̃ ceria, i. faui noĩanẽ. Etenim hæc cũ tumore quodã, foraminib⁹q; plurib⁹ fiũt, mellito humore effluẽte. paruus & horũ tumor eſt, ſed nõ tñ, quãtũ q̃ achoris eſt. Quin ẽt his minores tumores p̃ter naturã ĩ cute fiũt, myrmeciæq;, & acrochordones, & pſydraces, & epinyctides, oĩb⁹ notę affectiões. A.l 4.c.3 c.1. c.3.457.a
Notus nõ minimè & dothiẽ. i. furũculus eſt, mitis q̃dẽ cũ ĩ ipſa ſola cute cõſtituĩt, malign⁹ verò cũ altè exoriĩ: phymati.n. i. tuberculo ſic ſimilis eſt, ſolaq; duritie à tuberculo talis furũculus diſtat. Ambo aũt affectus inflãmabundi ſunt, quos p̃ter tertius quoq; ipſe bubo, quartusq; quẽ nominãt nõ nulli phygethlõ, calore ſimul & celeritate gñatiõis ab alijs tuberculis diſtinguẽtes. Sũt quoq; q̃ dicãt in ĩguinib⁹ & alis ſolis phygethla fieri, q̃ adenũ, q̃ ibi ſũt, inflãmationes ſint. Hi cũ indurati ſũt affect⁹, Chœras. i. ſtruma noĩaẽ, vt ipſis quoq; teſticulis ĩduratis, nomẽ morbo ſarcocelen poſuerũt, quẽadmodũ cũ aquoſus humor ĩ tunicis, q̃ circa teſticulũ ſũt, aggregaẽ, hydrocelen uocãt, & epiploclẽ, atq; enterocelẽ. Præter hęc ex ambob⁹ ẽt cõpoſitũ plus iuſto contexũ, G
enteroepiplocelẽ, medicorũ iuniorũ nomẽ, oẽs teſticulorũ tumores κήλας. i. hernias ſiue ramices noĩãtiũ, ut p̃ κ, elemẽtũ prima ſylla ba dicaẽ, nõ p̃ χ, vt ab Atheniẽſib⁹. Sicut uerò ſingula q̃ dicta ſũt noĩa, ĩdicãt p̃tis morbũ ď quo dñt, ſic cirſocele recẽtius nomẽ oſtdit affectũ, ď quo dictũ ẽ.

De varicibus, ruptura peritonæi, & hydropicis. CAP. 16.

KIρσοὺς aũt. i. varices, alias quoq; uenas oẽs dilatatas antiq. noĩant: κιρσοὺς & has iuniores uocãt medici κ, elemẽtũ cũ κ, ponẽtes, nõ quẽadmodũ Atheniẽſes. Fiũt ãt & in crurib⁹ uarices ob ĩbecillitatẽ uenarũ q̃ ibi ſũt, magiſq; cũ ſanguine craſſo abũdat corp⁹. Mẽbrana aũt ĩteriore abdominis (pitonæũ appellãt) vulnerata aut rupta, poſt nõ cõglutinata, tumor mollis fit ĩ loco. Si verò in inguine fiat, bubonocelẽ uocãt. Si in vmbilico accidat hoc, exõphalos uocãt non nulli medici eos, qui ſic affecti ſunt. Peritonæi aũt ſolius nõ eſt hatum affectionum ulla, ſed oportet oĩno ipſius quoq; muſculi neruea appẽdicẽ affectã eſſe, quã in diſſectorijs tractatibus qualis nã ſit, oſtendi. Hæ igĩ affectiones trãſuerſorum muſculorũ ſunt. Qui uerò in inguine ramices ſunt, obliquorum, aut rupta, aut dilatata, unà cum pitonæi tunica, ipſorũ appẽdice, q̃ eo in loco eſt. Fiunt & alij quoq; locorum, q̃ huc ſpectãt, tumores, ob aliq̃ ſubiectorũ uiſcerum ſublatum. Dictæ uerò affectiones ſunt, q̃ tumores eorũ efficiũt. Inflãmatiões. n. ſunt, ſcirrhiq;, & abſceſſus, & q̃ talia ſunt. In hydropicis autẽ eo loco multitudo aggregaẽ, aquoſa quidẽ in ipſis aſcitis, uentoſa uerò in tympanitis, pituitoſa autem in ijs, qui anaſarca & leucophlegmatiæ nominantur. H

De Epulidibus, parulidibus, thymis, vuis, tonſillis, pariſthmijs, polypis, encanthidibus, vnguibus, & ſtaphylomatis. CAP. 17.

IAm uerò q̃dã, alij quoq; tumores p̃pria noĩa adepti ſũt, nihil ſelectũ hñtes, vt epulides, & parulides, & thymi, cęteraq;, q̃ talia carnoſa germina ſũt: vt rurſus vuæ, atq; pariſthmia, & tõſillæ, nihil aliud q̃ inflãmationes ſunt: vuę q̃dẽ gargareonis, tõſillæ uero adenũ eorũ, q̃ ĩ principio fauciũ ĩter ſe oppoſiti ſũt, quẽadmodũ patiſthmia corporũ eorũ, q̃ in faucib⁹ ſunt. Vẽ aũt Hipp. a. de morbis. nõ oẽm gargareonis iñãmationẽ vuã noĩare, ſed unã ſolã ſpẽm, qua gargareonis termin⁹ ſimilis acino vuę ẽ. Verũ & polypi aut iñãmatiõe, aut tuberculo, aut aliquo germine, aut utcũq; noĩare q̃s uelit, in narib⁹ cõſtituto efficiunẽ: inflãmabũdi uero ſunt, humidiq; p̃p locũ. encãthis ãt ipſa quoq;, q̃dã p̃ter naturã tumor ĩ magnis hirq̃s fit, nõ eſt aũt toto gñe p̃ter naturã. Pterygia uero, i. vngues germina ſunt adnatę oculis extrinſecus mẽbranę, q̃ ab ipſo circũ oſſali delata, ad coronã puenit. Quę ãt ſtaphylomata uocanẽ, alia quidẽ ſolo poſitu, alia uero ipſa diſpõne p̃ter naturã ſunt. Dictũ autẽ eſt alibi de oĩbus talibus, quæ in oculis affectiones conſtituuntur, iam igitur t̃ps eſt finire ſermonem, nulla adhuc tumorum p̃ęter naturam ſpecie, quæ dicta non ſit, relicta.

A

GALENI DE MORBORVM TEMPORIBVS LIBER VNVS

B

Ioanne Guinterio Andernaco interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Quot ad summum sint tempora particularis morbi, & quàm hallúcinentur veteres in temporibus morbi dignoscendis.

De proportione temporis morborum ad animantium ætates, & dubitatio an principium aliquod sit in morbis. CAP. 1.

C Valis res animalibus est differentia secũdum ætates, talis morbis sunt tpa, q̃ καιροὶ Græcis uocanť. Neq; enim tp̃s simpliciter hoc uocabulo significatur, neq; cõueniens illud tp̃s, in quo præsidia ẽt cõsideramus, sed tm̃ morborũ, ut diximus ætas, quę temporum uicissitudine immutatur, ut animal ætatibus: qđ omnibus corruptelæ subiectis corporibus, alijs magis, alijs minus adesse vr̃. Nã si natura ipsorum immutationis alterationisq; perpetuo expers maneret, nimirũ nõ corrũperetur. Quẽadmodũ igitur & ipsi nos geniti ad uigorẽ usq; augescimus, inde iã cõtabescere incipiẽtes, ad extremã usq; corruptionẽ declinamus, si oẽs ætates pertrãsituri sum⁹: pari modo singuli morbi à prima eorum constitutione ad statum usq; increscunt, dũ pro augmẽti prioris portione decrescẽtes in totum dissoluãtur. Videbiť aũt forsan morborũ pro tpe immutatio hoc solũ ab animãtiũ ætate discrepare, q̃ his propriũ generationis tp̃s est, quo oẽs ad uitã necessariæ partes figurantur formanturq;: morborũ nullum huiuscemodi tp̃s est propriũ, sed à primo statim ingressu augescũt: idq; rõne probabili. Nã illa, corpora sunt: hi, corporũ accidẽtia. Quare figurationem generationemq; † morborum proprietas non postulat: accidẽtia uero ipsis, ut q̃ nullã figurationem expectant, primo aditu protinus generationẽ simul acquirũt, & ad incrementum festinant. Quæ.n. inflammationis generatio esse possit? an qualis est animantis nascẽtis figuratio? uel q̃ erysipelatis? D uel quę, uerbi gratia, febris? Nã unũquodq; horum, statim cum primũ cęperit initium, hmõi speciem habere vr̃, qualẽ eius generis maximũ habet: deficit aũt sola ab illo magnitudine. Etenim inflammata pars calidior q̃; prius euadit cũ tumore maiore, itẽ dolore simul & tẽsione: sed hæc parua primo adito sunt, inde uero ad magnitudinem quandam non omnibus æqualẽ increscũt. Ex quo tpe deinceps uel discutitur præsidijs tumor præter naturã, simulq; cũ ipso dolor quoq; & calor remittitur: uel in pus mutať. Sic.n. inflammationes soluunť, si finiri debẽt. De his aũt sermo nobis primũ instituatur, consideratione de morbis qui non soluuntur, nunc in posterum dilata. Tempus itaq; nullũ inflammationis generationi singulariter proprium attribuitur ab eo quod augmenti est, diuersum, sed unum est uniuersum à primo insultu, usq; ad statum affectu increscẽte. Sic habet etiam de erysipelatis, omnibusq; alijs: siquidem febris genere quidem caliditatis, ut arbitror, quæ præter naturam est, comprehenditur: huius autem proprium singulariter generationis tempus diuisum non est, sed ubi corpus primum calidius q̃ antea febrili calore fieri cœperit, inde aliud atq; aliud tempus affectionis incrementum ad usque perfectam consistentiam excipit, quam in singulis rebus summam esse magnitudinem intelligimus.

† Vetus trãslat. legit: corporum proprietas requirit, & ita quoque codices Græci antiqui.

Solutio prædictæ dubitationis & de ratione principij morborum dignoscendi. CAP. 2.

HIc sermo † ‡contentionis plenus est, ‡ & agonistã aliquẽ ad respõsionẽ strenuũ requirit, q̃ propriã morborũ initijs speciẽ esse demõstret: ut animantibus primũ hoc ordinatũ tp̃s dũ formanť, quod finibus proprijs circũscribiť: de quibus iam sententiã meã docere supersederem

† τεχνικὸς ὢν

nisi

nisi mihi casu quodã in hac sermonis parte uersanti, Archigenis diuisio succurrisset, q̃ morbos E in prima & maxima tempora diuidens, post initium statim uigorem seu statũ ponit: medio tpe, ascensu siue incremento uidelicet, omisso. Cum enim totius principij propriũ tps nõ esse uideatur, sed id omne, quod à primo insultu ad statum intercedit, incrementũ existat, quo quis Archigeni consentiat, qui, quod omnibus confessum est, prӕterit: ambiguũ uero tanq; cõfessum prõptè ponit? Hac igitur ratione sermonem omnino deseruisse uidetur, qui magno certamine indigeat, quo morbi principium propriam figurã habere, non paruitate modo à sequentibus ipsum differre ostendatur. Nos uero iam morbi principium specie quadam ab increméto post ipsum, diuersum demonstrare conabimur. Initium autem sermonis ex his, quӕ euidẽter oĩbus in pluribus morbis apparent, sumetur. Quo puto medici propemodum omnes moti, qui Archigenem prӕcesserunt, initium quoddam cuiusq; morbi dicunt non primum illum simplicẽ duntaxat insultum: sed t pis lõgitudinẽ latitudinemq́; notatu dignam aliqñ ipsi ascribunt: post hoc ascensum, deinde statum, ab hoc declinationem. Spectauimus * enim non nullos, dum actionẽ nescio quam obirent, paulatim inhorruisse primũ: deinde iterum atq; iterum inӕqualitatem quandam validiorem, horroremq́; euidẽtiorem sensisse: ut quӕ prius citra offensam agebant, neq; agere, neq; sustinere potuerint, sed & decũberẽt, & cooperiri desiderarẽt: atq; hoc alijs accidisse horis F tribus, alijs paucioribus, uel pluribus: ex eo aũt tempore calorem insuauem, eamq́; prӕter naturam sensim augescentem percẽpisse: quandoquidem in his ipsis principium accessionis ab incremento singulari specie differre manifesto uidetur. Nemini uero dubium est, quosdam augmẽtũ uocare incrementum, quemadmodum alios quosdam ascensum. Grӕci tripliciter αὔξησιν & ἐπίδοσιν, & ἀνάβασιν appellant. Nos omnibus uocabulis ut in mentem uenerit utemur, omnia siquidem rẽ unam denunciant. Hӕc itaq; res tribus nominibus appellatur. Sistit qñq; & ab incremẽto cessat & sibi ipsi ӕqualis uel longiore uel breuiore quodã tẽpore permanere uidetur. Deinde minor q̃ fuit, uel citius, uel diuturnioris temporis spatio fieri, interdũq; febricitantis dispositio ad integritatem sic reuerti apparet. Est cum à secundӕ accessionis insultu eandem speciem cum prӕdicta habentis deprehenditur. Interim omnino prӕdicta secundo rursus ӕgrotãti adueniũt: plerunq; tertio, quarto, & quinto, morbo uidelicet ex iisdem ad eadem per ordinẽ ipsum, circulum quendam ambiente, quem singuli medici periodũ, i. circuitũ appellitant. Nõ nulli ex huius genere xxiiij horis describuntur, uocanturq́; quotidiani. Aliqui xlviij, hoc est duobus diebus & noctibus, quos tertianarum febrium circuitus nominãt. Alios quosdam lxxxij horarum tp̃s describit, quorum febres ipsas quartanas nuncupant: circulum autem uniuersum, qui ad unũ prin G cipium reuertiẽ, quaternariũ circuitum; sic ẽt ternarium simul cum tertiana febre, & quotidianum singulis diebus reuertẽtẽ simul cum quotidianis febribus. At hi circuitus oẽs aliquãdo ad integritatem ꝑueniunt, ut in prӕdictis febribus, quotidiana, tertiana, & quartana: alias ad declinationem solum, uel proprius ad integritatem, uel etiam longius ab ea uenientem.

De Morbi temporibus exemplo febris tertianӕ. CAP. 3.

Itaq; de tertiana febre exempli gratia uerba primum faciamus. Incipit horror hmõi febrium mediocris: deinde extremӕ partes mẽbrorum simul cũ horrore uehementiore refrigeranẽ: postea iã & rigore, & frigore concutiuntur plurimӕ corporis partes. Pulsus earũ in hoc tẽpore durior, & minor q̃ prius euadit: uelocior manifesto in systole, idest cõtractione, ijs q̃ systolẽ sentire nouerunt, Nam diastole, i. eleuatio, multo q̃ fuit tardior, prӕsertim in insultu est: interdum uerò similis priori cõstitutioni permanere tibi uidebitur. Qoin & illa quies, quӕ post systolẽ est, largior quodãmodo est, quӕ uero post diastolẽ est, eodẽ cum illa modo sӕpe quidem est priori ӕqualis, aliqñ uerò nõ ӕqualis. Hӕc quibusdã horis ӕquinoctialibus duabus fieri nata sunt: qui busdam uel pluribus eis, uel paucioribus. Inde pulsus maior simul & uelocior, densiorq́; fieri incipiens, sensim singulis commemoratis increscit. Statim uero calidiores, q̃ antea cum relatis pul H sus mutationibus redduntur. Quo fit, ut quidam multum calorem intus sentiant, artubus adhuc frigescentibus. In summa, inӕqualitas quӕpiam non parua in corpore, per hoc tp̃s exuperat. Secundũ uerò hoc tẽpus illius primi est, in quo ex priore statu uniuersum quidẽ corpus refrigeratũ fuit: pulsus autẽ in cõtraria prioribus conciderunt. Vbi fanè febris ad integritatẽ ꝑuenit, q̃ *διάλειμμα, i. intermissionẽ seu interuallum nominare liceat, quoniam & Hippocrates eã hoc nomine dignatus est, pulsus in naturali statu cõsistit, quãtũ nos sensu percipere possumus. Huiusmodi uerò interuallum lõgè optimum est: quippe, quod simul atq; animal refrigeratum fuerit, in dictas ante paulum differentias repente transmutet: postea rursus ubi incaleat, ad contrarias deducat. Primum itaq; tempus totius periodi exactè est, quo corpus cum mutationibus pulsus prӕdictis inalserit, uel ex sanitate, uel ex interuallo ad hoc perueniens. Aliud ab hoc secundum est, quod pulsum & calorem in contraria mutat, donec tota corporis moles ӕquabiliter concalescat. Post hoc tertium, quo calor etiamnum augescit, pulsibus magnitudine celeritate & frequentia ei respondentibus. Quarta constitutio post tres commemoratas conspicitur, omnibus iam dictis ӕqualem sibi magnitudinem pro sensus nostri iudicio conseruantibus. Ad hӕc quinta alia, cum iam calor manifesto decrescit, halitus autem per cutẽ excernitur, pulsus ad naturalem

A.l.1.f.2.d.f c.7.fol.30.b

A.l.4.f.1.1.a. c.36.fol.423.a.b

A.l.4.f.2.t.1. c.4.f.412.b

*Mihi nondum contigit ut legerim apud Hipp. hoc nomen διάλειμμα, at sӕpius uerbum διαλείπειν & participiũ διαλείποντες, ut 4. Aph 43. 45. 47. 48. 49. 50. Ex. ord. 32. f g h & 33. a. b. c. Et in Progno. com. 3. t. 27. 4. 210. a. Et 1. Epi. com. 1. t. 23. 3. 106. a. & cõ. 3. t. 2. & 10. 218. c & 120. a

A lem habitum redit:reijciens omnia quę præter naturam ex magnitudine,celeritate, & frequen
tia,& duritie,cōquisierat:hoc tempore plurimis ipsorum sudor oritur.Post hoc interualli temp⁹
sextum ad prædicta peruenit.Nulla horum abditæ rei hypothesis est, sed quotidie ferè in omni
bus tertiana febre laborantibus euidenter ita apparent.Atq; huic sermoni ab Hippocrate tra-
dito,addendum est:ꝙ qui etiam medicus non est,hucusq; posset rectè cognoscere,si pulsus mu-
tationes à sermone excipiamus.Maius enim in se negocium habent,quam ut ab idiotis queant
intelligi.Cæterum caloris mutatio,etiam si ægrotantes assequi nolint,stimulare ipsa,pungereq;
eos nata est,ut non lateat.Referunt omnes ægri tam subitò quidem,uel inæqualitatem, uel hor
rorem eius ultro citroq; cursitare :inde simul cum extremorum refrigeratione horrorem inten
di,sequiq; ipsos totius corporis concussionem:postea rursus huis concussionis,quæ rigor dicit̃,
interim fieri remissionē,extremorum algores resolui,æstus uehementis,qui phlogosis Græce di
citur,sensum,intus esse & sitim:ad hæc rursus omnē quidem inęqualitatem discere, corpus ue-
ro totum æquabiliter aduri:atq; hoc semper,magisq; eis euenire:ac calorem tandem aliqñ siste
re,sibiq; similem manere:postremo solutionis sensum oboriri,idq; ad constitutionē usq; illa nō
cessare,in qua primum se uri non amplius senserunt.In tertianis itaq; febribus particulares cir-
B cuitus differentiæ huiusmodi quædam sunt.In alijs autem aliæ,de quibus ordine dicturi sumus.

Quæ veteribus medicis curandi causa,ac de recta nominum impositione. CAP. 4.

NVnc ad hoc primnm,quod prius instituimus,sermo dirigatur.Primū igit̃ erat tp̄s, qđ inte-
gritati cohæret,frigoris sensum p̄bens,quod,initiū appellauimus:Secundum qđ frigus, ut
dictum est,paulatim deponit,& uocabit̃,cōpendij gratia,inęqualitatis tp̄s:Ab hoc tertiū,qđ est
æqualis incrementi:postea quartum,quod est consistentiæ:quintum quod est imminutionis:po
stremò sextum,quod est integritatis.Quòd igit̃ sex dictæ regulares in tertianarū febriū circuiti
bus drīæ sūt,sensu,& memoria,nō demr̄atione logica indiget.Porrò nomina ipsarū simul pone * Al. particolares.
re,tū cōpēdij,tū claritatis gratia p̄stat:quemadmodū lex quædā est cōmunis omnibus Græcis,
ut quarū rerū nomina apud uetustiores usurpata inueniamus,his utamur:quarū uero nō habe-
mus,uel ab aliqua earum rerum quarū habemus nomina,trāsferamus,uel ipsi secūdū rerū quā
dā similitudinē ad ea,q̄ denominata sunt fingamus,uel de alijs dictis abutamur.Licet quidem,si
uelis nec consueta grecis seruare,si facere ipsum oporteat,ad prædictos scopos respiciētē . Atq;
hæc frequens est apud recentiores medicos,ut qui non puerili disciplina,quemadmodum uete
res,instituti sunt:concedendum itaq; ipsis est , ut uelint appellare: qm̄ contentiosi sunt , & im-
C pudentes.Frequenter etiā nominibus utendum,ut illi præcipiunt , quò nugacitatem ipsorum
fugiamus.Neq; enim propter transgressionem legis in nominibus,ægrotātes incōmodi quicquā
A.l.4.f.3.c.1. 3.c.42.f capient.Cum āt uel tēpus aliquod occulent:uniuersum prætereuntes,uel prædictis id,qđ sensi
bus non apparet,adducant:nō ipsis cōcedendum est:tanq̄ huiusmodi peccato ad ægrorū offen
sam modo spectante.Melius itaq; est,interim erratorū causas prospicere,ob quas medicorū plu
rimi fallunt̃ : ne ipsi erroris quippiam committamus, & illis uerā rei uiam,si uelint,ostēdamus.
Quidam enim ex eis huiusmodi ingenio refractario sunt præditi,ut ne , uel si Apollinem ipsum,
uel Aesculapium habuerint desiderātes docere ipsos, monentesq; ut aliqñ obtēperent, audire,
atq; aures præbere aliquando possint,nedum hæc dicta animo suscipere:quare nec illis hæc scri
bentur:Hæc igitur erroris ipsorum causa prima,& maxima est,morborum differentiæ ignoran
tia.Tertiana siquidem,ut iam expositum est,moueri,& ueluti ętates suas perficere consueuit:q̄-
q̄ non similē motū quiuis morbus obtinet:ob qđ neq; nos rectè, quæ de tertianis diximus,ad
omnes transferemus:nec alius quispiam in alio affectu communem unam omnium rationem
D esse existimabit:unde hæc prima maximaq; errati ipsorum causa est.

In quot ad summum partes morborum tempora diuidi queant,ac quibus nominibus singula appellanda. CAP. 5.

ALias āt pro usus ordine deinceps explicabo,ubi nomina prius cōmemoratis tertianæ perio
di tp̄ibus imposuerim.Proinde cū Hippocrates dixerit,* Febres quæcūq; nō intermittētes
“ tertio die fortiores fiūt,magis p̄iculosæ fiūt:quocūq; āt mō ītermittāt,periculū abesse significa 4 Aph.43 Extr. or.32.e
“ tur.hoc Intermittere.qđ grece διαλείπω dixit,non de alia parte circuit⁹,integritatē trāsgrediē-
do capere debemus.Nō.n.iā hoc ait,quocūq; mō declinent, nā hoc falsum est:q̄ppe cùm semi
tertiana febrium deterima sit : tñ in declinationem manifestam multis peruenit : & alijs oībus
hac parte cōsimiliter,nisi synochis appellatis,qm̄ hæ solæ febres,nec inclinationē sensibus expo
sitā,nec uniuersum circuitū,aliāq; prædictorum drīam obtinent:sed qualē tertianarū magnitu
dinis aliquo tp̄e statū esse diximus,talem illæ hn̄t uniuersum ferè ipsarū decursū.Si igit̃,ut dixi,
ex sua ipsarum natura periculo uacant,q̄ ad integritatē desinunt,sicut in libris de febribus ostē
dimus,non aliud Hippocrates intermittere nominauit,q̄ ad integritatē finire.Quāobrē meritò
quis ueterem cōsuetudinē secutus,in tertianarū periodis διάλειμμα,i.intermissionē,seu Interual
lū,tp̄s integritatis appellauerit:quemadmodū & in maxima magnitudine subsistentiā , quātū
nos tactu ipsiq; ægrotātes percipimus,ἀκμὴν,i.Vigorē.Ita sanē & ætatū uigor p̄fectissimū est,ut̃
que Hip.hoc usus uocabulo, sicut & uerbo,ītermittere.Sed & primā partē circuit⁹,q̄ primo die
uenit

venit post decidentiam ex naturali statu,ac tertio, & quinto,& reliquis iuxta proportionẽ,simi E.
liter circuniit post interuallum,principium uocant,nõ Hippocrates modo , uerùm & alij propè
oẽs medici . Post principium, quod frigore manifesto cognoscitur, secundum tp̃s inæqualitatis
erat: tertiũ augmenti,vsq; ad uigorem. At participantia ipsa inter se,specie differre non exactè
oẽs conspexerunt,nominãtq; ex ambobus compositũ tanq̃ unum totum,alij Incrementũ, alij
Augmentum,reliqui Ascensum accessionis.Quin ẽt ueri non nihil dicunt.Nam post primũ tp̃s,
quo extremæ partes refrigerantur,sanguis uero in altum confluere clarè appatet , aliud tp̃s est
totum huic toti oppositum,cum uidelicet calor cum frigore decertãt , sanguis ãt in exteriores
partes extendit. Atq; si hoc pacto unum ipsum dixerunt,ut iam exposuimus,nihil referet , hoc
tp̃s uniuersum ascensum appellare:si uero ita uocantes,indiuisum reliquerint,non mediocriter
artem offendent.Etenim inæqualitatis in eo tempus primũ aliorum prȩsidiorum indicationem
hẽt,& non oĩno eorundem cum sequenti tp̃e,in quo æqualis quidem totius corporis constitu-
tio est:augmentum uero ipsis in eadem specie ad statum usq; permanẽtibus.Reliqua declinatio
tempus unũ est specie sibi simile:† nisi q maioris minorisq; ratione partes ipsæ differunt.At hoc
ẽt in primo principij tp̃e,& secundo inæqualitatis,ad hæc tertio ascensus seu incrementi adest:
siquidem unicuiq; horum dum sensibiliter immutatur,particularis quædam est differentia . Nõ F
enim cuiusq; dicti tp̃is principium fini oĩno est simile:differunt ãt inuicem,& a medio tp̃e ma-
nifestè.Principium.n.accessionis paululum a naturali constitutione recessit,sicut finis plurimũ .
Vbi uero hȩc maximis differentijs mutuo dissenserunt,medium planè tp̃s ipsorum aliquod est,
magis quidem q̃ principium a naturali statu remotum:minus ãt q̃ finis.Hoc modo inæqualita-
tis ẽt initium a cohærente ipsi primi tp̃is fine paululum diuariat:plus autem abscedens,mediũ-
que existens,prædicto primi tp̃is fini,& tertij principio counitum est. Eadem opinor ratione,&
quæ secundi huius temporis inæqualitatis principijs cohærent,tertij temporis constitutionem
illis assimilem obtinent.Similiter ẽt tertij ipsius tp̃is rursum prima,à secũdi postremis parũ eua
riant:postrema uero,status speciei quodammodo similia sunt:medium amborũ ȩquè ab utris-
que extremis recessit.Quapropter miri nihil est,si ut hic tẽporibus singulis,ita declinationi quo
que aliud principium,aliud finis,aliud medium existat.Porrò unumquodq; horum propria ap-
pellatione uocare potes, si uisum fuerit . Audio enim frequenter medicos dicentes , Inclinauit
nunc status,nunc submittit,nunc dimittit,nũc remittit.Si igitur hæc dicunt,integrum est eis pri
ma declinationis nominare Inclinationem,uel Submissionem,uel Dimissionem , uel Remissio-
nem,uel horum aliqua,uel oĩa:quin ẽt licet uno prædictorum nomine media,& postrema nun- G
cupare, pari modo, ut Archigenes quoq; declinationis postremũ, Remissionẽ nominat. Verùm
malè hic agit,q eam à declinatione specie quadam differentem existimet.Etenim cũ oĩum par-
tium totius circuitus aliam principium,aliam finem,aliam mediã faciat: sic quoq; remissionem
ipsam diuidit,tanq̃ proprium quoddam tp̃s ex prima diuisione , quæ speciebus quibusdam, nõ
solum maioris minorisq; ratione mutuò discordent.In utrisq; igitur clarè peccat,augmentũ ex
prima sectione tollens,qđ omnes manifestius ac principium intelligunt:adijciens uerò remissio
nem circuitus termino.Si nanq; ad integritatem ueniret,manifesta huiusmodi temporis ad alia
uniuersa differentia esset.Quòd si secundæ accessionis insultus trifariam diuisus, inclinationem
accipit,in hoc totius inclinationis partem,remissionem uocare licet:non tamen aliud quodpiã
tempus propria natura quapiam insignitum,quẽadmodum prius dicta,putare conuenit. Quòd
igitur omnes tertianæ circuitus partes manifestis inuicem differentijs separatas uidere licet,ne
mo ignorat,qui uel unum quempiam hoc morbo laborantem ægrum conspexerit. Porrò si non
nulla eorum nomine carent,ad contentiosos dicemus,tempus primum,secundũ,tertium,quar- I
tium,quintum . deinde integritatis sextum:ad eos autem qui nominum usum sciunt , ipsi com-
ponentes idonea nomina,primo tempori proprium Initij nomen imponamus,secundo Inȩqua H
litatis nomẽ,tertio Incrementi,quarto Status seu Vigoris,& quinto Declinationis:sextum inte
gritatis,Interuallum ac Intermissionem nominemus.

Circuitus morbis in duas partes diuisio. CAP. 6

NIhil obstat,& alio quodam mõ totum circuitũ in maiores partes diuidere. Siquidẽ in duas
ipsum totũ potes diuidere,unam primæ accessionis a primo insultu ad extremã usq; remis
sionem:alterã,quȩ in declinationis,& insultus secũdȩ accessionis medio cõsistit. Voco iã Grȩcè
εἰσβολὴν παροξυσμοῦ,hoc est insultum accessionis, tp̃s indiuisibile,exactè iã primũ:Idẽ hoc Græci
ἐπισημασίαν,hoc est febris significationẽ nominare cõsuerũt.Et quod ab Hippocrate dictũ est,in
accessionibus abstinẽdũ esse,secundum eãdem diuisionem pronũciatum existimo. Cum.n.ptæ
1.Aph. 10. Ex. dixisset cõuenienter,‖Quibus statim uigor adest,ijs statim tenuis uictus adhibẽdus:quibus po-
ex.4.h stea uigor aduenit,ijs in illo ipso,& antea illum,tenuiter uiuendũ est,antea uero plenius nutriri ”
oportet,ut æger sufficiat: intulit,In accessionibus abstinẽdũ esse,docẽs nos uidelicet, solũ illud ”
tp̃s quod accessionem uocat,obseruãdum esse.Nunquã.n.in hoc nutrimus,uerum in reliquo oĩ ”
tempore remissionis,interdum in alia atq; alia eius parte: quia ex simplici interim declinatione,
interdum ex declinatione, & interuallo, compositum est . Hæc quidem unius circuitus in duas
partes

A partes est diuisio: alteram eius partem primam. Accessionem appellamus: secundã, uel Remissionem, vt paulo ante, uel ut quidam, Interuallum. Nam interuallum non pauci medici uniuersum id, quod post statum est, qualicunq; natura prædium nominant: siue id ad integritatem veniat, siue non. Verũ nos appellationes prædictas obseruabimus, ne ulla sermoni obscuritas accedat: vocabimusq; oẽ quod accessionem sequitur, Remissionem. Sed neq; prohibemus, ut dictum est, quis ipsum totum nominet Interuallum, uel Declinationem, uel Remissionem, uel Submissionẽ uel Ablationem. Instituimus enim nõ de uerbis disceptare, sed circuitus partes inspicere, quot numero sint, & quomodo inuicem differant.

De temporibus simplicium febrium quæ non intermittunt. CAP. 7.

HAec igitur est diuisio omnium febriũ, quæ ad integritatem desinunt quotidianarum, tertianarum, quartanarum: ut quæ sex partes speciebus manifestis inuicem diuersas habeant. Alia uero non intermittentium, quæ in quinq; partes diducuntur. Sunt ãt, & hæ permultæ. Non nullæ, quotidie accessionem hñt, quædam tertio quoq; die. Non tñ quæ quarto hñt, frequenter, sed raro euenire uidentur: plurimum.n. earum genus ad integritatem desinit. Porrò, & duplex, harũ spẽs est, quæ ad integritatem non finiunt, quotidianarum, tertianarum, quartanarum. Quę B dam.n. magnitudinem quoq; pulsus, celeritatem, frequentiam, & duritiem deponunt: quædam alia tria ad naturalẽ statum deducunt: seruant aũt celeritatem, hæ magis, illæ minus. Atnõ est, præsentis sermonis, illarum distinctionẽ proponere: qñ partes circuitus in uno quoq; morbi genere enumerare cogitauimus. Igitur cum paulò ante sex in febribus intermittẽtibus esse diximus, deinceps nõ intermittentium partes referemus, quinq; esse dicentes, cũ aliæ similiter ipsis se habeãt, solùm ãt integritatis pars deficiat. Cæterum in alijs partibus similitudo necessaria, ut accessionum insultus cũ systole, i. contractione fiat. Nomino ãt sic, quæ cum frigore fit: nã hanc sequitur, pulsus intus magis moueri, cum paruitate, sanguine in uiscera se recipiente, quem rursus inæqualitas ex necessitate sequitur: inde incrementum, status, & declinatio. In quibus sanè citra sensibilem cõtractionẽ accessionis insultus accidit, tria tpa in unũ recidere necessitas est, totumq; usq; ad statum incremẽtum fieri: nã ubi contractio non fuit, ibi nec inæqualitas. Statũ uero nunquã deficientem uidi, uerum semper sensibili æqualitate in oĩbus febribus aliquandiu permanentem. insultũ certè millies sine prædictis initij symptomatis conspexi: quorum præcipuum erat oĩbus sanè principijs accessionum, perfrictio: queadmodum ad interiora, arteriarũ motus: de quo in opere de pulsibus diffusius dictum est: in præsenti libro ipsum contractione ce C leritatis definire sufficit. Quæ uero alia symptomata signaq; accessionũ initio propria sunt, prædiximus: alia frigori superueniũt, alia secus. Paruitas siquidẽ pulsuum, raritas, & tarditas diastoles, i. eleuationis, frigus consequitur: rigor alias occasiones, quas in symptomatum causis exposuimus. At uniuersum hoc accessionis genus oĩno, sicut dixi, perijt: & nos multos frequenter, à mirandis illis medicis uel ad balneum missos, vel cibum assumere iussos, tanquã suspectas iã horas accessionis prætergressos prohibuimus. Contingit ãt ipsos cum arteriã exactè tangere ignorent, huiusmodi errores committere. Omnibus.n. quibus talis accessio euenit, contractio uelocior redditur: quam cognoscere nõ cuiusuis est, sed exercitationem magnam artis, maximè hoc opus, si quid aliud, desiderat. Hanc ãt consequi nemo põt prius, q̃ eo modo, quẽ ĩ primo De pulsuum dignotione præscripsimus, institutus sit. Si igitur arteriarum contractionem noueris, hanc ipse accessionis partem, qua contractionem ueclociorem factam sine eleuatione deprehẽdis, circuitus initium potes statuere: quæ uero sequitur hanc, incrementum ad statum usq;. At si hanc quoq; ignores, uideatur ãt tibi insultus ἀθλιπτος. i. incõpresse omnino factus, totam accessionis partem usq; ad statum, ascensum, uel incrementum, uel augmentum nominabis: secans ipsum in prima, & postrema, & media pro maioris minorisque ratione, non speciebus diuersis, D ut prius dicebam in frigore sensibili. In huiusmodi igitur febribus uniuersa tempora tria erunt, augmentum, status, imminutio. Nihil.n. mali est imminutionem illud uocare, quo ex febris magnitudine quippiam demitur. Quibus uero circuitus non est, ut eis quas synochos uocant, neq; accessio quædam omnino est, neq; prædictæ partes: attamen hæ quoq; secundum diuersa tempora totius morbi particulas habent, alijs modis innotescẽtes, quam per accessionum tempora: quæ paulò post subijciam: & hoc nomine potissimum, q̃ oẽs medici in ipsis errent: quamquam Hippocrates rectissimè ea docuerit.

De Semitertiana, & reliquarum febrium temporibus, quæ tertia die faciunt accessionem. CAP. 8.

AT nunc ad eas quæ circuitu quodam accessionem hñt, sermonem dirigamus, totum id, qđ incõsideratum reliquimus, distinguentes. Vnum iam, & primum in memoria teneri uolo, nempè uniuersum hactenus sermonem de simplicibus periodis nobis suisse. Nã in cõplexis tps uigorem sequens, interdum arctius redditur, dum alia mox accessio, anteq̃ prior circuitus ad amussim absolutus sit, inuadat. Frequenter scd̃m suã ipsius naturã febris ex intermittentiũ genere est, ut tertiana: cõplexus ãt nullũ integritatis tps priori circuitui relinquit, dũ secũda accessio, anteq̃ prior absoluatur, inuadere anticipet. Dictum est mihi de hmõi cõplexibus in duobus

commentarijs

commentarijs de crisibus,& de febrium differentia: ubi ét complexum a mistura distinximus. E
Itaq; semitertiana ex mistura,& temperamento quotidianę & tertianæ febris fieri demõstrata est.Subinde etiam semitertianæ simplex aliqua febris copulat, uel tertiana,uel quotidiana. At hmôi uarietas ad hunc librum non pertinet,satis.n.hic est propria uniuscuiusq; febris tpa diligenter inquirere: qm sic complexum earum própté nos decernere potuerimus. Exactè igit simplices prius dictæ sunt,de commixtis deinceps disseram. Itaque horridus ibi insultus aliqñ est, oẽs principii peculiares notas habens, pter rigorem:interdum,& huius significationem.Etenim uehemẽs horror,uel initium aliquod rigoris,uel paruus rigor esse uideri põt. At exactum rigorem,qualis in tertianis,quartanisq; est, hmôi febris non accipit. Atq; ob hoc ipsam φρικώδη, i. horridam appello:& multo magis,q ubi signa quædam secundi temporis premonstrauerit,initium rursus alterius inuasionis horrificum efficit:quod nonnulli repetitionem,alii reduplicationem appellant.Aliqñ hoc secundò,quibusdam tertiò facit:deinde uix æquabiliter simplex redditur ad usq; statum increscens.Hæc febris ad integritatem nunq̃ desinit,nam permultum temporis,vsq; ad uigorem ipsa hẽt, item declinationẽ sine perspiratu sensili, multò uerò magis abest,ut cum sudore ad integritatem proficiscatur. Quemadmodum igitur a primo insultu accessio ad uigorem vsq; multo tpe peruenit,eodem modo a uigore paulatim diminuitur: ideoque postridie altera ipsis accessio horrida quidem similiter aduenit,sed quę non item cum priore repetitiones habeat:aut si qñ,idq; rarò habuerit.unam duntaxat faciet,breuem,& exiguã.Porrò F & hæc accessio ad uigorem longo tpe ascendit, nec exiguo pariter inclinat: atq; ob hoc ipsum tertio die eadem,quæ primo accessio succedit:postea rursus quarto similis ei quæ secundo habita est, idq; ordine perpetuo.Hanc ego febrem compẽdiosæ,claræq; doctrinę gratia, uno uolens appellare uocabulo,imposui ei nomen semitertianæ.Si igitur Hippocrates quoq; talem febrem semitertianã uocasset,ut ego persuasum habeo,duo ex sermone uno commoda cõsequereris: nempè rem medicam disceres,& nomen uetus ei imponeres.Quòd si aliã quandã febrẽ ab Hippocrate semitertianam uocatam esse putas,falli me in uocabulo ratus,rẽ ipsam addiscas. Qđ.n. talis quædam febris,qualem dixi,accidit,neq; hic testimonium uel Hippocratis, uel alterius cuiusq̃ oratio requirit,cum quotidie ferè nos ipsam uideamus, potissimum Romæ.Sicut.n.in alijs locis alia,sic in illa ciuitate hoc mali abundat.Porrò alia quædam ei adiecta est, quę nec secũdo die aliam ferat accessionem,nec primo,& tertio repetitiones.Hẽt ãt nec ipsa modum unum ac simplicem:interdum etenim sine horrore,aliquando cum horrore inuadit:alias cũ extremis partibus membrorum manifestò inalgentibus.Visa ãt est interim ẽt citra sensibile frigus febris hęc quinq; tpa obtinere:principium,inæqualitatem,incrementum,statum,& inclinationem.Temporibus iam diuisis breue est principium:sic ipsius inęqualitas:ascensus non æquè omnibus,sed G quibusdã breuis,quibusdam longior.Quinetiam uigoris tps spatium oĩno sensibile, & latũ occupat,sed in maioris minorisq; relatione non mediocriter differt:sic ẽt declinatio longo quidẽ tempore omnibus contingit.At in hoc differentiæ quippiam sustinet,q nonnulli manifestò diminuitur,& celeriter finiendi spem præbet,post hæc sistit,æqualem declinationis magnitudinẽ reliquam conseruans,nonnullis lene ab initio ad finẽ oĩno inclinat: quare ex tẽporis interuallis longioribus conijcienti tibi,uidebitur decreuisse planè quippiam, tñ hoc nimis, q̃ modice. Huiusmodi quædam sunt & aliæ differentiæ particulares febrium tertio die accedentium, quas uniuersas τριταιοφυεῖς quasi ex tertia natas appello,ad dispositionis unde excitantur,cognitionẽ utilissimæ,ad pręsens autem opus inutiles:Propositum.n.est nobis hic circuitũ,totiusq; morbi tempora distinguere,tempestiui auxiliorum usus gratia,cui nihil talis orationũ uarietas conducit,sicut nec illa,quæ ex quotidianæ figuræ uariatione constat.Siquidem harum non paucę quotidie accesionem,interuallum nullum ostendunt.dicam tñ ipsarum paucas differentias exempli gratia,non ut institutæ hypothesi commodas,sed qm medicorum aliqui ab his omnino,quæ sine ratione nugantur,se iactitant,& gloriam apud indoctos aucupantur, tanquam diligẽtes, & studiosi,sapientiusque aliquid his,qui sola utilia scribunt,intelligentes. H

De temporibus febrium, quæ singulis diebus habent accessionem. CAP. 9.

INuadit ergo accessio febrium,quæ singulis diebus eam hñt,interdum sine manifesto frigore,interdum cum ipso, & initij tempora quibusdam breuius,quibusdam diutius permanent. Atq; sic ẽt inæqualitas his breuiore,illis longiore tpe.Postea hæc febris usq; ad uigorem ascendit,diuturniore tpe,q̃ quę tertio quoq; die accesionẽ capiunt:cæterùm tale quippiã ipsi adest, quod ẽt illis interdum,sed raro accidit.Multò ãt magis clarum hæc ascensum moliri ur: consistit aliquo tempore nihil increscens,deinde rursus increscit.Similiter in declinatione, uel æqualem* fert imminutionem,uel interim in eadem magnitudine † alijs hora una,alijs duabus; consistit:post hęc imminuitur:quinetiam ad secundæ accesionis insultum usq; non nullis diminuitur:quibusdam in magnitudine qua est, permanet.At magis hoc tertio quoq; die accesionem habentibus adest:qm circuitus earum longior est.Nã duplex ferè tempore circuitus est, febriũ tertio quoq; die accesionem sustinentium,si cum ea quæ quotidie intẽditur,compares.Quare pp hoc manifestò declinationis ipsius reliquum protrahitur,in æquali magnitudine permanẽs.

A.l.4.c.1.c.4. c.16&17.c.

A.l.4.c.1.c.2 c.47.42&a

* Al. multam
† In antiqs cod. hæc nõ habentur.

Cæterùm

A Cæterùm multi alij circuituũ modi sunt, dſijs particularibus euariantes, ad præsentem disputationem superuacanei. Huius rei gratia quorundam memini, q medici talem doctrinam huius considerationis non esse propriam nescičtes, de iisdem conscripserunt, errantes quoq; in ipsorũ enarratione. At tunc eos reprehĕdere in hac non sibi propria speculatione tẽpus non postulat. Disces āt artificiosè, q inutilia augentur, quodq; quum Hippocrates miro quodam modo methodum circuituum inuenerit, nemo eam elaborauerit: ad hæc, q multi eam deprauarint, in illa maximè sermonis parte, qua iam dictis temporibus auxilia cõiuncturus sum. Faciã sanè hoc, ubi totius morbi temporã ostenderim. Etenim hactenus particularia tantum recensui.

B

GALENI DE TOTIVS MORBI TEMPORIBVS LIBER

Ioanne Guinterio Andernaco interprete

ARGVMEMTVM LIBRI

Indicia temporum totius morbi salubris, letalis, simplicis, & eum cæteris iuncti, declarantur.

C

Libri propositum. CAP. I.

ITaq; totius morbi tempora similiter ac animantium ætates considera mus, unum quidem, & primum generationi eorum attribuitur, alterũ ascensui seu incremento, tertium uigori: quartum declinationi, eùm ęgri salui futuri sunt. Nam si uel in ascensu, uel in uigore prius decesse rint, liquet talem morbum non oĩa tẽpora pertransiisse. Qui uero per transit, de omnibus ferè eius particulis opinionum dissensiones obtinent: quippe cum non nulli uigorem unum esse tẽpus dicant, quod in tellectu solo deprehenditur: alij uigorem, ut in synochis, non* esse uni uersum: alij uigorem ad breue adeo principium reducant: alij non in his solũ, sed ẽt in reliquis omnibus morbis principium auferant: quidam interim, & declinationẽ tollant, si morbus ex absciſſione, ut illi dicunt, quæ Græcè ἀποκοπὴ nominatur, solutus sit. Primùm igitur opiniones hæ diluendæ sunt: inde exactæ morbi totius tẽ porum notiones instituendæ: postea ipsorum notæ tradendæ sunt. Proximum huic fuerit, utili-

D tatem ostendere, iis, quæ de circuitibus præcepimus, admiscentes.

A.l.1.f.2.d.1: fol.c.7.30.b

* Demenda est illa negatio nã græce pro μὴ legendum est μὲν. uide 3. de criticis cap. 5.

† Vetus trãslat. addit non

Quid nam sit totius morbi principium. CAP. II.

QVare morbi principium, quatenus aliqñ salubri statu corporis labascente inuadit, in omni bus ipsis est, sine temporis productione æstimatum: cum hoc sanè † cõceditur ẽt cuiusuis morbi generationem esse, sicut in animantibus contemplamur. Non.n. ex particulis quibusdam, ut aĩal ex capite, thorace, & artubus, sic ẽt morbi compositi sunt: si quidem ubi ex naturali habitu decidunt, breuissimo quodam tpis spatio generationem sortiũtur, inde usq; ad uigorẽ ascendunt. Esto iã morbus ex intemperie, uerbi gratia, unde febris ẽt constitui nobis demonstrata est. Necessarium igitur, ubi calor hic naturæ contrarius primum nascatur, hoĩem febricitare, caloremq; adusq; statum intendi. Nam cuius non sunt partes, quo hoc tpis spatio generabitur? Hęc mihi dicta sunt, & statim ab initio ad ea respondi, de febribus quæ cum frigore inuadunt, mentionẽ faciens. At in circuitibus abundè responsio sufficit. Vnum.n. particularium temporum totius morbi atq; ordine primũ est, tps inquam frigoris. Ridiculum maximè foret primũ tps accessionis primæ totius morbi principium existimare: etenim hoc tps, quod morbi principium nominant, ad præsidia ferenda mirum in modum conducit. Ac Hippocrates huc respiciẽs inquit: Incipientibus morbis, si quid mouendum uĩ, moue: consistentibus uerò, præstat conquiescere.

A.l.4.t.1.c.3. fo.41.4

A 2. Apho. 9. Ex.or.16.l
B 2. Apho. 30. Ex or. 16 g
C 2. Apho. 22. Ex. or.10. b
D 1. Apho. 24. Ex.or.10.c

quiescere. Similiter, & illud dixit: [d] Circa principia, & fines oĩa imbecilliora sunt. Quinetiam de E
purgatione scriptum reliquit: [c] Cocta purgare conuenit, & mouere non cruda, neq; in princi- „
pio, nisi stimulauerint. Ad hæc: [d] In morbis acutis rarò, & in principijs utẽdum purgationibus. „
Multa insuper alia partim Hippocrates, partim alij medici omnes ueteres memoriæ prodide- „
runt: quibus non primæ accessionis impetum, sed longum magis tempus principium esse nobis „
persuadent, nempe quo sanguinem detrahere, & clysterio uti possimus: interim si res urgeat, ẽt
purgare. Preterea ridiculum esse, morbis qui intra diem septimum finiuntur, & ijs qui in annum
durant, quẽadmodum interim quartana, æquale principium statuere. Multa sanè de hoc princi-
pio etiam in primo de crisibus libro diximus, ostendentes quomodo primum hoc tempus qui-
spiam cognouerit. Erat autem eius summa, morbi cruditas. Satius est autem, & hic ad illa adij-
cere, quæ præsenti narrationi conueniunt.

Quibus notis quatuor tempora in salubribus morbis distinguantur. CAP. 3.

FIngamus igitur primũ inflammationis principium inquiri. Quis iam negauerit generationẽ
eius toto illo tp̃e esse, quo pars sanguinolenta substantia repletur? Siue enim ꝑꝑ cõciden-
tiam eiusmodi contingit, siue ꝑꝑ impactionem obstructionemq; omnium uasorum, siue ob cir
cunstantiam quandam molium, quæ meatus occupãt, siue, ut nos docuimus in libro de inæqua F
li intemperie, item in commentario de tumoribus præter naturam, abundantia quæpiam san-
guinis inflammatione oborta, in particula constituitur: hoc erit primum tp̃s, quo pars, affectus
generationi subiecta, repletur. Cùm ãt influxus cessauerit, & quod in particula inflammatione
obsessa cõtinetur, putrefieri inceperit, calor quidam ob putredinem nascitur, & fusio magis ꝑꝑ
calorem, vñ ẽt spiritus generatur: atq; ob hæc ambo particula magis q̃ antea distenditur, etiã si
nihil influat: secundum hoc tp̃s est inflammationis augmenti. Porrò cũ in pus iam uertitur, ma-
ximi uidelicet dolores tunc partem apperhẽdunt, nã in puris generatione dolores, febrisq; ma-
gis, q̃ iam facto infestãt: uocatur autẽ hmõi tp̃s uigor affectionis. Si ãt fluor qui suppuratur, uel
digeritur, minorem tumorem, & tẽsionem reddat, hmõi est declinationis principium. Sic quidẽ
in inflammatione tp̃a diuiduntur. In febre, q̃ ex illa prouenit, eadem tp̃a consistunt. Quæ ex hu
more citra inflammationem proficiscitur, humorum molestantium cruditatis tp̃s, principiũ po
nendum est. Vbi [a] concoqui cœperint, initium finiri: secundum autem tp̃s, quod ascensum nomi A.l.4.f.a.t.1. c.3.fo.411.f
nant, accedere. At cum ipsa concoctio maximè cõficitur, uigor. Inde rursus declinatio, qua qui-
dem, & symptomatum magnitudo, & humorum copia cessauit, restat uero modicum in ea hu-
morum adhuc, qui concoctionem requirant. Indicauimus in opere de iudicijs, & notas uniuer- G
sas cruditatis, & concoctionis obscuræ, euidentis, & perfectæ: has quidem earum quæ in uentri
culo fiunt, concoctionũ ꝑprias: illas uero earum, quæ in uenis fiunt proprias: alias item earum,
quæ in respirandi instrumentis fiunt cõcoctionum, proprias. Cæterum aliæ notæ ex deiectio-
nibus, aliæ ex urinis, aliæ ex sputis sumebantur. Atq; hæc copiosissimè in illo cõmentario simul
cum Hippocratis dictis percensui. In præsentia uero tantum dixisse modò sufficit, ꝙ ulcerum
quoque eadem sunt tempora. Primum enim sanies aquosæ, incoctæ, & tenues ex ijs defluunt:
inde pauciores, & crassiores: postea iam pus tenue, postremò minus quidem copia, sed crassius,
& albidum magis redditur. Quapropter nullus morborum, qui soluuntur est, qui non quatuor
hæc tp̃a percurrat: non tñ ex quodam alio, quàm cruditatis, & concoctionis signis, quę ex recre
mentis deprehenduntur, cognitio ipsorum constat. Nam, quis ignorat uentriculum malè conco
quendi munus obijsse, deiectiones nondum in chylum mutatas contemplatus? Quis nescit uri-
nam in uasis ipsis cococtione esse frustratam, aquosam conspiciens. Quis tenue sputum in pleu-
ritide, uel peripneumonia redditum similiter intuens, nõ intelliget morbi adhuc esse principiũ?
Sic etiã in lippitudine, principio quidem copiosus humor, tenuis, & incoctus plurimũ defluit: H
deinde paucior, crassiorq;, notam quandam concoctionis accipiens: postea tp̃is processu copia
decrescente, consistentia uero ad crassitiem spectante, adeo concoctionis signa augentur, ut ẽt
palpebræ dormientium inde conglutinentur. Is humor, & ipse primum tenuis, & copiosus, tp̃is
ẽt spatio paucior, & crassior euadens, morbi cõcoctionẽ, eiusq; declinationem ostendit. Quin-
etiam humorum, qui è cerebro per palatum, & nares defluunt, initium quidẽ est, cum aquei te-
nuesq;, item copiosi, & acres apparent, extremam enim hæc cruditatem indicant. Concoctio-
nis notæ iã sunt, crassior, & minus acris, & modicus humor descendens. Quòd si muccus, & ble-
na, ut dicunt, simul egrediantur, certius iam hoc est concoctionis indicium: quemadmodum si
crassiora paucioraq; reddantur, multo magis cõcoctionem innuunt. Atq; hæc sanè morborum
tempora sunt, ex quibus ægri seruantur.

De Latitudine durationis temporum morbi. CAP. 4.

DE alijs uero in quibus pereunt, paulo post dicturus sum, absoluens prius ea, quæ distinctio
ne quadam prædictorum indigẽt. Vnum igitur ipsorum est uigor, siue perpetuo temporis
expers ex sua sit natura, licet cum temporibus mentione dignis frequẽter extẽdi sensibus appa
reat: siue perpetuo latitudinẽ quandam habeat, nunc maiorem nunc minorẽ: siue in morbis qui
busdã tp̃e uacet, in alijs ipsum habeat, Quia uero longiorem sermonem disputatio requirit, ui-

sum

A sum est mihi oïa relinquere, imitato Hippocratem de humeri luxatione verba facientem. Non tamen prolabatur, necne confirmaturio, licet de eo habeam quid dicam, Quemadmodum enim ille perpetuo uisis sibi contentus fuit, in eum modum ego quoque nunc, quę semper viderim, in medium producam. Omnem vigorem particularium accessionum temporis spatio fieri cõspexi. Quare si ex natura tempore careat, ne ulla quidem vtilitate inde fruemur. Nam cum primum sensui manifesta declinatio fiat, tũc cõuenientibus ei præsidijs utimur. Quousq; ab æqualibus numeris febris magnitudo constiterit, eo vsq; vigoris magnitudini propria agere cõuenit. Simili modo in oculorum uitijs, pleuritide, ol inflamatione, & in alijs morbis singulis generalia tẽpora sensu æstimata, diuersorum auxiliorum vsum significãt, Logica igitur fit cõtemplatio de vigoris latitudine, siue de particularibus accessionibus, siue de toto morbo consideres. At nunc hmõi distinguere propopositum mihi non est, ut ij, qui omnia in omnibus adducunt factitare solent: quorum unus est & Archigenes. Immiscet.n. hic uir commentarijs maximè medicis interim de nominibus inquisitionem, interim de ipsis rebus, sed logicam. Nos sicut hoc cauimus perpetuo, ita nũc quoq; faciemus, relicta de vigore quæstione alijs, temporisne expers sit, an cũ tpe quodam, & vsum quendam metiemur: naturam eius, & in ætatibus eã, quæ viget, tẽporis la B titudine manifestò dissolui conspicientes: itidem in morbis interdum longiore, frequenter minore tempore, oĩno ãt sensibili. Verum hãc ipsam tẽporis differẽtiam clarius uidere licet in animantium ætate uigente. Etenim canes uenatorios, & equos pugnaces proprium aliquod opus, augmẽti tpe facientes iam videmus, post hæc ẽt adultos ipsos euasisse dicimus, & manifestò, cõspicamur fortiores q̃ antea: quin, & pari robore non anno uno, sed duobus quoq;, interim tribus permanentes: sicut hoĩes pugiles non tribus annis modo, sed quatuor ẽt, & quinq; frequenter, æquali fortitudine, quantum sensu deprehendimus perdurare. Eadem ratione, & in morbis, ut dixi, particulares accessiones uigorem manifesto tempore faciunt: & multo his magis uniuersalia totius morbi tempora latitudinem quandam obtinent: ad hæc alia oĩa, & his nihilo minus uigor, aliaq; singula. Cognoscere ãt morbos interdum apertè licet, aliqñ obscurè: vel etiã prorsus diu ignorantur. Hinc quidam statim ubi uigent, inuadere uidentur: quod ex eorum numero est, quæ fieri non possunt. Neq;.n. synochos febris protinus a uigore qñq; inuasit, uerũ a primo insultu vsq; ad perfectissimum uigorem horis uel quatuor, uel tribus, quod minimum est, peruenit: inde prorsus ęqualis sibi permanens, continuè ad iudicium properat. Sed neq; repente adeo inuadentem, uigentem apoplexiam dixeris: qñ tale ad amussim non est, sed breui tpe, & principium, & ascensum percurrit, non tñ caret principio, nec statim perfectissimè inuadit: quẽadmo C dum nec comitialis morbi accessio. Nullus siquidem tam subito symptomate corripit, ut ij quibus ceruix detruncatur: quanquã horum quoq; sectio primum aliquod tps hẽt, & secundum, & tertium, & quartum: ut si chirurgus rem quãlibet diuidat. At.n. si uis, concedamus sine temporis spatio comitialem attonitamq; concidentiam fieri, καταπτωσιν appellãt, ut quod ab initio pro posui, recenseã. Hæc etenim cataptosis symptoma eorũ est, morbus ãt non est, uerũ corporis aliqua dispositio dicenda, sicut ostensum est: & si uel generatæ ipsius, uel increscentis notam nullã habemus, ideo sequens sermo non peruertitur, quo oẽm morbum necessariò per ascensum, ad uigorem peruenire dicebamus. At difficulter interdum, mulris ẽt minime scitur, aliquod morborum augmentum confitendum esse. Porrò uerum hoc esse, quod dico, paucissimis uerbis hisce tibi persuasero. Scirrhosos tumores subinde in cruribus conspexi statim ab initio sine inflãmatione præcedente constitutos, tribus interdũ, & quatuor annis paulatim augescẽtes, sine manifesto necessariarũ cruris actionum impedimento: t pis ãt pcessu, pp magnitudinem conspicuam, postea incessu quoq; molestatos. Quãmobrẽ considera (non.n. impossibile) tumorem quẽ dã in cauis iecinoris partibus constitui scirrhosum. Latebit aliquandiu huius constitutio, postea tñ dispositio ipsa manifestior euadet: quippè cum nos pp quem corporis statũ hoc accidat, in D uenire non possimus. At temporis interuallo postea iam affusio aquæ continget, tumore scirrhoso, uidelicet nunq̃ ex tactu significationem præbente: qui post illa conspicuus apparens, prioris nos ignorantiæ cõmonefacit. Multos itaq; uidi in tali symptomatũ uia breui tpe tumorem in iecinore scirrosum non paruum enunciasse, constitutũ quidẽ iamdiu, sed latentem pp ipsius paruitatẽ, & probam musculorum, qui præcordijs subiacent, nutritionem. Cũm uero scirrhus augescens pariter gibbas iecinoris partes ascendit, simul ãt infelicis nutritionis, atrophiam vocant, author, tum in alijs animalis particulis, tum musculis præcordiorum fiat; ex utrisq; his euidenter breui spatio dignosces, magnitudine ipsius.s. iam insigni. Huiusmodi sanè oĩa, affectarum partium inspectioni coniuncta sunt: de qua in præsenti considerare institutum meum non est: de cõione ipsarum non citra frugem disputauimus. Verum sermo primũ institutus opportunè, mõ repetetur. Morbi uniuscuiusq; propriũ est generationis tps, interim sensui manifestum, interim secus: post quod rursus augmenti tempus est, nõ æquè manifestum ita in omnibus: quæ uigoris sequitur tempus oĩno sensile: dum fateamur nos nullam aliqñ uotã euidentẽ principij morbi, & augmenti esse. In his igitur ex artis usu uerè dices, solũ uigoris tempus esse. Si uero salus futura est, sequi id prorsus declinationis tẽpus, & hoc sensui subiectum: ut quod non simplici, sed lato

de Artic. com. I c. 3. 7. & 51. g

A. l. 4 c. 2. 1. c 3. 41. d

ſpatio conſiſtat. Etenim ſi per ſanguinis fluorem, uel ſudores aliqs acutè iudicet, tps certè decli E
nationis, & huic eſt manifeſtũ. Quòd ſi minus hoc in alijs morbis fiat, tribus uel quattuor, uel plu
ribus diebus declinans, hoc nihil priorẽ ſermonẽ offendere uř neq; pronũciatũ ſummã ſubuert-
it, ſed relinquit adhuc oĩum morborum, q ſoluunt, ut uigorẽ, ſic ẽt declinationẽ quandam eſſe.

De natura morborum mortalium. C A P. 5.

HIs igitur à nobis abundè demonſtratis, de morbis, qui nõ ſoluunt, cõſiderabimus. Duplex A. l.4.f.
ãt eorum natura eſt: nõ nulli.n. ipſorum præparationẽ hñt, ubi exactè illã abſolutã ſint cõ c.99. l.4
ſecuti, alij ex genere quidẽ illorum ſunt, qui ſoluunt: ſed cum occidere feſtinãt, hoc eis fieri con
tingit. Triplex quoq; horũ modus eſt: uel.n. pp ægrotantium imbecillitatem, uel pp morborum
fortitudinẽ, uel pp utraq; prius occidunt, q̃ ſoluti ſunt. Alia rõne cõis unus oĩum hmõi modus
eſt, cũ ſupra uires exiſtunt. Nam qđ ægrotantis perniciem continet, in hoc ſitum eſt: quippe dũ
nec ſeruari, quis põt, niſi natura morbum ſuperauerit, neq; perire, niſi natura uicta ſit, morbusq;
ea ſuperior euadat. Hinc eſt q non nulli unum ex magno morbo, qui ad aliquid relationem hẽt,
ſignificari arbitrant, ignorantes interim, & ſic magnum morbum dici, quẽadmodum ſi maiorẽ
ẽt diceremus, cum ſupra uires nr̃as fuerit. Dr̃ ãt ex propria ſubſtantia, ut hõ, uel equus, uel bos
magnus. Cęterum de huius duplici ſignificatu frequẽter iã alibi diximus, ſed oĩa in oĩbus inue- F
ſtigare, nugatorium eſt; qđ ad pſens opus conducit, hoc enarraturus ſum. Itaq; morbi ſinguli ex
ſua quidem natura magnitudinem quãdã poſſidẽt: melius.n. eſt ſic dicere claritatis gratia: Hæc
morbi magnitudo uel ſupra uires ẽ, ut eas grauet: uel ẽ contrario uiribus ægri imbecillior, ut ab
illis ſuperetur, oĩbus probè eũ uĩcẽtibus. Proinde cum ſupra uires fuerit, homo prorſus moriẽ;

De indicijs, & temporibus letalium morborum. C A P. 6.

AT morbi tempora tunc partim ſimili modo cũ prædictis ſumunt, partim diſſimili: Siquidẽ
initium ſimiliter in morbi generatione conſtituitur: Aſcenſus non in concoquendo, ſicut
in ijs, qui ſuperſtites futuri ſunt, ſed in cruditatis, letalibusq; ſignis conſiſtit. Demonſtrauim⁹.n.
niſi fallimur, hęc inuicẽ differre: attamen & nunc ipſorum non nulla ob memoriã reuocãdã di-
centur. Itaq; urina boni coloris, & mediocriter craſſa oĩum longè eſt optima, quantum ad colo
rẽ, & conſiſtentiã pertinet. Adeſſe uero ei, uel ſalubre ſuſpenſum, uel nebulam conuenit, uel ſub
ſidentiam, utcunq; morbi natura poſtulauerit. Alia.n. in bilioſis morbis, alia in abundantijs quæ
ex crudis humoribus proueniunt, reſidere tibi demonſtrauimus. Ex oppoſito, ut ita dicã, cruda
urina eſt, quæ nec ſuſpenſum quicquam, nec ſubſidens, aut nebulam hẽt: immo quæ nec craſſi-
tiẽ aliquam, uel pallidum colorem aſſumpſit, ſed alba eſt, & conſiſtentia tenuis, aquæ ſpeciẽ re- G
ferẽs. Si certè nebulæ q̃dã, uel aliquid nigri ſuſpẽdet, uel ſubſidet, & maximè ſi tota ſit turbida,
letalis eſt: quemadmodum ſi quędã parti farinę craſſiori ſimilia, uel lamis, in ea apparent. Quin-
ẽt q̃ fęditatem odoris hẽt, & quæ pinguis eſt, q̃ ἐλαιώδη i. oleaceã uocant, mortem minat. Hę igi
tur ſunt urinę, magni morbi notę: quem ſed in ipſius naturã magnum eſſe dicebã. Magnum ãt, ſi
etiã ſputum pleuritide, & peripneumonia laborantibus, uel nigrum, uel fuluum uehementer,
uel ſpumans, uel impenſe fętidum eſt, uel non oĩno expuitur, ingenti dolore uel ſpirandi difficul
tate hoĩem occupãte. Reſpondent his, & alij morbi, qui iecur, & uentriculum exercent, eodem
letalium ſignorum genere comprehenſi. Vnde in hmõi morbis uigorem ſimiliter cum eo, qui
ſalubrium eſt, determinare non licet: nam illic maximæ acceſſiones ſtatum definiunt: hic ãt ma
ximæ acceſſiones non æquè poſſunt determinari: quippe cum morbus oĩno non concoquatur.
Verum intellectu id qđ maximum eſt, capere oportet, ad quod, aliàs morbus peruenit, aliàs prę
ueniens occidit. In inflammatione quæ ſoluitur, puris generatio uigoris terminus eſt. In ea ue-
ro quę non debet ſolui, fieri quidem põt, ut homo in eius aſcenſu moriatur: fieri uerò ẽt poteſt,
ut uires ualidiſſimę exiſtentes, ad extremam uſq; magnitudinem perdurẽt. Huius etenim inflã-
mationis, quando non dẽt ſolui, immenſa magnitudo, uel in gangrænam, uel in putredinem ter
minatur: quouſq; uero horum nihil adſit, augeri ipſa põt. Similiter & aliorum morborum uniuſ H
cuiuſq; generis incrementa cenſeantur. Diximus nos ipſorum non genera modo, ſed ẽt differẽ-
tias, & ſpecies integro commentario, cui titulum, de morborum differentia indidimus: illi maxi
mè animum te adhibere præcipio, quo prætermiſſo, non mediocriter quis errare poſſet.

De ratione temporum dignoſcendorum, quando plures uno tempore morbi hominẽ infeſtant. C A P. 7.

NAm uno & eodem tpe duobus tribusve morbis homo infeſtari põt, quorum alius iam in-
clinat, alius principij tempus adhuc, uel augmẽti primordia occupat: tertius plurimum au-
ctus eſt: deinde hominem mori contingit, non propter inclinantem, neq; nunc incipientem, ſed
ob uehementer auctum. Qua de cauſa tria facultatum corpus totum gubernantium principia,
maximè conſidera, quo ſtatu prædita ſint. Dico autem hæc, cerebrum, cor, & iecur: deinde alias
quoq; uniuerſas particulas, ex ſingulis principijs ortas, neruos, uenas, & arterias: ad hæc illas, q̃
naturam propriam quidem habent, ſed ab omnibus principijs reguntur: quædã ſanè æqualiter,
quędam ab hoc magis, ab illo minus. Quoniam ex hac ſpeculatione, primum ſiue unus, ſiue plu
res in homine morbi ſint, inuenies: poſtea, cuiuſq; propria tempora inſpicies ad præſidiorum in
uentionem neceſſaria, ob quam ſermo hic nobis elaboratur.

A *Quem usum doctrina temporum morbi ad eius curationem praestet.* CAP. 8.

Etenim circa initia & fines, omnia imbecilliora sunt: in uigore fortiora: quę hæc intercedūt, medio ordine consistunt. Quia principio uicina, uigori propinquis imbecilliora sunt, sicut etiam fini contigua: quæ uerò æque a principio, & uigore absunt, mediam utrorumq; extremorum fortitudinem obtinent: pari modo, quæ a uigore, & fine æquè recedunt, media & hæc propriorum summorum sunt. Igitur in uigore, qđ mitigandi uim occupat, in curatione præpollere debet: in principio & fine, quod uehementiam habet: at media tpa pro summorum proportione capiantur, ut in medendi methodi commentario copiosius dictū est. Nunc descriptionis gratia ipsa capita rerum percensui, utilitatem temporum dīæ in morbis ostendens. Neq;.n. quam quis uictus rationem instituet, inuenire poterit, neq; unquam nutrire, sine certa temporū distinctione. Siquidē conijcere signis oportet statim ab initio, quando morbi uigor futurus sit, & quā tæ laborantis uires existant. Si'nanq; uigoris tempori etiam fine alimenti exhibitione sufficere queat, optimum fuerit, donec morbus inclinare cœperit, a cibo abstinere. Quòd si uerò sufficere citra cibum non potest, protinus ab initio in quolibet tpe, quod alimentum admittit, alend' æger est, porrò tempus hoc est remissionis: uoco remissionē mō græce ἄνεσιν, secundam partē totius circuitus, in duo uniuersa diuisi, accessionem & remissionem. Hippocrates itaq; omniū primus, quorum memoria ad nos peruenit, rectè hæc distinxit. Præstat uerò artem ipsius excolere, quod nemo prope factitauit. Nonnulli etiam ab ea plane recedentes, ad nugacitatem diuerterunt: ut Archigenes cum in aliis omnibus, tum in duobus libris quos de morborum temporib' inscripsit. Disces clarè, quod dico. si hæc duo ad amussim disquisieris, unnm sanè, si hæc, quæ integro hoc uolumine declaraui, ad curationem, & præsagium utilissima sunt: alterum, si quid ab Archigene dictum est: si.n. nullo hisce deficiente dicere uidetur alia, modo duplici peccat, q videlicet neq; utilia doceat, & lectores longis inutilium nugis grauet.

2. apho. 30. ext. ord. 16. g

A. l. 4. f. 1. t. 1 c. 9. f. 411. g

B

GALENI DE TYPIS LIBER

C

Ab Augustino Gadaldino, antiquorum exemplarium, & translationis veteris ope, latinitate donatus.

Sunt qui putent hunc libellum Galeni non esse, quòd multa quæ hic traduntur, ijs, quæ in alijs eius libris dicta sunt, repugnent.

ARGVMENTVM LIBRI

Typorum simplicium, ac inuicem iunctorum naturam & differentias explicat.

Libri Propositum. CAP. 1.

D Cvm multi latius de typorum speculatione tractauerint, necessariū ego duxi, ut ipse de eis magis terminatè, ac per circumscriptionem percurrerem, existimans nimirum hoc pacto* facilius hanc rem ab ijs, q nuper ad artem se contulerunt, dici posse: quippe, quæ simplex sit, & †cum simplicitate facilius percipiatur, ‡ ac ueluti ex promptu multis occurrat. Hinc autem auspicandum est.

* In antiquis ξ. εὐκαταμάθητον.

† Ita ex antiq. agendum, & ex translatione ueteri.

Quid typus, & periodus. CAP. 2.

Typus est ordo intentionum, ac remissionum: periodus, seu circuitus est tempus intentionum, & remissionum in morbis factum. pauci uerò sunt affectus, qui typos non habeāt, quales sunt atrophia, i. nutrimenti cessatio, resolutio, elephantiasis, & his proportione respondentes. Plures autem affectus typos quidem habent, sed infrequentius. Maxime uero omnium affectuum febres typos habent, † exceptis tum ijs, quæ συνεχεῖς. i. continentes, uel ἐπίμονοι. i. perseuerantes, dicuntur, tum inordinatis.

† Ita ex antiq. legendum.

Quot typorum differentiæ. CAP. 3.

Typorū alii primi, alii secūdi: & hi qdē psistunt, alii mouenť: & rursus hi qdem sunt simplices, alii uerò cōpositi. Primi igitur sunt, qui paruā ἐπισημασίαν. i. accessionem, seu adnotationē &

longā remiſſionem habent, cuiuſmodi ſunt tertiani, & quartani. Secundi uerò, qui longam acceſſionem habent, & paruam remiſſionem qualis eſt quotidianus, & extenſus ſemitertian⁹. Hic enim ſolus ἐξαλλαγμένος, id eſt inmutatus ab antiquis nominatus eſt: ἑστῶτες, id eſt perſiſtētes ſunt, q eiſdē horis accedūt, ac remittunt: κινούμενοι autem, id eſt qui mouentur, q diuerſis horis ſemper accedunt ac remittūt; quorum qui præueniunt, citiusq; horas perſoluunt, προληπτικοί, id eſt anticipantes dicuntur: qui uerò tardant, ὑστεροῦντες, id eſt poſterius uenientes nuncupantur. Simplices ſunt qui unam† genere intenſionem; & unam remiſſionem faciunt. Compoſiti, ex pluribus acceſſionibus & remiſſionibus conſtāt. Compoſitorum typorum alij ex genere ſimilibus conſtituuntur, alij ex genere diuerſis. † Ac ex genere quidem ſimilibus conſtituuntur quando, uerbi gratia, quotidianus duplex, uel duo quotidiani, uel tertianus duplex, uel duo aut tres tertiani, uel rurſus duplex quartanus, uel duo aut tres quartani extiterint. Ex genere diuerſis, quando quotidianus, exempli gratia, tertiano, uel tertianus quartano, aut alicui alteri, qui eiuſdem generis non ſit, complicatur. E

† Ant.

† Ant.

De typis febrium, & quæ ſyptomata ſingulos comitentur. CAP. 4.

QVotidianus autem eſt, qui quotidie unā & eandem acceſſionem, & eam quidem longitudine commenſuratam, & unam eandemq; remiſſionem facit. tertianus, qui tertio quoq; die unam & eandem acceſſionem longitudine commenſuratam, & unam ac eandem remiſſionem facit. Quartanus qui quarto quoq; die unam & eandem prolixam facit acceſſionem, ac unam & eandem remiſſionem. Eadem de quintano & ſeptimano intelligenda ſunt, & ſi quis præterea alius typorum ordo inueniatur. Quotidianum cōſequitur habitus humiditas, uomitus pituitoſi, ſitis haud intenſa, totius corporis grauitas, ſomnus ᴬcarodes & cataphoricus: pulſus ᴮmagnus, rarus, ac laxus, facies ſubliuida, ac laxa, flaccida, multamq; materiæ cachexiam ac uerſionē ꝓſe ferēs: lienis etiam durities in hoc typo ſubſequetur: quòd ſi ipſe perſeuerault, tremulæ ueterno ſæq; cataphoræ inſequenē, thoracis rheumatiſmi, & ſuperfuſiones hydropicæ. Conſtituunē aūt maximè ob ſtomachum malè ſe habentē. Tertianum ᶜinſequitur ſitis intenſa, exuſtio, acres ac bilioſi uomitus, inediæ, proiectationes: ac plerūq; ſanè rigores hunc ꝓcedunt, nō nunquā uero ꝑfrigerationes: pulſus autem tertianarijs ᴬparuus ac frequens inſequitur: noctes, quæ acceſſionis dies antecedunt, ᴮ† grauiores fiunt: cùm autem morbus protrahitur, non amplius grauiores, ſed & febrem ſiſtunt: & qui ita febriunt, tertianā in ſemitentianam febrem aliquando cōmutāt. Typus āt hic tertianus, facilius q̃ oēs alij typi ſoluitur, præcipueq; ſi æſtare cōnſtiterit. Id quod & Hippocrates adnotauit inquiens: ᴰ[Tertiana exquiſita in ſeptem circuitibus, quod longiſſimum eſt, iudicatur: rarò autem diuturna fit, præcipueque niſi conſtiterit autumno finiente, hyememque attingente, adſunt etiam his ipſis urinæ flauæ, uigiliæque. Quæcūq; autem omnia tertianū inſequuntur, eadem ſemitertiano contingunt. Nam & eiuſdem generis ambo ſunt participes, quippe qui acceſſionum ac remiſſionum repetitiones per triduum faciant. ᴱSemitertianorū tñ typorum proprium eſt, ipſa acceſſionum productio, quodque redit ᶠacceſſionum, quos propriè ἐπανεδιπλώσεις græcè appellamus, ſæpiſſimè cùm perfrigeratione ac uigoribus nondum completis, aſſideant. ᴳ† Periculoſa porò eſt ſemitertiana, ut quæ non oris uentriculum ſolummodo ac neruoſas partes, & ſummatim media attingat, ſed & ueternoſas cataphoras, uigiliasq; cum delirio ac ſyncopoſas diaphoreſus inferat: linguam ꝑterea ualidè exiccet, atque animi defectionem efficiat, uehementer quæ in profundo ſunt ᴴ, commouens. In uniuerſum ſerus periculoſiſſimusq; hic typus eſt. Sanè aliàs à primo die conſtituiē, aliàs à ſecundo, & à tertio īcipit, unde maxima deceptionis cauſa medicis oritur ob eiuſmodi inuaſionem. Generatur autem à tertiana extēſa: & cum ſoluitur nunc in tertianam reuertitur: aliàs ob longitudinem acceſſionis, in duas tertianas ac quotidianas diſcinditur. Cæterùm frequētius uiſiē, qđ ad ſexū, in uiris: quod ad ætates, in uigētibus: quod ad anni tēpora, in autumno magis, qñ nimitum ualde periculoſus exiſtit. Eſt autem non ſemper cōtinua, uerùm & intermittens reperitur ſemitertiana febris, traditumq; ab Hippocrate eſt ᴴ[ipſam non modo inter acutos morbos, ſed etiam inter diuturnos cōnumerādā eſſe. Habet autē tres in magnitudine differentias: nā una, parua: altera, media: tertia, magna ſemitertiana eſt. Parua igiē eſt, quæ circa xxiiij. horas uertitur: media, quæ circa xxxvj. magna, q̃ circa xxxxviij, quæ profectò continuæ febri proxima eſt. Sanè nō nulli aiūt ſemitertianā ita nominatam fuiſſe, quemadmodum ſemicirculū & ſemiglobum, ipſam tertiani circuitus dimidio minorem eſſe aſſerentes. Alij uerò dicunt ſemitertianā appellatam fuiſſe, non ſec⁹ ac hemioliō, id eſt ſeſquialterum numerum: ita ut ſi tertianaria acceſſio, uerbi gratia, ex duodecim horis cōponatur, ſemitertiana duodecim ipſas horas tertianæ in ſeſe comprehendat, eiſque dimidium duodecim horarum addat, uniuciſæq; ſimul euadant duodeuiginti ᴵ. † Theſſalus autem ſemitertianam eam nominat, quæ dimidio ſit maior quàm tertiana extenſa in modum quotidiani circuitus, ut ſit horarū uigintiquatuor. ᴵ Agathinus ob relationem ad tertianam, nominatam fuiſſe ait ſemitertianam, per triduum enim utriſque acceſſiones accedunt. Vtrum igiē horis, an interuallis ſemitertiana charactere ſignatur? Secundum quidem Agathini opinionem, nec horis nec interuallis: hæc enim utraque adſcriptam habent magnitudinem: ſemitertiana uerò indefinitā F G H

A.l.4.f.r.r.2. c.47. f.426.a

A.l.4.f.r.r.2. c.36. fol.425. ab

A.l.4.f.r.r.2. c.41. f.424.c f

A ◦ Al. comatoſus.
B ◦ forte paruus
C ◦ *Al.* ὑπόπλευροι. *ſubtumida.*

A ◦ forte magn⁹
B † Al. Ex tranſlatione ueteri, facile tolerabiles ſunt: prolongata uero ægritudine difficile tolerabiles ſūt. Ac etiā qui ſic febriunt, tertianam &c.
C ◦ in antiquis ἐυλυτώτερος.
D 4 aph 59. ex. ord. 33 g
E† Quidam cod antiquiſſimi addunt, quodq; pulſus ſunt imbecilli mi.
F ◦ Al. euacuans

G † Vide tamen in lib. de totius morbi temporibus c. 1. & 10 li. 2 de differentiis febrium & alibi ubi affirmat ſemper eſſe continuam.
H 1. epi. com. 3 t. 5 ‖ 118. h
I ‖ Ex ant. tranſla tione.

habet

A.14 f.1.c.1. c.62.f. 419.c A habet in latitudine horisq; subsequentibus constitutionem. Quartanum * typum insequuntur intenti rigores, uomitus pituitosi, lienis phlegmone ac intumescentia: nonnunquam uerò etiã inappetentia & saliuatio consequitur: interdum autem ex contrarijs, appetentia intensa: tussiculaq; aliquando ipsi adest, quando corporis habitus corrumpitur. Ob id difficulter dissoluuntur, ac diuturniores, q̃ cæteri typi sunt, ita ut quandoq; ad biennium usq; protrahatur. Sanè ipse sibi, dum uehementior euadit, complicatur, ut duo & tres fiant quartani, uel etiam usque ad quandam continuitatem perueniant: rursusq; dum moderatior fit, in unum reducitur. Fit autẽ nonnunquam periculosus ob implicita sibi symptomata, ut phthisim tandem, uel hydropicas superfusiones efficiat. Abundat autem præcipue autumno, isq; difficulter admodum soluit: qui uerò æstate fit, facillimè soluitur. Ac magna ex parte alijs præcedentibus inordinatè succedit, rarò autem à principio constituitur. a † Pulsus autẽ non adeo exiguus magnitudine tertianarios insequitur, sicuti quartanarios: nec usq; adeo in tumorem eleuatur, sicuti illis, qui quotidiano morbo uexantur. Mediocritas.n. pulsuum in hoc typo secundum magnitudinem inuenitur: nõ nunquam uerò etiam in accessionum principijs rariorum, q̃ qui secundum naturam sunt, reperitur. Inuenitur etiam præter iam dictas, febres inordinatæ seu erraticæ, b † quarum quædam ty-
B picos dierum motus seruant, quædam non. Quæ igitur typicos dierum motus seruant, extra horas consuetas, uel celerius, uel tardius accedunt: inordinatæ uerò fiunt, & ob motuum formam ita ut aliàs quidem celerius, aliàs tardius ueniant: atq; utræq; sanè inordinatè. propterea q mõ inordinatè mouentur, modo inordinatè persistunt, nunquam uerò ordinatè, ubi sanè a nullo p hibentur, manente nimirum dierum figura in solis particularibus inordinationibus. Quæ uerò typos non habent, præter iam enumeratos omnes modos, ac præter dierum ordinem hũt: ac nonnullæ quidem accedunt cum indicijs, quædam uerò omnino sunt inordinatæ. Differentias uerò secundum speciem plures esse contingit. Licet autem prædicto modo considerare, ac prædictorum typorum proprietates, ut quis uoluerit, complicare.

Quo pacto typi duplicentur, ac inter sese complicentur. CAP. 5.

Ex typis duplicantur primi uocati, ut quotidianus, tertianus, & quartanus. Quotidianus igit duplex, est, qui singulis diebus bis eodem modo accedit, ac bis remittit. † Duplex uerò tertianus, qui tertio quoq; die, bis similiter accedit, ac bis remittit. Duplex quartanus, qui quarto quoq; die bis similiter accedit, ac bis remittit. Duo uerò tertiani sunt, quando diuersæ accessiones, c † uel uno, uel duobus diebus accedant, quarum unaquæq; alicui priori per triduum respõ
C deat. Duo quartani, quando uno die integro existente, duobus deinceps diebus febricitari contingat, temporum figuris, quæ per quatriduum fiunt, in unaquaq; accessione seruatis. Complicatur item quotidianus cum tertianis, quando prima dies duas accessiones, & duas remissiones habeat: quæ uerò sequitur, unam: tertia uerò rursus similis primæ existat. Complicatur autẽ quotidianus cum quartano, quando prima quidem dies bis accedat ac remittat, duabus uerò subsequentibus semel: quarta item æque ac prima, bis. Complicantur inter sese mutuò, quotidianus, tertianus, & quartanus, quando prima dies tres accessiones tresque remissiones habuerit, secũda unam, tertia duas, quarta tres, quinta unã, sexta duas, septima rursus tres: ac reliqui deinceps dies eundem cum primis ordinem seruarint, ita ut ad eundem modum coeant, ac in eandem figuram reducantur. Complicatur tertianus quartano, quando prima dies duas accessiones duasque remissiones infert, secunda nullam omnino, tertia unam, † quarta similiter rursus duas, quinta unam, sexta nullam omnino, septima duas: ac reliqui deinceps eodem mõ prioribus respondeant. Implicantur etiam tertianus, quartanus, & quintanus, quando prima quidem die, simul omnes accedunt, secunda remittunt, tertia tertianus accedat, quarta quartanus, quinta tertianus, & quintanus simul accedat. Sed & alio quodam modo huius typi inuasio fit. Nihilo autem
D secius tertiani complicatio cum semitertiano ad eũdem circuitionis modum incidere uidetur, sicuti in subscriptione habetur. Huic prima die uesperi cum rigore incœpit: manè soluta est, integritas ad octauam usque horam perdurauit: mox accessio cum perfrigeratione incidit, quæ subsequentem noctem diemque ad octauam usque horam perdurat, rursusque remissio successit: postea in noctem rursus accessio cum rigore, atq; in diem rursus remissio illi similis, quæ sibi proportione respondebat. Deinceps ordinatim eodem modo circulus fit.

A † Vetus translatio hẽt, Pulsus autem quartanarius non ita frequens sicuti tertianarius, neque usque adeo &c. Tu tamen considera an alterum, an neutrum Gal. sentẽtiæ in libris de crisibus, & ad Glauconẽ, & alibi traditæ consentiat.

B † Antiqua trãslatio hẽt, quarũ quædam habẽt typos, quædam non. Et quæ hẽt typos, quædam typicos dierum motus seruant, quædã nõ: & quædam anticipant quædam autem postponũt: inordinatæ sunt ex eo, q aliquãdo fiant, aliquãdo autem mouentur, eunq; uerò ordinatæ.

C † Ex ueteri translatione.

D † Ita in ueteri translatione. Nã cod. græci impressi habent, καθ' ἑκάστην ἡμέραν i. quotidie.

E † Ex antiq. trãslatione.

GALENI LIBER CONTRA EOS QVI DE TYPIS SCRIPSERVNT

Victore Trincauelio interprete

Nunc summa cura diligenter recognitus.

ARGVMEMTVM LIBRI

In quot errores lapsi sint ueteres medici, qui species, & multitudinem typorum falsa methodo inquirebant.

Errata ueterum medicorum in dignoscendis typis. CAP. I.

Riscis illis medpcis hoc sanè satis erat, si tñmodo dixissent, q morbo-
rũ nonnullis per circuitus accessiones fierent, ut neq; præterea adde-
rent q̄d circuitus, uel, ut græci aiunt, periodi nomẽ significaret: quip
pe qui recte nouerant, se græcis hoïbus suos libros scribere, quibꝰ pa
lã esset, q si quid spẽ idem, æquali fiat tp̄e, tp̄s id græci oẽs periodum
appellant: & ita periodos quasdã olympicas, alias uero pythicas ap-
pellabãt. At iuniores, primũ quidẽ periodis, typi (quasi formulam di- G
cas) appellationẽ ingessere. Sed mox eorũ alij hæc oïa, periodus, or-
do, typus, idẽ significare arbitrati sunt: alii uero nequaq̃: definire ẽt
hæc uniuersa aggrediuntur: alii tñ alio modo: qui non suas mõ defi-
nitiones comprobant, uerum & alias aliorũ cõfutant. Quicũq; igitur nimis ambitiose solas per
tractant definitiones, cõceduntq; tribus illis nominibus eandẽ rem significari: typo inquã, cir-
cuitu, & ordine, ij minus nugantur. Qui autem, circuitũ, tempus id, quo idẽ fit, typum uerò, nõ
omnino eiusmodi tempus omne, sed quum integris circunscribitur diebus, ac noctibus: illi lon-
gas nimis inutilesq; nugas afferunt, ut mox cogant & suũ, ac discipulorum tempus frustra cõte
rere, unde quũ ægros adeunt uulgaribus sunt deteriores. Vulgari siquidem, modo is mente non
careat simul atq; quempiã conspexerit, quem accessio, quotidie inuadat, siue ea tardius aliquan
to accedat, siue tempestiuius, statim aliqua quotidiani circuitus imaginatio occurrit. Qui uero
diligẽs sit, ac artis medicæ studiosus, illi statim ingeritur duarum tertianarũ, uel trium quarta-
narũ cogitatio, idq; sibi à medicis definiri exposcit. At q huiusmodi hypothesibus sunt addicti,
si ægroto occurrerint, cuiꝰ accessio quotidie duas anticipet horas, circuitum eum constare aiũt
duabus ac uiginti horis, arbitrãturq; uniuersum illũ typũ simplicẽ nõ esse, sed cõpositũ: & sub- H
inde secũ nõ parũ inquirentes, ac digitis non nulli supputantes, alij uerò tabella alicui libro de-
picta, aiunt typũ hunc duodecim constare duodecumanis: qui ubi eos, qui audiunt, ex his ride-
re uiderint, ægre ferunt. Insuper uerò longe ẽt magis si quando uideant accessionẽ unica hora p̄
gredi, tunc etenim pronũciãtes quatuor esse ac uinginti, εἰκοσιτεταρταίους, quasi dicas uigesimo
quartanas, & ipsi deridentur, & alios medicos cuiusdã ignorãtiæ suspicioni penes uulgares ob-
noxios reddũt. qui quũ uiderint quadã cũ grauitate tãquã rẽ quãpiã magnã ꝓfitẽtes, ex libris
se inuenisse uigintiquatuor uigesimoquartanas, illis subit in mẽtẽ, ut oẽs eos cõtemnãt q libros
legũt. Atq; sic deinde se eorũ curę, qui artẽ irrationalli quadã tractãt experientia, cõmittere ma
lũt. Itaq; siquis has horũ ita garriẽtiũ medicorũ hypotheses sequat̃, tertianãq; si hora una, uel p̄
cedat, uel ẽt subsequat̃, oïa alia potius quàm tertianã uelit nominare, illã q̄ p̄uertit, qppe q̄ qua
tuor ac uiginti sit dierũ futura, dicet cõplexũ esse quadragesimoctauũ: eã uerò q̄ accidit tardiꝰ,
quinquagesimanũ, quũ quinq; & uiginti dies comprehẽdat. Porrò qs fuerit huiusce attonitæ sa
pientiæ author primus, ignoro: dicã tñ quãdo primũ illã explicari audiuerim. Decesserat pau-
lo ante de uita Antoninꝰ, q Adriano in iperio successerat. Regnabat ãt Seuerus, q seipsũ noïe
mutato, Antoninus appellauit, Luciũ uerò, quẽ imperij fecerat participẽ, Seuerũ nominauit. Eo

igitur

A igitur tēpore, primū miratus ſum quoſdā audiēs ſic ferè proponentes: Si quēpiā horis quinq; ac ceſſio detineat, quæ duabus poſtea temittatur, ut circuitus totus ſeptē horis definiatur, id ipſū q̄ue ſubinde fiat, qualis eſſe typus ille exiſtimādus eſt? Quib⁹ ſtatim reſpondi, id ne fieri q̄ dē poſ ſe, q̄ a acceſſiones ita breues, lōgas habeāt remiſſiones, atq; tādē oīno terminenē in ſebris uacui tatē. Tu uerò, inquā, acceſſionē morbi leuiſſimi exponis, quē tñ circuituū cōtinuitatē mox pnicioſſiſimū eſſe inſinuare uideris. At ille, nullā nūc rōnē habeamus inq̄t, ea ne hypotheſis poſſibi lis ſit, uel ſecus: ſed, exercitationis gratia, nobis pmiſſū ſit huiuſcemodi inquirere, q̄ppe quod id nos faciliores redditurū ſit ad inueſtigationē uariorum typorum. Ego autem illi tunc, q̄ exerci tatio hæc potius nos inepciores reddat, quàm expeditiores, oſtendere conatus ſum: & nunc etiā alijs oſtendam, ſi modo prius explicauero, cui rei vſui futura ſit huiuſmodi ſpeculatio.

De uſu prænotionis typorum, ac de errore illorum qui circuitus ultra trium dierum numerum producunt. CAP. 2.

QVum igitur nihil utilius ſit, & præcipue in febribus, quàm futurarū acceſſionū principia p̄nouiſſe: is plurimum ægroto per totum illius morbi ſpatiū proderit, qui ſtatim ab illius ini tio poterit artificiali quadā cōiectura id ip ſum aſſequi. Quòd ſi ſtatim à principio id ne B queat, poſſit uero tēporis ſucceſſu: reliquo eo tēpore iuuabit, ita vt quo citius ſit notionem ſpe ciei morbi cōſequuturus: eo etiā lōgiori tēpore ſit profuturus laborāti. Quare ſtatim inter exor dia experiendum eſt (ut in libris De criſibus oſtenſum eſt) ſi dignoſcere poſſin⁹ qualisnam ea ſe bris ſit, quod illis indicijs, quę ibidē expoſita ſunt, magna ex parte firmiter haberi poterit. Quòd ſi aliqua circa primam diē oboriatur dubitatio: illa in ſecunda erit diſcernenda, at ſi hanc ēt ſor te effugiat, in tertia ſaltē oīno cognoſcetur. Sin āt hanc quoq; præterea, quod tñ raro euenit: in quarta ex neceſſitate apprehendetur. Si quis uerò ſit, qui neq; in hac morbi ſpeciem nouerit, ue rū adhuc hæreat: is non exiguā artis partem ignorat. Etenim præter alia febrium acceſſiones, uel quotidie, uel tertio, uel quarto quoq; die inuadunt. In q̄plurimis ſiq̄dē morbis, ubi ſanè ma xime utilis ſit futuræ acceſſionis prænotio, ea uel alternis diebus ſit, uel quotidie: in paucis uero quibuſdā per quartā. Poterit fortaſſis quiſpiā ex his recentioribus ſophiſtis, aliquos fieri circui tus p quintū aſſerere, aliquos per ſextū, & ſeptimū, & alios per plures ēt extendi dies: quos ego beatos de mirabili hac ſapientia exiſtimarē, niſi ex his, quæ ipſi dicunt, id ſequeretur: q̄ uniuer ſam utilitatem ab eo negotio, quod de typis eſt, auferunt. Nam omnes, qui ſe ſtatim à prima die minime ſpecies febrium diſcernere nouiſſe fatentur, ad quartam uſq; morantur, neq; unquā ſe C aut quintanam aliquā periodū, aut ſextanam, aut aliā ultra has uidiſſe profitentur: & proinde ſi nō ſecūda uel tertia: ſaltē ſequentibus poſſunt ſperare ſe poſſe de futura acceſſione aliquid cōſe qui. At uero qui circuitus in maiorē dierū multitudinē protrahāt: nnquā poterūt ij futurā præ noſcere acceſſionē. Nā ea acceſſio, q̄ prima die ſuperuenit, poteſt & quotidianæ eſſe, & tertianæ, & quartanæ, & quintanæ, ac ēt ſubinde aliarū oīū. Vnde ſiue die ſecūda acceſſio ſuboriatur, ſiue ēt nō ſuboriatur: nihil hi, qui hos longos introducūt circuitus, de tertia die uel ſperare poterūt. Supponamus ergo nullā poſt diē inuaſiſſe acceſſionē, neq; ſecunda, neq; tertia; illi nimirum qui tres tantummodo nouere periodos, hominem è lecto erigunt: atq; ad conſuetas actiones dele gant: illū iam eſſe ab omni ſuſpicione liberum exiſtimātes. At uero qui alias quoq; multorū die rum periodos fieri poſſe autumant, cauſam habēt cur nihilo minus quintā, q̄ alias priores ſuſpe ctam habeant, & pari paſſu ſextā, & ſeptimā, & ſic ēt ſubſeq̄ntes alias. Quòd ſi deinde acceſſio aliqua ſecūda die adoriaꝛ: res in ambiguo erit, nū ea primæ ex proportione, ſcd̄m quotidianę fi gurā, reſpondeat: an ſit potius initiū alterius circuitus: & pari ēt modo, ſi poſt ſecūdā, tertia etiā die ſuboriaꝛ: ei ſiq̄dē, q̄ ſtatim à pr ncipio neſcit diſcernere, ſit ne quotidiana, aut tertiana, aut alia quępiā febris: incertū ēt erit una ne ſit quotidiana, uel duarū tertianarū cōplex⁹, uel ēt triū D quartanarū, & aliarū ēt piodorū maiorū erit par rō. Quòd igiꝛ illi, q̄ nō tres ſolas piodos, ſed a lias, lōge plures eſſe arbitrāꝛ, nunq̄ poterunt futurā pnoſcere acceſſionē, ſatis demōſtrauimus.

De errore illorum qui tres periodos ex acceſſionum tantum repetionibus æſtimabant. CAP. 3.

MOx uero de his ſermonē habeamus, q̄ tres q̄dē arbitrātur eſſe periodos, attamē nō ex pro pria uniuſcui⁹q; earū natura eas cognoſcētes, ſed ex earū ſcd̄m acceſſiones reditib⁹, nā ſic illi acceſſionū pportiōes appellare cōſueuerūt. Porrò iſti, & ſi futurā acceſſionē nō oīno ſicuti priores ignorēt, ignorāt tñ ad quartā uſq; diē, uel ēt q̄ntā ex neceſſitate. Ponam⁹.n. unā fieri pri ma die acceſſionē, ſcd̄a vero duas, & tertia itē duas, & idētidē ī quarta: pōt igꝛ is eē ſimpliciū ac ceſſionū cōplex⁹, ut prima die quotidiana incepit, ſcd̄a uero tertiana: at ī tettia pōt q̄dē tertia na, pōt & quartana ſuboriri: nā icertū hoc ante q̄ntā erit: mox nū ſit ī quarta, & ſcd̄a illi⁹ quar tanę acceſſio ſit, q̄ prima die ſuū habuerat ortū, & ſcd̄a itē tertianę q̄ ſcd̄a die īuaſit. Patet āt q̄ quinta dies duas ſit habitura acceſſiones, ſecuadā.ſ. tertianæ illius q̄ tertia die ſuborta eſt, & ſe cundā ēt quartanæ ſecūda die exortæ. In ſexta aūt quartanę, q̄ tertia die incepit, ſcd̄a ſuccedet acceſſio, & tertia ꝑterea eius tertianæ, q̄ ſcd̄a. Sed & cōtingere pōt ut alijs eodē ſe habētib⁹ mo do, tertio die duæ ēt aliæ exoriātur tertianæ, uel alię duæ quartanę: quū.n. in hac huiuſcemodi hypotheſi dies quartus nullā cū tertio cōionē habeat, poſſunt in tertia die duæ exoriri tertianę,

possunt ēt duæ quartanę,potest & una quartana,unaq; tertiana.Mirandũ sanè est cur ij,qui hu- E
iuscemodi cõplexus cõponũt,nõ ēt arbitrentur quandoq; posse duorũ tẽporũ accessiones in eã
dem horã conuenire:quod si nõnunq̃ eueniat,ipsis indicia repetitionis corrũpent:igitur iuxta
ꝓpositã hypothesim potest contingere,ut quartana,quæ primo die ortũ habuit,secunda inua-
dat hora,alia uerò quartana hora undecima: quibus se ita habentibus, in quarta die unica erit
accessio,& ea hora secunda:illi uerò penes hypothesim hãc nũquã aiũt unicã esse,sed semꝑ du
plicẽ.Cõtẽplãdũ præterea est quo modo fieri possit,ut tres simul in eandẽ horã accessiones cõ
ueniant,ita tñ ut neq; propterea eos, qui norunt cuiusq; typi simplicis speciẽ dignoscere, huiu-
scemodi lateat cõplex⁹. Ponamus enim primo quidẽ die quartanã incepisse circiter horam ter
tiã:secundo ãt,illa eadem hora,tertianam,& eadem etiam hora die tertio quotidianã:his itaq;
sic suppositis necesse est,ut die quarto,hora tertia unica erit accessio,tribus ꝑiodis ĩ idẽ inter se
cõuenientibus.Quod tñ ex illis nullus unquã scripsit: immo oẽs ex uno quasi ore in ea iã dicta
hypothesi quarta die tres fore accessiones asserũt: Et si q̃s quotidie ægrotũ ab accessione arripi
posuerit,eorũ nõ nulli absolute quotidianã eã esse statuũt:alij posse duas tertianas esse aiunt,at
que ēt tres quartanas:q̃ tñ deinde quõ discernẽdæ sint,magna illorũ pars ne inquisiuere quidẽ:
aliqui uerò horarũ differentia id coniectãt,quasi nõ possint sexta(uerbi gratia)hora oẽs uarij tñ F
diebus inuadere.Quod si contingat,singulis diebus una uidebiť triũ periodorũ simul inuicẽ ꝑ-
plexarũ accessio quotidianæ (inquã) & tertianę & quartanæ,prima nãq; dies solã habebit quar
tanã,secunda uero tertianã,tertia quotidianã:sed quarta,tres illas oẽs ĩ unũ tempus cõcurrunt:
quinta uero ab his iterũ solã habitura est quotidianã,sexta uero cum hac tertianã quoq;,septi-
ma tres in unum congressas tempus.Quare,sicuti dixim⁹,occultum sanè erit,unà ne sit quotidia
na,uel duarũ tertianarũ mistura: uel tertianæ & quartanæ,uel quartanę,& tertianæ & quotidia
næ.Neq; tñ eadẽ est quartanæ,& tertianæ,& quotidianæ curandi ratio,nisi,& id etiã uoluerint
arbitrari.Ex quo.n.tẽpore imperitia & impudẽtia eorum,qui arti insultãt uigere cœperit,nihil
amplius mirũ uideri debet,hæc tãta ēt à q̃busdã ignorari.At nos ꝓbe nouimus,q̃ egeant diuer
sa curãdi rõne,una quotidiana à duabus tertianis,& tertianę à quartanis:quãq̃ fieri nequeat ut
hæc ab his descernantur,qui uniuscuiusq; febris speciẽ ignorant.Ac sæpius medicos uidimus,q̃
in ægrotãtibus duarũ tertianarũ cõplexum unã existimabãt quotidianã:quibus nõ sine magno
labore uix tãdẽ ꝑsuadere potuimus,è duabus illũ detineri tertianis, ea quæ mitior erat,iã solu-
ta,atq; alia difficiliori adhuc perdurante.Porrò oẽs,qui de typis libros scripsere,ne curasse q̃dẽ
mihi uidentur,quã id tum ad prænotionẽ,tũ ad uictus rationẽ,cõducat:sed ita facere(uti etiam G
aiunt)adolescẽtibus hęc ad exercitationẽ similẽ ferè ænigmatis,quę post cęnã ꝓponũtur,descri
bẽtes:quũ tñ potuissẽt, si exerceri eos omnino uoluissẽt,ad geometriã & arithmeticã & logisti
cẽ, atq; ēt dialecticẽ illos introducere.Quòd si in hanc descendunt exercitationẽ gratia præno
scendi accessionẽ superuenturã,aberrant penitus,dũ iuuenes prauis uijs insistere persuadẽt,ut
nihil possint reperire,qđ illis uel ad p̃noscẽdi,uel curãdi rationẽ utile sit futurũ: quũ possint ip-
si eos docere accessionẽ quotidianã febris discernere,tertianæq;& q̃rtanæ,& semitertianæ,& il
lius, q̃ tertianæ naturã refert,& aliarũ oĩum, q̃ nõ mõ ex ꝑiodorũ forma, sed ex uniuersa eorũ
natura differũt.Nã q̃ has ipsas agnoscere didicere,ipsis inutilis est ea oĩs de typis cõtẽplatio: &
forsitan melius dixerimus,ꝙ futilis ea uniuersa sit.Qui uero ex ꝓprijs unãquãq; febrẽ cognosce
re se exercuerit,nõ mõ id emolumẽti reportabit,ꝙ uanã eã garrulitatẽ cõtẽnet, sed ēt ꝙ speciẽ
uict⁹ rõnis, q̃ unicuiq; cõducat,p̃noscet,sed hi q̃dẽ nõ oĩno ĩtolerabiles sũt,nã & Agathin⁹ uir
sanè nõ uulgaris eruditionis,huic doctrinę subscripsit.Illis uerò q̃ septẽ horarũ circuitũ faciũt
Philistione potius,aut alio quopiã simili,à quo hæ ipsorũ nugæ deluderenť,q̃ nobis, opus esset.

Methodus qua ueteres medici typorum species, ac multitudinem comprehendebant. CAP. 4.

AT uero,quoniam nos non nulli ex iunioribus rogãtes coegerunt,ut methodum inuenien-
di typos iuxta huiuscemodi hypoteses,quam eis ludens exposueram,literis mãdarẽ:iccir H
co libens,ut illis morẽ gererẽ,in hac re unius diei operã collocaui.Iã ita hãc horũ doctrinã hinc
exordiamur.Typũ isti nõ oẽm appellãt periodũ,sed illã q̃ ex integris cõstat diebus ac noctib⁹:
Vnde & sigillatim penes dierum unãquanq; multitudinẽ,suũ esse typũ uolunt , ita ut nõ modo
uiginti,aut triginta dierũ,uerũ etiã ultra hos,typorũ periodos protrahunt.In his uero typis,tẽ
pus id qđ ab una ad alterã accessionẽ est,ipsi nõ typũ sed hoc ipsum tãtũmodo (periodũ inquã)
ipsi appellãt.Iã ãt quẽdã audiui,librũ integrũ nec illũ exiguũ cõscripsisse,quo doceret,quo q̃sq;
mõ,quacũq; ꝑiodo,q̃ accessionẽ haberet,ꝓposita,possit tũ speciẽ,tũ typorũ numerũ inuenire:
& Deos testor,ꝙ admirabar,q̃nã ea esse possent,q̃ ꝑ illũ librũ docerẽtur: methodus etenim eo
rũ,unde inueniri possit quot typis cõstet cõplexus,poterit paucissimis etiam uersibus expediri,
quippe quæ talis sit.Porrò operępretium erit horarum numerum uniuscuiusq; typi in prom-
ptu habere,uel in memoria reconditum,uel charta descriptum,quotidianæ typum uigintiqua-
tuor:Tertianæ quadraginta octo atq; subinde etiam eodem modo : Quartanæ quidem septua-
ginta duæ,quintanæ nonaginta sex sextanę centum et uiginti,septimanæ centum & quadragin
ta quatuor,& aliarum etiam ut hac tabula descriptum continetur.

Hic aliquid desideratur.

Typi

A TYPI HORAS.

Quotidianus	24	Vigesimanussextus	600
Tertianus	48	Vigesimanusseptimus	624
Quartanus	72	Vigesimanusoctauus	648
Quintanus ∴	96	Vigesimanusnonus	672
Sextanus	120	Trigesimanus ∴	696
Septimanus	144	Trigesimanusprimus	720
Octanus	168	Trigesimanussecundus	744
Nonanus	192	Trigesimanustertius	768
Decumanus	216	Trigesimanusquartus	792
Vndecumanus ∴	240	Trigesimanusquintus	816
Duodecumanus	264	Trigesimanussextus	840
Tridecumanus	288	Trigesimanusseptimus	864
Quatuordecumanus ∴	314	Trigesimanusoctauus	888
Quindecumanus	336	Trigesimanusnonus	912
B Sexdecumanus	360	Quadragesimanus	936
Septemdecumanus	384	Quadragesimanusprimus	960
Octodecumanus	408	Quadragesimanussecundus	984
Nouemdecumanus	432	Quadragesimanustertius	1008
Vigesimanus	456	Quadragesimanusquartus	1032
Vigesimanusprimus ∴	480	Quadragesimanusquintus	1056
Vigesimanussecundus	504	Quadragesimanussextus	1080
Vigesimanustertius	528	Quadragesimanusseptimus	1104
Vigesimanusquartus	552	Quadragesimanusoctauus	1128
Vigesimanusquintus	576	Quadragesimanusnonus	1152
		Quinquagesimanus	1176

Qui facile supputare nequeũt,hi tabellã ĩ charta descriptã sibi paratã hẽant: quã ubi parauerit,attẽdãt postea,accessio ꝓposita horarũ ꝑiodicarũ iuxta rõnẽ accessionũ,cuisnã primꝰ numerꝰ ex ijs,q̃ descripti sunt,particula sit:hoc.n.si ĩuenerĩt,erũt assecuti typi illiꝰ genꝰ(nã neq; etiã q̃cq̃ ꝑterea,quo ad pñs attinet,differre putauerim,genus dixisse,uel spẽm,uel formã,uel naturã)ex ea particula numeris typorũ repertis.Si.n.numerꝰ horarũ illius ꝑiodi tertia fuerit particula C horarũ typi,dices tres esse typos ĩuicẽ ĩplexos:si uero quarta,quatuor:& si q̃nta,q̃nq;,semper numeri nomẽ ab ipsa ꝑticula sumẽtes.Vt ãt exẽplo methodus hæc clarior reddatur:sit ut aliq̃s accessione sex horis detineat̃,q̃ mox duabꝰ remittat̃,ut uniuersa ꝑiodus horis octo cõstituat̃:ĩ hac hypothesi primũ cõsiderato,q̃ nã ꝑrs huiusce numeri xxiiij.octo sit,atq; deĩde te ꝑto,ꝙ tertia ea sit,ꝓferes tres esse implexas quotidianas:quotidianas q̃dẽ,qm̃,octo,particula q̃dã est numeri xxiiij:tres uero,qm̃ tertia pars.Sed rursus supponamꝰ accessionum periodũ sexdecim horis cõstare,itaq; quum sexdecim nulla sit pars uigintiquatuor,sit vero tertia quadragintaocto,q̃ numerus tertianæ est ꝑiodi:dices tũc tres eẽ tertianas simul iũctas. Et iterũ quoq̃ supponatur accessionũ circuitus esse horarũ octodecim,q̃ nulla pars ẽ numerorũ horarũ, q̃ uel ad quotidianã,uel ad tertianã attineant,sed potius,q̃ ad quartanã,horis.n.cõstãt septuaginta duabus; vñ tibi dicendũ erit,quatuor esse quartanas sibi inuicẽ cõmixtas,& quartanas q̃dẽ,qm̃ septuaginta duarum horarum numero cõstant:quatuor uero,q̃a octodecim numerus quarta pars ẽ numeri septuagintaduo.Supponatur item accessionũ periodũ cõtinere horas q̃nq;, quinq; uero pars est centũ & uiginti,uigesimaquarta:dixeris igitur typos esse sextanas sibi inuicem cõiunctas uigintiquatuor.Subiiciatur ẽt,ꝙ sec̃d'm accessiones periodus sit horarum septẽ,id ãt pars est uigesi D maquarta centum,& sexaginta octo horarum,q̃ q̃dem numerus ad octanum spectat typũ:quare affirmabis typum illum cõstare uigintiquatuor octanis.Mox ẽt fingamus periodum accessionum nouem horis finiri,q̃ pars est ducentarum sexdecim horarum uigesimaquarta: sunt ãt ducentæ sexdecim horæ decumani typi ꝑiodus: & proinde ĩ hac hypothesi erunt decumani typi quatuor,& uiginti.Supponatur iterũ,ꝙ periodꝰ accessionum decẽ horis describatur, q̃ numerꝰ duodecima pars ẽ cẽtenarij ac uicenarj,q̃ itẽ numerus ad sextanã attinet periodũ: unde duocim erunt sextanæ.Ponamus ꝑterea accessionum circuitum esse horarum undecim, q̃ numerũ ducentorum,& sexagintaquatuor,quater & uigeties metitur,& sic erunt quatuor,& uigĩti duo decumani typi inuicem compositi:undenarius siq̃dem numerus,ducẽta & sexaginta quatuor, q̃ duodecumanum typum cõponit,ex quatuor,& uiginti metitur. Quare semꝑ typorum spẽs ex numeris in ea tabella descriptis inueniẽda erit:eorundẽ ãt multitudo,ex notitia,quota pars illius numeri sit numerus horarum,q̃bus durãt accessiones apprehenditur:q̃d idem est, ac cognoscere,quo numero numerus ille,q̃ accessionum est,numerum mẽsurat ipsius typi:a se.n.inuicem appellationem,tũ numerus,tũ particula accipiunt: neq;.n. q̃cq̃ differt dicere quaternariũ tertiã esse duodenarij partẽ,aut duodecim tribꝰ mẽsurari a quatuor:q̃d ẽt idem est, ac si ita dicamus,quatuor metiuntur duodecim ex tribus.Hac itaq; methodo iterum in breuia quædã

capita

capita redacta,oratio ad aliud erit conuertenda : nimirum hæc erunt illius ueluti definitiones E
q̃dam.Considerare oportet,horæ periodorũ accessionibus cõstantiũ,quota pars earum horarũ
sint,q̃bus typus constat:numerus etenim,qui ab ea parte denominationem hẽt,multitudinem
insinuabit typorum:ille vero, quem hic metitur,ipse typus est.Id ipsum uero põt & alia orõne
exponi in hunc modum. intende animum ut cognoscas quemnam ex his numeris in ea tabula
descriptis,numerus horarũ,q̃bus ꝑiodi accessionũ constituunt̃,dimetiat̃ : q̃a tabulæ numerus
typorũ spẽm aperit,is uero,quo hunc ille,q̃ horarũ accessionũ periodũ cõplet,metit̃: eorũ mul
titudinẽ declarat.Sed & alia quoq; dictione hoc idẽ põt explicari:quoties horarũ numerus,q̃-
bus periodi accessionum definiuntur,aliquem typorum numerum metitur:toties ille idẽ typus
secum ipse complicatur:nec differt etiam nunc,implicatur,uel,complicatur,dicamus.

Quot errores ex superius tradita methodo consequantur. CAP. 5.

POtuissemus ãt hanc eandẽ methodũ multis ṗterea alijs modis interpretari:nobis tñ satis sit
eo usq; in uana hac istorum arte processisse,ut ex breuibus q̃busdã capitib⁹(ab eis tñ, q̃ ma
xime sint in prõptu sumpto exordio) possimus quot eã sequant̃ erroresõñdere.Quum.n.ubi ac
cessionũ circuit⁹ fuerit horarũ duodecim,possint & duæ esse quotidianæ,possint & quatuor ter
tianæ,& nihilo ẽt minus sex quartanæ,& octo quintanæ,& decẽ sextanæ , & duodecim septi- F
manæ,& quatuordecim octanæ,& sexdecim nonanæ,& octodecim decumanæ:rursus hoc etiã
mõ ampla garrulitati uia pãdit̃,q̃ nusq̃ ꝑsistere possit,& nullũ ṗterea (ubi eã describere op⁹ sit)
definitũ sit habitura scopũ.nã q̃ unquã rõ erit,cur ea ad octodecim decumanas potius ꝓtrahẽ-
da sit,q̃ ad uiginti undecumanas,uel duo & uiginti duodecumanas, uel aliq̃ aliã deinceps per-
iodorũ?põt.n.dici,esse q̃dẽ uigintiquatuor quartodecumanas,esse ãt sex & uigintiq̃nq; sexde-
cumanas,& octo supra uigintiq̃nq; decumanas.Sed & his licet pariter alia addere. nã satis suꝑ
que de quotidianis hactenus actũ est.In tertianis uero,& quartanis nugacior res hæc ẽ, & lõge
ẽt magis in illis oĩbus,q̃ deinceps sunt.Periodus.n.q̃ horas sexdecim cõprehẽdit, nihilo magis
in tres referẽda tertianas ẽ,q̃ in sex q̃ntanas,uel nouẽ septanas,sed & in duodecim nonanas,&
in q̃ndecim decumanas,& in octodecim tredecumanas,in unã supra uiginti quindecumanas ,
& eadẽ erit subinde aliarũ rõ.mihi.n.satis fuerit uiã oñdisse tempus in istis conterendi.Atqui &
ꝑiodus quindecim horarũ,(ut.n.& istius uiã oñdero,ad alia trãsibo)quatuor sanè quartanarũ ẽ
sed & octo septanarũ,& undecim decumanarũ,& horũ oĩum eadẽ methodus est, ita ut digitis
cõputare id possit, q̃ ꝑ figuras nescit.Ego uerò horũ unumquodq; pro lusu illis rñdeo,q̃ statim
possunt hæc apprehendere ob id,q̃a puerilẽ ætatẽ in numeris exercuerint.nã q̃ ea exercitatio- G
ne caruit,nõ mõ mensibus,sed integris ẽt annis ad hoc egeret,ut in rebus inutilibus sapiens ui-
deret̃,quas tñ nõnulli sibi inuicẽ magno ẽt studio proponũt, nec eos huiusce rei pudet . Quòd
igr̃ oẽs hi,q̃ de typis libros edidere,bifariã peccent,quũ neq; morborũ formas doceant,& præ
terea rebus oĩ utilitate carentibus tp̃s conterant,satis abunde iã demonstratũ esse arbitror.

Quàm innumeræ,& inexplicabiles,ex ueterum hypothesibus typorum coniugationes oriãtur . CAP. 6.

VErũ q̃m nos ẽt cõpulerũt,relictis illis,q̃ utilia sint,tp̃s in his refellẽdis ꝑdere, oñdam⁹ quo
stupiditatis deuenerint tũ ipsi,tũ illi,q̃ ipsis nõ secus,ac si utile q̃ppiã doceãt,attẽdunt.Nã
ut illis cõsentiamus,sermonẽ ab ipsis de ea re hẽri,q̃ fieri minime possit,sed q̃ tãq̃ exercitatio q̃
dã ꝓtractãda sit: cur,ṗter id,q̃ hæ istorũ hypotheses sibi inuicẽ pugnãt,tãtã ẽt huic rei exercita
tionẽ adhibẽt,q̃ ne millesima q̃dẽ artis curãdi pars est?Ego uero primũ eas hypotheses recense
bo.Eorũ itaq; nõnulli ponũt typorũ circuitus ad q̃ndecim usq; dies ꝓuehi:alij uero ad mensẽ:
2. Epid. sec. 3. t. 2. 3. 118. c nec desunt,q̃ uelint ad duos,& tres ẽt mẽses. Nimirũ q̃d ego de his sẽtiã,q̃ ab Hippoc. ꝓlata
sunt circa illas ꝑiodos,q̃ sunt ṗter quartanã,alibi insinuaui,ubi eã tradidi cõtẽplationẽ,quę(ut
mihi ꝑsuadeo)arti utilis est.In p̃ntia uero,quũ minime instituerim aliq̃d in hoc sermone doce-
re,uerũ eos redarguere,q̃ res inutiles literis tradidere,atq; eã laudãt speculationẽ, q̃ oĩ prorsus
careat utilitate: ad eos me primos uertã, q̃ exercitationis gr̃a typos usq; ad q̃ndecumanũ ꝓtra H
hũt.Hi sanè nõ aĩaduertũt,q̃d hãc suã euertũt hypothesim alijs,quas ipsi proposuerũt: q̃a si fe-
bris,cuius accessio horis teneat tribus,ac uiginti,nõ fuerit quotidiana,q̃ horã anticiper, erit ne
cesse,ut sint quatuor,& uiginti uigesimoquartanæ:quẽadmodũ si ꝑ horã tardius inuadat, erũt
uigesimosextanæ,& illæ q̃dẽ uigintiquatuor . Quare quũ dñt typos ad decimã quintã usq; diẽ
ꝓgredi,a ueritate aberrant:q̃d lõge adhuc magis faciũt,quũ tertianarũ,aut quartanarum , aut
quintanarũ ꝑiodos,si duab⁹ horis,uel ṗuertãt,aut remorent̃:in typorũ cõplexus referunt cõsi-
miles uigesimosextanis quatuor,& uiginti.Sed iã relicto eorũ circuitu ; q̃ quindecim dierũ sit,
q̃ntanũ aggrediamur,in quo si accessio hora unica ṗcedat, erũt uigintiquatuor nonagesimosex
tanæ:si uero retardet,nonagesimooctanę rurs⁹ uigintiquatuor.Qui itaq; hęc ponũt,ac deĩde cõ
cedunt aliquas accessiones anticipare,aliàs retardare,suã aperte tollũt hypothesim. Vñ necessa
riũ q̃dẽ est,ut ipsi supponãt typos integris diebus,& noctibus finiri,alioq̃.n.nihil erit,quod ip-
si nugent̃.At eo posito,uel ipsis inuitis,typi in lõgũ dierũ numerũ prouehentur.Quaꝓꝑ melius
illi egere,qui statim inter initia statuere dierũ numerum in typis esse incomprehensibilem, q̃p-
pe quum saltem id effugiant , q̃ secum non pugnant , & si nihil ipsi præterea dicerent, nec illos

imitantur

A imitantur qui ipsis se ipsos conuincunt,dum ponunt typos ad quintadecimam diem usq; posse peruenire:& subinde coguntur illis uti,qui non modo multis decenarijs numeris,sed etiam centenarijs constāt & proinde sicuti fugere nō possunt typorū multitudinē:ita nec eorum inuicē cōplexus.Porrò sicuti qui tres tantūmodo ponunt typos,quotidianum, tertianum, & quartanū,ex eorum tñ complexu plures eorū conficiunt coniugationes : ita quoq; erit istis opus oēs inuicem typos cōplicare.Quare ut,qui tres esse typos aiūt,eos cōponūt , primum quidē secum eorū unūquēq;,mox uerò cū aliis mutuo:ita & istis erit necesse ut simul eos typos complicent. Nos āt à quintana exordiamur,& ostendamus ꝙ ea complicata,plurimas pariet cōiugationes, nihil āt refert si cōiugationes dicat aliquis,aut complexus.Prima itaq; coniugatio hæc sit:Prima die oboriatur quintana,sed mox tertia,& quarta sit ab omni febre immunis:quinta uerò ea accessio,ꝗ ortū prima die habuit,iterū inuadat,& sexta accessio ꝗ secundo die:postea autem septima & octaua absq; febre fuerint,nona subinde tertiam afferat primæ quintanæ accessionē, & decima ipsa quoq; tertiā illius secūdæ,& secūdū eādē proportionē quarta progrediat, ut nihil tñ in præsenti differat,duas dicere quintanas,uel duplicem quintanā, qđ tñ neq; cōcedunt. Secūda uerò cōiugatio duarū quintanarū erit, si primo die unius quintanæ accessio hominem

B detineat:secūda,febris nulla sit,tertia āt alterā habeat quintanā exorientem,cæteris subinde eundē ordinē seruātibus.Tertia duarū quintanarū cōiugatio.Primus dies alterā earū,alterā uerò quartus exorientē habeat:reliq aūt dies semꝑ hanc proportionē seruent. Quarta cōiugatio duarū quintanarū:Earū altera prima inuadat nocte,altera die secundo.Quinta earundem coniugatio:Altera initiū habeat primo die,altera nocte secunda . Sexta quintanarum duarū cōiugatio: prima qđē primo die suā habeat originē,altera uerò tertia nocte.Septima cōiugatio duarū quintanarū.Altera primo oboriatur die,altera circiter quartā noctē.Has septē cōiugationes cōplexi sumus,supposito semꝑ ex binis quintanis priorē semꝑ primo die ortū habere.Totidē āt efficiemus,si ponam⁹ earū alterā priori nocte īcipere.Quòd si pari ēt passu sextanā cōplicuerimus:patet ꝙ plures gignentur cōiugationes,& plures adhuc si septimanā istis iunxerimus,ac que ēt lōge plures si octanā,uel decumanā,ut uigesimanā,& trigesimanū,& quadragesimanā si lētio ꝑtereā,& cæteras quoq; alias,quas necessario has istorū hypotheses cōseq mōstrauimus, sed illas dimittamus ī ꝑsenti.Sufficiat āt nobis ad decumanā accessisse.Vbi mihi attēde,qm̄ nūc cōplexus exposuimus,qū duplex est qntana.Sed si ea triplex fuerit:cōstat sanè aliā cōiugationū multitudinē futurā nō paruā.At pōt & quadruplex ea esse,si unaquaq; die inuadat accessio. Pōt uerò & quintuplex esse,qñ.s.quinta alia,ꝑter dictas quatuor quintanas,quintana & ipsa no

C ête aliqua illis intermisceatur:qđ quadrifariā pōt cōtingere,quū hæc possit uel prima nocte suboriri,uel aliqua aliarū deinceps,secunda inꝗ,uel tertia,uel quarta,uel quinta.Porrò eadē quoque, ꝑinde ac ī his, uarietas erit in alijs typis,& maior ēt,quo maiori dierū numero cōstiterint. Si igit̄ uniuersā quintanæ diuersitatē cum illis cōposueris,ꝗ ad sextanā ꝑtinēt,poteris(ut arbitror)ꝗ sit harū multitudo,ꝑpēdere.Sed si ꝑterea istis septimanā, uel octanā,uel aliarū deinceps quāpiā,& mox rursus ex his quatuor typis simul cōmixtis,si alias pepereris cōiugationes,deinde ex quinq;,& subinde ēt ex pluribus,poteris(credo)rōcinari quantus sit futurus cōiugationū numerus,uel quot ēt libris hæc horū doctrina egeat.Ego āt breuibus qualis sit futurus earū plexus,hinc exorsus,insinuabo.Penes typum unūquenq; opus primo erit uarietatem coniugationū percurrere,ut paulo ante in quintana nos ostendimus.Postmodū illas simul componere,primū unā quintanæ cōiugationē,uerbi gratia,cū alia sextanæ, ut ex his duabus cōiugationibus tertia qdā alia efficiatur:& deinde omnes cum omnibus coniungere , ita ut unā duab⁹ , post & tribus,post & pluribus,quousq; oēs complexi typi cōiugationes cum una cōmisceas : post hoc duas eiusdem typi,utpote quintani,cum unaquaq; aliarum cōponas:ac deinde cū duabus, cū tribus,cum quatuor,donec inuicem oēs cōplexus fueris,& ita rursus quatuor coniugationes il

D lis, ꝗ ad unūquēq; typū attinent,miscendæ erunt postea quinq;,deinde sex,quoad omnes qntanæ cū oībus aliorū cōiugationibus cōposueris ,nō oēs quidem simul,sed sigillatim unaquanq; ut quæ sunt ipsius quintanæ cū illis ꝗ septimanarū sunt,postea cū octanis,uel nonanis,uel decumanis,uel ēt alijs subinde.Sed ut quintanas alijs qbuscunq; cōmiscuisti,eodē modo & decumana erit cū alijs quibuscunq; miscenda,& sic septimana,octana,& reliq oēs.Quod ubi feceris,necesse postea erit typorū triū cōiugationes oēs oībus cōplicare, deide quatuor,postea quinq;,& sex,& septē,& sic deinceps,quousq; oēs oīum fuerimus cōplexi.Quòd uerò plurima sit harū cōiugationum multitudo,ut ferè quot milia sint futura ne numerari qdē facile possit,credo unūquēq;,uel si supputādi artis etiā fuerit ignarus, posse cogitare,poterit tñ is & ab his,qui arithmetices periti sunt, eius numeri amplitudinē habere. Nam si hæc uelim ꝑsequi,maiore mihi libro erit opus,ꝗ illi sint,quos isti qui hæc garriunt,edidere,nec id cogitāt ꝙ uix uel milesimā particulā istorū cōplexuū,quamuis nugas plurimas effuderit,attigere.Vñ si utile esse existimant typos simul cōponere,sciant se minimā huius tā utilis rei inuenisse partem. Si uero inutile,erubescant iam,& Vulcano suos tradant libros:nā tempus,si hoc ipsi facere noluerint,eos perdet.Nā quis alius unquā eos describet,uel quis hos quoq; dissectos usibus diurnis nō accommodabit?

Altera

Altera methodus typorum inueniendorum. CAP. 7. E

His iam conscriptis & quibusdam amicis traditis, q uolebant alios etiam docere, quomodo
tabula ea se haberet, illis sic proponentibus ego statim typorũ multitudinẽ attuli. Hæc ita
que methodus nõ est diuersi cuiusdã generis, sed priori illi potius subiecta. Persuasum ãt & tu
quoq; habebis rem hanc sic se habere, si primum memoria repetas, & horum recordationem in
promptu semp habeas, nos in præsentia diem, tempus id uniuersum appellare, quod diem no-
ctemq; cõprehendit: id ipsum quidam nychthemerum (quasi nocte diem dicere uelis) appellãt:
& ea ratione dicunt annum cõstare diebus tercentis & sexaginta quinque, & quarta etiã parte
unius. Horæ itaq; quatuor & uiginti, diem unum absoluunt: duos autem, octo & quadraginta:
tres, duo & septuaginta. Typis uerò nomina indita sunt, nõ ex diebus ipsos complectitibus, sed
ex accessionum reditu. Tertianam q̃ppe appellamus, ubi accessio tertio quoq; die inuadit, duo
bis interim absolutis. Quartanã, in qua quarto, in hac quoq; tribus iam perfectis: & in alijs quo-
que secundum eandẽ rationem. Quare cum periodum inueneris typi alicuius quatuor continẽ
tem dies, illum quintanam dixeris: neque enim idem est accessionem quinto oboriri die, & cir
cuitũ esse dierum quinq;. Quum hæc igitur memoria tenueris: reminiscere præterea methodi,
quam tabella descripsimus. Porro diximus horarũ periodicarum propositum numerum, qui ni- F
mirum inter duo initia accessionum medius cõtinetur, esse considerandũ, si ille aliquem nume
rum ex illis in tabella descriptis, quicũq; ille sit, metitur, ij uero ex multiplicatione horarũ uigin
tiquatuor perficiuntur. Vt uerò absq; ulla etiam tabella idipsum ex digito inuenias, age sic. Si sex
proponantur, atq; etiam octo, facilis erit eiusce rei inuẽtio. Si enim horis sex proposita cõstet pe
riodus, quatuor erunt quotidianæ: tres uero, si octo. Vbi uerò septem proponantur, uel numer⁹
alius qui horarum xxiiij. numerũ non metiatur, considera tunc, si is propositus numerus partẽ
aliquam habeat, uel nullam aliam præter vnitatem: & si quampiã aliã ab unitate partem habet,
quemadmodum, uerbi gratia, nouem, tertiam habet partem: quindecim verò, & tertiam & quin
tam: mox attendendũ erit si quæpiam ex eius partibus aliquam cum uiginti quatuor habeat cõ
munionem: sicuti statim uigintiquatuor horarum numerus, tertiam quidem habet partem, q̃n-
tã uerò minime habet, ut quindecim habet. Igitur si contingat, ꝙ proposita periodus sit horarũ
nouem, huius partem tertiam sume, & tertiam item uigintiquatuor, octo inquam, & dices octo
esse typos tribus diebus circunscriptos: hoc autem te meminisse uolebam huiuscemodi typos
quartanos appellari. Quòd si circuitus quindecim fuerit horarũ, accepta tertia parte q̃ndecim,
q̃nq; dierũ typos esse dixeris, quod ad sextanam attinet. At quoniam octo tertia pars est uigin G
tiquatuor, totidem etiam dices esse sextanos typos. Sin autem numerus ille propositus pars nul
la sit, sicuti septem, xxiiij, octanas. Ita etiam si propositus circuitus decem sit horarum affirma-
bis esse xxiijj, typos decẽ dierũ, qđ idẽ est, ac si undecumanos dicas. Sic quoque si periodus xiij
horas cõtineat, xxiiij erunt typi. Simili etiã modo si circuit⁹ propositus horas excesserit xxiiij:
quemadmodũ si fuerint xxv, dicere poteris xxiiij esse uigesimosextanos typos, sicuti & uiginti.
Vbi uerò utriusq; fuerit aliqua cõmunis mensura, ut pote in septem & uiginti, tertia reperitur
pars, tunc asseras octo esse decumanas, quoniam xxvij. tertia pars est nouẽ, xxiiij. uerò viij. Cõ
stat autẽ ꝙ decumani typi periodus numero dierum nouem absoluitur, q numerum horarum
ducentarum & sedecim ꝑficiunt: cuius pars octaua erat numerus iam propositus, uigintiseptẽ
inquam. Continetur igiť methodus hæc in ea communi descripta in tabella, hoc solum ab ea
differens, ꝙ possit facile hac, absq; ulla descripta tabella, reperiri horarum numerus. qui mensure
tur dierũ periodis, cuius numeri, ille qui propositus est, pars sit. Id ãt theorema ab Euclide in li-
bro De elementis demonstratur, septimo capite. Oportet sane accepto eo maiori numero q utri
que communis sit, inspicere quoties communis hæc mensura utrunq; numerũ dimetiatur. Ver-
bi gratia in quindecim, & uigintiquatuor prima communis mensura est ternarius numer⁹: is ue
rò per quinq; quindecim metiť, uigintiquatuor autem per octo. Siue igitur uigintiquatuor per H
quinque multiplicaueris, siue quindecim per octo, eundem semper numerũ absolui inuenies, cẽ
tenarum inquam & uiginti horarum, dierum uerò quinque: & proinde sextanum dices typum.
Eadem etiam ratione, si numerus propositus sit horarum tredecim, communi quadam ratione
tum is, tum uerò uigintiquatuor, illum permetientur, qui ex his ambobus inuicem multiplica-
tis redditur: qualis est trecentarum & duodecim horarum: est autem tredecim in primis nume-
ris, illos etenim hoc nominãt modo, quorum præter unitatem nulla est cõis mensura. Trecen-
tum ergo & duodecim numerus est, quem illi utriq; metiuntur, habet enim hic tredecies horas
viginti: & typus cotinebit tres ac decem absolutos dies, idest quartodecumanus erit.
Quum is etiam quater & uigesies metiatur trecentum duodecim, multitudo
typorum erit quatuor & uiginti: Sic itaque & hanc huiusce me-
thodi demonstrationem habeant, quamuis uel inuitus hæc
inutilia uos docuerim: nam præstat ista omnino ne
glexisse, Pythici præcepti memores,
Tempori parcendum esse.

A 

GALENI LIBER DE CAVSIS PROCATARCTICIS

B Nicolao Regio Calabro interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Probat causas dari procatarcticas, & refellit ueterum medicorum sophismata.

Aduersus sophistas, qui procatarcticas causas negarunt, ac quot & qualia sint genera causarum. CAP. I.



NAturales philosophi illi ueteres, quorũ studiũ erat, ut humano generi
prod. ssent, nõ modo ea, quæ apertè cognoscuntur, tractabant; uerũ
& operam nauabant, ut abditarum etiam rerum cõplures inuenirẽt:
& inde proueniebat, ut illis tẽporibus rerum inuentionibus maxima
fieret accessio. At uerò ex his posterioribus tam philosophis, q̃ medi
cis nonnulli, gloriæ quidem cupidi, desperantes uerò, ut par est, eius
C se posse fieri compotes, quibusdam uersutiis impliciti fuere. Alii aũt
quum propositas sibi cauillas diluere non possent, è duobus alterum 1.aph.1. ext. or di.b
passi sunt: nã uel illis perinde, ac ueris acqeuere, uel arbitrati sũt æ-
quũ esse, ut de oĩbus dubitaremus. Et nimirũ circa cãs a græcis pro-
catarcticas quasi præincipientes uocatas (nos forsitan non ineptè antegressas appellare posse-
mus) aliquod etiam reperitur sophisma, quod in causa fuit cur priores, alios quidẽ ex his q. suc-
cessere, in dubitationem ducerent: alios uerò ad id, ut illi assentirent adducerent: ita ut eã contẽ
plationem, quæ ipsa per se & sufficiens & necessaria est, quamq; longam artem Hippocrates no
minauit, istis suis his mirabilibus captionibus longiorẽ reddant. Tu uerò ò Gorgia, quum huiu-
scemodi medicos derideas, præsertim autem nuper, dum uideres quẽdam delusum, atq; ab ipsis
huius artis operibus redargutum, efflagitasti à me, ut de antegressis causis, seu procarcticis, quas
etiam antiquorum complures, occasiones uocant, cõmentarios tibi scriberem: ob id.n. censue
runt eas esse morborum occasiones dicendas, ꝙ in primis imbecillitatem corporum animalium
monstrant. Nullus etenim, qui bono constet corporis habitu, si uel secũdum crura frigeat, uel ca
lore æstuet, uel præter modum exerceatur, uel tristitia, uel alia huiuscemodi re afficiatur, statim
D ẽt ægrotat. Sed huiusce generis causæ sola inualida corpora commouent, & inde (ut quidẽ arbi-
tror) pstitæ sunt sophistis occasiones argumentorum, dum probare nituntur, quod si aliqñ non
obsunt, non sunt etiam, quum imbecilles tangunt, pro ueris causis habendæ. Quia si ea sint natu
ra, ut agant, ex se uim haberent agendi, neq; ab inualidis corporibus haberent, ut effectrices ui
derẽtur, quod tñ secus est; uidemus siquidẽ mille simul in theatro sedentes, è quorum numero
quatuor tñ æstuant, & in eis unus à febre arripitur, nec plures, quemadmodum & Menandrum
familiarem nostrũ pridie vidimus: qui quum à stadio post certamen exiret, conquerebatur ꝙ se
cundum caput doleret, & paulò post cœpit febre teneri. Illum nos secunda die uisentes, iussim9
(ut nosti) caput rosaceo oleo foueri, mox dormire, postmodum impensè lauari, nihil timentes,
si aliquæ adhuc reliquiæ febris uiderenẽ relictæ: cæteris tñ medicis censentibus expectandum
tãtisper, donec uideretur qualis foret inuasio, quæ per tertiã diem solet inuadere, Græci diatritõ
dicunt. Habitis igitur uerbis multis quorum gratia hæc à nobis literis mãdari rogasti: dum neq;
nos unq̃ illos, neq; illi nos de sententia mouere potuissent, ægrotãti facultate permissa, ut quod
ille mallet, eligeret, omnes unà recessimus. Sed paulò post accessit ad nos q̃dam ex Menãdri do
mesticis rogãs, ut ad illum redirem9, id quod fecimus. Nã neq; adeo erat Menãder rudis, ut eas
rõnes vel nõ apphẽderet, uel nõ cognosceret eas q̃ ueriores sint, eẽ efficaciores, uel ignoraret ẽt
iudicem

iudicem diffidentium rationem esse in primis experientiā:nec obliuioni præterea mandauerat E ea quæ peracta erant,quādo iuuenis ille,qui ex labore febricitauerat,balneis adhibitis,reclamā tibus tñ medicis alijs,cōfestim integritati restitutus est.Sed & alium(ut te non latet)qui diceret se præ æstu febre fuisse arreptum,balneis pluribus sanaui.Quumq; cæteri timerent,& faterenť se ignorare qualis esset futurus euentus morbi illius in iuuene,qui iam delirabat,ego subridēs non multò post,inquam,fluorē sanguinis è naso patieris,& sic omnino à morbo liber euades. At illi irridebant,aiebantq;,nequaq̄ hæc diuinari posse:uerūm statim è dextra nare sanguis de fluxit.Sed & sudorē qui deinde superuenit,prædixi,& copiosam alui deiectionem,& uomitū, & multa etiam alia,quę ad naturam & curationem morborum attinent.Illi autem eo absunt,ut credant posse quippiam tale opus perfici,ut uatum potius,q̄ medicorum munus esse putent,hu iuscemodi p̄sagire.Nō ergo eis ille credere debebat:qui etiā mihi dixit,eorū se nullum à princi pio aduocasse:sed illi hoc etiam inter alia mirabile agunt,q̄ neque etiā accersiti ægrotos adeūt. Tu uerò(ait ille)me doceas quo me uelis modo rosaceo uti,quibus etiā cibis à balneo uesci:ob id ipsum.n.te rursus uocaui.At ego his,sicut tunc mihi uisum est,institutis,ad aliū accessi ægro tum,qui parum ab urbe aberat: & mox altera die rediens reperto homine absq; ulla omnino fe bre,iussi iterū lauari & copiosè etiam,& deinde solitas aggredi actiones: & sic ea omnia obiuit F munera,q̄ sibi ex natura debentur,famoso illo non expectato diatrito. Nosti præterea & alium adolescentē,qui penè consilio huiuscemodi medicorū deperijt.Is siquidē biliosissimus, nec nō & calidissimus erat:atq; iter per æstum,locaq; profunda ac arenosa, concitato motu fecerat:& ita exiccatus in gymnasiū se contulerat(nam ex ijs erat,qui exercitatione delectabantur.) Vbi post frictiones & unctiones alter adolescens illi ætate par, obuiā factus & amplexus,eum iterū exagitauit,ita ut iā & frictionum oblitus,& q̄ inunctus esset, colluctauerit diutius.Moxq; tertio quum se lauisset,domumque rediret,illi oblata est occasio maioris erroris. Occurrit nanque q̄ busdam amicis,qui inter se rixabantur,iāq; ad uerbera deuenerant:quos dum ille diuellere co natur,adeo exiccatus est,ut horrere statim cœperit, uriq; sibi uideretur : tandem domū platus decubuit.Sed quum in istorum medicorum manus incidisset,illi inuasionē tertiæ diei expectari iussere:nobis tamen cōsulentibus,ut quàm primū uberrimè lauaretur , & cibus quàm humidus administtaretur.Tu uerò probe tenes,quòd quum tertiæ diei inuaderet exarcebatio,ille pul su penitus carebat,& frigebat,nec se aut mouere,aut transferre poterat.Præ siccitate autem uiriumque imbecillitate,neque os,neque linguam mouere,neque uel modicum quid loqui potis erat.Necessitate igitur igitur ea famulus ipsius compulsus,nos adijt rogans,ut quā celerrime ac G cederemus ,& opem adolescenti ferremus.Quem accedentes tabe confectum uidim⁹,& postea uix diebus pluribus ualetudini restituimus:& tu,qui interfuisti,hæc omnia scis:id enim medicis omnibus uidebatur esse præter omnium opinionem,quum ab antiquorum nemine scriptū reperiatur:& censebant hoc nostræ potius esse temeritati adscribendum,uelle ante accessionem cibum , atque etiam uinum adolescenti offerre. Sed & os quandoque illi ui aperiebam , ut cibum ingererem.Quum uerò ille se melius habere cępit,ante inuasionem ab exhibendo cibo me cōtinebam,ut animaduertere possem quo pacto ille dissolueretur,frigidusque & propè sine, pulsu redderetur. His tamen sic etiam peractis,uix potui illis medicis, qui aderant, persuadere id ipsum fuisse, uinum inquam cibumq; ante inuasionem obtulisse,quod adolescētem superstitem seruauit.Illi autem ex me sciscitabantur,qua tandem ratione id agerem:erat enim illis hoc admirationi.At ego existimabam non esse par,ut illis responderem,qui in ipsis statim artis initijs aberrarent, utpote quum & quæ sint elementa animantium , & qualis morbus febris sit, ignorent.Verum in alijs literarum monimentis de his disseruimus: neque operæpretium est ut pleniorem de his sermonem habeamus,quæ sunt præter institutum,quamuis sint etiam utilia, quàm de ijs de quibus loqui instituimus.Nobis enim propositum nullius,pręterquàm utilium H rerum per hos libros meminisse, immo ea omnia remouere,quę male se habent, eos imitantes,qui uias ueteres spinis ac sentibus obsitas,depurgant.Nam neque illis is erat scopus,ut spinas & sentes resecarent : sed dum ad negotia sua properarent,puncti ab his syluestribus plantis,coguntur primum ea abscindere,& ita deinceps ad id,quod sibi inter initia proposuerant, redire . Quòd si non modo spinis & uepribus uia sit intersepta , sed hamis quibusdam , & alijs præterea quæ illi possint esse impedimento:multum ille, qui eam purgaturus est , tempus conterere cogetur . Porrò in hac nobis in præsenti proposita contemplatione , non nulla reperiuntur sophysmata , quæ spinarum similitudinem gerunt , quædam uerò ueprium , alia hamorum , à quibus,incautus si quis ceciderit , statim capietur . Et proinde non secus odio habendi sunt illi, qui huiuscemodi sophismata consuunt,quæ beneficę arti impedimento sunt: ac illi etiam qui ea in uijs , per quas homines frequentes transeunt, seminant . Nos itaque & horum non nulla rescindamus,aliqua emendemus , alia conteramus , ut antiquam uiam quæ non ad ciuitatem,sed ad artem omnibus ciuitatibus utilem , fert, expurgemus . Primum igitur eos, qui nunquam inter morborum causas immodicum frigus , uel æstum , uel repletionē,uel alia eiusce generis,numeranda cēsent,interrogem⁹,quanā illi sapientiæ ratione,aut qua opinione

A opinione inducti, ista nobis suadere uelint. Num ex his, quæ hic in terra degunt? Atqui nemo nostrum est, qui media æstate, circa meridiem, præsertim sub ortu canis, si in calidis regionibus uentis non expositis, quo maxime tempore uenti †; qui per annum flare solent, § nulli feruntur, se offendi non animaduertat, ac fugiat. Quòd si immoderatiores æstus omni carerent offensione quis unquam esset frigidarum domorum usus? quæ frigidarum aquarum commoditas? quæ uini, aut balnearum delectatio? quid sibi præterea uult declinatio ea, quum eo tempore adumbratiores domos diuertimus? nam quis tunc non hortatur ad utendum uino moderate, ut uia ad pulmonem humecta reddatur? Vnde si citra quodlibet periculum possemus æstui nos exponere; superuacaneum esset ab eo fugere. Cur ergo mulieres pileum non abijciunt? cur bubulci, atque etiam pastores cæteri coronas ex uirentibus ramis non deponunt? Nullus tandem uiator contecto capite iter faciat. Careant etiam conuiuia æstiua hedera, careant coronis, ex rosis cõtextis: fugiamus cætera, quæ nobis æstuosis temporibus solatio esse solent, doceamus pastores bubulcosq; ne solem meridie fugiant, ne etiam ad umbrosa, & aquilonibus exposita loca pecudes cõducantur. Cur.n. hæc fugienda si molestia carent? Cur etiam his, quæ nullum afferunt incommodum, remedia quærimus? Nunquam sanè ista illis persuadebis, neq; poteris unquam cætera, q̃ a natura sunt procreata, ita docere, quin ea, quæ ex natura contristant, sint fugienda. Dic quæso

B tu unde huc accedis? ex quo tandem mundo exortus es? nonne hic omnia usquequaq; animantia suis functionibus deliramenta hæc tua redarguunt? quippe quæ per multa stadia peregrinantur, ut æstate calorem, frigus uerò hyemæ fugiant: & quæ præterea fugere nequeunt, æstum ac frigus locorum mutatione, cauernisq; & similibus habitaculis, uel tectis declinant. Ego autem libenter uellem, ò sophista generose, ut tu æstate media, oriẽte cane, in regione aliqua humili, nullis peruia uentis stares, nudo capite, neq; etiam per totam diem; uel subinde per multos, sed unico tantum, immo tribus solummodo horis, illis tamen meridianis. Nam non modo urereris, febreq; laborares: sed delirares, exanimareris quoq;. Neq; malum præterea esset, si hyeme media niuosis temporibus, & plurimum pluuiosis, nec ita modo, uerum exiens ex tepidiorib⁹ balneis: sentires siquidem, quid frigus possit, & quas etiam causas morbus sequatur. Neq; possum nõ admirari, quum tu balnea damnas, ceu non rectè administrata. Nam quid aliud est malè balneas administrari, nisi eas non habere temperatum calorem? uel cur etiam eas damnas, quæ, ꝙ sint iusto calidiores, uel frigidiores, temperiem excedunt: si nihil nos possumus a calore, uel frigore lędi? aut cur ij, qui in balneo concluduntur, mortem obeunt? cur etiam multi in itinere ex frigore

C antequam ad hospitium peruenire potuerint, interiere? Nisi forsitan uerum quidem esse putas aliquos ab immoderatioribus caloribus, uel frigoribus posse mori, non tamen ab his ipsis quenquam posse lædi, quasi possit quispiam absque ulla læsione mori. Profectò hos iniquos sophistas deceret, ut sub terra se absconderent, uel saltem præ pudore prauas has opiniones desererẽt. Hi tamen adeo ab hoc absunt, ut subinde etiam non uereantur, ut alia quoq; sophismata, quæ & absurditate, & impudentia maiori referta sunt, prioribus annectant. Dicunt.n. se contendere, non quidem, ꝙ ab huiuscemodi rebus non lædantur homines, sed ꝙ non sint nocumenti causę: quia si causæ existerent, semper eandem haberent rationem. Oportet autem nos dissoluere hosce nodos, quorum uis non in rebus est, sed in uerbis: quia si aliquid sit quod possit quidem nocere, uerum non semper sit morbi causa, & tu nolis, quia aliquando solum noceat, & aliquo tempore, causam appellare: iam non amplius de re erit quæstio: sed de nomine tantum erit ea cauillatio. Dic ergo id sanè nocere, nec tamen esse nocumenti causam: & noxium appella, illius tamen appelationis rationem nega. Noxium siquidem, sicut & salubre, nuncupatio quædam. Istius uerò nũcupationis nulla alia ratio est, nisi quia nocumenti causa est. Vnde si quispiam horum, quæ a te proferuntur ignarus sit, & illi dixeris aliquod esse noxium: intelliget ille quod nocumenti causa est. Dices, quod mihi nocet non est omnino noxium; causa enim semper causa est. At-

D qui saltem quum nocet, necesse est fateri; esse causam nocumenti corpori, cui nocet: & idipsum est, quod nos quærebamus. Nam quemadmodum si semper noceret, semper causa esset nocumenti dicenda: ita quum non semper, sed aliquandò noceat: tunc quoq; solummodo cãdicetur: ꝙ si tu hoc uolueris uocare noceri, nihil hoc ad rem faciet: lis.n. erit tãtummodo de nomine. Quòd si quæras, quid igitur est de re ipsa litigare? De re, inquam, est qñ, quum quærimus si is homo, qui nunc febrit, id passus sit a nocumento sibi a solis æstu, uel a gelu; uel ab immodicis exercitiis illato. Differere uerò an id, quod nocuit, sit appellãda causa, uel ne: non est ea ampli⁹ dissertatio de re, sed de uerbis: & si quis his assentiet, nihil propterea medicinæ oberit, non tamen hæc sunt admittenda. Possumus nos quidem, & sine ullo ferè negotio explicare, quid hoc nomẽ causa significat: & ea res adeò exigua est, ut nullus ferè in hac lingua educat⁹ illius ignoret significatum. Si.n. quempiam se in forum conferentem interrogaueris, quanam ille de causa domo exierit, aduerte quid ille respondeat: dicet etenim, ꝙ aliquid empturus, uel amicum conuenturus, uel aliquid aliud huiusmodi, ita ut semper insinuet id, quod sibi opportunum est, causam fuisse. Vnde hæc omnia ad idem genus attinent, siue id dicas propter quod aliquid factum est, siue utilitatem gñationis eius, siue finẽ, siue scopũ, (nam nec quicq̃ inter hæc interest.) sem-

A.l.1.f 1.d.1 c.3.fo.3.c

per

per nimirum te uelim id intueri, quod dr, non ãt semper de uocabulis esse sollicitũ. Quòd si alia quoq; exẽpla desideras, pete a fabro, q̃ lignum perforat, uel dirigit, uel dolat, uel conglutinat, p̄p quam causam id efficiat: ille statim respondebit, lecticæ causa, unde & ipse scopum suæ actionis causam uocat: quem ubi est assecutus, uniuersa actio desinit. Nec secus etiam textor, si eũ interrogaueris cur fila staminis deducit, uel lanam pectit: p̄p id respondebit, quod suæ actionis finis est: affirmabit.n. se omnia indumenti gratia facere. Quòd si rursus, quam ob causam indumentũ fecerit, ab eo petas: dicet ille, ut corpus contegat, & à frigore tueatur, & id genus causæ, q̃ maxime omnibus est in usu. Est & aliud non minus hoc consuetum, quum causam in materiam referimus: unde si reprehendatur faber, q̀ paruam fecerit lecticam, statim ille id lignis attribuit, figulus uerò terræ, & pictor coloribus. Quis.n. est, qui non frequenter homines audiat, quum petit, cur lignorum compagines in lectica dissolutæ sint, aut cur floridus picturæ color citò deflorruerit, quid etiam fuerit in causa, q̀ ædes citò corruerint: respundentes, fuisse id, quoniam ligna uiridia erant, quæ subinde, quum aruere, distorta sunt: q̀ etiam optimorum colorum copia pictorẽ defecit, ædificator uerò ait, q̀ uel calx, uel lutum, uel quippiam aliud his simile praua fuere. In omnibus siquidem his materiam causamur. In his etiam instrumenta ponimus. Si.n. causam quęris, cur faber lecticam malè coagmentauit, qui tamen non esset malus artifex: ille statim respondebit, q̀ prauè affecta erat dolabra, terebellum crassum, lima & malleo carebam, securis etiam erat obtusa. Pari etiam pacto si ex librario petas, cur non rectè scripserit: dicet ille, chartã asperã extitisse, atramentum uerò fluidum, pennam autem obtusam, defuisse etiam cultellum quo ipsam rectius formaret. Is ẽt dum chartæ, & atramenti meminit, materiam profert: dum pennę, & cultelli, instr̃a. Sed quis est præterea qui ignoret, q̀ etiam ipsos artifices culpamus tanq̃ cãs errorum, qui in opificijs committuntur: tunc in primis, quũ nihil habemus, quod possit in instrumentorum defectum referri? Præstantium quoq; opificiorum cãm fuisse artifices profitemur. Dicimus.n. q̀ is (utpote Phidias) statuam illam effecit, alius uerò Iouis Olympici simulacrum: necnõ & medicum sanitatis, quam in ægrotis efficit, causam, & gubernatorem nauis, quam a procella seruat. Dicimus etiam causam esse nauis illum, qui eam construit: & idem de lectica, carpento, & similibus. Vt tandem duæ quidem sint primæ cãe, atq; maxime principales: scopus inquã cuius gratia fiunt omnia, quæ fiunt, & effector a quo ea fiunt. Has dignitates sequuntur tertia, & quarta, instrumenta nimirum quibus, & materia ex qua. Porrò in humanis artibus, nisi cãe oẽs conueniant, nullus unquam effectus absolui poterit: nam nisi aliqua esset lecticæ utilitas, nunq̃ faber illã construeret. Sed si aliqua sit illius utilitas, careat uerò dolabra, serra, terebello, aliaq; instrumẽtorum suppellectili, neq; sic lecticam coagmẽtabit: & si hæc illi omnia pręsto sint, & mox ligna deficiant, neq; ita componet lecticam. Neque si instrumẽta & materia parata sit, & utilitas urgeat, absit autem artifex, unquam quicquam fiet. Et hoc in omnibus aliis artibus pariter inuenias, Omnes siquidem alicuius gratia agunt, egent etiam tum instrumentis, tum materia. Quòd si aliquando secus fiat, tunc unico uidentur genere causæ orbata, eo inquam, quod dicitur cuius gratia fit, quod in his accidit, quæ casu fiunt: ea quippe nullius gratia fiunt: deficit tñ quandoq; id per quod fiunt. Per quod autẽ est instrumentum, sicut propter quod, est utilitas generationis rei: à quo est artifex: ex qua est materia. Et iam quidem hoc constat, nihil unq̃ reperiri posse, qđ materia nõ egeat ex qua constet, & efficiente à quo sit: nec aliquod reperias, qđ cõtra se habeat, Semper etenim necesse est ut sit conuentus alicuius patientis, quod uicem materiæ habeat, & alterius, qđ circa ipsam agat, & efficientis ratione teneat, & hoc eget nonnunq̃ instrumento, si alicuius gratia egerit. Agit tñ aliquãdo etiam sine instrumento, quum nullius gratia agit. Nempe si quis calcitratus in pugna inde fuerit mortuus, qui calcitrauit causa effectrix (ut ita dicã) mortis fuit, instrumentum autẽ crus fuit, materia corpus illius, qui fuit calcitratus: & si id ex p̄posito ille facit, causa alicuius id effectum est: q̀ si non alicuius gratia factum est, illud in fortunã referendum est. At quum ex frigore continentis aeris, uel æstu læditur quispiam: aer continẽs effectrix causa est, materia corpus, qđ afficitur. Quare nunq̃ speraueris te posse aliquem reperire effectũ, nisi efficiens, & materia coeant: ablato enim eo, qđ patitur, ex quo fiat id, quod faciundum est, qui poterit esse efficiens a quo fiat? Vnde oportet ut hæc utraq; aliquid ad generationẽ rei cõferãt: quæ ãt ad rei generationẽ cõducũt, meritò causæ appellandæ sunt. Iam.n. omnes homines causas appellant, quæ ex sui natura ad rei generationem aliquid afferunt, Potes autẽ tu, uel causam nominare, si libet, uel principium. Verum in omnibus his aliquid istis oppositum reperias. quod tñ per accidens est. Faber nempe, terebellum, & lignum ad uasis generationem aliquid ex sui natura cõferunt. Statim.n. ut id cõstructum est: poteris intueri lignum & foramina, quæ terebello fuere à fabro facta. At locus, ubi iacebat lignũ, unde à fabro fuit ad hoc opus assumptũ, & aer qui id in orbem comprehendebat, causæ dicentur, non primũ, sed per accidens: & quia artifex homo erat, eum aliquo contineri loco necesse est. Quod quum ita sit, nec præterea op' sit intercedere inter ipsum & lignum corpus quod solidũ sit, obsisteret enim ne ille in id agere possit: necesse fuit ut illud, quod inter utrunq; medium est, aut inane, aut si secus, saltẽ corpus sit, qđ cedat; qua ratione & aer aliquid ad uasis generationem affert: Hæc uerò magis tibi euidentia uidebuntur,

E A.ibid. d F A.ibid. d G H

A debuntur, si cogitaueris artificem, perinde ac ipsa natura facit, per uniuersam pmeare materiã, „ dum agit: non aũt uti nos, q exterius tñmodo eam attingimus. Tunc.n. satis erit apertum, nullũ „ tunc loci usum fore ipsi opifici, nisi illius forte, quo materia continetur, neq; aeris in orbem cir- „ cunfusi, neq; inanis. Quapropter sæpe in lapidibus, atq; etiã in terra gignunt animantia, ubi eun „ dem penitus locum opifex occupat, & ipsum opificium. Indiget itaq; faber, vt agere possit circa lignum, spatio intermedio qđ non impediat, nõ ea ratione qua artifex, sed qua corpus est, quod alium ab eo, qui materiam, q̃ efficitur, continet, locũ occupat. Hęc nimirum ex accidenti sunt, & tanquam ea sine quibus non. Ea uerò, quæ ex accidenti sunt, quatenus p̃ntia sunt, nihil ipsa operantur: vñr tñ ea ratione adiuuare, q dum ea adsunt, ab eo loco ea quæ obsistere possunt, procul sunt: vnde magis ualent, si absuerint, impedire actum, quã quum p̃sto fuerint. Solidum quippe corpus interiectum inter fabrũ, & ipsum lignũ, impedimento est, quo minus faber possit circa lignum operari: qđ si de medio tollatur, ex accidenti consequit, ut aer in illius locũ subeat: quum .n. nusquã in hoc mundo inane consistere possit, locus, quẽ solidum illud corpus dereliquit, inanis oĩno p̃sistere nequit, sed aere, q in orbẽ id continebat, defluente replet. Cõstat igit, fabrum aere ex accidenti indigere. Palàm p̃terea est, q qui ambulat substrato corpore solido eget, cui ni

B tatur: alio uerò circunfuso qđ cedat. Non sunt tñ hæc illi opportuna, qua ambulans est, sed qua corpus est, qđ deorsum, hoc est uersus mundi centrũ, fertur: quodq; rursum in sublime ambulãdo nequit ferri, citius.n. deorsum uersus terram delaberet. Sed neq; anterius progrederet, eo à quo continet, illi non cedente. Quapropter rectè illi, q hæc pertractauerunt, dixere hæc ipsa potius ratione rei tenere sine qua aliqđ fieri non põt, q̃ q causæ sint gñationis eius. Porrò ambulationis causæ sunt ipsius utilitas, vis aĩalis, atq; ẽt crura. Causæ uerò sine quibus id fieri nequit, externæ, corpus circunfusum cedẽs, interius uero, alterum qđ resistat. Iam itaq; uniuersum de causis sermonem absoluimus, & explicauimus quæ illæ sint, quotq;, & quales, & quo modo inter se, tum ẽt ab iis quæ per accidens, uel sine quibus non, differant. Quòd si nolit rursus sophista fateri fabrum esse causam gñationis lecticæ, respõdeat quæso, num fateatur saltem factam esse lecticam à fabro: si verò id cõcesserit, an postea de appellatione adhuc disputabit? Si.n. vel q ex se facta sit respondeat, uel q ab eo, utroq; modo delirare redarguetur: quia si dicat ab aliquo quidem factam, de appellatione tñ uoluerit mox disputare, nonne primum uerecundabitur, q non de re aliqua, sed de noĩe est sua ipsius lis? Deinde totã quoq; uitam euertit & cõfundit. Vt.n. dixerit fabrum fecisse quidem lecticam, non fuisse autem illius causam, nonne, perinde ac si quis cõcedat

C aliquem alium quempiam occidisse, illum tñ nolit fateri fuisse causam mortis istius, putabit extrema insania teneri? Libentissime uerò audirem illum coram iudicibus loquentẽ, atq; ita dicentem. Viri qui iudices constituti estis, fatetur quidem Dion se occidisse Tiphonem, nec tñ putandus est Dion extitisse causa mortis illius. Profectò si id, quod quippiam facit, est etiam eius causa: conuincetur Dion fuisse causa mortis Tiphonis: q si alius sit à quo fit aliquid, & alius est rei illius causa, ille, à quo occisus est hic, non fuit mortis istius causa, nec reus ipse habẽdus est, & proinde absoluetur, qui conuinci non poterit fuisse causa mortis. Sed q̃s non iudicabit hęc esse deliramenta & insaniam longam? Quare satius erit iam his relictis, alia aggredi horum deliria, ut quod præterea superest uix purgemus.

Aduersus Erasistratum qui procatarcticas quidem causas admittebat, sed negabat habendas in numero causarum. CAP. 2.

A.l.1.f.a.d.a fu.1.c.1.30.f g h

EST & alter sophistarum chorus, qui sanè concedunt aliqua fieri, ac interire, lædiq; & alterari, atq; etiam horum omnium aliquas existere causas putant: mox tñ uerentur concedere procatarcticas, id est antegressas, appellandas esse causas, utpote qui nolint ab æstu, uel à frigore, ne

D que à plenitudine, neq; à labore fieri unquam morbos. Quorũ amentia mihi magis miranda vr, q̃ priorum, qui eas omnino, ac si non sint, negant: istorum.n. sophisma occasionem aliquã à mutata appellatione illius nominis habet: illorum uerò penitus sophisma est, immo, si uere loqui liceat, potius circũuentio. Quia si hi existimant aliquid esse causam, hoc addidisse deberent, an ea materia, circa quam id agit, impatibilis sit, an uerò patiat. Quòd si ipsi impatibilẽ esse affirmauerint, ne materiam quidem seruabunt: hoc.n. est esse materiæ, ut ab efficiente patiatur, atq; facile ab eo regat. Si aũt fateantur materiam pati, nunq̃ amplius negabunt, quin hæc quidem magis, illa uerò minus patiat: nam causæ q̃ in eam agunt materiam, aliquæ sunt fortiores, aliquæ imbecilliores compa ratione materię. Quæ oĩa ubi illi concesserint, quę deinde ratio afferẽda erit, cur è mille, qui in theatro aderant, quatuor tñmodo fuerint à febre arrepti? num hos tñ à Solis calore comburi contigit? Nam si non modo decem, sed unus solummodo in febrim sit illapsus, nihil hoc absurdi secũ habet: quid.n. uetat quo minus hic solum idoneus fuerit, ut in eo tẽporis spatio ab ea affectione læderet, aliorum nonnullos ob corporis bonum habitum ęstum oĩno ne glexisse, aliquos uerò imbecilliores quidem fuisse, quàm vt possent se ab æstu oĩno tueri, uerum fuisse opus longiori interuallo temporis, ut ea læsio in febrem desineret? Sed nos iam illum intro ducamus, qui primus adeo fuit in his impudens: & ipse suismet uerbis loquatur, quæ in hunc „ se habent modum: Causas sanè febrium primum, atque etiam nunc sciscitari solent, & ab

ipſis ægrotis audire uolũt, an is morbus ex frigore,uel labore,uel plenitudine,uel alia ſimili cau E
ſa originem habuerit:qui nec uerè,neq; ut conuenit cauſas morborum inquirunt. Etenim ſi fri- ,,
gus febris cauſa eſſet,qui magis refrigerant,magis febre tenerentur:ſed hoc non ita eſt, multi ſi ,,
quidem qui ad extremum uſq; periculum,præ gelu deuenere,mox ab eo ſeruari,abſque ulla fe- ,,
bre permanſere.Nec ſecus ẽt in labore,& plenitudine fieri uidemus: in fortioribus.n.quidam la ,,
boribus uerſati,maioriq; repletione graues, nunq̃ febrem paſſi ſunt . Hæc ſunt Eraſiſtrati uerba
in primo libro de febribus. Hæc uerò ipſe ita impudenter proferre coactus eſt, ut ſuum dogma
ſequeretur,ſicuti paulo poſt exponemus.Sed de Eraſiſtrato non tñ mirandum eſt (ipſe.n.gloriȩ
cupiditate adductus,multa ex ijs quæ à prioribus tradita ſunt, innouauit , multa etiam diruit:)
quantum de ijs,qui ipſum ſequuti ſunt, illius ſiquidem gloriæ ipſi minime erãt participes. Vnde
ſi iſti hæc conſulto agunt,manifeſte inſaniunt:ſi uerò ſecus,admodum ignari ſunt,quippe q̃ ip-
ſam ueritatem non agnoſcentes,facile decipiũtur.Porrò huius diſſolutio ſophiſmatis neq; mul-
tam ẽt dialecticæ diſciplinæ peritiam expoſcere vr̃:ſic.n.ait ipſe,ſi refrigerari, febricitandi cau-
ſa eſt,qui magis refrixerit,ille magis febricitabit.At res hæc non ita ſe hẽt. Quia ſi effectrix cau
ſa ipſa,id abſq; patiente apto efficere poſſet,qui magis refrigerarent, magis quoq; febricitarent.
At ſi frigus non omni corpori febrem afferre poteſt,ſed illi tñ quod paratũ eſt ad hoc, tunc non F
amplius erit neceſſe,ut qui frixerunt magis , magis quoq; febricitent : immo facile reperias ali-
quos,qui ne ſemina quidem febris concipiant : quæ uerò ſint febris ſemina, non ſpectat ad no-
ſtrum in præſenti inſtitutum.Sanè nulla cogit neceſſitas,ut febricitare magis ſequatur eos,q̃ ma
gis refrigeſcunt:poteſt nanq; & id euenire,ut qui magis refrigeratur, magis febriat : poteſt etiã
& omnino ſecus:ſed & tertium accidere poteſt,ꝙ magis,inquam,quis refrigeretur: & minus fe
bricitet:& quartum quoq; fieri poteſt,ut magis refrigeretur,pari uero febre arripiatur: & præte
rea pốt,qui magis refrixit, nulla teneri febre, potuit ſiquidem quiſpiam nihil quidem febricita-
re,uerum fieri attonitus,uel torpidus,uel tremulus,uel conuulſione apprehendi:vt accidit Ale-
xandro,dum t pe æſtiuo in Cydno Ciliciæ flumine ſe lauaret.At uerò,nec illud ẽt re uera confi
ci pốt,ut qui magis frigeſcit,magis quoq; lædatur : nempe id ſequeretur, ſi ille pari modo aptus
eſſet,tunc nimirum,ſi magis frigeret,magis læderetur.Porrò nec id etiã ſequitur, ut ſi magis læ-
datur,magis febricitet,quum aliqñ contingat,ut aliquis magis lædatur,qui tñ nõ modo nõ ma-
gis,ſed nec omnino febricitet.Quia ſi nocumentum omne in ſolam defineret febrem,ubi maius
eſſet nocumentum,ibi maior quoq; adeſſet febris:quum autẽ multi ſint nocendi modi,qui poſ-
ſunt eos,qui refrigerantur,alij alios ſequi,falſum eſſe multifariam monſtrari poteſt,ꝙ qui magis G
refrigeſcit,magis febricitet.Quòd ſi non eſt neceſſe,ut qui magis friget,magis febricitet, uel ma
gis nocumentum ſubeat:fatuum erit dicere,ꝙ idem homo,quum magis riget,magis ẽt uel febri
citat,uel magis lȩditur.Eſſet quidem neceſſarium,ſi ipſe eodem eſſet affectus modo ſicuti prius,
ut qñ magis rigeat,magis ſit febri obnoxius:ſed ſi ſecus, nulla amplius neceſſitas eſt , uel magis
febricitare,uel magis lædi.Hæc ꝓfectò Eraſiſtrati dictio,eo libro deſcripta praua oĩno eſt,quip
pe quæ ſophiſmati occaſionẽ,& fidem potius præſtat,q̃ ꝙ illud diſſoluat . Sed mihi admodũ te-
merarij complures vñr,qui nunquam in logica diſciplina uerſati, ita ut ne ea quidem ſophiſma
ta,quæ fallaciam in promptu & omnibus expoſitam habent,poſſint diſcernere, audent tñ de ue
ris decretis aliquid ſtatuere:& deinde ſimiles illis uidẽtur, qui ambigunt an motus oĩno ſit, qm̃
rationes,quæ de eo afferuntur,intelligentia conſequi nequeant. Diogenes uerò Cynicus ratio-
nes illorum,qui motum negabant, appoſite ſatis deludebat : quum.n.hac de re interrogaretur ,
Miror equidem(aiebat)cur,ſi motus non ſit,nautæ quotidie clamant ad Rhodum, ad Cnidũ, ad
Co.Et ipſe ne tentabat quidem huiuſcemodi diluere ſophiſmata,quæ aduerſantur ijs, quæ eui-
dentia ſunt.Dialectici uerò in his potiſſimũ uerſantur.Ipſi etenim rationẽ ſtatim falſam eſſe co-
gnoſcunt,ex eo quod repugnat ijs,quæ manifeſto conſpiciuntur:mox uerò inquirunt , num in H
proloquijs,uel in figura lateat fallacia:& ſi in proloquijs,an in oĩbus,an in aliquibus,an in uno,
& quo ẽt modo.Quòd ſi in figura:hic quoq; inueſtigant,ubi error cõmiſſus ſit, & unde ratio ha
bet,ꝙ quamuis ſit falſa,ueri tñ ſimilitudinem ingerat : neq;.n.iudicant par eſſe, aut omnino tu-
tum,uelle eas rationes examinare q̃d,inquã,ueri contineant,antequã in ijs,q̃ aperte falſa ſunt,
fuerint exercitati.Nos aũt ſȩpe uidemus multos hoĩes, qui,quum per hanc artificioſam uiã ince
dere nolint,neq; ẽt per compendiariam illam Diogenis, & ſi ſubinde diiudicare uelint falſos ſer
mones,id nec recte,nec perfecte facere poſſe.Porrò ſi ſint philoſophi Cynici,nullum quidẽ qđ
abditum ſit,aggrediantur,præſertim ſi illis quæ manifeſto apparent,uideatur aduerſari: quin &
rationes eas,quæ iſtis contrariæ ſunt,oĩno ſpernant, adeo ut neq; uelint exquirere qua parte fal
lant.Si uerò ſint Dialectici,ſtatim paruo ẽt negotio haſce captiones agnoſcent. Verum ipſi utra-
que de cauſa culpandi ſunt,nimirum & ꝙ adeo temerarij ſint,ut in eas rationes,quarũ ſunt im-
periti,ſe ingerere uelint:& ꝙ ea omnino obliuioni tradiderunt, quȩ manifeſto apparẽt.Sed ue-
lim recorderis,ꝙ non modo uiri ſapientiſſimi,uerum etiam ruſtici omnes bubulci, cæteriq; pa-
ſtores , immo & ipſæ pecudes , gelu , & calorem immodicum fugiunt : nonne multi ob horum
exceſſus interiere? an forſitan tu ſolus inter mortales , ex balneis male adminiſtratis nunquam
læſus

A læsus es? Non potes Erasistrate eas rationes dissoluere, quæ afferuntur cōtra causas procatarcticas: et non modo has, sed nec illas ēt, quæ contra motum, quæ contra demonstrationem, nec eas quæ contra doctrinam, uel disciplinam, uel inquisitionem, vel inuentionem, nec ēt eas quæ contra horū causas afferuntur. Num igitur hæc omnia erant à te, tanquàm non entia, spernēda: vel potius fides ijs, quæ euidentia sunt, pstanda erat, ut si quid ab aliquo fiat, hoc illius causam appellemus? Num ab immodico frigore, uel immodico æstu, nihil fit? at ob utrunq; moriuntur multi. Nū moriuntur quidem, non tñ læduntur? qui fieri hoc unquàm pōt? Num etiam ab alijs forsitan causis quis lædi potest, ut præ æstu, uel gelu nunq̃ à febre possit inuadi? Oportet sanè attendere, ea quæ quotidie fiunt: res etenim hæc non eget demonstratione: quum plerunq; videamus nocumentum, quod ex æstu est, uel in febrem desinere, uel in quippiam aliud simile: & illi (ut ego quidem puto) q̃ memores sunt eorum, quæ ob hæc quotidie eueniunt, eos derident, qui in hunc modū delirant. Quidam se in theatrū contulit, quum nullum in corpore sentiret incōmodum: sed vbi Soli ardenti caput exposuit, illud paulatim, & calidius, & plenius redditū est: mox cœpit dolere & exuri, subindeq; scdm uniuersa tempora dolens discessit: qui postea difficultate tenebatur cutem, quæ circa frontem & caput est, mouēdi, aridamq; eam sentiebat, & paulo post febris illum B adorta est. Sed medicus die sequenti accedens, caputq; omphacino oleo frigido, uel rosaceo ēt perfundens, & administratis balneis, illū sanitati restituit. Quid q̃so putas quempiam, uel uulgarem existimaturum de tuo hoc sophismate? Quid præterea, si uideat aliquem qui probe quidem concoquat, nec ullo alioq; symptomate teneatur, nisi q post exercitationē, ex litigio quodā rursum exerceri adhuc magis coactus, cœpit articulos calidiores sentire, & paulo post totum ēt corpus aridum, & inæquale, qđ dum mouere uellet, uidebat suboriri sensus quasi vlcerosi cuiusdā doloris, moxq; febricitauit: sed peritus medicus inclinante febre, adhibito balneo, ipsum pristino & assueto uictui restituit: Putasne igit̄ illi unquàm persuasum iri, non posse quenquā ex labore febricitare? At mirabit̄ quispiam fortassis, cur nulli vulgari homini hæc Erasistratus persuaserit, medicis uerò non paucis persuadeat. Sed id quidem mirandum non uidebitur, si audierit eorum plures asserentes, esse potius patriam prodendam, q̃ proprium dogma. Cur ergo tps perdimus, dum Erasistratiorum dogmata redarguimus? huiuscemodi.n. deliramentorū ea unica causa est, q qui putat omnem febrem sequi phlegmonen, oportet ut mox exponat, quo modo ille qui ex exercitio in febrē illapsus est, paulo post ratione uictus instituta liber euasit. Non erat autem uerisimile rem ita succedere, si phlegmone adsit: atq; longe etiam minus, q ex ciborum ac C vini oblatione id cōtingat. Vnde illi duorū alterum erat necesse, uel vt nihil ex his immutaret, q̃ ex ratione prius tradita fuerant, uel ut ad sophismata conuerteretur. Primum aūt ille nequaquā poterat perferre, quippe qui sibi hoc persuaserat, si usquequaq; antiquos imitaretur, apud oēs in nulla se gloria futurum: unde coactus postea est scdm aggredi, & mendacia cauillaq; confingere. Nec modo in his Erasistrato, ac eius sectatoribus necesse fuit cauillari, uerum & in illis, quæ de hypostasi in urina tradita sunt. Nam si suos assuefacerent discipulos in dignoscenda, discernendaq; hypostasi, quæ purulenta est, ab ea quæ subinde in sanis conspicitur, redarguerentur facillime ex ijs in primis, quæ uidemus, quum phlegmone in suppurationem uersa soluitur per purulentas urinas. Neq; enim illis similes sunt, quæ solutis febribus excernuntur: in iis, siquidem id quod residet album est, neq; fœtorem habet, neq; colorem etiam quem purulentæ retinent, neque lentorem. Ne ergo aperte conuincantur, se deridere eos præ se ferunt, qui hęc obseruant: & eos tinctores appellant, q aliquid ex urina percipere uolunt, quos supposititia etiam urina sæpe decipiunt. Et hæc omnia agunt, ut admirandum illud dogma defendant, q oēs febres ex phlegmone fiant. Ob id ēt neq; frigidam aquam potandam illis concedunt, qui ardente febri tenent: ea enim opportune exhibita, confestim sudant, liberiq; à morbo euadunt. Et tu Gorgia, nos id D sæpe effecisse intuitus es, quum nulla obstabat uiscerum inflammatio, tunc.n. maximam febrē soluit frigidæ potus. Hi igitur, nequaquam bibenda est, aiunt, ut omnia ea declinemus, quæ nostram subuertere sectam ualent. Sed & alia præterea artis huius auxilia reiecerunt, quippe q rimeantur, ne ex illis redarguantur. In quo ordine reposuere etiam rationem causarum procatarcticarum, quum minime monstrare possint, quo pacto homine exæstuante, uel laborāte, uel irato, uel mœrente, transfusio ea sanguinis fiat in arterias, quam ipsi παρέγχυσιν uocant. Vnde uarias rationes contexunt, sophismata machinantur, cōmentis quibusdam excogitatis illis insidiātur, qui eo accedunt, ut artem benignam, & uitæ opportunam addiscant. Quibus ex tot horum insidijs secus, ac ipsi sibi prius proposuissent, euenit: dum.n. rudes essent & imperiti, cōes omnium notiones seruabant, & iis, quæ manifesto apparent, credere assueuerant: mox uero adeo ab istorum mirabilibus sophismatis peruertuntur, ut adducantur ad id, q non amplius rebus manifeste apparentibus credant, eorum nodos soluere nescientes. Hoc etenim admirandum commentum cōtra suos discipulos excogitauere huiuscemodi medici, ut neq; eos pmittant soli insistere experientię: neq; ad rationē adhortantes, ad dialecticos remittunt, ut eos his irretitos sophismatis detineāt. At illi, qui nullam unquam adhibuere exercitationem in dissoluendis sophismatis, hæc præceptores quasi deos admirantur. Tu sanè nosti q nonnulli, qui à quadam ueluti aduersa

fortuna ad tales medicos delati sunt, fatentur sæpe, ꝙ dum in memoriam reuocãt, ea q̃ ipsi aliàs E
passi sunt, assentiuntur ꝙ ex æstu, alijsq́; huiuscemodi, febres accendi possint: at quum ea quæ ab
Erasistrato literis mandant̃, perlegunt, statim sñiam mutant. Qui si alicui præceptori artis diale-
cticæ perito adhæsissent, facillime eius fallacias agnoscerẽt, vbi ipse inquit, ꝙ multi in longe ma
ioribus uersati sunt laboribus, atque in maiori plenitudine fuere, q̃ ij qui febricitauere, & tñ ab
omni motbo liberi permansere. Sed quæso, num propterea ꝙ, qui in maioribus laboribus uersa-
ti sunt, nulla sunt arrepti febre, non potuere alij minus labotantes in febrẽ incurrere? Sed in me
dium proferamus nos aliquem otatorem, defendentem quendam pugilem, qui ꝙ pugno uetulã
percusserit, vnde illa mortua est, ab aduersarijs accusetur, & in iudicium traharur: vbi ab actore
probatur, ꝙ ille eam percussit, quodq́; ea mortua est: fingamusq́; rei patronum, hoc modo cauil-
lis Erasistrati confisum, illum defendere. Vos ò iudices, millies hunc hoĩem in stadio pugnantem
uidistis, ac maximis aduersarios plagis pulsantem, uicissimq́; ab illis pulsatũ, nec tñ is ab illis, aut
illorum aliquis ab hoc, interfectus est. Non ergo ꝙ percusserit, causa mortis extitit, quia si ꝑcuti
in causa esset, ꝙ quis moreretur, qui uehementius percuteret̃, citius moreretut: quod quidẽ fal-
sum est, quum iste maximas intulerit, ac ẽt pertulerit plagas, nec ipse mortuus inde est, nec aliũ
interfecit. Quis igit̃ credat, ꝙ ex illata plaga non admodum ẽt magna, obierit anus? Nimirum si F
ex plaga non immodica posset q̃s mortẽ oppetere, hic qui alioqui plurimis & ualidioribus pla-
gis expositus fuit, è uita iã multoties decessisset. Quid obsecro facturos iudices, si talia audierint
putatis? nonne irridebunt palàm tã patrono, q̃ reo, qui huiuscemodi patronũ protulerit? Nã ne
mo mehercle est, q̃ non comprehendat, ꝙ robur athletarum multas pôt, uel etiam ualidas sper-
nere plagas, quum tñ anus præ uirium imbecillitate, ne mediocrem quidem, & unicã possit fer-
re. Is sanè orator solis usus sophismatis Erasistrati, nec iudices decipere, nec aliquid obtinere po
terit. Accedat aũt alter orator isto quidem peritior, qui inspecta uetula à iuuene percussa, respi-
rante adhuc, paulo post tñ moritura, affinibusq́; ipsius illum homicidij accusantibus, à quo illũ
defendere uelit: & ita dicat: Si hic totum ferè uitæ tp̃s, tum feriendo, tum ictus perferendo tran
segit, nec unquã, uel ipse interfectus, nec ex aduersarijs quenquam interfecit, nõ est ꝓfecto ipsi
causa mortis istius uetulæ tribuenda, sed potius eius imbecillitati. Nã si unica plaga mortem in-
ferre posset, longe magis & multæ, & ualidiores inferrent: qđ tñ non ita est. Quare si uetula mor
tua est, ob suã mortua est imbecillitatẽ. Hic q̃dem orator multo est priore ꝓstantior, qui nõ mo-
do reum vr̃ causa uelle absoluere, uerum & illam aliò transfert: nihil tñ & ipse efficiet, quum ne
cesse sit tandem fateri, ꝙ anus percutiente iuuene mortua sit. Attamen Erasistratus nec isto ẽt di G
cendi modo usus est, quo sæpe nostri utuntur, ut nimirum causam eius quod ęstum, uel frigus se
quitur, in ipsam transferret rationẽ rerum patientium. Primo.n. occursu ratio ea, quæ ex trãsla-
tione causæ depromitur, plurimum vr̃ audienti efficax: qui tñ si illi mox institerit, diligenterq́;
perpenderit, inueniet aliquid in ea afferri, quod congruete non uideatur. Nam oportet tandem
asserere, ꝙ is affectus ex conuentu amborum nascatur, frigoris inquam, ac imbecillitatis rei pa-
tientis: siue modo effectus sit ex ijs, quæ sponte & casu proueniunt: siue ex ijs, quæ plurimũ: sem
per.n. & frigus cum imbecillitate patientis cõcurreret. At hoc nihil decretis Erasistrati fauere po
test: vtcunq; etenim fateamur frigus, æstum, laboremq́; aliquid ad febrem facere, statim interro
gandus erit, quo id fiat modo. Vnde quum ipse rñdere nequeat, necesse est ipsum nõ parum tur
bari: neque.n. hoc leue est, rationabili interrogationi rñdere non posse: sed longe adhuc grauius
est, ab huiuscemodi rebus oĩbus suppositiones ipsius coargui. Etenim qui in æstu uersatus est,
is febrem sentit: q̃ in capite primum exorta, in uniuersum corpus mox diffunditur, tanq̃ à lare
ubi accensa est: alter uerò, qui plurimum laborauit, ab articulis accensum calorem in reliquum
corporis transmitti. Quis.n. est qui si plus iusto ambulauerit, non sentiat sæpissime ex motu cru-
ra calefieri? quæ si adeo subinde calescant, ut unà partes cęteras calfaciant, perueniente tandem H
calore in uiscera, necesse est febrẽ exoriri: Quæ quidẽ febris in huiuscemodi rebus manifesta est
cunctis hoĩbus, q̃ppe cuius substantia ex abundantia caloris constat: sed & id constat ex proca
tarcticis causis, labore inquã, calore, & istiusmodi cæteris augmentũ illi præstari. At utrunq; ne-
gat Erasistratus, q̃ neq; febris intellectũ seruat, nam & eius sub̃am acceptaret: ait uero, ꝙ sem ꝑ
quãcunq; febrem phlegmone ꝓcedit. Si.n. ipse eundem huius affectus, quem cæteri oẽs, intelle-
ctum teneret, easdem ẽt causas gñationis illius teneret: moxq́; ab experientia res quæ euidẽtes
sunt doctus ipse, ab ijs exorsus ad alia accederet: sed nihil ille hr̃et postea, qđ de Hippocrate di-
cere posset. Vnde omnis illum sermo defecisset: ipse uerò aliquid dicere sibi necessarium esse pu
tabat, hoc siquidem illi constitutum erat. Quare constat, ꝙ illi necesse fuit multa innouare, & so-
phismata aduersus ea, q̃ euidentia sunt, cõminisci: vnde ẽt nos cogimur in his Erasistrati captio
nibus immorari, ac si nullũ aliud nos negotium detineret. Habuit itaq; aliquã cãm Erasistratus
vt diximus, cur nõ concederet, ꝙ causa nocumẽti ex infirmitate est, eorũ quibus nocetur: ut.n.
hoc concesserit, & pręterea aliquid oĩno fieri a causis ꝓcatarcticis, statim uniuersa ipsius de fe-
bribus decreta corruẽt manifeste, eorũq́; absurditas apparebit. Porrò causæ notio aliquid vr̃ in
se cõfusi & indeterminati cõtinete: & propterea alij quidẽ dixere cãm nihil in se hr̃e, qđ melius
sit

A sit aut præstantius: alij uerò, in quibus sunt empirici, dubij fuere sitne causa necne: alij uerò, vt Herophilus, acceperunt quidem causam esse, sed ex hypothesi. Sed illi, qui tanquàm principem Erasistratum sequuti sunt, ex ordine causarũ procatarcticas remouent: has aũt oẽs nomine mutato, & confictis rationibus, occasiones appellant. Attñ si concedamus, quod utilitas rei, quæ fit, ab hoibus causa uocetur: quodq; & effectrix, quæ principium dr̃ unde fit, & cum his materiam atq; organa: facile deprehendetur, ꝙ ij cauillantur, dum aiunt, ꝓcatarcticas non esse causas: immo hinc omnia ea pendent, quæ perperam de causis prolata sunt. Inde.n. ipsi conficere uolunt, nullam esse cuiuspiam rei causam, ꝙ nullum ex ijs, quæ quippiam efficere dicitur, in omnem materiam agere uideatur. Nequaquam tñ hoc illud est, quod inde conficitur, sed id potius, ꝙ nulla causa sola ipsa absoluta, & perfecta esse possit: materia siquidem semper effectricem causam, & effectrix materiam apram, exposcere uidetur. Superius autem iam monstrauimus, ꝙ ea quæ ab Erasistrato contra procatarcticas causas adducta sunt, nullam aliunde, q̃ ex mutatione huius uocis, causæ scilicet, habẽt uerisimilitudinem: apertius tñ id ipsum osidetur, si ipsa eius uerba ascri « psero. Si refrigerari causa febris esset, qui magis refrigerarentur, magis essent febri obnoxij. Vbi nos ea quæ Erasistratus consulto omisit, addentes, rationem uniuersam absoluamus: & ostenda-
B mus, ꝙ ꝑ id, quod ab ipso ꝑtermissum est, accidit sophisma. Vt id igiť uideaľ, sit uniuersa eius series hæc: si refrigerari sola esset febricitandi causa, tunc qui magis refrigerarenť, magis febricitarent. At non est o Erasistrate ea sola febricitandi cã, refrigerari inquam: verum opus est patiẽte natura, ut qui magis refrixit, magis febricitet: sicuti quum dicimus, ꝙ ille, qui magis calcitratus fuit, magis quoq; læsus fuerit. Profectò, & si ea istorum ratio solis causis procatarcticis uideatur aduersari, oẽs tñ in uniuersum causas oppugnat. Vnde non esset admodum difficile, si modo sophistæ resipiscere uellent, eis ostendere, quo uniuersa hominis vita utatur nomine causæ: facile etiam erit, oẽm in his ambiguitatem, ea quæ manifesta sunt sequendo, de medio tollere. Sed hæc ipsa etiam res palàm tibi faciet, ꝙ nullus unquã ita sibi cauere sine dialectica disciplina poteſt, quin decipiatur. Et proinde medici, qui ab experientia Empirici dicti sunt, ea quę in uita hominibus eueniunt, sibi obseruanda proponentes, ab horum tñ sophismate deuicti sunt ita, ut dubitarint de procatarcticis causis, & de ijs nihil pronũciare ausi sint: qui adeo tñ sapere uisi sunt, vt concesserint aliquam omnino causæ rationem in procatarcticis seruari. Erasistratus uerò, qui eas omnino subuertit, palàm est ꝙ nullam eorum ipse rationem habet, quę uel ratione, uel experientia reperta sunt. Vnde si in alicuius Erasistratij medici manus quis inciderit, ex æstu, uel labo
C re in febrem illapsus, necesse erit, ut tertium & quartum diem expectet: quum tñ possit citra tertium bene se habere: possit etiam alioquin in longiorem morbum, uel etiam in grauius incidere periculum, quemadmodum illi adolescenti, de quo iam meminimus, contigerat. Oportet itaque non hæc tñmodo animaduertere, sed omnes etiam quantumlibet simplices sophistarum sermones. Etsi enim hoc satis uideatur exiguum, non uti nimirum in omnibus ratione, sophistæ tamẽ semper nouissima quæque sectantur. Vellem autem te in hoc quoque libro exerceri, si tibi dandam operam dialecticæ putas.

Aduersus Erasistrati sophismata, quibus repletionem nullius esse morbi causam monstrare conabatur. CAP. 3.

POterant hæc sanè ad hos sophistas redarguendos satis esse: uerum qm̃ eos omnino confutare instituimus, iccirco rursum reuertamur ad Erasistratum, qui, unà cum cæteris procatarcticis causis, repletionem etiam rollit, ac si illa nũquam ullius morbi causa sit. Ait enim ipse, ꝙ ea est ueluti materia, quæ nullius morbi proxima causa est, nisi aliquid aliud interim agat, sicut omnes pro comperto hñt. Oportet siquidem, ut ex eorum quæ comeduntur, vel bibũtur ingestione, in uenis aliqua gignaľ plenitudo: ab ea uerò (ut ipsi græci aiunt) paremptosis (quasi intercidentiam
D dicas) in arterias: in præsenti.n. ex suis decretis hunc sermonem instituimus. In hac uero paremptosi cor uehemẽtius spm̃ mouet & sanguinem, ut expellat ad extremas arteriarum partes: vbi ea conculcata phlegmonẽ pariunt. Materia igitur ea est, quæ media plethora, seu plenitudine, & paremptosin facit, ac tandem conculcationẽ. Sed si ita est, quamuis plethora nõ sit prima phlegmones causa, quum tñ illam in ea causarum consecutione, tam ordine, quam tp̃e primã admittant, dum à repletione plethoram (sic.n. ipsi nominant uenarum plenitudinem) fieri autumant, à qua mox fieri aiunt paremptosin, subinde uerò cõculcatione & phlegmonen, nescio, cur postea non audeant affirmare repletionem esse morbosam causam, & de nomine postea litigẽt. Hæc uerò uidetur maior illius, q̃ in alia quapiam re fuerit, impudentia, nimirum ꝙ concedat repletionem plethoram efficere: hanc uero, sanguinis paremptosin ad arterias: & hanc, phlegmonen: & postea nolit, his hoc modo constitutis, cõcedere repletionẽ phlegmones causam existere. Nã & nos pari pacto dicemus, ꝙ q plaga homini illata uenas colli secuit, non extitit illi cã mortis: quo modo autem? qm̃ causa proxima & materia fuit, non ille qui percussit, sed sanguinis potius effusio. Vnde accersamus oratorem aliquem Erasistratium, qui uelit percussorẽ ab homicidij crimine eripere, & hoc modo dicat: vtamur uero definitis nominibus, ut res clarior fiat. Non est Orestes causa mortis Clytemnestræ: mouit.n. ille manus quidem, nam id nos fatemur ꝙ manu sua

ille hoc fecit: manus uerò Orestis, non ipse Orestes, ensem mouerunt: vnde iam ex hoc Orestem E
insontem esse ostendimus: sed ex alio ẽt magis, nam ab ense præterea incisæ sunt uenæ in collo,
non ab Orestis manibus: fuit postea in causa effusionis multi sanguinis sectio uenarum, nõ Ore-
stes. Quòd uerò mors Clytemnestræ à uenarum sectione, & sanguine multo effuso prodierit, ne
que ab ijs, qui accusant, negari arbitror. Quare nõ est putandus Orestes fuisse causa mortis Cly-
temnestræ, quum nequeant accusatores nostri monstrare, q idem sit Orestes, & multi sanguinis
effusio. Quòd si hæc non sunt unum & idem: & iam pro confesso habetur, quòd horum alterum
fuerit mortis causa: relinquitur alterũ nulli amplius crimini esse obnoxium. Quo modo ergo uo
lunt isti, simul & fluorẽ sanguinis, ac etiam Orestem, fuisse mortis causam, quum minime fuerit
Orestes causa cur sanguis fluxerit, sed potius uenarum sectio, sicut istius, ensis? Quòd si uos pro-
pterea culpare Orestem uelitis, q a eius ꝓpositum causa fuerit, cur ille ensem mouerit, uidete ne
eadem ẽt ratione Clytemnestram criminis ream efficiatis. Vnde quotiescunq; effectus alicuius
prima proximaq; causa reperta, hac non contentus, aliam uoluerit quis antiquiorem ista inqui-
rere, & illa aliam, illi profecto res hæc in infinitum abibit. Cur igitur nõ sit satis, attulisse causam
mortis Clytemnestræ fuisse sanguinis profluuium? Verum si tu ulterius prouectus dicas, at non
esset sanguis effusus, nisi uenæ fuissent sectæ: nec illæ incisæ, nisi ensis fuisset admotus: nec is ad- F
motus esset, si manibus Orestes illum non tractasset: neq; manus id effecissent, nisi sibi illud Ore-
stes proposuisset: nos quoq; pari modo ulterius ꝓgressi, de hac re, sicuti & tu fecisti, differamus,
quum possimus hoc afferre, q neq; Orestes esset, nisi illum Clytemnestra genuisset: quo deinde
fiet, ut sit necesse affirmare Clytemnestram ipsam sibi suæ mortis causam fuisse. Sed poteramus
nos statim in prima assignata causa persistere, nec ulterius eousq; sermone prouehi, q uideretur
Clytemnestra fuisse suæ mortis causa. Vnde talis ꝓfectò uidetur is orator, qualis ille qui nos do
cet, q si semel cœperimus impudentes esse, nulla nos sophismatum copia deficere póssit. Sed itẽ
nobis permittatur, ut liceat in exemplum scd'm afferre iudicium. Accusatur medicus quod exi-
tiale medicamentum dederit: dedit autẽ illud puero cuiusdam mulieris, quæ illi, ut id emeret,
mandauerat: illa uero posteaquam uenenũ id habuit, iussit, ut seruus qui priuigno ministrabat,
illud ipsi offerret: quo assumpto, ille mortuus est: vnde oẽs damnati sunt, nouerca, & ille qui ue
nenum obtulit, & ille qui emit, & præterea medicus qui uenenum uendidit. Accedat itaq; ora-
tor ab Erasistrato instructus, & dicat: Quòd mortuus quidem puer sit, nemo negat: non est tñ à
puero, qui uenenum exhibuit, interfectus, sed à medicamento potius: est etenim pręter rationẽ
omnem, quum causam apertã habeamus, id uelle in hominem innoxium referre: neq; .n. idem G
est homo, & medicamentum, sed diuersa sunt hęc. Quòd si propinatum medicamen mortem pe
perit, cur amplius oportet alteri esse molestos? longéq; minus culpanda est nouerca, quæ uene-
num misit, uel ille qui illud attulit. Sicuti si quis alicui funẽ tradidit, qui postea ea facto laqueo,
se suspendit, unde necatus est, iustum minime est, ut ille accusetur, qui funem uendidit. Is itaq;
orator si ab Erasistrato edoctus, & in dicendo callidus fuisset, hęc omnia susque deq; uersando,
potuisset forsitan iudicibus persuadere, ut medicum absoluerent: sed nullã ille habuit cum Era-
sistratijs consuetudinem, qui in disceptando uehementes admodum sunt, dum nos docẽt, quòd
repletio non est morborum causa. Quis ergo amplius erit, qui nos præterea uetet cibo potuque
repleri? cur quispiam nos ab inconcoctione auocat? cur non exercemur? cur uictus rationẽ, qui
suo constet ordine laudamus? Hæc omnia à nobis reijcienda sunt, quum ita ab Erasistrato didi-
cerimus. Negligamus æstum, frigus, quemadmodum & uigilias, hæc .n. primum pituitã gignunt
& cruditatem. Facile autem cruditas negligi posset, quæ aliqua ratione nihil possit officere: nam
neq; ex cruditate febris oriri potest, omnes siquidem cruditatem passi febricitarent: neq; cõuul
sio, nam conuellerentur, qui cruditatem passi essent: sed neque membrorum resolutio, nec quis
quam morbus alius: eadem .n. est eorum omnium ratio. Et proinde prædicare merito præclarũ H
hoc Erasistrati inuentum possumus: atq; eius admirari benignitatem, qui nos ea uana supersti-
tione, qua nos omnes tenebamur, liberauit, quæq; nostram uitam lædebat plurimum. Ne igitur
amplius timentes laborem, prohibeamus, quo minus quis se totam diem, & noctem exerceat:
nec etiam ab æstiuo Sole quenquam abigamus: neq; serui indumentis utãtur: neq; nobis calcia
mentis est amplius opus. Stultum .n. est, q suspectum frigus habeamus, uel æstum, uel laborem,
uel uigilias, si hæc nos lædere nequeunt. Neq; erunt mox hi increpãdi, qui se cibo nimis replẽt,
uel qui inebriantur, si uana ea est opinio, quòd possint ex repletione ægritudines fieri. Cur ergo
non delendi sint antiquorum tum medicorum, tum philosophorum libri, qui cruditates, reple-
tiones, refrigerationem, æstumque damnauere? Cur Erasistrato aurea statua Delphis non sit col
locanda, & plurimæ illi gratiæ referendæ, qui hæc nos docuerit iusseritque, tanquam illi qui præ
tot uiris gloriosis, & raris primus ueritatem adinuenerit? Neque .n. Diocles, neque Polybus, ne-
que Hippocrates potuit unquam huiuscemodi rationes contra gelu, & æstum, laboremq; & re-
pletionem inuenire, ut hæc omnia omnino negligamus. Secus præterea philosophis uidetur.
Aristoteles enim, Theophrastus, & ante hos Democritus, & Empedocles, & multi præterea ex
minoribus philosophis, cõsulunt, ut ab excessibus caueamus: solus uero Erasistratus noluit quic

quam

A quam horum esse à nobis timendum. Est ergo ipse uti Deus adorandus. Ego autem quàm libenter hoc unum, si possem, ab eo sciscitarer: at non possum, quum iam uita functus sit: si tamen uiueret, facillime nos forsan doceret, à qua inquam re nobis cauendum sit. Ego enim, si neque ab æstu, neque à gelu mihi timendum sit, neque à labore, neque à crapula, neque à uigilijs, neq; ab ira, neque à mœrore, facile sperauerim me posse assequi propemodum immortalitatem. Et fortassis neque uerendum est, quòd me quispiam interficiat, uel sumpto ueneno intercam: ab alijs enim omnibus, quæ priores timuere, nullus mihi uidetur timor imminere, ab ijs siquidem omnibus opera Erasistrati ereptus sum. In reliquum ego neque balneum tanquam male administratum damnabo: neque caput uel pedes cooperiam: nil amplius domibus in hyeme, uel indumentis calidioribus, erit opus: non ciborum uel potuum moderatione, vel eorum quę externa sunt. Horum itaque omnium gratia Erasistratum ut Deum colamus.

Aduersus Herophilum, qui nullam dari causam censebat. CAP. 4.

SIcuti autem nobis de Erasistrati sapientia, quam in suis præ se fert rationibus, mirandum est, ita Herophilus de timore damnandus: qui quum de causis omnibus ipse multis & ualidis rationibus dubitauerit, demum illum inuenimus dicêtem, Sic hominibus multis uidetur. Hoc ue B rò maximam uidetur ostêdere timiditatem, relicta ratione, hominum sequi opinionem. Ait igi- " tur ipse: an uerò causa sit uel non, ne inueniri quidem potest: refrigerari autem, æstuareq;, ac cibo impleri, quadam potius opinione constare uidentur. Sed rationes illæ, quæ ex † nominis mutatione; assumptæ sunt, caput hoc in dubium reuocarunt: & illæ præterea, quæ ex modo quo gignuntur ea, quæ quomodocunque sunt, depromi solent: & hæc insuper, qua quæritur, si sit alicuius rei causa, quæ incorporea existens, alterius corporis opifex sit: uel ipsa corpus existens, incorporeæ rei sit effectrix: an etiam ipsa mota, moti, uel potius manentis: præterea an præsens præsentis, uel præsens futuri. Et postea, ut ea omnia, quæ ex ea partitione inuenta sunt, prosequutus " est, quę tamen nequeunt probari, tandem infert, nô esse rei alicuius causam aliquam. Ipse enim " sic inquit: aut causa corporis incorporea est, aut corporea: & cætera quæ ex partitione recenset: manifestum autem, quòd nullum horum sit: & proinde causa omnino esse non potest. At tu sophista generosissime nô animaduertis, quòd uniuersam hominis uitam subuertere potes modo eo argumêtando in ijs etiam, quæ manifesto apparent. Nam quum uidemus aliquid, fit illud quoniam vel ab ijs, quæ uidemus aliquid egrediens ad oculos nostros peruenit: vel ab oculis aliquid exit, quod ad id fertur, quod à nobis uidetur: vel id quod à nobis exit, illi occurrit quod C ab illis egreditur, & hæc mutuo se tangunt, & ita uidemus: vel neque ab illis ad nos, nec à nobis aliqua ad illa ferûtur loco aliquo, sed sensus per medium, quasi per baculum, fit: sed nullum istorum est, neque primum inquam, neque secundum, neque tertium, neque quartum: vnumquodque enim horum multifariam in quæstionem trahitur: vnde sequitur quòd non uideamus. Potest & hoc idem alio modo probari, si distinguamus: aut tam id quod uidet, quàm id quod uidetur, corpus est: aut incorporeum est quod uidet, corpus uerò quod uidetur: aut contra: aut utrunque incorporeum: ac deinde unoquoq; horum demonstrato, quòd uerum non sit, inferat quispiam nos non uidere. Potest, & id ipsum alio modo trahi in dubium, ut distinguat aliquis, quòd si rei cuiusquam in nobis sensus excitetur, oporteat, quòd uel quiescens moti sensum moueat, uel motum quiescentis, uel quiescens quiescentis, uel motum moti: mox autem ostenso ꝙ nullum horum sit rationi consonum, astruat nos nihil uidere.

D

† significati transpositione.

GALENI IN PRIMVM HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS LIBRVM COMMENTARII TRES

Hermanno Cruserio Campensi interprete

Ab Augustino Gadaldino pluribus in locis emendati

COMMENTARIVS PRIMVS

Principium, quod in alijs impressionibus desiderabatur, à Nicolao Machello Medico Mutinensi latinitate est donatum.

ARGVMENTVM

Liber Hippocratis legitimus, in cuius prima parte Austrina squalida ac veluti nebulosa tempestas describitur.

On hoc quidem libro Hippocrates Cous agere instituit de proprijs cuiusq; regionis morbis, sicut sanè aliàs non nunquam, q fere sermo ipsius omnis sit de morbis qui Epidemi, idest passim grassantes nominã tur: qui ab Endemis.i.regionalibus sic differũt, q °hi q dem per aliqđ G tps aliquam regionem peruadãt: hi uerò incolas, ac si cognati essent, nullo non tempore comitentur. Igitur in libro de aquis, aere, & locis, regionales ægritudines docet, quæ per singulas habitationes fiãt: hoc aũt libro Epidemiorum ægritudines, quæ per aliquod tps passim, uel ciuitates, uel nationes totas adoriantur. Et consueuit quidem ambo hæc ægritudinum genera, & cõia, & passim grassantia nuncupare, cæteras uerò oẽs σποραδικὰς.i.dispersas, scilicet quæ non cõiter multos, sed seorsum unumquenq; prehendunt: nam sæpius græci σπείρειν pro dispergere, & abinuicem separare usurparunt. Et ad eum modum Thucydides de iuuenibus ait, Vere autem alij in alia ciuitatis parte dispersi perierunt. Horum autem morborum sicut generatio, ita & causa cõis. °Cum autem °tres sint causæ à quibus morbi auspicantur, una quidem in ijs quæ offeruntur: altera uerò in ijs, quæ fiunt: & tertia in ijs quæ extrinsecus incidunt: per unamquanq; sanè cões morbi fieri consueuere, ac præsertim quidem per affectum aeris nos ambientis. Non.n.frequenter accidit, ut per ingestos cibos morbus cõis ciuitatem, uel nationem, uel exercitum peruadat: sicut neq; per cões, tum occupationes, tum labores: At continens nos aer si immoderatius calefiat, uel frigescat, uel humescat, H uel siccescat, corporum symmetriam, quæ sanitas est, confundit, interturbat, ac corrumpit. Alijs enim causis, neq; omnes simul obuiamus, neque integrum diem subijcimur, sed aer solus extrinsecus omnes ambit, & inspiratur. Non enim fieri potest, quin corporum animantium temperaturæ cum eius permutatione afficiantur ac permutentur. Et propterea, vt Hippocrates ipse docet, ‖vere quidem sanguis, humorum temperatissimus, in bene tẽperata constitutione abundat: hyeme pituita, frigidissimus humor, in frigidissima tempestate: sicuti flaua bilis, calidissimus humor, in calidissima hora. & reliquus scilicet bilis atra autũno, perustis in æstate duobus succis, scilicet sanguine & pallida, quæ etiam flaua bilis nominatur. Sic demum etiam morbi pro ratione uniuscuiusq; tempestatis fiunt, similitudinem habentes cum natura succi exuberantis. At si p dictarum tempestatum appellationes dicti generarentur succi, nunquam utiq; fieret, ut à sua tẽperatura aliqñ degenerantes, alios generarent. Quia uerò unaquæq; pro ratione suæ temperaturæ, ac non propter nomen, prædictos succos auget, necesse est, vt qñ ambientis nos aeris tẽperatura pmutatur, permutentur ẽt succi, sicut ipse dicebat in aphorismis:‖ In tempestatibus si eadẽ die

A.l.1.f.a.d.1. c.8 30.c

A.l.1.f.a.d.2 fa.1.c.a.30.fg

de Natu. huma. com.1.t.32.33.34 1.31.b. Et 31.a b

3. Apho 4. Extr. ord 20.c

A die nunc quidem ęstus, nunc uero frigus fiat, morbos autumnales expectare oportet. Sicut, cum singulæ tempestates propriam temperaturam seruabant, pro suarum naturarum ratione morbi creabantur, ita si præter naturam permutentur, ad constitutionis ęmulationem morbi fiēt. Cur igitur in unaquaq; tempestate non oēs uno, & eodem morbo capiuntur? Quoniam sanè non parum ab inuicem distant, & per connatas naturas, & per ætates, nec nō per uiuēdi formas. Quocirca hic quidem facile cedet malitiæ temperaturæ præsentis tēpestatis: alius uero quàm multū repugnabit: alius uerò lædetur oīno nihil: alius uero per malam uiuendi rationem prius morbo occupabitur, q̄ tempestatis sentiat læsionem. Nam, sicut cum ab ambiente lædebatur, tali ægritudine capiebatur, quæ illius temperaturæ responderet, ita fiet, ut ægrotet pro delicti ratione, quod committitur in uiuendi forma. Hæc igitur quicunq; nouit, non: solum qui in singulis tempestatibus emergunt, morbos præsciet, sed, & uictus ratione immoderatis circunfusi aeris statibus contraria admolienda, ne existant prohibebit. Neq; enim obscurum est, quin si commoda temperatura primorum est sanitas, eam aeris corrumpet intemperies: conseruabitur aūt a contraria uiuendi ratione. Quo fit, ut cum hos Quintus male, tum Aphorismorum libros interpretetur, in quibus ad hunc ferè modum scriptum est: De anni temporibus, si quidem hyems sicca
B & aquilonia fuerit, uer uero pluuiosum, & austrinum, æstate febres acutę, & lippitudines existāt necesse est, & dysenteriæ. Asserit hoc.n. Quintus, nulla habita causæ ratione, sola perspectū esse experientia. Vbi primum in eo offendit, q̄ illorum, quę hisce in aphorismis Hippocrates docuit, causas ipse ille rursus in libro De aqua, aere, & locis, scripserit: Deinde, q̄ partem utilem præterijt doctrinæ. Nam interpretum sunt uirtutes duæ hæ, ut & libri seruent sensum, & commentariorum suorum lectores, quæ conducunt, doceant. Vtrunque autem Quintus, dum morbos uigentes cum ambientis nos aeris non coniungit statu, corrupit. Vult uerò hæc Hippocrates coniungi, quando incognito incommodo, quo nostrū corpus aeris afficit intemperies, nequeamus neque præuidere futuros morbos, neque occurrere orientibus, aut qui iam inuaserunt curare. Quippe cæterorum etiam cunctorum, qui sunt prætermissi, statuum hac ratione uim ipsi inueniamus. Quam ob rem qui lectionem librorum De morbis uulgaribus magno sibi studcat ad artem emolumento esse, huius magnopere intererit, ante omnia euoluisse librum De humana natura, & De aqua, & aere, & locis: Ad hæc, eos aphorismos, in quibus egit de anni temporibus, & facultatibus frigidorum, calidorum, siccorum, & humidorum statuum. Requiritur præterea, Præsagiorum lectio. Quæ enim in citatis a nobis libris docuit, hæc doctrina, quam in libris De
C uulgaribus morbis tradit, subsequitur: Primū quòd calidi, frigidi, sicci, & humidi symmetria primorum sit corporum sanitas: Alterum, q̄ uer, dum suo temperamento constat, sit temperatissimum, quæ causa est, cur in eo abundet sanguis: sicut ultra modum calida, & sicca æstas: hyems humida, & frigida: inęquali autem autumnus temperamento, in quo dominatur siccum, & frigidum: & q̄ singuli in illis singulis humores uigeant, ut paulo ante dixi. Iam tertium, & quartum in illis libris declarata sunt, uulgarium esse causam morborum aerem, in libro De natura humana: in Præsagijs signorum, quorū uestigijs futura præscimus, quæ cuiusq, tum in qualitate tum in magnitudine sit uis. Atq; te, quicunque in præsentem lucubrationem incides, omnia uolo, q̄ commemoraui, expedita memoria, & promptè teneas, ut ea quæ a nobis dicentur, assequi ualeas facilius. Præ cæteris commentarium De aqua, aere, & locis, lectum uelim potissimum, ut cognoscas, quibus hæc libris ipse Hippocrates tradiderit. Et nos genera confirmabibus morborum, quos diximus, ab Hippocrate sic distinctorum: qui morborum quidem uulgarium acerem esse causam asserit. Cuius in libro De natura humana hæc sunt uerba: a Morbi uero fiunt,
D partim a uictu: partim a spiritu, cuius attractione uiuimus, proueniunt. Vtrosque hoc modo distingues. Vbi multi uno morbo homines corripiuntur eadem tempestate, causam illi attribuere debemus, quod est maxime commune, & quo præcipue omnes utimur. Id autem est, quod respirando attrahimus. Tunc enim uictum cuiusque nostrum nequaquam in causa esse manifesto constat, cum morbus omnes iuxta attingit, tam iuuenes quàm senes, tam fœminas quam uiros perinde uinum ac aquam bibentes, tam qui mazam, quàm qui panem comedunt, tam qui parū quam qui multum laborant. Ergo non fuerit uictus ratio in causa, cum homines quoquo uictu utentes in eundem incidunt morbum. At ubi diuersis eodem tempore morbis homines afficiūtur, suus cuique uictus sine controuersia causa est. His uerbis cœlum constituit, non uictum, esse uulgarium omnium causam morborum. Potest tamen interdum efficere morbum uniuersalem haustus aquæ infectæ: quod quidem memorię proditum est in castris accidisse: Itidem ob loci naturam, ubi cuncti eodem loco castrametati commorabantur: Interim cum ex barathris Charonijs, quæ uocant, uenti spirant frequentes. Hi igitur, quia aerem contaminant, morbos generant, ac in superiore oratione comprehendentur. Porrò qui a cibo proficiscuntur, & potu, tū infrequentes, tum cognitu sunt facillimi. Quare in libro De natura humana b † causam eius, qđ multis est morbis commune, communissimam appellauit: in libro De aere, aqua, & locis, qui sic generantur morbi, παγκοίνους hoc est uniuersales, uocauit, adeoq; hæc eius sunt uerba: c Annunciare autem poterit, qui quoq; tempore procedente, & anno, uniuersales morbi ciuitatem tenebunt,

Hucusque decerat.

3. Apho.12. Ex. ord.20.h

A de Nat. hu. com. 1.t.1.& 2. 7 152.b

B† Græ. legitur. τὸ αἴτιον τῶ κοινῶ νοσήματος, ut uertit interpres. Arbitror autem vel intelligendū esse de multis morbis qui indemi dui sint ac sub una spē constituti. vel pro νοσήματος legēdum esse νοσημάτων, ac ita uertendū esse. causam morbi qui multis est communis.

C de aere, aquis & locis cap. 1. a. 2.d

de Aere, aquis, & locis. cap. 2. 2.2.t

Ibidem. g

Ibidem c.3.3.b

de Victus rat. in morb. acut. con. 2. t. 9.7. 109.a

in Prog. cō. 3. t. 38 4 222.a

1. Epid cō. 2. t. 66.3.214.c

3. Epid. con. 3. t. 643.145.g

bunt, seu æstate, seu hyeme. Et non multo post: Hi morbi sunt his uernaculi: & siquis uniuersa- E lis irruat morbus ex temporum anni conuersione, sunt hi illius quoq; participes. Et paulo mox: Viris hi morbi peculiares sunt: & extra ordinem, siquis dominatur ex immutatione cōmunis morbus. Deinde inferius: Hic illis est collactaneus morbus æstate simul, & hyeme. At uerò nec hoc te uelim latere in superioribus capitibus, quod item in certis dixit alijs libris Hippocrates, qui perpetuo tenent locum quēpiam, qui quidem ἐνδήμιοι id est publici, uocantur, eos item ex illorum esse genere, qui multis communes sunt, ut pestis quoq;: nam & hæc in cōmunibus morbis est. Quod quidem ipsum ille in libro De ratione uictus in morbis acutis aperte indicauit his uerbis: Cum.n. nullum commune genus pestilentis morbi uulgetur, sed dispersi, dissimilesque inter se sint morbi, hi quàm reliqui uniuersi, maiorem multitudinem perimere solent. Itaq; patet ex uulgarium morborum esse genere eos, qui malignissimi sunt, & pestilentes appellantur: uulgares uero de genere sunt popularium & uniuersalium, qui morbis dispersis è regione opponuntur. Hæc ille his nomina posuit. At pestes appellant oēs homines, sciuntq; exitiales morbos esse. Et uerò ēt ad Deos sæpe referunt, de curatione earum consulentes. At uero nō hoc tantum loco uerbum uulgari (hoc est ἐπιδημεῖν) scripsit, sed in Præsagijs etiam, ubi ait: Morborum item qui semper uulgantur, ortum, ac temporum anni statum, sedulo obseruare oportet, nec anni tē- F poris ignorare statum. Adeoq; in ipsis uulgarium morborum libris interim illū dicere audias: Vulgabantur autem ēt dysenteriæ æstate plurimæ: Aliquando uero, Alia febrium genera uulgabantur: Item, Etenim hic morbus satis uulgaris erat. Hoc nomē ἐπιδήμιον (id est publice grassans, nos uulgare semper appellamus) quibusdam in exemplaribus scriptū quatuor est syllabis; quarum cōstat postrema, ex μ & ο & ν: In alijs quinq;, ex μ & ι, & altera syllaba quæ ultima est, ex ο & ν. Horum oportet ad ea, quæ post dicentur, meminisse tenendumq; quosdam morbos inuadere multos in communi, qui scilicet communes appellantur: quosdam separatim quemlibet, quos σποραδικούς. i. dispersos nominarunt. Inter cōes alijs publici sunt, quos uocāt ἐνδήμους Græci: alij uulgares, qui ab illis tum ἐπιδήμιοι, tum ἐπίδημοι uocantur: tam enim quatuor, q̃ syllabis quinque, ut diximus, & scribunt, & enunciant. Horum perniciosissimi quiq; pestilentes uocant, qui perinde ac totum uulgarium morborum genus, ex cœli statu proficiscuntur. Atq; etiam pestilentes non nullas tempestates descripsit, ut eas, de quibus in tertio libro tractatur, eo q & genere uulgaris est morbus pestis. Atq; hæc quidem prius explicauisse, quàm reliqua enarrarem sigillatim, operæpretium esse duxi: quo me nunc tandem cōuertam, si unum modò hoc præmonuērim, id quod in multis iam a me libris conscriptis dixi, ubi illos, qui student artem medicam per G discere, ut se in singularibus, q̃ sensu apprehenduntur, exercitent, cohortor, ut ea, quæ ante didicerunt in uniuersum dignoscant. Quæ quidem singularia autumant Empirici uniuersalis constitutionis esse principium: illaq; tandem asserunt uera præcepta esse, quæ constituuntur ab experientia. Nobis multo aliter, adeoq; numerosa præcepta inuenta esse, ratione vr̃: quorum tñ de ueritate iudicium facimus, prout stabiliuntur ab experimentis, & fidem accipiunt. Nam sic quidem, etsi quæ inuenta ratione ac demonstrata sunt, de eo, quid magnitudine Sol a Luna distet, his credamus, tamen, cum ab sensilibus multis alijs, quæ geometricæ docent rationes, & ab eclipsibus singularibus confirmentur, fidem habemus maiorem. Quando igitur ab experimētis singularibus comprobata, quæ per geometriam demonstrantur, accipiunt maiorē fidem, perq; eam fidem stabiliuntur firmius, longe magis quæ ex medica disciplina sunt in uniuersum inuēta, singularibus sunt probationibus constituenda. Quæ obseruari nos in libris uulgarium morborum docebimus.

† Græc. cod. habent μαλθακά, ἀείτροπίας. vt vertit interpres. Ex quibus verbis sequi videretur lenes imbres fieri solere, cū spirat Auster, cum tamen vehementes, ac confertos imbres quandoq; etiam videamus flante austro: vt etiam apparet ī principio 2. Epidemiorum. Arbitror itaque legē dū esse μαλθακοῖς in vertiis, i. leuiter spirante Austro: quo etiam modo videtur legisse Galenus, in commento, qui hoc aduerbium μαλθακῶς oppositum esse ait aduerbys ἀθρόως, & λαβρῶς & σφοδρῶς in 3. Epidem. sex. 1. com. 1. pag. 110. g

PRIMA TEMPESTAS

IN Thaso, Autumno æquinoctium, & sub Vergilias, pluuiæ erant multæ, continentes, † lenes, vt cum spirat Auster.

Ad uulgarium morborum disciplinam, cognitionem quoque loci, infra ostendam magnope- H re interesse. Nunc uerba ipsa auctoris sunt explananda, quę sic habent: Circa ęquinoctiū, & sub Vergilias. Nam cum bina æquinoctia, binæ item Vergiliarum sint significationes, utrum illorū dicat, adiecto sermoni, autumno, significat. Fit enim uere alterum, atq; eius hoc est principium ad nostrum tractum: quemadmodum etiam finitur prorsus sub uergiliarum ortum: Alterū autumno æquinoctium fit, & Vergiliarum occasus, quas appellant Græci tam plurali numero πλειάδας, quàm singulari πλειάδα. Occidunt autem Vergiliæ ab ęquinoctio autumnali diebus circiter quinquaginta. Neque hoc nos præterit, fieri omnibus eodem tempore in plagis tum æquinoctia, tum solstitia: cum tñ exortus syderum, & obitus uarient ita, ut suum quęque habeat regio: quippe ijs tātum, qui sub eodem uertice habitant, syderum cōes, & ortus sunt, & occasus. At uocant ferè, quod ex multis constat stellis, Sydus, græcè ἄστρον: uerbi graria, Taurum totū, vel aliquam eius partem, ut Hyadas, aut Vergilias. Est tamen cum singulas stellas, sydera appellēt. At non quod est conflatum ex multis, stellā (hoc est ἀστέρα) id appellant, cæterum semper hoc demum modo sydus: Vnam uero quanq; solam nō tantum stellam, ut dixi, sed & sydus, ut Arcturum,

A rum, Caniculam, Luciferum, Hesperum. Atque est ad omnem propositam disputationem cum primis necessarium, unaquaque in regione, ubi obire medicam artem instituimus, cuiusque perspexisse syderis emersus, occasusque: quia tempora ab his anni circunscribuntur. Exempli gratia: Veris in Hellesponti parallelo est initium, quod id temporis est ęquinoctium: & finis, Vergiliarum ortus, qui item principium est æstatis: Sicuti Arcturi ortus, finis æstatis: principium uero autumni, qui ad dies duodecim æquinoctium autumnale antecedit. Iam Vergiliarum occasus, & hyemis principium, & finis est atumni. Porrò non caret admiratione, & est inuestiganda causa, cur sit præteritus in sermone stellæ ortus illustrissimæ, qui in æstatem incidit, Caniculæ vocitatæ a Latinis, a Græcis ωρίων. Hanc aliqui, nomine abutentes tótius syderi, Canem etiam nominant. Atqui Cani uniuerso syderi est nomen: stellę uero quæ in eius est mādibula, Caniculę: quam recte Anticanem, non Canem appelles. Cuius quidem stellæ ortus Oparæ, quam uocant, est principium. Atque in septem tempestates qui annum distribuunt, æstatem ad Canis usque exortum protendunt: Ab hoc ad Arcturi ortum, oparam. Atqui ijdem hyemem in tres partes dissecant: cuius, sub solstitium tempus, medium constituunt: de externis duobus, primam Sementem: postremam, φυταλιὰν, quod est inserendi tempus: nam hoc illi pacto appellant ista. Et
F quidem in libro De septimanis, qui Hippocratis nomen præfert, in septem partes diuisum annū inuenias: ita ut autumnus, & uer integra constent, & indiuisa: diuidantur autem in partes tres hyems, & in duas æstas. Ac est illa quidem etiam utilis partitio, ut in progressu sermonis patebit. Vtilis porrò, & in quatuor tempora sectio, uti & ipse prius Hippocrates docuit, ubi de exuperantia humorum, & de morborum generibus agit, & quæ ista ambo præcedunt; de aeris temperamentis: quorum differentię sunt, quatuor. Etenim ut maximè bifariam, quod intercedit tēpus inter Vergiliarum ortum, & Arcturi diuidas, nihilo minus omni est communis nimia siccitas: ut etiam hyemi immodicus algor, & humiditas, quamuis in tres partes diducas. Atque ita temperamenti magnæ differentiæ, quas recte generales appellaueris, annum diuidunt in quatuor tempora, genere inter se aut specie differentia, utcunque tibi appellare uisum sit. At horum si differentias singulas in maius, & minus seces, in duas tibi æstas, in partes tres hyems distribuetur. Quæ anni temporū diuisio ex spacio ipsorum efficitur. Est enim inter Vergilias, & Arcturū tempus mensium quatuor. Plurium etiam q̃ quatuor, quod inter Vergiliarum occasum, & æquinoctium uernum interest. Veris autē tp̄s ne habet duos quidem solidos menses; quo factum est, ut iure indiuisum permanserit. Hinc etiam autumni erat tempus, ueris maius, quod in menses
G duos extenditur: hoc tamen magnitudine longe ab æstatis tempore, & hyemis uincitur. At mihi hęc semel iam dicta sint, quæ ego ad omnia, quæ sub hęc dicemus, memoriā uelim teneri, quo promptius ad omnium nationum mēses, qui alijs alij sunt, transire queas. Nā si ijdem sint apud omnes, nullam Hippocrates faceret, neque Arcturi, neque Vergiliarum, neque Canis, nullam ēt aut æquinoctiorum, aut solstitiorum mentionem: sed tantum diceret, In Macedonia, uerbi gratia, initio mensis, quem Macedones Dion appellant, eiuscemodi fuisse statum in temperamento aeris. Nunc quia Dion solis est Macedonibus clarum, contra obscurum Atheniensibus cæterisque mortalibus: uolebat autem omnibus nationibus juxta prodesse Hippocrates: nō potuit melius, quàm neglectis mensibus, solum scribere æquinoctium: Est enim ęquinoctium, uniuersale: at menses, singulis gentibus sui. Qui ergo Astronomiæ imperitus est, hunc cælatum nolim, ipsum haudquaquam obsequi Hippocrati, ad illam ob prædictorum usum cohortanti. At quia esse humanitatis uidetur, uel istis præsto esse, faciam, ut quantum res facultatis est habitatura, præscribam auxilium; cui si attendere animum uelint, ex cunctis, quæ refert Hippocrates, fructum capient. Age diuidatur in quatuor tempora annus pro æquinoctiorum, & solstitiorum ra-
H tione: si hic semel uirum rogaueris uersatum in Astronomia, quatuor hæ partes, quosnam in menses incidant, mox his perceptis poteris, ubi de reliquis singulorum syderum significationibus sermo sit, assequi. Vt, uerbi gratia, si iam cognoscas in principium mensis Dij autumnale incidere æquinoctium, uidebis solstitiū brumale fore ab hinc menses ferè tres, initio mensis † καθ' ἑαυτὸν πέρατος appellati, nam hoc nomine denotatur apud Macedonas: uernum æquinoctium principio Artemisij: sic æstiuum solstitium initio Loi. Nam in principijs mensium, quorum meminimus, æquinoctia, & solstitia fiunt apud Macedonas, qui isto pacto & numerant, & appellāt menses. Hæc si perceperis, ac insuper ante autumnale æquinoctium duodecim ferè diebus oriri Arcturum didiceris: Vergilias uero occidere post dies circiter quinquaginta: scies quoto mensis cuiusq; anni die utrunq; sydus exoriatur. Obseruabis etiam, si sequi Hippocratem uelis, quę acciderit aeri temperamenti mutatio. Cæterum non sunt pro Lunæ ratione menses subducendi, quod multis iam Græciæ ciuitatibus est solenne: sed pro ratione Solis apud omnes urbes antiquiores, & nationes complures, numerantur. Et Romani uniuersum annum in menses duodecim dispertiunt, quorū est vnus duodetringinta dierum, quē a solstitio brumali numerāt alterū. Ipse uero primus post solstitium, quem totius faciunt anni primum, unum supra triginta assumit. Itidem tertius post solstitium: nam & hic dierum est triginta unius. Quartus triginta die-

bus

† *Forte κατ' ἐνιαυτὸν πέρατος, quia sit finis anni.*

bus constas. Quintus præter triginta continet unum. Sextus triginta dies habet. Qui sextum E
sequuntur duo, triginta sunt, & unius dierum. Qui hos excipit, triginta dierum est. Huic proximus unius est, & triginta, qui numero decimus est, totius anni. Triginta est dierum undecimus. Duodecimus unius supra triginta. Quòd si cunctorum mensium dies in summam subducas, omnes fint quinque supra trecentos sexaginta. Iam si in hunc modum quatuor annos supputaueris, † anno quarto tertium mensem triginta duorum dierum faciunt: ut singuli anni tricenum sexagenum quinque sint dierum, prætereaq; quadrantis unius diei. Vt uero Palæstini computant, duodecim menses efficiunt dies numero trecentos quinquagenos quaternos. Nam quando tempus a Lunæ cum Sole coniunctione usque ad aliam quamuis coniunctionem supra dies uigintinouem, alium præterea diem dimidium assumit, idcirco duos menses continēs quinquagintanouem dies, in partes diuidunt inæquales, atque alterum dierum triginta faciunt, alterum uigintinouem. Quare quibus hæc est ratio mensium, aliquem facere intercalarem coguntur, ut primum præteritorum annorum reliqua cumulentur, & tempus fiat unius mensis. Nam quando menses intercalares sint intercalandi, scriptum reliquerunt cum alij Astronomi, tū Hipparchus. Quare apud illos, qui menses hoc pacto numerant, non est dies constituere, quibus æquinoctia, & solstitia fiant, & oriantur illustria sidera: apud eos, qui ad Solem rationem ineūt, F
statuas: id quod a Romanis dixi, & Macedonibus, nostratibusq; Asiaticis, & uero etiam alijs nationibus obseruari non paucis. Itaque quando hæc percurri, omni disputationi sequenti communia, referam me ad institutam orationem: Vbi aeris statum, qui in Thaso accidit, auspicans ait, Autumno, circa æquinoctium, & sub Vergilias, multum pluisse. Nam cum autumnus ad æquinoctium sit, & sit duorum mensium, non sub initium statim iste status cœpit, sed circa æquinoctium exortus est, pertinuitque ad Vergiliarum usque occasum, dies circiter quinquaginta. In Thaso, autumno. De Quinti sententia nihil regio planè quicquam affert indicij ad morbos præsagiendos, neque possunt futuri præsciri ulla ratione: cæterum hoc tantum, incidisse morbos aliquos, corrupto natiuo temporum anni temperamento. Interdum autem eorum ait formam nō uia, & arte rationali, cæterum notam sola esse experientia. Et uero etiam intemperierum cōmissuras, quas συνδρομὰς hoc est concursus, appellant medici empirici, aphorismos enarrantes, certorum morborum esse inuentas causas, experimentis referebant esse compertum. Exempli gratia: | Cum hyems sicca, & aquilonia fuerit, uer autem pluuium, & austrinum, æstate existent febres acutę, lippitudines, & dysenteriæ. Et iterū: | Hyems si pluuiosa, & austrina fuerit, serenaq;, „
uer autē aridum, & brumale, mulieres quibus instat in uere partus, ex qualibet occasione abor- G
tiunt. & cætera, quæ his subiunxit, ubi quatuor tantū differentias tempestatum scripsit, cū pet- „
multę sint. Quod attendere Quintus debebat, ac deinde animum intendere, ac requirere, primū „
quidem qđ ad anni tempora attinet, de natura deflectētia: deinde, ubi esse inuenisset plurima, omnium indagare numerum: Sub hæc considerare, quid solorum quatuor Hippocrates meminerit: Quæ simul ac inuenta sint, uiam perquirere atque rationem, cuius præsidio omniū aliarū uim tempestatum poterimus cognoscere, Siquidem hic deniq; solus ad ea quæ exoriuntur, & morbos uulgariter grassaturos præsagiendos, erit accommodus: immo occurrendi etiā, quoad eius fieri poterit, ne quis in eos incurrat, huic facultate soli dabuntur, qui uia cōmemorata insistat: aut si hoc per causæ magnitudinem non poterit, ut ijs, quidem certe maxime remissis afficiatur. Nam facilius inuenturum fanè morborum curationem eum, qui ad hæc, quorū est a nobis facta mentio, mentem exercitauerit, quàm illos, qui nihil ante sunt meditati, neminem esse uel de plebe arbitror, quem istud fugiat, nedum probè institutos. Nam quòd plures ipse Hippocrates cognosceret, quàm quatuor, quas in aphorismis descripsit, tempestates, ex his ipsis libris, H
quos enarrare hic instituimus, satis constabit: in quorum primo, primum descripsit statū, de quo „
dixit ad exitum, Cum esset autem totus hic status austrinus, & squalidus. Alterum, ubi item ait, „
Cum totus esset frigidus annus, humidus, aquiloniusq;. Tertiū inæqualem & uarium, qui paulo ante Arcturum cœpit, fuitque frigidus & humidus deinde ab æquinoctio autumnali ad Vergiliarum occasum omnino austrinus, unà cum immodicis humiditatibus: postea frigidus & siccus simul cum uentis aquilonijs maximis per totam propè hyemem, deinde frigidus & siccus ad canis usq; ortum: dehinc affatim magni usque ad Arcturum æstus, sub quem imbres austrini usque ad æquinoctiū. Hæc quāquam tempestas inæqualis esset, attamen frigus & siccitas in ea dominabantur. Statum præterea scripsit in horum librorum tertio quem postea in unum caput reduxit, his uerbis: | Annus austrinus, pluuius, à uentis in totum silens. Iam alium statum initio secundi scripsit ad hunc modū: Erant Cranone carbunculi æstiui, pluerat per æstum largo imbri, idq; assidue. Acciderant autem magis austro spirante. nam hic ut est calidissimus & modice humidus, in uno scilicet anni tempore, quo accidit, æstate, ita ille de quo in tertio libro agitur, p totum annū. Iam uerò sunt alij status proditi in morborum uulgarium libris, de quibus in Aphorismis uerbum nullum fecit Cæterum quatuor illos, quos scilicet alijs frequentiores intellexit, ita ut essent exemplum, adiunctos cum causæ declaratione, quam in libro de aqua, aere, & locis

Margin notes:

† ἐν δὲ τῷ δ' τὸν τρίτον ἀπὸ τοῦ δ' ποιοῦσι δυεῖν καὶ λ' ἡμερῶν. T u tamen cōsiderato. Nam quā enim alibi quod scrā, traditum est, mēsem, ullum anno quarto, fieri 32 dierū, sed Februariū 29 dierum.

3. Apho. 12. Ex ord. 20. h

3. Apho. 12. Ex. ord. 21. e

3. Epid. cō. 3. t. 1 3. 140. 1

2. Epid sect. 1. in ipso lib. prin.

hst.

A locis expedit)in aphorismis tradere uoluit.Quin ét si uel præteriret prorsus causarum declarationem,liceret inuenire nobis eam ex ijs,quæ in aphorismis tradidit,quæ uiro sunt satis rationem meditato ad ante dicta inuenienda.Neq;.n.hoc te uelim ignorare,id quod tametsi frequenter multisq; locis abunde ostendimus,nihilo minus nūc dicemus,quatenus eius meminisse res postulat.Singulæ in oībus artibus complicationes * medicamentorum simplicium, quia tantus est numerus,experimentis cognosci non ualent:sed omnium harum una est uia inueniēdi,eaq; per sua cuiusq; elementa,uti fit in Grammatica.Proinde,& quę statuum elementa sunt, ab ipsa rei ingressi essentia,contemplemur,ut in libris de demonstratione didicimus.Quare sermonē à capite arcessemus,exponemusq́, tibi ordine omnia,re prætermissa nulla.Humiditate, calore,frigore,& siccitate tempora anni mutuo distant. Nam Hyems quidem humiditate alijs frigoteq́; præstat:Aestas item calore ac siccitate:Ver planè in medio est utriusq;:nam in utraq; oppositione neutrum alteri illic pręstat,neq; sicco humidum,neque calido frigidum,uerum est quasi ambarum æquilibrium oppositionum,æquabilitasq́; horarum omniū totius propè diei & noctis, atq; nulla in illis fit magna immutatio aut exuperātia,cuiuscemodi conspicias in autumno:Hic enim de matutino frigus uiget,circa meridiem magnus æstus,qui rursus ad crepusculum uesper-

φαρμάκων. sed forte πραγμάτων, s. γενῶν.

B tinum transit in algorem:dominatur tamen in eo siccum humido,& frigidum calido.Habes tēporum anni temperamentum:quorum ferè mutatio fit * paulatim,ut a nemine toto tēpore sentiatur:sin † confertim,sentiatur:non tamen affatim aut immoderate in *humidorum* temporū & naturalium mutationibus.Igitur oriente Arcturo pluit ferè, simulq́; spirant uenti frigidi : quod tum autumni est principium,tum finis æstatis.Deinde tempore sequente paulatim , ita ut non percipiatur,fit mutatio in frigidum;quam uicissitudinem facit Vergiliarum occasus sensibilem Dehinc undequaque similiter ad ęquinoctium uernale uenit,ac interim par fit adiectio usq; ad Vergiliarum ortum : sæpius verò etiam manifesta quædam sub tempus æquinoctij,at moderata tamen.Iam ab ortu Vergiliarū augetut calidum,& siccum usque ad Canis ortum modice, & pedetentim.Qui ubi adsit,aliquantisper regnabunt austri . Mox succedent pluuiæ tantæ,quantæ spirent Etesiæ ad ortum usque Arcturi.Itaque experimētis, & ratione didicimus, ubi in hūc modū anni tempora procedant,& in se mutuo cōuertantur, non existere neque pestem ullam, neque quenquam alium morbum uulgarē,sed solos dispersos, quos uocat, morbos, qui uictus comites sunt.At quia singulis anni temporibus singuli uigent humores(ut ab illo accepimus) hyeme piruita, sanguis uere, æstate bilis, autumno bilis acida,ideo fit,ut qui praua utuntur ra-

** κατὰ βραχύ. † * κατὰ μείζονα:*

C tione uictus,non ijdem eos tentent omni tēpore morbi,sed,uti ipse docuit, Vere melancholiæ,
« insaniæ,morbi comitiales,& sanguinis profluuia,alijq́; morbi,quos secūdū hos recenset: Aesta
« te alij,alijq́; autumno:Iiē alij hyeme: qui ex offensione quidē in ratione uictus proficiscuntur, cæterum immutantut eorū formæ pro anni tempore,ætate,& natura.Nam quia pro naturis,& ætatibus,tum corporū alterantur temperamenta, tū humorum exuperantiæ dissident, proinde pro harum etiam ratione commutatur nunc species morborum. Ac de differentiis, quæ insunt
« in ætatibus,in hunc modum scripsit: a ‖ In ætatibus autem exercent paruos pueros,& infantes — A 3.Aphor.24. Ex.ord 25.a
« oris ulcera, quæ aphthæ uocantur,& uomitiones , & reliqua quæ subiunxit his per oēm ætatē. — B 3. Aphor. 2. Ex.ord.20.a
« De naturis hoc pacto : b ‖ Inter naturas,hæ ad æstatem,illæ ad hyemem bene , aut male comparatæ sunt. c † Quo fit ut obtineat parem uim laborantis corpus ad concitandam causam , ac aer : q̃ ubi ambo coeant,acquisititiū efficiunt temperamentū, cuius comes est uulgarū morborum ortus.Iam si uideamus,quid in corpus humanū calor possit aeris,quid autem frigus, siccitas,& humiditas:uideamus item ipsam patiētem materiam,qualis sit,facile iam sit inuenire, & p̄sentite futuros morbos: immo uerò ante hæc etiam illud rectè dictū cognoscemus: d ‖ In cō-
« stantibus temporibus,cum tempestiue tēpestiua proueniunt,morbi constantes, & boni iudicij — C Al. Quo fit ut laborantis corpus parem ratione causæ efficientis obtineat, ac aer. D 3. Aphor 8. Ex.ord.20 f

D fiunt:in inconstantibus inconstantes,& difficilis iudicij.Itaq; quæ nam sint qualitatū earum fa-
« cultates,quarū meminimus,humiditatis,siccitatis, caloris,frigoris q́;, audiamus ipsum Hippo-
« cratem in aphorismis dicentem. e ‖ Ex anni aūt tēpestatibus in uniuersum siccitates imbribus — E 3 Aphor.15. & 16. Ex.ord 22.g. h.
« sunt salubriores,& minus lethales. Morbi autem in imbribus magna ex parte sunt febres lōgæ,
« alui profluuia,putredines,morbi comitiales, apoplexiæ,& anginæ . In siccitatibus uerò tabidæ
« lippitudines,articulorū morbi,stranguriæ.Hæc ille de productis in longū spatiū tempestatibus retulit.Atque ut hic de differentia humiditatis & siccitatis docuit,sic q̃ caloris sit,& frigoris differentia,ibi tradit,vbi de aquiloniis & austrinis scripsit statibus . Nā in nostro tractu aquilo frigidus est,calidus auster:nisi forte(id quod rarum est)ineunte uere frigidus sit,aut alio quopiam anni tēpore aliquantisper talis spiret·atqui ne tū quidem est aquilone frigidior. Quare attende
« sequentia,ut scripsit de his in aphorismis,sic orsus : ‖ Austri auditum hebetantes, caliginosi, ca- — 3. Aphor. 5. Ex.ord.20.c
« put grauantes,pigri,dissoluentes:quando huiusmodi tempestas dominetur,eiuscemodi uigent
« morbi.At si aquilonia fuerit,tusses,fauces,alui duræ,difficultates vrinæ,horrores,laterum dolo
« res & pectoris:quando hæc tempestas dominetur,talia in morbis expectanda sunt. Habes quæ de uehementibus australibus , & aquiloniis statibus , qui multo tempore durant, ab eo dicta sunt.

sunt. Ostendit enim per uerbū δυναστεύειν.i.dominari, nomina hęc non esse eius, qui * vere aut mo- E dico tēpore spirat: nec ei, qui pluribus quidē diebus, sed imbecillus est, hoc se nomen tribuere.

3. Aph. 17. Ex ord. 23. 0

Iam de temporarijs austrinis & aquilonijs uentis accipe, quæ dicat.‖ Tēporariæ aūt tēpestates, aquilonię quidem corpora densant, contendunt, roborant, & reddūt coloratiora, auditū iuuāt, aluos exiccant, oculos mordent, & si pectus dolor aliquis obsederit, cū augent: Austrinæ remittunt corpora, & humectant, auditum obtundunt, caput grauant, & uertigines creāt, & oculis atque corporibus difficilem motū efficiunt, & aluos lubricāt. Porrò prodita sunt ab eo in Aphorismis & alia, de natura temporū, & conuersione inter se subita: quorum singula suo loco citabimus. Hic sat erit, si didicerimus primas elementares statuum uirtutes ab ipso esse Hippocrate ꝓditas. Quarum uestigijs in quibusuis qui inciderint statibus, nos uia oportet & ordine ꝓgressos inuenire, cuiusmodi impendeant morbi, & quemadmodum eis sit occurrēdū: aut si iam inuaserint, qua ratione curandi. Hic scilicet huius est cōmentationis maximus fructus. At in elementis horum locus est ēt, qui etiam ad prouidēdos morbos nō nihil coindicat: ut itē natura uniuscuiusque, ætas, uitæ sors, uictus ratio. Ostensum autē ab eo est dilucide in libro de aqua, aere, & locis, qui cuique regioni frequētes sint morbi. Poteris itaq; hinc, quā ob rem aeris nimium frigidus & humidus status morbos, prout postulat ipsius natura, ab eo ostēsos parturus est, simile F indiciū sumere à loco, ac ab ætate, natura, uitæ institutis, & uictus tota ratione. Etenim q̃ & natura sunt frigidi & humidi, & externis circūstātijs, facilius morbis, quos humidus & frigidus status parit, corripientur: contrarij, ægrius. Si igiť plaga humida & frigida per se talem statum habeat, morbi generabuntur facile ei statui familiares, faciente ad hoc etiā plaga. Quemadmodū sanè rursus si aliquando calidior fiat & humidior status, qualē in secundo de uulgaribus morbis

2. Epid. sect. 1. statim in principio.

libro descripsit in principio: ‖ Pluebat, inquit, per ęstum largo imbri assidue. Interest certe ad dictorum putridorum generationem morborū aliquantulum ipse locus, præsertim si utrinq; intemperatus sit, calidior scilicet, & humidior. Refert etiam, si alterutra parte intemperatus sit, uti Cranon, in loco concauo sita & meridionali: unde maxime morbis putridis, ut carbūculis, infestata est: atq; præter cætera incommoda, auersa est etiā a uentis aquilonijs, uentorum subiecta tranquillitatibus, quas νηνεμίας appellant Græci. Atq; Cranon huiuscemodi est. Thasus aliter cōparata est, exposita est enim uentis aquilonijs & frigidis, Thraciæ ex aduerso. Vnde cū ad austrina spectaret totus status, adiunctosq; haberet squalores, sua sponte quidē resistebat statui locus hic: qui certe si meridionalis & in conualli esset, pestilētissimus ei fuisset hic status.

Sup. 101. h t. 1.
* μαλθακῶς.

‖ Pluuiæ erāt multæ, continentes, lenes. *Tribus modis pluuiæ multæ fiunt, interim ob ipsum imbrē cōfertim G decidentem: interim diuturnitate tēporis, licet guttatim tantum singulis diebus decidat: interdum ambobus coniunctis: quorum habes omnium in libris de morbis uulgaribus scripta exempla. Primi modi statum quē auspicatur in hunc modum: ‖ In Thaso ante Arcturum pluuiæ erāt

1. Epid. cō. 2. t 60. 3. 113. 0
Sup. 101. h. t. 1.
* μαλθακῶς.
2. Epid. sect. 1. statim in prin.

multæ. Significat enim has fuisse magnas multitudo pluuiæ confertæ. Alterius modi exemplum id est, quod modo est dictum: ‖ Pluuiæ multæ, continētes, *lenes. nā aquæ erat collecta multitudo, propterea q̃ longo tempore perpetua pluuia esset, & non prorsus larga uno tempore. Tertij modi exemplum est, quod initio libri secundi de uulgaribus morbis proditū est: ‖ Pluebat ꝑ æstum largo imbri assidue. largum enim cum superiore modo conuenit: assidue, cum secūdo. Sed illos status aliàs explicabimus, suo utrunque loco. Is uero, de quo sermonem instituimus, qui incidit intra æquinoctium autumnale & hyemis principium, imbrem, quandiu uigeret, *lenem habuit, ut est ab eo dictum: quod oppositum est his, confertim, large, uehementer.

* μαλθακῶς.

Hyems Austrina.

H

2 Non se latuisse finem esse Autumni Vergiliarum occasum, quem nomine breui Vergilias appellat, non obscure indicauit, nam postquam ante dixisset, circa æquinoctium, addidit, & sub Vergilias: scripsitq; deinde, hyems austrina, quasi nullum intercesserit peculiarem requirens declarationem tempus, sed coniuncta sit cum Vergiliarum occasu hyems.

Parui uenti Aquilonij.

3 Paruos, inquit, uentos fuisse hyeme: q̃ si in natura sua hyems cōstitisset, omnino fuissent magni. Atq; ijs hoc duplici nomine accidat, uti & nūc parui uideantur fuisse, cùm sua ipsorum magnitudine, tum temporis prolixitate. Spirarunt enim diebus paucis aquilonij, atque hi non uehementes: cùm habere hyems magnum aquilonem, & longo soleat tempore.

Squalores.

4 Tempestatem iusto sicciorem appellauit parum usitate αὐχμὸν.i.squalorem, cū soleamus nos non simpliciter sicciorem, sed extreme siccam ita nominare. Qui autē fieri potuit, aut cui ꝓbatur eò siccitatis deuenisse hyemem, ut iuxta ac æstas squalidam terram redderet? Neque enim

ciuscemodi

A eiuscemodi fiat in uere status,cui nunc fuisse assimilem omni ex parte hyemem dicit.

5 *Omnino similis Veris Hyems fuit.*

Sicciorem quidem,quàm eius natura postularet,hyemem ait fuisse,non tamen æque siccam atque æstatem.Itaque squalorem,quem esse nuper diximus improprie usurpatum,accipere par est non absolute hoc loco esse ab eo dictum,sed ad aliquid, sicut formicam magnam ,aut montem paruum.Nam ut hyems erat in præsenti,non simpliciter squalida,quemadmodum nec magna formica est magna simpliciter,sed ut magna formica , quæ sanè paruo etiam est monte minor: nec nō hyems squalida , est humidior æstate:Sicut hyemem præsentem comparando ait : Omnino similis ueris hyems fuit.

6 *Ver austrinum , frigidum , parua pluuia .*

Videtur quidem dixisse uer austrinum,non quin omnino in eo fuerint uenti aquilonij:sed ꝙ paucissimi initio,atque adeo pauci,ut temporis illius statum totum austrinum appellaret.

B 7 *Aestas ferè tota erat nubilosa, nihil pluit : etesiæ paucæ,paruæ,sparsim spirarunt.*

Siquis,quæ dixit de æstate,omnia colligat,dicat ēt hanc austrinam simul ac squalidam fuisse.

8 *Cum esset autem totus hic status austrinus & cum squaloribus.*

Non quin aliquando pluerit toto anno,dixit cum squaloribus,sed ꝙ quàm paucissime. Nam dempto primo tempore ab æquinoctio autumnali,usq; ad Vergilias,quicquid successit temporis,satis caruit imbtibus.At αὐχμὸν Hippocrates aeris appellat statum.Quare si uerum est cū ac re simul alterari animalium corpora,per imbres fient humidiora,per squalores sicciora.Et cū ui gent calores,caput erit * firmum:cum frigora,erit ipsum quidem leuissimū , cæterum thorax & pulmo laborabunt.Vnde quæ corpora commemorato statui,qui propositus nobis est, mediam obtinenti naturam inter serenum omninoq; clarum , & pluuiosum,assimilantur,medium statū habebunt temperamēti:quē mihi nubilosum,da,ut appellē.Nā hoc aeris statu existēte,cōstitutoq; simul alterari corpora nostra,atq; assimilari huic,quo euadat sermo clarior,nihil fuerit causæ,quin statū in ijs genitū appellem,ueluti nubilosum quendam.Vt igitur cum hyems suum ser uet temperamentum,non potest non generari humor frigidus & humidus,pituita;æstate cōtra C calidus & siccus,pallida uidelicet bilis:ita cū nubilus fit aer,aliquis dominatur humor,in pituitosis quidem naturis nebulosa,ac nubilosa,ut ita dicam,pituita:in biliosis uerò,nebulosa ac nubilosa bilis.Etenim semper aliq d è corpore nostro uaporosum emanat:sed ī siccis statibus plutimū,in humidis paucissimū.Atq; cum in corpore aceruatum hoc fit , similem reddit nebulæ & caligini innatum nobis spiritum. Aemulatur enim in ambiente animātes spiritum uapor. Vnde ne hic dubitemus dicere,in tali statu * talem generari insitum nobis spiritū. Atqui ubi eodē tēpore duo hi affectus,aut nebulæ aut caligini accidūt,ut & attollatur & stipetur, alba efficitur nubes.nā quando planè uacat humiditate aer aquilonius,nequeat constitui unquā nubes. Efficitur ea aut splendida aut atra,causa raritatis uel spissitudinis. Ac rarescēs nubes in se Solis lucē suscipit,quo fit,ut splendescat,illustrante uidelicet eā Solis splēdore,quale in corporibus pellucidis cernas.At si constringatur nubes cōdensetur ꝗ;quia nullus est Solis luci trāsitus, atra merito hęc apparet,nō aliter ac nocte ipse aer destitutus lumine solari.Sanè uideť manifeste in terrā subinde nebula decidere,qui ros appellatur:interim supera petere planeꝗ; nubes fieri uel cādida uel atra:candida,ubi intra se totā radios admittat solares:atra uero, cum eos planè exclu D dat:medios inter hos colores nubes pro quantitate splendoris,qui ipsis admiscetur, accipiunt. Sed uidebitur forsitan hic sibi sermo minus constare,eleuari in altum dicens humorē & cōspissari.Sustolli enim caloris opus est,frigoris conspissari:nō potest porrò idem simul esse & calidū & frigidū. Sed si ipsum animaduertas,qui supera petit,uaporem esse calidum,atq; eius gratia in sublime subuehi:frigidum autem esse aerem,qui uaporem excipit:desines dubitare,qui fiat,ut simul & sursum ferat & constipetur.Nam ut sustollatur,sua sponte habet: ut cogatur ac cōstringatur,per excipientem aerem,qui quo erit frigidior, hoc ascendētem nebulā cōspissabit magis ac coget.Vbi itaq; nec calfacit magnopere aer,nec perīde refrigerat , eleuata nebula necessario in eo cōmorabitur talis,qualis erat à primo:euadetq; planè ꝑ se cādida nubes,ubi à Solis* cietur splendore:media uero inter albā & nigram,quando eam Sol non undequaque irradiat.Pro inde noli mirari,qua de causa animantium corpora huius aliquādo cęli similem habeant intus
" affectionem:quin potius crede dicenti Hippocrati,Austri auditū hebetantes,caliginosi, caput
" grauantes,pigri,dissoluentes.Persequitur enim his uerbis corporis uitia,quibus est obnoxium in austrinis statibus.Vnde ut hæc,caput grauantes,dissoluentes,& pigri,ad ea quæ ab austro pa rantur in corporibus nostris planè referuntur:ita est censendum , caliginosum esse dictum , ut indicet eam,quæ ab illo in nobis coaceruatur;& non aeris caliginem.

3 Aphor.5.Ex-ord.10.c

Ante

ducabant. bene plasma. 9 *Ante uer ex priore cælo, quod huic sub contrarium fuerat, aquiloniumq́;, paucos ardentes febres corripuerunt, ijsq́; admodum * stabiles, paucisq; sanguis erupit, nec ex his peribant.* E

Non fuisse aquiloniam tempestatem ante uer diuturnam hinc constat, ꝙ nuper totum temperamentum uocauerit austrinum: non ita dictutus, si multos dies Aquilo spirasset. Attamē cū aer fuisset uel paucis diebus aquilonius, corripuerunt paucos morbi ardētes, atque hi admodū leues, & qui statim consisterent: ait enim ijsq́; admodum stabiles. Scribunt autem alij πάνυ ἰσχυρά, alij Ionice ὁμαλά, in æquali tenore & nullo periculo cōiuncti. Ad hæc paucos ait sanguinis eruptionem habuisse: quod uehementibus erat febribus ardentibus peculiare, ut ēt delirare, & mori. At ista ijs, quæ tum uigebant, non erant adiuncta, sed cum moderatissimæ fuerunt, tū minime multos inuaserunt: ꝙ uehemens & quasi germana ardēs febris à flaua bile, quam quidem etiam pallidam uocant, sit oriunda. Hanc, ut ostendebamus, in proposita tempestate superiori æstate tantum habebant qui natura erant biliosa: eamq́; non multam, nec postea, eò ꝙ cum humidus ante dictus esset status, etiam atque etiā caliginosior ac nebulosior euaderet. Optimo ergo iure pauci in ardentem febrem inciderunt, qui perquam essent biliosi: neq; tamen hi in exquisitam neq; uehementem, sed lenē ac discussu facilē. Itaq; quos corripuit, hac de causa corripuit. F Sanè enim præcesserat æstas autumnum, quæ secundū naturam comparata fuerat. Ordiē enim Hippocrates enarrare tēpestates inde, ubi de natura sua primū aer deflexerit. Sed necessario ꝑ æstatem naturalem aceruabatur multū biliosis plenior hic succus. Vnde qui succedebat status ꝑ totam hyemem usque ad uer, hunc humorē nec auxit, quippe quæ calida non esset magnopere aut sicca, ut æstas: nec imminuit ēt, neq; enim satis erat frigida, ut q̄ in statu est naturali hyems: at nec per halitū digessit, nam non erat exacte sicca. Restat igitur integrum illum permāsisse, ac formam sibi quasi caliginosam comparasse atq; nebulosam, propter modicam aeris humiditatē & calorem, qui cum uapore coaluerat. Verū ante uer, cum subito præter morem Aquilo spirasset, isq́; in interiores corporis partes impulisset humores, tenuissimus primus fluebat, itaq; febrē ardētem induxit. Neque enim in quibuslibet corriuatus partibus corporis, febrem pōt humor hic excitare ardentē, uerum circa * uētriculum & huius præcipue os, circaq́; iecinoris partes simas. Itemq́; non prorumpebat sanguis. Sanè propriū est, siquid aliud, synceris febribus ardentibus, per sanguinis eruptionem iudicari. Appellat autem Hippocrates ἀιμοῤῥαγίαν. i. eruptionē sanguinis, non adiecto ex quo uacuatur sanguis membro, eā quæ ex naribus fit. Atqui nihil habet admirationis, si recludantur & dirūpantur huius regionis uenæ à sanguine, qui sursum incitatus calore effertur: à quo necesse est ipsum inflari, ac tū reserari uenas, ac rūpi ob spiritus copiam, qui dirumpit uel utres, ac dolia, cum in musto feruescente accumulatur. Cæterū hoc symptoma, præsentes febres ardentes non est comitatum, ꝙ essent, ut est dictum, moderatæ. G

A.l.4.f.1.t.2. c.40.414 d

10 *Tubercula uero multis secundum alterutram aurē, plurimis secundū utranq; extiterunt, febre carebant, erāt recti. Nō nullis parum accendebantur, sed extincta omnibus sunt citra incommodū: nemini q́; suppurarunt cuiquā, uti solent, quæ alijs ex occasionibus extuberant. Erat eorum hæc natura, laxa erant, magna, diffusa, citra phlegmonem, atque citra dolorem, obscure omnibus euanescebant.*

Omnia * quæ dicta sunt, ob dominantē acciderunt caliginosam materiam, à qua alia solēt cū pituita existere, ut œdematosa: alia cū flaua bile, ut erysipelatosa: nō nulla cū sanguine, ut phlegmonosa. Quæ tamen omnia resident facile, ꝙ prompte eiuscemodi materia digeratur: E diuerso quæ crasso constant, & lento humore, ægre discutiuntur. Porrò quæ acciderunt in tēpestate H præsenti, laxa erant, id est mollia, & digitis cedentia, & quæ ad eorū impressionem cauabantur. Citra phlegmonem, hoc est citra phlogosin. i. inflammationē. Citra item dolorē, ꝙ utroq; scilicet, qđ dolorem parit, uacatent: quæ sunt, corporum contentio, & intemperies magna. Contētio fit ob crassos humores & glutinosos, adeo partib⁹ impactos afflictis, ut resolui citra negociū nequeant: intemperies autem ualida, ꝙ ferueant illi nimium, aut frigidi sint. Quare sunt merito tumores laxi & sine exulceratione, à dolore liberi: q quia essent eiuscemodi, facileq́; residerēt, ideo non suppurabant, uti solent qui alijs ex occasionibus exurgunt, hoc autem nomine προφάσιος Hippocrates (nos uertimus occasiones) aliquando (vt uulgo assolet) in causis usurpat confictis: interdum causas manifestas sic uocat: non nunquam simul omnes. Hic appellauit suppurationes alijs ex occasionibus prouenientes, quas euenire ipse in febribus docuit, in quibus humores sunt aceruati multi, crassi, & crudi, qui propter uehementiam & acuitatem & copiam febrilis * caloris caput petunt: hos deinde in adenibus aurium deponit natura, unde Parotides, quas uocant, exoriuntur. Verum enimuero non erat in hoc statu ea humorum affluentia: & qui constiterant ad aures tumores, quia materiæ erant spirituosæ, statim digesti sunt. Patet ergo morbos ardentes in principium incidisse ueris, cum spirassent Aquilones: istas autem parotidas toto uiguisse reliquo tempore: sed erant moderatissimæ, ob causas nimirum quas recē-

A.l.4.f.1.t.2. c.9.454 b

A.l.1.f.2.t.3. lu.1.c.10.46.

sui, ut

A sui,ut homines ab ijs ὀρθοστάδην, id est recti affligerentur, hoc est ut illas absque dolore sustinerent obambulantes,ac solita munera obeuntes:neq;ut in morbis grauioribus,necesse haberent decumbere:etenim præter cętera,neq; insigniter febriebāt.Quòd si quis esset etiam ex illis calidior,non diu hoc patiebatur.In causa erat exuperantis,ut est dictum,natura humoris,qui maiore ex parte aereus erat & frigidus.

11 *Accidebant hæc adolescentibus,iuuenibus,adultis,atque præter cæteros luctatoribus,& athletis:mulieribus uero parum multis.*

Communis hæc causa in omnibus attendenda est decubitibus humorum,quam aliàs Hippocrates exposuit, humores calidiores in sublimiores partes corporis decumbere , frigidiores in infernas.Quando igitur dominans hoc statu humor subfrigidus esset aereusq;, ac mediam teneret naturam inter eos,qui facile ascendunt,& qui deorsum vergūt,ideo solis his in caput inuadebat,qui erāt aut propter ætatem,aut uitæ genus,temperamento calidiore. Nec præterit nos, adolescentulos ob ætatem esse,non ob uitæ sortem calidos,ut etiam adultos: qui vero in palæstris ac gymnasijs uersantur,hos ob uitę institutum. Quo sanè pauciores infestauerūt mulieres easque iuuenes,& natura calidiores,& quæ non uixerant,in ocio.

B

12 *Multi præterea infestabantur arida tussi,nihilq; excreabant,nec multo post raucescebant.*

Quæ nam tusses aridę sint,ipse aperit hisce uerbis,nihilq; excreabant. Hę fiunt autem, interdum exasperatis modo faucibus & gutture,nullaq; pulmone tenente affluentia humorum:atq; hi nihil expuunt,neque enim superflui habent quicquam,quod reijci,uel expelli oporteat.Aliæ etiam fiunt aridæ tusses ob intemperiem respirationi seruientium instrumentorum : at ne hic q̄dē est,qđ expui desideret : Præterea aliæ , ubi inhæreſcunt humores,qui euacuationem requirunt:qui quidem non excernuntur tamen duabus de causis: Vel ꝙ lenti sint & crassi,& pulmonis firmiter chartilaginosis infixi fibris,quas brōchos appellant Græci:quod in lateris dolorib⁹ (quos ἀπτύστους hoc est in quibus nihil expuitur,vocāt)accidit;uel ꝙ humor, q̄ à capite defluit, non aliter atque aqua,sit subtilis.Etenim prius hic per guttur & asperā arteriam delabendo in pulmonē fundit̄,q̄ à spiritu concitato per tussim subduci possit.Quod accidisse tū Thasijs uidetur, quorum esset ab austrino statu caput repletum,& hoc destillationem transmitteret omnib⁹
C regionibus thoracis:nam talem tum tussim fuisse,symptoma huius comes testatur:rauci inquit .n.qui eo modo tussirent,euaserunt.In causa humor erat destillans,a quo uocis instrumenta irrigabantur,ut in libris de uoce declaratum est.

13 *Nonnulli multo post,quibusdam testiculus alter,alijs uterq; cum dolore inflammabatur.*

Illius pars,qui in pulmonem decidit ex capite,pro eo ꝙ inter se consentiunt instrumenta , ad testiculos peruenit. Quaten⁹ autem cum genitalibus conueniat thoraci,in alijs libris tractauit. Cæterum quod in testiculos decubuit,erat id malignius,neq; iam primo illi simile,ut qđ in thorace diuturnitate computruisset. Rectè ergo erant testiculorum inflammationes cum dolore cōiunctę,neq; perinde,ut parotides a dolore immunes.Nam ꝙ aut alteruter,aut ambo testiculi humorum excepissent abundantiam,in causa erat copia illorum.Siquidem quibus paucus prouenirer,his in alterum:quibus amplior,in utrunq; impegit.

14 *Quidam febricitabant,quidam non.*

D

Qui tum abundabant humores,hos neque magnopere calidos esse,neq; nimium frigidos diximus:sed inter utrosque tum natura,tum temperamento intercedebant.Vnde pro ætatū,&naturarum temperamentis,uitaq; laborantium,alijs ad calidius inclinauerunt,itaq; febricitarunt: nonnullis quod a primo habuerant,retinuerunt temperamentum,febrem excitare impotens.

15 *Plurimis hæc laboriosa fuerunt.*

De omnibus,quæ commemorauit,hoc dixit:prædixit autem tusses,raucedinem,& in testiculum abscessus,& quosdam tenuisse illorum ēt febres.Hæc ergo,inquit,symptomata maxime ægrorū parti laboriosa acciderunt,hoc est moleste,neq; ut recti incedentes facile sustinerent, sed plurimi ipsorum decumberent, ꝙ longitudine temporis in dies collecta edcrementa euaderent etiam,atq; etiam acriora,atq; maligniora.Nanq; austrinæ tempestates,si diuturnæ sint,putredines inducunt,potissimum ubi sint humidæ:uerumquando hic status humidus non esset, diutissime nihil erat molestum corporibus:tempore uerò molestiam afferebat.Et hæc quibusdam de illis tandē euenerunt,quæ mox ab initio omnibus accidissent,si austrinus status humid⁹ fuisset.

16 *Cæteraquantum ad integri sine morbo degebant.* E

Bifariam dictionem κατὰ ἰητρεῖον scriptam in exemplaribus inuenias. In aliquibus, ut nũc est dictum, postrema syllaba per ο scribitur: in alijs per ω. Significat autem prior lectio ea, quæ i medica officina fiunt, altera quæ secundum materiam medicam: ut aut operibus, quæ in medica officina in laborantibus administrãtur, Thasii abstinerent: aut iis, quę per materiam medicã fiunt, in ijs, qui prædictis detinentur incommodis. Ex utraq; sententia, & lectione apparet leuiter afflictos fuisse homines, dum duraret uer: q morbos, quæ parerent causæ, malignum haud dũ q ̄c quam haberent, quod diuturnitate temporis consecutæ sunt.

17 *At uerò ante ineuntem æstatem, per q̃ æstatem, & hyemem, multi, qui longo iam tempore* submarcescebant, ex tabe decubuerunt: quando etiam multis ambigentibus tum confirmauit.*

*ὑποφθεροφέροντ. al. ὑποτροπόμενοι. s. sustinebant, ut uertit interpres pag. 146. a & 151 b.

Quos dixit superius tussire q dem, excreare tamen in uere nihil, hos æstate ait, & secundum æstatem intabuisse, rem enarrans, q̃ cum ijs constat, quæ oculis conspicimus. Etenim quæ capitis destillationes tussim primo concitant hominibus & raucedinem, neq; tandem consistunt, alteram hæ tabis differentiam generant. Sunt. n. duæ eius maximæ differentiæ: una ex illis, quos caput demittit, fluxibus constat: altera quæ ex affectibus ipsius pulmonis proficiscitur, omnino que postquam expuitur sanguis, potissimum uase rupto: sępenumero etiam fluxione impleto ui scere hoc, alia de causa ex partib* alijs, non ex capite. Quòd si ergo a uere austrino in statũ æstas aquilonium sit mutata, non fuissent manifesti, qui a tabe clam exedebantur, neq; prorsus tabuissent. Quia uerò non modo in aquilonium non transit status austrinus, sed erat etiam nubilosa ferè æstas, idcirco capitis destillationes erant perpetuæ: ac destillantes humores omnes præcipue in pulmone computruerunt, ita ut iis ad meram tabem generandam nihil deesset. F

A. l. 3. f. 10. z. 5. c. 18. 171. f g

18 *Quibusdam autem cœpit primum: atque his uergebat ad tabem natura.*

Tabidos græce φθινώδεις appellant ueteres medici, qui morbo tabifico, quam etiam φθίσιν uocant, sunt opportuni. Tales* planissimæ sunt, qui adeo sunt angusto thorace & restricto, ut a tergo in morem alarum promineant operta scoptula: unde etiam hos πτερυγώδεις quasi alatos uocant. Præterea quibus caput facile impletur, quodq; sp̃s organis multas destillaiones demittit, hi facillime tabescunt. Hęc si ambo in unum coeant, & thoracis figura, & capitis imbecillitas, sunt eiusmodi quidem naturæ semel tabi obnoxiæ, ambabus* naturę de causis. Etenim hi quorum caput ad pulmonem mittit fluxiones, diuturnitate temporis fiunt tabidi, ac in pulmone fæpe rumpitur illis uas, propter uisceris angustiam, & infirmitatem. Habes de tabidis. Quia uerò dixit Hippoc. quando etiam multis ambigentibus, tum confirmauit. i. æstate: ac deinde subiicit, quibusdam autem cœpit primum, atq; his uergebat ad tabem natura, mihi parum uidetur eius oratio consona rationi: nam erat multo probabilius tales uere, q̃ æstate, incipere, q qui accommodati sunt, ut certis incommodis facile capiantur, citius isti in eos incidant, ac imparati. Videtur igitur, ut etiam in alijs locis horum librorum de uulgarib* morbis, ordo esse inuersus orationis, lapso eo, q hæc primus descripsit, neq; errato postea emendato, & item quoq; huic loco accidisse, ac orationis hæc esse series, quando etiam multis ambigentibus tum confirmauit, quibus uergebat ad tabem natura, ac deinde: Quibusdam autem cœpit primum. Postea. G

A. ibid. g

*φύσεως. s. naturæ: sed forte φθίσεως. s. tabis

19 *Mortui uerò multi sunt, & plurimi de his, & illis qui decubuerunt. Atque haud scio, an uel mediocri quis tempore uitam produxerit.*

De tabidis. s. nam id intelligendum est: siquidem in hunc modum est totum hoc scriptum caput. Nam uel iam quæ subdidit omnia, sunt communia tabidis: quod perspicies, si Hippocratis dictiones attendas: auspicaborque ab hac, quæ mox adscripta est. H

20 *Interierunt celerius, quàm talibus esset consuetum.*

Tabidos inquit solito uitam finiuisse celerius. Cuius mox ipse causam subiungit, ubi ait, febres horrificæ, continuæ, acutæ, id enim præter consuetudinem tabem comitatur, quod tum uidetur accidisse. Causa est, cur hæc ambe congruerent tabes, & eiusmodi febris, q status esset antecedens ad corpora affecta comparatus. Siquidem dixi paulo ante, qui calidiore erant temperamento, illos in primis laborasse ex destillationibus capitis: horum nãque caput præcipue erat in austrina tempestate repletum. Quibus ipsis longius protracto nebuloso statu, usu uenit ut humores, qui in corpore essent, putrescerent: unde malignitas extitit febrium. Quòd si quibus minus esset calidum temperamentum, his neq; cõputruerunt humores, neq; caput repletũ est, extra paucos, idq; t p̃is diuturnitate. Nam quod citius patiuntur naturæ iniuriæ opportunæ, id cæteris

A teris tardius accidit. Neque satiè erat mirum, cum priori austrino statui æstas succederet nō austrina modo, sed nebulosa etiam, prouenisse hinc putredinem quandam humorum, uel in frigidioribus corporibus, nedum in calidioribus.

21 *Nam alios quidem, & diuturniores, & cum febre coniunctos, facile ferebant, nec moriebantur: de quibus iam scribemus.*

Alios inquit, morbos præter tabificos, de quibus ille uerba fecit, etsi essent longiores, & febrē haberent adiunctam, non tamen grauiter tulerūt. Cuius paulo superius causam diximus, quòd humor his non ita erat ex putredine redditus malignus.

22 *Sola enim, & præ cæteris maxime, qui tum uiguerunt, morbis, multos tabes peremit.*

Huius causa est non ita dudum dicta, ubi corporis temperamentum in culpa poneremus, quod morbis tabificis sunt correpti, febribusque malignis: de quibus sub hæc sermonē habet.

23 *Infestabant illos plerosque hæc incommoda, febres horrificæ, continuæ, acutæ, omnino non intermittentes. Modus erat semitertianus, uno die leuiores, altero grauius iterum inuadentes. In summa, in dies* B *acutiores euadebant.*

Plerosq; omnes tabidos, de quibus agebat, passionibus ait affectos fuisse, quas ipse deinde collegit. Atqui παθήματα (i. passiones, nos affectus uertimus) omnes uocant græci, quæ in corporibus nostris fiunt ṗter naturā. Præ cæteris autem meminit, febres fuisse horrificas. Quod qdem significat, per ascensum, & incrementum, quod uocant, accessionis, horruisse diutissime ęgros. Neque.n. quibus initio accessionis horrores incesserunt, isto appellauit nomine, sed quibus per totā propè accessionem produceretur symptoma horroris. Et fit bifariam, modo cū reduplicationes faciat intensio: modo hoc ipsum solum, inæqualem.f.ascensum. Diuersitas in temporis consistit quantitate. Nam, breuibus si interuallis a sese sint mutuo motus horrifici dirępti, inæqualis dicitur, & horrificus motus: sin ampliora sint interualla, fit illud symptoma reduplicatio, & dicitur. Hæc fit præcipue in semitertianis, ut uocant, febribus: quocirca ternæ plerunq;, & quaternæ sunt. Sed in cōmentationibus de febribus declarauimus, consistere semitertianā ex humore inæquali, qui partim amara bile, quæ acris est, partim pituita putrescente constat. Has itaque tum uiguisse febres horrificas dicit ob antecedentem statum, uti supra dictum est. Continuas autem eas nominauit, significans eas ad integritatem non desinere, quod quidem ipsemet interpretatē C his uerbis, omnino non intermittentes. Intermittētes.n. illas febres proprie appellat, quæ a vigore integritatem quandam præstant: at quæ remissionem habent apertam, nunquam corpus tamen præstant integrum, acutas has, & continuas uocat: quæ totum habent quidem circuitū, plurimum octonūm, & quadragenūm horarum, quantum etiam tertiana: sed ad integritatem nec ueniunt, & altero die mitiore alteram iterum afferunt accessionem: remissiorem illam quidem priore illa alterius circuitus, ac reduplicationibus carentem, cæterū, quæ ægre incalescat, & uix ad uigorem perueniat. Est præterea illius proprium, circuitus, qui primum consequūtur, neque inter sese æque acutos esse, neque perinde, ac primum, uerum usque ad totum morbi uigorem increscere in dies, intendique.

24 *Sudabant semper quidem, sed non toto corpore. Multum extremitates frigebant, ut uix calorem reciperent.*

Febrium malignarum esse hæc accidentia, in præsagiis didicimus.

25 *Alui turbata erant biliosis, paucis, meris, tenuibus, mordacibusq́, & frequenter desidebant.*

Excretiones ἀκρήτους.i. meras solet uocare planè biliosas: sin autem mistus cum humiditate D aquosa euacuetur talis humor, non iam merum appellat. Quin etiam hoc ipsum didicim⁹ de meris excretionibus. [quarum aperuit malignitatem in præsagijs, & de humoribus q tenues sunt, omnes esse inconcoctos, & vt concoquantur, robustam desiderare naturam. Mordaces porrò erant haud iniuria, ut quæ biliosæ meræq; essent. Præterea earum erat mordacitatis comes assidue desidere. Quo factum est, ut ex hoc quoque symptomate uires laborarent ægrotorum. in prog. cō. 1.t. 20. usque ad 24 4.199. f.g.h

26 *Vrina tenues, inconcocta, decolores, & pauca: aut crassitudine prædita, & paruo sedimēto, nec probe subsidentes, sed crudo quodam intempestiuoq́ sedimento.*

Et de urinis didicimus, tenues, decolores, & paucas, [uel crassas, & paucas,]prauas esse: quemadmodum etiam crassas quidē, sed quod subsideat, aut omnino nihil, aut parum habentes: qđ sanè ijs accidit, eo q parum bene subsideant. Hoc iam iis frequens febribus est, in quibus mult⁹ calor, & flammeus feruorem accendit quendam crudorum crassorumque humorum. Par igiē est in ijs, aut prorsus non esse: aut esse id, ut Hippocrates dixit: crudum & inconcoctum. [Cæterum de prauis sedimentis in præsagiis tractauit. in prog. cō. 2.t. 28.29 4.200.c

27 *Tuſsiebant, ac pauca, cocta, coacta, paulatim, uix excreabant. quos uerò uiolentiſsime urgebãt, his* E
minime concacta erant, ſed perpetuo cruda ſpuebant.

In tabibus malignisſimis, quibus proxima eſt mors, ſputa ne paululum quidem concoquuntur: in alijs uerò, quæ moderatè ſunt, & quæ in longius tempus extrahuntur, hac ipſa de cauſa commode concoquuntur humores in pulmone ſuperflui, excreanturque facile. Cæterum ii, q in præſentia tabeſcerent, iſtorum habebant nihil. Nam aut ſemel inconcoctum expuebant: aut coctum quidem, paucum tamen, & quod paulatim uix excreabatur. |At meminit in præſagiis huius ſputi.

In prog. com 2. t.45 4 202. c

28 *Pleriſque horum fauces aſsidue à primo dolebant, & cum inflammatione rubebant. deſtillationes paruæ, tenues, acres, ſtatimq́; liqueſcebant, ac affligebantur.*

Simul ut ſymptomata, quæ ad tabeſcentium conſpiciebantur fauces, prędixit, cauſam adſcripſit his uerbis, deſtillationes paruæ, acres. Nam quia malignæ erant deſtillationes, quæ a capite manabant, dolebant fauces: q uerò ab iis uellicarentur, ruborem, & inflammationem habebãt. Quia uerò ipſa etiam calida erat deſtillatio, non mirum in Thaſo, ſi præ cæteris tabeſcentibus, F
qui ita haberent, ad extremam deuenirent gracilitatem.

29 *Cibos quoſuis perpetuo faſtidiebant.*

Appellant græci appetentia carentes, qui cibum non ſumunt, ἀσίτους: qui uerò oblatos faſtidiunt: ἀποσίτους. Conſtat autem hoc faſtidii ſymptoma tabidis accidiſſe, eo q deſtillationis, quæ fauces, & pulmonem infeſtabat, pars aliqua in uentrem deflueret.

30 *Non ſitiebant.*

Non*ex malignitate deſtillationum, quas appellauit ipſe acres, hoc tabeſcentibus ſymptoma accidit. Quo factum eſt, quantum equidem iudico, † ut cum fuiſſe illas Hippocrates nouas, & abſurdas indicare uellet, aſcripſerit, non ſitiebant. Eſt.n. maximæ ſignum malignitatis, ubi, calida & adurente ſebre, aut fluxione delabente in uentriculũ acri, non ſitiant. Atque hoc ſymptoma, partis uirtutem ſentientem, deperditam indicat, & extinctam, ſiquidem particulę affectus non ſentit.

† Clarius, ut cum rei nouitatem (hoc eſt τὸ παράλογον) indicare uelles Hippoc. aſcripſe it. uide hunc modũ loquendi in lib. de comate c. 2

31 *Plerique circa mortem delirabant: ſed de tabidis hactenus.* G

At ne hoc quidem accidere alijs tabeſcentibus conſueuit, ſed quæ erat ſebrium tum uigentium malignitas, huius ſtatus morbos comitabatur.

32 *At uero æſtate iam & Autumno febres multæ continuæ, non uehementes, diu quidem tenebãt ægrotos, qui cætera minus incommode habebant.*

Nam ante etiam retulit, unam fuiſſe tabem exitialem, noſque adiunximus cauſam. Ergo conueniunt cum illis, tum quæ hic agit, tum quæ ijs ſubdit, ubi ſic ait.

33 *Plurimis erat aluus turbata ſine moleſtia tamen, & prope nihiloffendebat. urina item plurimis boni quidem coloris erat, & pura, ſed tenuis, & poſt tempus circa iudicationem concocta.*

Et teliqua, quæ de urinis in medium attulit. Nam, ut quæ de tabidis nuper recenſuit, erant maligna, ita quæ tunc dicuntur, admodum ſunt moderata.

34 *Non ualde tuſsiebant: neque difficultatem, quæ tusſi excreabantur, præbebant: nec ſolum cibum non faſtidiebant, ſed etiam ualde licebat offerre.*

Eorum, qui hunc librum ſunt interpretati, maxima pars, hoc eum loco ad tabeſcentes autumãt tranſijſſe. Ego uerò adhuc de cęteris cenſeo, de quibus diſputat, febribus hũc haberi ſermonem. Qui.n.eũ antea de tabeſcentibus dixit, eos perpetuo quoſuis cibos faſtidiuiſſe, hic iam dicat nec cibos ſolum nõ faſtidiebãt, ſed ẽt ualde licebat offerte? Cur ergo hoc loco ſcripſit, non ualde tuſſiebant? Nẽpe hoc eſt, quod iſtos adduxit in eam opinionem, ut hæc exiſtimarẽt dici de ipſis tabeſcentibus. Ego ſic ſtatuo, cum etiamnũ de alijs febribus fierent uerba, aſcriptum illud eſſe. Infeſtantur enim tuſſi, quæ incidit ratione ſymptomatis: non tamẽ tabidi omnino ſunt hi. Quare nihil habet admirationis, ſimul & cępiſſe Thaſios quoſdã febricitare in ante dicto ſtatu: & quia erat id temporis ipſum caput repletum, accedẽte ad ſtatũ ſebre, tuſſi eſſe moleſtatos. Sed nec erat hoc illis nimium moleſtum ſymptoma: nec quæ ꝑ tuſſim reijciebantur, negocium præbebant, neque enim hi tabeſcebant. H

35 *In ſumma, qui tabeſcebant, leniuſcule ægrotabant, non more tabeſcentium, à febribus horrificis parum exudantes, aliàs alÿ, ut quos inuaderent febres erraticæ: & in ſumma quos nunquam febres relinquerent, ſed inuaderent more febris tertianæ naturam referentis.*

Hoc

A Hoc rursus capite præcedenti annexo, multo magis adducti sunt interpretes quidam superiorem etiam orationem de ipsis tabescentibus habitam. Verum nulla ratione ad eos referri illam potuisse, planum est factum, cum ostendi fastidiosos ab eo uocatos esse tabescentes, non fastidiosos, hos. Sequens oratio, quæ nunc nobis proposita est, duobus modis exponi potest. Primo, ut hoc modo dicamus. Sed faciam ut repetant superiorem orationem, ac mox huic aptem, una ei syllaba, quo euadat clarior, interserta. Non ualde tussiebant: neque difficultatem, quæ tussi excreabantur, præbebant: nec solum cibum non fastidiebant: sed etiam ualde licebat offerre. Nã in summa, qui tabescebant, leuiuscule ægrotabant, non more tabescentium. Verisimile est autẽ hoc pacto illum dixisse de ijs, qui alio modo febricitarent, scribentẽ commune symptoma morborum habentium comites tusses, & non ipsorum tabescentium. Nam uidetur sermonem de tabescentibus habitum, retractasse, ut in memoriam reduceret differre hosce ægros, de quib' nũc agit, ab superioribus illis tabidis. Etenim eadem illa hic commemorat iterum symptomata, quę nuper retulerat. Atq; hanc quidem unam afferas* causam hoc loco sermonis de tabescentib' repetiti. Altera est, quam sæpe, & multis in libris accidere scimus. Siquidem cum interdum super B eadem re dupliciter scribamus, ut sit altera scriptura in contextu, altera in alterutro margine, quò per ocium expendamus, & iudicium faciamus de altera, qui primus descripsit librum, utrãque scripsit: quod deinde, quia admissum non animaduertimus, nec emendauimus erratũ, postquam in multorum manus uenit, mansit incorrectum.

* παραμυθίαν. i. consolationẽ, seu excusationem.

36 *Iudicabantur autem, quibus inter hos breuissimi essent, circa uigesimum diem, plurimis circa quadragesimum, multis circa octogesimum. nonnullos ne sic quidem, sed erratice, & citra iudicationem, deserebant: quorum plurimi non diu à febre intermissi repetebantur, atq; hi a recidiua ijsdem circuitibus iudicabantur: multis uerò sic producebantur, uti sub hyemem languerent.*

At qui erant isti, quorum ait iudicatum esse morbum ad uigesimum diem: nempe reliqui ægroti, de quibus faciebat uerba, ut ego sentio, non tabescentes: cui assentiuntur, quæ consequũtur omnia. Etenim quibusdam de illis ad octogesimum diem ait esse extractum morbum: atq; alios erratice, & citra iudicationem deseruisse: & ad hos ipsos plurimos redijsse, quas quidem febrium recidiuas ijsdem iterum circuitibus iudicatas fuisse: ac non paucis horum in hyemem morbum esse protractum. Hæc sanè omnia cum superius dictis planè conueniunt, ubi dixit: At uero æstate iam, & autumno, febres multæ, continuæ, non uehementes, diu quidem tenebant ægrotos: qui cætera minus incommode habebant. Hæc cum ijs symptomatibus congruũt, quæ C hoc loco ille recenset: quæ uerò de tabescentibus adduxit, non assentiuntur: quod perspicies, si tecum partem eorum, quæ de his tradidit, animo reuolueris, cum ait, interierunt celerius, quàm talibus esset consuetum, quod ab eo de tabidis pronunciatur, quos ait esse celerius mortuos. At de ijs, qui aliter laborarent, statim post hæc in hunc modum scribit: nam alios quidem & diuturniores, & cum febre coniunctos facile ferebant, nec moriebantur: de quibus iam scribemus. Hæc igitur ijs concinunt, quæ proposito nunc nobis sermone de febricitantibus per autumnũ, & hyemem disputantur. Immo uerò, quòd prædixit, de quibus iam scribemus, alium autem, si a pręsente de ijs habito sermone discesserimus, ab eo scriptum de ijs producere nullum queam*, necessitas exprimit, de ijs qui alio morbo, non tabifico, affecti fuerant, totum hunc habuisse Hippocratem sermonem.

37 *Inter omnes, quorum fecimus mentionem in hac tempestate, solis tabidis lethalia acciderunt: † febricitantibus alia febre, nequaquam.*

† Al. quandoquidẽ alijs omnibus tolerabiliter: nec lethalia in alijs febribus euenerunt.

Eorum, quæ de primo statu ille fecit, postrema sunt hæc uerba: quæ nihil præcipiunt amplius, sed tantum ante dicta in summam colligunt: quod facere ille frequenter solet.

D

'GALENI IN LIBRVM PRIMVM A

HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS COMMENTARIVS SECVNDVS

ARGVMENTVM

Duæ describuntur tempestates, altera humida frigida, aquilonia & procellosa: altera frigida sicca,& secundum partem inæqualis.

SVperiore uolumine de mutua anni temporum conuersione dictum est. Expositum est prætcrea uniuscuiusque temperamentum natiuum : tum autẽ principii eorum,item ac finis, stata dies. Itaque uelut in memoria illis habitis,ubicunque præsens sermo interpretem requirat,exponam,comparãs: me non ad prorsus imperitos tantum,neque solum ad eos,qui multum profecerunt : nam omnibus erit is sermo mediocriter accommodatus. Ex aliis uerò, is qui extreme rudibus conuenit, doctis propter longitudinem F stomachum faciet: qui uerò his aptus erit, indoctis fit obscurus. Sed non debent in huiuscemodi commentariorum lectione acquiescere : uerum accipere aliud ab alio, atque alio, latius sæpe eadem poterunt,itaque, si atteudere animum uelint, aliquid addiscere boni.

TEMPESTAS SECVNDA.

1 *IN thaso ante Autumnum frigora non secundum tempus,sed repente, spirante multum Aquilone, & Austro,humids,præerumpentia.*

Autumnum dixi incipere ab exortu arcturi,qui antecedit æquinoctium autumnale. Eo tempore inquit,antea quàm oportebat,magna fuisse frigora.Nam hoc illi, non secundum tempus, & præerumpentia significat. Atque,non secundum tempus,anticipasse tantum indicat:præerũpentia autem,etiam cum pluuiis largis ea fuisse coniuncta.

2 *Hæc autem durabant usque ad Vergiliarum occasum,& sub Vergilijs.* G

Vergiliarum occasum finire autumnum,antea diximus:prætcrea etiam duos esse menses ab arcturo ad Vergilias:atq; unam esse significationem in aere ab arcturo,duas a Vergilijs ; alterã quando autumno hyems committitur,cum in fine sit:alteram,quando uer æstati. Arcturi autẽ mentionem non nisi solius ortus facere Hippocrates solet, qnandoquidem sub eo incipit autũnus,æstas terminatur.Diximus autem iam superius,de totius anni in quatuor partes diuisione, & de diuisione in septem:& æstatem Vergiliarum,& arcturi ortu circunscribi:atq; hanc esse diuisionis in septem totius anni quandam portionem, cum in duas secatur partes æstas, in tres hyems.Dictum etiam est,πλειάδα numero singulari græce dicas,an πλειάδας plurali, (quas nos Vergilias appellamus)nihil interesse.

3 *Hyems aquilonia.*

A Vergilijs,hyemis meminit,antumni esse Vergilias terminum clare innuens.Itaq; q̃ hyems illa fuerit,differentem eum attente audiamus.

4 *Imbres erant multi,largi,magni:niues:mista suda plurima. Atque hæc habebat omnia, frigora uero non admodum erant intempestiua.Iam uerò post brumale solstitium,& ubi fauonius spirare capit,aspera erat extrema hyems,aquilo multum spirabat,ningebat, pluebat multum & continenter, cælum procellosum,atque nubilum. Quæ durauerunt,nec remissa sunt ad æquinoctium usque. Ver autẽ frigidum, aquilonium,pluuiosum,nubilosumq́. Aestas non admodum fuit feruens,etesiæ perpetuo spirarunt. Mox circa arcturum spirante aquilone permultum pluebat.* H

Multas fieri pluuias dicimus aliquo tempore propter diuturnitatem,licet non largæ tum decidant.Appellamus etiam multas,si uel breui tempore incessant largæ:quæ quidem, & magnæ appellantur.Verum ubi quis continenter pluuias ait largas fuisse & magnas,ut Hippocrates scripsit,largas intelligamus,repentinas,uehementes,& breues:magnas uerò,neque repentinas, neque breues omnino,nec etiam diuturnas.Sed,quo omnia clariora euadant,nihil causæ est,quin paulo utamur narratione prolixiore.Fiat igitur subito admodum multa pluuia horas tres, aut quatuor,deinde mox cesset,largam hanc appellabimus : alia uerò paulatim incipiat,paulatim item increscat,atque ita fiat totum diem,& noctem : deinde a uigore, detrahatur paulatim de eius abundantia nonnihil sequenti toto die,postea consistat:eiusmodi pluuiam non largam, cæ
terum

Aterum magnam uocabimus. Ergo, quam narrat, hyems modo largas pluuias habuit, modo magnas per interualla, atque interea nõ raro erat sudũ: quippe hoc significat, quod est ab eo scriptum ψεκάδες τὰ πλεῖστα. Præterea hac hyeme niues ait fuisse, nec ascripsit, nec multas, nec paucas, ut quæ neutrũ admodum obtinerent, sed quæ magis consuetudini urbis respõderẽt: ideoq; ipse adiecit. Et frigora non admodũ erant intempestiua. Et reliqua, quæ sequuntur, omnia, frigidã fuisse & humidam eam hyemem testantur, ac pro eo naturaliter solam ipsam habuisse, atque adeo plus æquo fuisse huimidam. Iam etiam uer pluuiosum, algidum, & aquilonium fuisse dicit, præterea nubilosum: æstatem uerò quodam modo moderatam: Post hæc omnia, circa Arcturũ, spirante non nihil Aquilone, multum pluisse. Sub hæc totius tẽpestatis summam in oratione profert: cum totus fuisset humidus annus & frigidus, & aquilonius. Cœlum procellosum, nubilosumq;. Cęlum more uulgi appellauit aerem, qui supra nos est usque ad nubium regionem: illud uero quod appellant astronomi pariter ac philosophi Cęlum, à Lunæ regionibus incipit. Procellas autem (græce λαίλαπας) uentos repentinos, & uehementes uocamus, præcipue cum coniuncti sint cum pluuia larga.

B 5 *Cum totus fuisset humidus annus, & frigidus, & aquilonius, per Hiemem fere commode habebant: at sub uer multi, adeoq; plurimi laborabant.*

Demõstrauimus ante institutum esse Hippocratis, ibi incipere narrare tempestates, q̃ aeri acciderunt, ubi primum de naturali deflexerit temperamẽto. Neq; id ab re facit: qui cũ ambiẽtis nos aeris intemperie vulgariũ morborum instituit genera coniungere. Quando igitur est ab autumno exorsus, †utiq; eum præcedit æstas, illiq; succedit, qnod ipsi præit. Autumnus igitur frigidus & humidus, corpora, quantum ad anni tempora pertinet, secundum naturã habentia excipiens, tantũ aberat, ut mali attulerit quicquã, ut fortasse etiam quibusdamr eoporibus magno adiumẽto fuerit, q̃ tẽperamẽtis calidioribus & siccioribus æstate à iusta tẽperatura deflectere solent. Itaque his instar fuit medicimę autumnus, frigidum habens & humidum statum. Quinimmo ne hyeme quidem uulgabatur morbus explicatione dignus. Nam hoc inuit, cũ dicit, per hyemem ferè commode habebant, erat enim humidior quidem hyems, at frigidior nihilo, quã eius postulabat natura: quocirca agens de eius statu dixit, frigora uerò non admodũ erant intẽpestiua. Porro ibi primum morbos emergere oportebat, ubi plurimũ aer degeneraret, cũ dicat,
C uer autem frigidum, aquilonium, pluuiosum, nubilosumq;. Nã decet uer temperatum nõ frigidum esse, sicut nec nubilosum aut pluuiosum. Veris autem initium esse æquinoctium, quod hyemem sequitur, superiore commentario exposuimus, atque adeo ipse hoc sermone Hippocrates dilucide ostẽdit: qui cum dixisset, extremam hyemem fuisse asperam, ac deinde adiecisset, q̃ durauerũt, nec remissa sunt ad æquinotium usq;, postea ascripsit, uer autem frigidum, aquilonium, pluuiosum, nubilosumque. Age iam uideamus qui hoc sunt cœlum comitati morbi.

† Forte utique, & æstas quæ autumnum, & uer quod æstatẽ præcessit, suam ipsorum naturam seruauerunt.

6 *Primum igitur cæperunt lippitudines manantes, dolorificæ, humidæ, inconcoctæ: lemiæ paruæ, ægre multis erumpentes, plurimis redibant: tandem sub autumnum recesserunt.*

Quam ob rem uere morbi uulgares generari cœperint, supra est dictum. Cur autẽ lippitudines præ cæteris uiguerint morbis, si ei⁹ statũ memoria teneas, cognoscas: fuisse enim dicit frigidius, aquilonium, pluuium, & nubilo sum. Si quidem igitur à uentis tãtũ oculi fuissent uerberati, citra fluxionem eos lippitudines arripuissent: quia uerò multa erãt cõiũcti humiditate aquilonij uenti, rectè sanè manasse ait lippitudines, hoc est fuisse humidas, ut ab humido generatas
D statu. Dolorificæ erãt utrobiq;, & ubi cũ fluxione cõstarẽt, & absq; fluxione, ꝓpter frigoris diuturnitatem, cui profecto nihil ad dolorem oculis inducẽdũ deest. Nũc uerò auctos dolores esse par est, qñ frigus oculorũ cũ eorũ fluxione coniunctum esset. At inconcoctæ erant, & lõgo tempore durabant, tum propter humiditatem, tũ frigus: siquidem maturationem fluxiones, cum ab insito calore superantur, consequuntur. Atqui minore superantur negocio, ubi paucus sit humor, & minus frigidus. cũ autem multus est & frigidus, difficulter concoquuntur. Iam uerò naturalis animantium calor si sit calidus, humores earum superfluos celerius concoquit: sin imbecillus, uix lõgiore interuallo superior euadit, & uincere humores ualet. Quo magis, si q̃ fuerint curati, de integro inciderunt in illas: nam debilitatos quidẽ lippitudinibus oculos frigidus aer, aquilonius, & pluuius, nubilosusq; iure lædebat. Huiuscemodi lippitudinibus lemia ferè obuenit parua, ægre ob densitatem tunicarum, quam ex frigore contraxerũt aeris, erũpẽs. Quare toto uere necessario oculi deteriores euadebãt: æstate uero, quẽ cõparauerant, scirrhosa affectio ad cõcoctionẽ pedetẽtim deducebatũ: siquidẽ nõ potuerũt, qui longo tẽpore collecti sunt morbi, iiq; præcipue ab algoribus & humiditatibus, statim depelli. Merito itaque dixit Hippocrates oculorum incommoda esse autumno penitus sublata.

7 *Aestate iam & autumno lienteriæ & dysenteriæ, tenesmi, alui fluxiones biliosæ, tenues, multæ,* E *crudæ, & mordaces, non nullis etiam aquosæ. multis præterea effusiones dolorificæ, biliosæ, † ramentosæ, purulentæ.*

† *In quibusdã codicibus additur, καὶ ὑδατώδεις, i. aquosa.*

Non hi tantum morbi Thasios, & symptomata tentabant, sed & alia, de quib⁹ post hac agetur: nam uarie admodum ægrotabant, quod in diuersos incidissent morbos. Quare cõmunem rationẽ, quæ ad id conducit, quo non omnes, qui in ea fuerunt tempestate, ægrotarẽt, primo loco exponã: deinde ad singulos morbos descendam. Attendes omnibus in statibus ætatem & naturã cuiusq; hominis, ut sit ad statũ appositus: nam uel facile uel difficulter illi cedentem, uel modice ad illũ comparatum inuenies eum. Mox genus uitæ applicabis, atq; salubrem uictus rationem uniuersam statui ipsi aduersariã. Atq; ut uel facile, uel ægre corpus externis causis sit infori⁹, aut similis aut dissimilis ratio tẽperamenti in causa est, ut est sæpenumero dictum. Cum enim cõstet sanitas ex symmetria quatuor elemenrorum (siue qualitates, siue facultates velis appellare) humiditatis, siccitatis, caloris & frigoris: q̃dã corpora, naturæ, & ætates intẽperata sunt: quibus quidẽ similes tẽpestates sunt insalubres, & contrariæ ijs proficiunt: Temperatis corporibus salubres sunt temperati status, intemperatiq; noxij. Sed ut nullus est intẽperatus status commod⁹ F temperatis, ita nec nocuus perinde ut intẽperatis. Etenim status magnopere humidi & frigidi, corpora maxime lædunt intemperata humiditate & algore: Itidem humidi & calidi status tẽperamenta humida & calida offendunt: eadẽ ratione calidi, & sicci similia; quæ enim corpora iam prope sunt, ut tali morbo ęgrotent: ex propria intemperie coargunt. Quæ uerò contra sunt, ac aer, tẽperata, cum nullam iniuriam accipiunt, tum uerò multo efficiuntur meliora, cũ ab excessu uindicentur: cõtraria enim contrariorum remedia sunt. Proinde calidis & siccis tẽperamentis humida tẽpestas & frigida, pro eo quatenus ad contrarium cogit, atq; efficit temperamenti mediocritatem, commodo potius, quàm nocumento est. Atque id erat causę, quo minus ęgrotarent oẽs in statibus intemperatis. Quod qui cognoscat, applicando uictu contrario, corporibus sanitatẽ tuebitur. Nã humidus, & frigidus si sit aer, calefacienda corpora sunt maxime frigidiora & humidiora: quare exercitationes plurimæ his prosunt, & uinũ modicũ, quod calidiore sit natura, atq; aquam ferre possit, tum cibi calfacientes. Atque etiam uniuscuiusque quantitatem cum ex corporis, tum ex cœli cognoscemus tẽperamento, si quatenus de optimo temperamento diuerterit alterutrum, cõsideremus. Nã pro diuerticuli magnitudine, uictus est etiã mutãda quantitas: ut quod longissime discesserit ab optima tẽperatura corpus ad humiditatẽ, & frigus, G hoc plurimũ nos in hoc statu & exicabim⁹, & calefaciemus: quòd si mediocriter ad id, absurdũ sit omnino huic idem facere, sed portione. Itaque siccis & calidis corporibus multo minus victus adhibendus est uehementer calidus & siccus, nã id sua spõte obtinent. Hoc autem duntaxat obseruandum est, quatenus aer deflexerit à iuxta tẽperamenti mediocritate. qui si parum, omnino non est committendum nobis, ut mediocrem victus rutionem corporibus calidis & siccis immutemus: sin amplius, sat erit mediocriter mutasse. Hæc quisquis perspexerit, generandi morbi cuiusq; in quacunq; tempestate causas obseruabit. Quintus uerò, dum it inficias cum Empiricis, non posse eorum, qui sic existunt, affectuum cognosci causas, refert autem eas ad unã experientiã, cõuenientium inuentione præsidiorum deficitur: etsi uel ob id ipsum generatio morborum uulgariũ sit cognitu utilis. Itaque præsens cœlum inspiciamus, ac primo repetam⁹. Fuit hoc, uti significauit Hippocrates, humidum & frigidum, ab autumno ingressum; quæ causa fuit, ut ipso in autumno & hyeme proxima, haberent Thasij mediocriter. Sed uere quando hoc etiã frigidum fuit & humidum, omnium primi oculi laborarunt, quòd non solum esset aer humidus & frigidus, sed & antea fuisset procellosus. Oculos ergo cum frigidi ferirent uenti, non mirum sanè erat, si ante partes coporis cæteras laborarent, pro natura causæ efficientis. Itaque non temere fluxiones eos humidæ & frigidę corripuerunt. At uerò quia non deuenit ad extremam H status humiditatem, idcirco nullus aliorum affectuum quisquam, qui dominante tali statu in aere apparere solent, est consecutus, apoplexias dico, conuulsiones, palpitationes, tetanos, peripneumonias, lateris dolores. Verum postea, humoribus iam ob nimiã in corpore moram putrescentibus, morbi cum corruptione plethorici prouenerunt. Etenim frigidę causæ cutem constipantes, humores prohibent digestione: tum autẽ humiditas aeris non modo non remouet à corpore quicquam, sed adijcit. Quę cum unà in hac tempestate ambo fuissent, superfluitas est in ægrotantium corporibus congesta non eadem omnibus. Nam quibus erat in corpore excrementum biliosum, hoc non digestum, creauit affectum biliosum: qui pituitosum, aut melancholicum, aut sanguineum, continuo humoris erat non euacuati affectus similis. Atqui cum tale excrementum corrumpi in corpore & putrescere solet, alios in alios incidere morbos consonum erat. Cui accedebat non omnium corporis partium similis status: quippe huic infirmius iecur erat, illi lien, alij uenter, non nulli intestinum, alij aliud. Quare cum ex ualidioribus excrementum partes exciperent imbecilliores, consequebatur pro natura membrorum ex Thasijs alium

aliter

A aliter laborare. Unde dysenteriæ, tenesmi, fluxiones alui, lienteriæ, fluentibus superfluitatibus in intestina, extiterũt: urinæ difficultates, in uesicam deflectentibus: uomitiones, ad os uentriculi peruenientibus. Cæterũ p aeris frigus hæc quidē intro in corpus irruperunt. Aestate uerò corporum tpamentis calidioribus, & internas partes robustiores obtinētibus, sudores par erat citos esse: atq; hoc quibusdam citra febres accidisse, cũ haud satis cõpurtuisset superfluitas: nõnullis ēt cum febre. Iam etiam temporis progressu uariæ febrium formæ extiterunt: nã & putrescentium erat diuersitas humorum. Nec.n. ab aere erant generati, cæterum coaceruati.s. q frigidus esset, non calidus status: ut, cum sua ipsius ratione corpus excalfacit Canis ort⁹, semper solent uigere febres ardentes. At nunc quidem non ab ipso statu istud præcipue accidit, immo uerò qa constipatio intercedebat cutis. Habes malorum compendium, quæ in præsentia uulgabantur. Nunc ad singula conuertar, simulq; uerba Hippocratis, sicubi obscuriora sint, interpretabor.

8 *Stranguriosæ non nephriticæ, sed his alia pro alijs.*

B Et per sedem excretiones fiunt prauæ sæpius, cum liber quidem ab affectu uenter sit, per eũ uerò purgetur totum corpus, aut abscessus in illo fit ab effluxione aliqua. Nam uult Hippo. ipse non solum decumbendo, sed etiam efsluendo fieri abscessum. Ita etiam per renes nonnunquam & uesicam nullo illos laborantes suo affectu, repurgatur totum corpus: quemadmodum in hoc accidit statu. Quam ob rem in progressu sermonis dicit ad uerbum: solum uerò bonum maximumq; inter signa quæ fiebant, quodq; multos maximis periculis liberauit, hoc fuit, quibus ad stranguriam diuerterent, & in hoc abscessus fierēt. Atq; id ipsum est, quod hic commemorat, nõ nephriticæ quidem, sed his alia pro alijs, etenim totius corporis excrementa in renes, & uesicã defluxerunt: atq; ita excretiones sunt nephriticis excretionibus assimiles consecutæ. 2.Epid. [illegible]

9 *Vomitiones pituitosæ, biliosæ, & ciborum inconcoctorum reiectiones.*

Ex humorum exuperantia, quæ intrò uergebat, quod ad sedem defluxit, fluores alui, tenesmos, dysenteriam, lienteriamq; concitanit: aliud excretionem per renes, & uesicam habuit. Iidem iam superfluitas in supremum fluxit uentrem: ac innatãs, per uomitiones est reiecta, ita vt naturis pituitosis pituitosa esset uomitio, biliosis biliosa. Est.n. dictum, congesta per statum superflua fuisse, a se inuicem qualitatibus pro naturis corporum distincta. Neq; certe mirum, si incon C coctos cibos uomitione reijcerent, humoribus in uentrem pituosis, & biliosis confluentibus.

10 *Sudores.*

Quibus, inquam, multum per cutem effluxit, id temporis ualebat excrementum huc reiicere natura, itaq; sudarunt hi.

11 *Omnibus undequaque multus plados, (.i. nimia humiditas.)*

Superfluam humiditatem πλάδον uocare solet. Cum igitur alijs aliter, ac quibusdam multifariam collecti longo tempore humores euacuarentur, ob id merito dicit: omnibus undequaque nimia humiditas.

12 *Multis hæc accidebant rectis, & febre liberis: multis uerò, febricitantibus, de quibus iã scribemus.*

Quibus coaceruata abundantia, aut quid biliosum, facillime putrescens, in febrilem conuersum iam putredinem fuerat, hi sunt statim febre correpti: quidam uerò non decubuerunt, aut D non prius in febres inciderunt.

13 *Quibus autem, quæ ante dicta sunt, cum dolore acciderunt, autumno iam, & sub hyemem tabidi fiebant.*

De altero.s. autumno loquitur, hyemeq; altera: quandoquidem de priore supra dixit in hũc modum: per hyemem ferè commode habebant: at ante uer multi, adeoq; plurimi laborabant. Deinde iis, quæ uerè acciderũt, commemoratis, mox æstatis meminit: a qua alterius autumni, de quo in fine totius tempestatis dixerat, statim uerò circa arcturum cum Aquilone permultæ pluuiæ. At quos tabidos dixerit, parum constat. Nam solet eos, quorum quocunq; extenuãtur modo & tabescunt corpora, illo uocare nomine, nedum eos, quibus ob pulmonis exulcerationem totũ liquescit corpus. Et sic hoc loco, tabidos accipi ab eo est uerisimile, quorũ attenuarēt quocunq; modo corpus, nullo certe de pulmonis morbis uerbo prius facto. Nam cum neq; sanguinem ex eo prædixit esse reiectum, neq; fuisse peripneumoniam, neq; in uiscus hoc destillationem in uasisse, quæ causa sit uerisimilis cur existimes tabidos euasisse dicere eum ægros in pſentia ex pulmonis uitio? Veruntamen potuit certe, ut ad uentrem, & renes superfluitatis peruenit ex toto corpore portio, & in membra spiritus item decumbere.

14 *Febres continuæ.* E

Quod, sub hyemem, inter nouissimam orationem est & hãc dictum, alij illi, alij huic assignãt. Ego uero totum sermonem esse statuo hunc: & autumno iam tabidi fiebant aliqui similiter hyeme. Iam uero etiam continuæ febres, & autumno uiguerunt, & hyeme. At constat alterius illũ hyemis non conscripsisse statum, ut quæ proprium hyemis temperamentum conseruasset. Itaque didicimus, quibusdam temporibus anni per accidens prouenire morbos, quæ nihil ipsa affecta, offensiones exceperunt priorum.

15 *Et eorum paucis ardentes.*

Non propria tempestatis ratione ardentes inciderunt febres, sed per accidens, ut supra commemorauimus, quæ acciderunt. Quia impedita totius euaporatione corporis, illa quæ naturæ cuiq; prouenire excrementa solent, uacuatione prohibita, peculiares sibi morbos excitauerunt. Nam qui erant magnoperæ biliosi, hi quod naturæ illi erat solenne, in ardentem febrem inciderunt. Quo fit, ut postea de his dicat: ardentes uerò febres quàm paucissimos corripuerũt, & minime ex ægris hi laborauerunt. Neq;.n. calidus has, & torridus, squalidusq; generauerat status: multæ.n. uiguissent, & in multis, simulq; cum magnis dolotibus. F

16 *Diurna, nocturna, semitertiana, tertiana sincera, quartana, errantes. Singulæ autem ex iã descriptis febribus multos arripuerunt: ardentes uerò paucissimos, & minime ex ægris hi laborauerunt.*

Qua de re omni contigerit febrium generi in prædicto statu existere, ante dictum est. At dictio, sinceræ, quæ inter tertianam, & quartanam est posita, utrique uidetur tribuenda.

17 *Nec sanguis de naribus, nisi paucis, & admodum paucus erupit: nec delirabant: & alia cuncta erãt leuia.* A.l.4.f.1.t.2 c.42.4148

Habet hoc Hippocrates, ut obiter utilia præcepta doceat. Nã peculiaria morborum symptomata, quæ tum non fuerunt, hoc solet interpretari modo, ex eo quòd non acciderunt in præsentia, frequentia ea, ut esse doceat. Nam in germanis, ut ita dicam, ardentibus febribus, quia ob caloris copiam humores ad caput attolluntur, sanguinis fiunt eruptiones, & delirant. Nunc uerò, cum uera non esset ardens febris, optimo iure symptomata non habuit propria febrium ardentium.

18 *Iudicabantur his plerisq; stato admodum ordine, † ac intermittebant septemdecim dies.* G

†In septemdecim diebus, cũ intermittentibus.

Iam hoc qoq; ardentium febrium est illius status ptoprium, nõ commune cum alijs, quas uocant germanas, illæ enim ut febres habent uehemẽtes, ita siti etiam, & uigilijs, molestia, ac non nunquam cõturbatione mentis uexant. Quia uerò tũ sunt acutæ, ideo etiã celeriter decernunt. At febris ardens, q̃ in præsenti uulgabatur, ut mediocriter acuta erat, ac à dolorificis remota omnibus symptomatibus, sic nec certum habebat iudiciũ, sed quasi mediæ sortis, ut à repetitione iterum iudicaretur. Nam cum dicat, † ac intermitebant, præiudicatã quidem fuisse imperfecte, uerum à repetitione iudicatam iterum ostendit.

†cum intermittentibus.

19 *Nullumq; tunc febre ardente uidi mortuum, neq; in phrenitim incidisse.*

Nullus hac febre ardente perijt, q̃ esset moderata: cuius est ante dicta cã. Phrenitis uerò nõ uiguit, quia cum totus esset status frigidus, non replebatur ijs caput. Ostensum autem est consti tui phrenitidas, ubi cerebri calfiunt regiones.

20 *Tertianæ uerò febres numerosiores erant ardentibus, grauioresq;: stato tamen ordine à prima accessione in omnibus his quaternos circuitus habebant, in septem autem absolute iudicabantur, nullaq; harum recidiuam habuit.* H

In commentarijs de differentijs febrium, & de iudicijs, cum alia, tũ hoc declarauim⁹, ꝑpter flauæ bilis exuperantiam febres & ardentes & tertianas oriri: atq; hoc conuenire inter illas: locis verò, in quibus superfluus contrahitur humor, distare. Etenim si ardentes febres fint, ĩ uenis abundat, præcipue iecinoris & uentris: Tertianæ fiunt, cum in totius corporis carnib⁹ dominetur bilis flaua. Proinde spiraculis impeditis eorum, qui natura bilosa sunt, quantum bilis in carnoso congestum genere ante uacuabatur, in hoc statu non uacuatum, tertianas generauit ardentibus frequẽtiores. Nã hæ quidẽ nõ perinde trahunt originem ex biliosis retentis excrementis, sed calore in uasis & uisceribus aucto ab inflammato statu ꝑter modum calido: quo modo in ijs qui se plus satis exercitauerunt, fit, aut in magnopere sollicitis, aut qui multum apricati sunt, uel cibis sunt adurentibus usi liberalius, uel qui de his plurima uel omnia fecerunt & passi sunt. Verum præsens non erat nimium calidus status, quo minus corripuerunt multos febres ardentes, quin potius admodum biliosos, atque hos moderatissimæ: ac hos ipsos magis etiam febres tertianæ tentauerunt, q̃ pristini impediti effluxus erãt biliosorũ excrementorum. Quocirca merito accciderũt illis hoc grauiores quã ardentes, quo germaniores erant, & iudicia habuerũt sua.

Quartana

A 21 *Quartanæ uero multis ab initio ordine quartanæ cœperunt. quibusdam nec ijs paucis, ex alijs febribus & morbis abscessus in quartanas fiebant. atq; diu hos, ut solent, atq; adeo diutius tenuerunt.*

At ne hæ quidem ob statum per se ortæ sunt: sed, quia melancholicis naturis non vacuabatur atræ bilis affluentia, cõtigit in eiusmodi eos incidere morbos. Longius ãt produci accidit ob humidũ & frigidũ statum, in quo omnes causæ, quàm diutissime in corpore manent sine cõcoctione ac sine digestione. Tu uerò fac memineris, ut hic usurpetur rursus hoc nomẽ ab Hippocrate, cum dicat, abscessus in quartanas factos esse. Videtur non tantum abscessus quosdam per effluxionem appellare, uerum etiam cum alius transit morbus in alium.

22 *Quotidianæ uero nocturnæ ãt errantes multæ, multos diu exercitauerunt, tam rectos, quàm decumbentes.*

Hæc cum non modo ex humorum copia, sed temperamento etiam status prouenirent, nõ mirum si multæ, & multos detinuerunt. Siquidẽ status humidus & frigidus, ut hyems, pituitosum generat humorem: ex quo generari quotidianas docuimus febres. Errantes diuersorum humo-
B. rum soboles esse ostensę sunt. Nec quicquam habet admirationis, si hæ febres longę fuerint, ubi status humidus esset frigidusq;, & eo magis concoctione prohiberet humores: quæ alioqui propter frigus diuturnæ atque concoctu difficiles essent.

23 *Horum plurimos febres sub Vergilias & in hyemem usque comitabantur.*

Constat non harum eum meminisse, quæ in hoc erant statu, uergiliarum, sed earum quæ post alterum statum in secundo erant anno, uti supra diximus. Nam scripsit in fine illius status: Mox circa Arcturum cum Aquilone per multæ pluuiæ. Ac loquitur postea, quasi ad naturalem iam statum ordo sit temporum anni reuersus, tum reliquum totum quod excepit Arcturum, tum quod hyemem. Quo factum est, ut quæcunque essent prioris reliquiæ status, cõcoctæ sint autumno, & hyeme nullus iam Thasijs reliquus esset morbus.

24 *Multos conuulsiones, & maxime pueros, ab initio tentabant, & febricitabant, febribusque conuulsiones succedebant. Erant hæc plerisque diuturna & innocua, præter eos, quibus etiam alia cuncta pernicialia essent.*

Cõuulsiones fiebant, quod frigidus esset humidusq; status. Pueri ãt propter neruosi generis infirmitatem, conuulsionibus sunt opportunissimi: quo facilius etiam paruis de occasionibus hoc ijs
C mali accidit, minusq; est periculosum. At dicit à primo statim quosdam cõuulsionibus fuisse affectos: aliquos uerò ubi pręcessisset febris, utcũq; scilicet ad alterutrum cõparati illi essent, qui cõuulsionibus & febre arripiebantur. Nã ad quod quisq; erat paratior, hoc prius inuadebant: cui successit alterum. Atque conuulsiones non iniuria diuturnæ erant, cum secundus autumnus iterum, de quo in fine scripsit totius status, humidus esset & frigidus, atque aquilonius.

25 †*Continuæ uero febres omnino nunquam intermittebantur, sed inuadebant omnes more febris naturam tertianæ referentis: & uno die aliquantum remittebantur, altero ingrauescebant. omnium erant, quæ in id tempus inciderunt, uiolentissima, longissima, laboriosissimaque: Lenes à primo, de cætero in totum semper increscebant: ac decretorijs diebus accedebant, ac peiores inuadebant: aliquantum remittebantur, citoque rursus ex intermissione uiolentius incessebant: diebusque decretorijs multo deteriores reddebantur. rigores autem omnibus inordinate & erratice fiebant, ac paucissimi his minimique: in alijs uero febribus maiores.*

†Clarius. Quæ uero continuæ quidem interim erant, & nihil intermittebant, inuadebant autẽ omnibus more febris natu am tertianæ referentis, uno die aliquãtum remissiorem habentes, altero inuadẽtes, omnium erãt &c.

Nisi ipse, quemadmodum febres quæ tum uigebant*, ordinatas accessiones faciebant, adscriberet, magnam nobis hæsitationem reliquisset, inuestigantibus, quasnã uocet τριταιοφυεῖς id est
D tertianæ naturam referentes. Sed cum dixit, more febris naturam tertianæ referentis, nulla restat de re quæstio, sed de significato huius nominis τριταιοφυοῦς. Huic autem coniungitur, quid significet tertiana, & semitertiana: tum utriusque differentia, syncera tertiana, & non syncera, sed aliquantulum remissa, aut magis aut plurimum: quousque producantur harum singulæ: tum quæ magna semitertiana, quæ media, quæ parua. Agatinus certe integrum scripsit librum primum de semitertianis, dum, quid hoc denotet uocabulum, interpretatur. Iam uerò, si uelim quæ de hoc nomine sunt à methodicis prodita, quæ postea ab Archigene non semel sunt, sed pluribus in commentarijs relata, simulque quæ bene uel male tradiderunt, disceptare, tria sanè uolumina uix capiant. Quatenus autẽ interest ad artis opera, disputaui iam in cõmentarijs de febriũ differentiis. Hoc loco satius est hoc febris genus, quod hoc statu dicitur fuisse, describere. Ipse igitur ait, altero die ingrauescere: altero aliquantum remitti, quod græce ὑποκουφίζεσθαι dixit. Quod quia uerbum cum præpositione ὑπὸ scripsit, aliud par est nos accipere significari à simplici dictione, ac à composita: à κουφίζεσθαι enim queas intelligere insignẽ denotari remissionẽ febris: ab ὑποκουφίζεσθαι moderatiorem. Veruntamen non distribuete, nec clare exposuit, utrum qui cum in modum febricitarunt, hos postridie altera inuaderet acessio leuior ea, quæ pridie: an

illa

illa perpetua, postridie remitteretur. Equidē cōtextum censeo innuere unam fieri tertio quoq; E
die accessionem, remissionem postridie. Addit rigores ipsis erratice fieri: quod denotat nō in singulis accessionibus, cæterum interdū, hosq; paruos. Iā & sudores paucos, & uero etiam frigus extremitatum tale, ut calfierent ægrè. Ex quibus omnibus liquet, crudis pituitosis putrescentibus humoribus talem existere febrem, admista ijs flaua bile. Ac quæ ex sola quidem eiuscemodi bile generaт, ei tertianæ nomen est: q̄ uerò parem assumpsit crudum humorem, exquisita efficitur semitertiana. Romæ illa incolis frequentissima, ut q̄ illius sit urbis familiarissima. Hæc quidem horrifica est, atq; cum reduplicationibus, quas uocāt, fit: accedens non tantum priori die, sed & postridie: quæ quidem accessio præcedente minor est, minusq; horrifica: tum repetitionē uel minorem, uel certe prorsus habet nullam. Nunc de ea quæ tertio quoque fit die, mitigat autem in his alterum diem, sermo habetur, quæ propinquior esse uidetur naturæ tertianę, accessionē iterantis, ac longius à semitertiana est remota: †multum enim interest, num inuadat postridie, an sine reduplicatione fiat. At enim paruus rigor parùm distat ab horrore: tametsi ne hūc q̄ dē perpetuo accessioni esse adiunctum dixit, sed erratice: nisi certe erratice de alijs dixit febribus, & nō de tertianæ naturā referētibus. Etenim cū minimos his, & paucissimos rigores ait accidere, horrorē indicauit: nō priuauit tñ penitus ijs accessiones. At uerò, quo hæc cognoscas, F
sic se res habet. Febris hæc iure τριταιοφυὴς idest tertianę naturam referens uocatur. Neque enim est semitertiana, ut q̄ secundo die nō inuadat, nec reduplicationes faciat: neque producta est, siquidem nunquam febris hominem relinquit: quare erat æquū huic tribuere nomen illis finitimum. Erat porrò rationis nullum instituere aliud nomen, ac τριταιοφῆ, id est tertianæ naturam referentem. At uerò deteriorem fieri ferè diebus decretorijs, tertianæ naturam referentiū est proprium, non commune omnium: nam in libris De diebus decretorijs didicim*, usu uenere istud morbis malignis. Aliquantulū remittebantur, citoq; rursus ex intermissione uiolentius incessebant. Si in memoria habeas, quæ in libris sunt de iudicijs dicta & decretorijs diebus, & differentijs febrium, nō est quod repetam: illic enim ea sunt explanata omnia, cuiusmodi est, quod hic dicitur, remittebantur. Sanè generantur istæ febres, nō ex succo uno, sed pluribus: quorum calidior febrem acutā succendit, statimq; discutitur: quæ dum corpus tenet, contingit frigidioribus corrumpi ac putrescere: itaq; iterum accedi ex illa remissione (ἐπίσχεσιν uocat) quod ē ueluti requie, & imminutione febris: atq; ista febris deterior euadit priore, uidelicet quòd uires à prioribus molestijs defatigatas offendat. Nam non obscurum est, si uel pari sit magnitudine, quin qui uiribus sunt infirmioribus, quàm qui sunt ualidioribus, magis molestabit. G

†magna. n. distantia est, non inuadere postridie, & sine reduplicatione fieri.

*ὑπ' αὐτῶν legēdum esse in Græcis cod. οὐδὲ παρατεταμένος τριταῖος .s. neque producta seu exiē semitertiana est, uide pag 39.g 119.d. 164.c

26 *Sudores multi.*

Sanè in alijs febribus conspecti sunt multi sudores. Potuerunt & alijs citra febrē ultijs, ut cōuulsionibus, accidere multi sudores ex collecta in corpore multa humiditate frigida, propter statum, quæ à conuulsionis ui expellitur. Cęterum quibus id dixit accidisse, hi, ut erat consentaneum, multum sudauerunt.

† Al. his autē minimus: quis tā tū aberat &c. & ita omnino legendum videtur, uide supra in hac eadem pag. e.

27 *†Has tantum aberat ut recrearent, ut etiam contra laederent.*

Has, inquit, febres, de quibus uerba fiunt, tertianæ naturam referentes, sudores comitabanē inanes. Causa in promptu est: nam attribuimus inconcoctis morbis nec prodesse sudores, nec signum esse bonum. Nam uel copiam denunciant humorum, uel uirium infirmitatem.

28 *Frigebant his multum extremitates, ac uix calor his reuocari poterat.*

Cum ob insignem inflammationem uiscerum in accessionibus calfactu efficiuntur difficiles H
extremitates, tum propter frigidorum multitudinem humorum: ut de utrisque in ante citatis commentarijs demonstrauimus.

† Al. Non uigiles erāt, omnino, maxime uerò hi.

29 *†Non dormiebant prorsus hi, & rursus comatosi erant.*

Rursus uigiles ait eos fuisse, ex parte potius, & non omnino: nec contrarietas magna est. Dicit enim ex parte comatosum quoq; symptoma accidisse, hoc est, ubi in somnum delabuntur; nec uigilantium queunt subire munera, ut ostendimus.

30 *Ventres omnibus turbati erant, & praui, at multo his pessimi.*

Humorum in uentrem fluente abundantia, ut ante dixi, par erat eum turbari. His itaque naturam tertianæ referentibus, de quibus hic disputat, ut præter cæteros morbos malignis, necessario etiam uentres deprauabantur.

31 *Vrina āt plurimis horū erāt aut tenues, cruda, de colores, ac tēpore nō nihil cōcocta decretorie: aut crassitudine*

A *crassitudine quidem prædita, turbata tamen nec consistentes, nec subsidentes: aut pauca, cruda, uitiosa, & quæ subsidebant pessima.*

Cuncta hæc in uniuersum, in libro præsagiorum docuit: quæ quidem etiam hic tanquam per exempla priuata fidem accipiunt. Quæ quando ante in præsagijs enarrauimus, non est q de con sensione horum cum illis, cum sit conspicua, dicamus amplius: nam ibi ostendimus, ea crudorum esse & inconcoctorum signa humorum.

32 *Tusses comitabantur†, sed quem usum uel detrimentum tunc afferret tussis, non habeo qd scribā.* Vbi humores nimij expurgantur, solent sequi tusses.

† *Additur in quibusdam exemplaribus τῶν πυρετῶν i. ipsas febres.*

33 *Itaque diuturna hæc erant molestaq;: & ualde inordinate & erratice, atq; sine iudicio plurima horum permanebant: quibusdam perniciose habentibus, quibusdam non, si quos autem eorum paululum desererent, statim redibant. Quibusdam autem, ijsq; paucis, circa* ° *octogesimum cum breuissime iudicabantur: atq; horum non nullos repetierunt, ut etiā in hyemem plurimis eorum morbus protraheretur. plurimos uero absque iudicio reliquerunt.*

° *Al. uigesimū. Vide ēt Gal. 2 de dieb. dec. c. 5. cl. 4. p. 153. d.*

B Nulli dubium est, quin secundam hic hyemem Hippocrates appellet, non etiam primam, quam in principio retulit totius status. Quos enim hic commemorat, morbi omnes altero potissimum autumno uiguerunt: deinde ineunte hyeme, quidam horum discesserunt, non nulli longius sunt producti. At uero quòd inordinati essent atque repeterēt, frigori id quidem, & copiæ morbos excitantium humorum, merito referendum est acceptum. Quo factum est, ut ex æquo ea etiam superstitibus euenirent.

34 *Ex æquo hæc ijs, qui superstites fuerunt, & qui non, acciderunt: multaque fuit acrisia in morbis, ea que uaria. ac maximum signum & pessimum ad finem usque plurimos persecutum est, quòd omnem cibum fastidirent, præter cæteros, quibus cætera quoque exitialia erant. sitiebant autem non admodum intempestiue in his febribus.*

2. apho. 33. ext. ord. 27. a

Mente constare, & oblatos cibos libentem admittere, optimum esse aliàs Hippocrates dixit in uniuersum, & hic singulari confirmat exemplo; Quòd porrò non perinde sitibundi essent, ni mirum abundantium humorum qualitatem est consecutum.

C 35 *Cum autem diu hæc curarent, multique essent dolores & mala colliquatio, his succedebant abscessus, aut maiores quàm ut ferri possent, aut minores quàm ut prodessent quicquam: sed statim redierunt, & deteriores euaserunt.*

A † *Additur ī aliquibus co di. manuscriptis & impressis ἀσιτίαι. i. fastidia. in aliquibus nō est, nec in Gal. explanatione.*

Vbi multa sit inconcoctorum humorum copia, abscessus fiunt: qui parui si sint, nihil conducunt: sin autem magni, uires ijs non sunt pares. Quòd autem etiam hoc loco uacuationes per effluxum abscessus uocet, proxima oratione clare significat.

36 *Quæ hos infestabant, hæc erant: disenteria, tenesmi, lienteria, & fluxiones alui: non nullos etiam aqua inter cutem, quæ uel hæc habebat adiuncta, uel non habebat†.*

Quos superioribus uerbis extitisse summatim ait abscessus, hic nunc sigillatim exponit. Superius diximus merito tales fuisse morbos, confluentibus in uentrem excrementis: dysenterias scilicet cum cruentis excrementis quocunque modo ortas: Tenesmos uerò, qui sunt tensiones uehementes ex ulceratione in recto intestino facta: Lienterias, quæ celeres sunt ciborum non mutatorum transitus. Fluxiones uentris uocat, cum sine dictis his affectibus deijciuntur & semper, & assidue humida excrementa. Aliquos etiam ª † in aquam inter cutem ait incurrisse, propter copiam humorum frigidorum & humidorum: hos quidem unà cum prędictis symptomatibus, illos citra hæc.

ª † *εἰς ὕδερον ὀξὺν. i. in aquam inter cutem acutam, hēnt Græci codices oēs, quos uiderim, interpres tamen dictionē acutam cōsulto etiam fortasse omisit.*

D

37 *Quæ autem ex his uiolenta erant, statim opprimebant, uel rursus nihil proderat.*

Qui procedunt morbi à concoctionis difficultate & copia crudorum humorum, nullum ab excretionibus consequuntur emolumentum. dixit enim multas quidem, & uiolentas cōfestim opprimere uires: at quæ tales non sunt, nihil iuuare: Quæ cum etiam duplices sint, nihil proficient, quæ concoctionem non habent adiunctam: †quia scilicet hi etiam multi relinquūtur, nihil commodabit absque concoctione quicquam.

C† *Al. quandoquidē etiā si multæ sint excretiones, nihil tamen conferunt, si absque concoctione eueniant.*

38 *Papulæ, paruæ quæ non essent excernendis morbis, statimq́; euanescebant: aut secundum aures tumores nigricantes, qui nihil denunciarent.*

De μελαινόμενα i. nigricantes, al. μὴ λυόμενα. i. quæ ni soluerentur.

Omnium, quæ tunc inciderent incommodorum erat caput, inconcoctio humorum. Quòd si quando per uim natura ad aliquos eorum excernendos aggressa esset, nihil proficiebat: immo uerò ab ijs superata, aut in profundum recurrere permisit, aut propter paucitatem excretionum abscessum moliebatur.

Quibusdam

39 *Quibusdam in articulos, præsertim in coxendicem decumbebant: paucis decretorie cessabant: Statimque superati ad priorem statum redierunt.* E

A† Græce mendose legitur καὶ ὀπισθάκια. Sed forte addendū εἰς ἄρθρα ut sic uertatur quodq; in primis ad articulos.

Quòd igitur abscessus, qui decumbēdo fit, maxime in diuturnis accidat morbis, † in primis ab illo docti in uniuersum sumus, & hic exemplo priuato testatum habebimus. Quòd uerò multa esset affluentia crudorum & frigidorum humorum, & inconcoctorum, ideo in maximum articulum mulus decubuit. Cæterum propterea quod essent difficilis concoctionis, non excernebantur. Qui sicui etiam discussi uiderentur, confestim redierunt. Scilicet hoc est, quod indicatur, † tumores cum ad cutem propellerentur, redirētque, ad priorem relapsi statum sunt. Etenim hoc significatur ab eo, cum dicit: Statimque superati ad priorem statum redierunt.

B ο ἐκκρίνοντο. i. excernebantur, sed ἐ ante quos ἐκρίνοντο. i. iudicabātur & sic etiam uidetur esse legēdum.

40 *Moriebantur autem ex omnibus, sed omnium plurimi pueri ablactati iam, & qui natu maiores essent, octennes & decēnes, & qui pubertatem iam attingebant. accidebant ijs hæc, non sine illis, quæ ante dicta sunt. superiora uero multis sine his.*

Cùm in hoc statu potissimum dominaretur humiditas, quippe quæ modum naturalem plurimū excesserat, minus erant obnoxij huic malo ab humiditate & frigiditate profecto, frigidi & sicci. Nā esse obnoxia magis corpora illis causis ostēdimus, quæ cognata sunt ipsarum intemperiei. F

C† tumores cū cessarēt facta sursum latiōe, redirentq;, ad priorem &c.

41 *Vnum uero bonum maximumq́; inter signa, quæ fiebāt, quodque multos à maximis periculis uindicauit, hoc fuit, quibus ad stranguriam diuerterent, & in hoc abscessus fierent. accidit autem plerisque strāguria in his ætatibus potissimum: item alijs multis, qui non decumbebant, & in morbis. Et subita his magnaque omnium mutatio fiebat. etenim uentres, & si forte humecti essent, statim magno modo sistebantur, cibosque omnes libenter sumebant, & post hac leuiter febricitabant. sed diuturna his strangurta, ac laboriosa erat.*

Dixerat etiam antea strāguriosa his & non nephritica symptomata accidisse, etsi communitatem quādā habeant, sed alia pro alijs. Nosq; diximus, ubi per renes excrementa purgantur totius corporis, urinæ illos stillicidium corripere, cum ob alia, tum præcipue propter cōfluentium urinarum acredinem: quæ etiam nunc in causa fuit. Tenendumq; rursus memoria est, hic quoque abscessus dicere illum in stranguriā factos, licet per effluxionem, non āt decubitum, de toto emanarent corpore infesti humores. Vt enim repurgatur non raro per uentrem uniuersum corpus, & item quoq; per renes & uesicam. Sed erat his stranguria diuturna, & cum dolore per strāguriā repurgabatur totū corpus. Has autem partes erat necessarium, per quas acres excernebātur urinæ, affici: quia uellicabantur scilicet, continuaq; excretione sollicitabantur: unde etiam in ipso urinarum transitu offendebantur. Eiusmodi autem symptomata ob excrementorum, quæ expurgabantur, copiam, longiori tempore illis perdurabant. G

42 *Erant his urinæ copiosa, crassa, uaria, rubentes, purulenta, cum dolore.*

Omnia hæc accidebant, quòd superfluitatem humorum uitiosorum totum corpus deponeret. Quo factū est ut saluarētur omnes. Cū autē uaria ea essent (uti superius docuimus, aliud enim alij abundabat) non mirum si uarietas quædam fuit urinarum, ut hæ omnes similes non essent, sed alijs aliæ.

43 *Atq; hi superstites omnes fuerunt, nec ullum horum perijsse cognoui. quæcunq; uera nō periculose.*

Quam ob causam omnes superstites essent, prædictum est: nam per urinas purgati sunt. Hoc autem, quæcunq; uerò no periculose, quidam sequenti orationi præponunt, ubi hoc interpretabimur post secundum statum. H

44 *Maturationes excrementorum omnes undique tempestiua aut bona, & decretorij abscessus considerandi sunt.*

Sunt qui finem prioris status constituant huius narrationis initium, ut talis sit: quæcunq; uerò nō periculose maturationes excrementorum, omnes undique tempestiuæ aut bone, & decretorij abscessus considerandi sunt. ut orōnis hic sit sensus: Quicunq; uerò sine periculo exoriuntur affectus, in ijs animaduertendæ concoctiones sunt. At nihil tamen causæ est, quin per se proposita oratio legi possit, ut oratio illi semel de omnibus morbis, qui sinè maturatione sunt, in uniuersum habeatur. Concoctio enim quædam eorum, quæ præter naturam sunt, est ipsa maturatio morbi. At ipsa concoctio, in coquentis substantiam deductio quædam est eius, quod cōcoquitur. Ergo ubi corpus bene habet, cumq; ei, quod concoquitur, naturæ intercedit familiaritas cum concoquente, mutatio fit & alteratio totius concoquendæ materiæ, aut maximæ partis eius, minimumque superat semicocti. At uerò quando præter naturam affecta sunt (quod accidit, ubi, sint à natura immutātis & alterantis aliena) id quod assimilatur, paucum est, semicoctū uerò excrementum multū. Iam sicut in corporibus sanis concoctionem indicant excrementa,

non

A non secus in corporibus affectis indicabunt:Itaq; eorum, quæ in uentre coquuntur, deiecta per aluum excremẽta inconcoctionem,& concoctionẽ ex sua forma arguunt:eorũ,quę in pectore,& pulmone,tussi excreata:eorum quæ in cerebro per nares excreta:eorum denique quæ in uenis,cum urinis effluentia.Sed hæc in commentarijs sunt de facultatibus naturalibus declarata: atque in ijs libris,quibus de iudicijs egimus: præcipue autem in libris de temporibus morborum,in quibus concoctionis morborum indicia sunt descripta.Id ipsum hic quoque iubet Hippocrates facere,morborum considerantes concoctiones ex ijs quæ excernuntur.At in fine orationis quidam pro considerandi,scribunt,faciundi,sermonem esse nõ dignotionis,sed actionis uolentes,& curationis,consilijque.Si enim considerare iubet concoctiones,ad dignoscendum & præsagiendum pertinet oratio:sin autem facere,ad medendum. Iam maturationes efficere calfacientia mediocriter omnia obscurum non est,tum cibos,tum fomenta & cataplasmata:frictio item modica,& balneum,huius sunt generis.Verum istorum in libris est methodi medendi explicatus usus.Atqui non modo concoctiones par erat morborum respicere, aut facere ipsum,utrunque enim uerum est:sed abscessus etiã ex effluxione,id quod in primis est claborandum;aut abscessus ex decubitu in partes ignobiliores,nam alterum est hoc propositum,ubi abscessum per effluxionem assequi nequeamus.Quare siquidem ad uentrem excrementa
B contendunt,his præsto esse debemus clysteribus,qui eò attrahere ualent:adeoque ijs, quæ tota in victus ratione ad hoc conferunt:Sin autem ad renes,urinam cientibus:Quod si ad colon,acribus medicamentis illud,calfaciendo.

45 *Concoctiones celeritatem portendunt iudicij,securitatemque salubrem.*

Superiori capite quosdam dixi considerare concoctiones iubere:non nullos etiam facere:& utrosque finem orationis dupliciter scribere in enarrando:alteros considerare medicos,alteros facere.Equidem ex usu esse utrunque dixi medicos meditari. Itaque si,considerandi sunt,scriptũ sit, omnino comitatur id etiam facere:namq; æmulum Hippocrates pariter ac administrum vult medicum esse naturæ.Veruntamen in priore oratione,considerandi sunt,satius scribi planum fecit,cum dicat hic,concoctionem celeritatem portendere iudicij,securitatemq;salubrem. Non profecto,portendunt,dicturus,sed faciunt,si cõsuluisset ipsis medicis concoctiones efficere:sed istud quidem,ubi morbos curat,dat consilij:nunc in commentatione morborum vulgarium dignotiones illis & præsagia proponit:interim eadem opera medendi rationem generatim simul inouit,non tamen exprimit.Nam quòd simul innuat,liquet illud quidem. Etenim si, quæ probe a natura fiunt,uult imitari medicum,concoctiones autem naturæ opus sunt, clarum est eas celeritatem iudicij,& securitatẽ & sanitatem significaturas:tum uerò nos ijs uoã auxiliãdo,concoctiones affecturos.

Paulo inferius 51.

C

46 *Cruda uerò,& in concocta,atque in malos abscessus conuersa,aut acrisias,aut dolores,aut diuturnitatem,aut mortem,aut recidiuas,*

Vt fiunt concoctiones,natura causas noxias superante,ita nõn superante ,contraria. Itaque ei quod est in concoctionibus dictum,celeritatem iudicationis,aduersatur morborum diuturnitas:ei quod illic securitatem,repugnat acrisia,mors& recidiuæ:ei denique quod illic salubre,in communi quidem nunc dicta omnia,separatim uerò, dolores.Nam corpora sana,siue ἀπονίαν,siue ἀνωδυνίαν,siue ἀοχλησίαν, hoc est doloris carentiam,indolentiam,molestiæ uacationem appelles,proprium habent perpetuũ. At acrisiæ uocabulum bifariam in mentem mihi uenit ab illo usurpari:cum aut omnino iudicium futurum nullum,aut prauum fit:atque in utroque hoc significato sunt inconcoctionum morborum comites acrisiæ.Atqui meministis omnem concoctio-
D nem morborum fieri in alteratione humorum.Etenim protensa est per solida corpora natura, quæ illorum est uirtus,concoctionemque à solidis corporibus sanis humores consequuntur:nã si hæc ipsa ægrotent,in habitu iam hic est morbus,ac non nullos in extremum adducit discrimen.Curari autem prius nequit,q̃ suam uirtutẽ solida ipsa recuperauerint corpora:quæ in symmetria posita est calidi, frigidi,sicci,& humidi.Vnde ipsa etiam sanitas solidorum corporum in horum posita symmetria est:ut nihil interesse uideatur, bonam similarium temperaturam dicas sanitatem esse:an elementorum,ex quibus generati sumus,symmetriam. Verum qui morbis solidorum corporum mederi coueniat,in libris methodi exposuimus. Neque enim omnia ubiq; debeo persequi.Satis enim sit eorum, quæ sese obiter de curationibus consideranda offerunt, hic capita tantum annotare,quemadmodum in curationibus,dignotionum.Etenim quod uniuscuiusque est tractationis proprium,id decet omni ex parte elaborare:quod uerò obiter incidit, hoc indicare summatim.

47 *Qui autem horum erit potissimum,ex alijs considerato.*

Quorum fecit de arte præsagiẽdi mentionem,ea in opere de Prçsagijs tradidit.Nam singula quæ sunt commemorata,ex eo libro citata sunt,quem nos commentarijs tribus sumus interpretati.

a† Corrupti sũt cod. græci. Arbitror aũt hũc esse huius loci sensum. Præterea ante quam commẽtaria in librũ præsagiorum scripsissem, in libris de iudicijs explicauerã præsagia, & in pernicialibus, &c.

B in prog. com. 1.t.1.4.189.c

tati: Et ad finem ostendimus, libros uulgarium morborum sequi post præsagiorum librũ: a†Præterea esse scripta à nobis in illum librum commentaria, propter libros de Iudicijs, quorum sunt præsagia explicata & in pernicialibus & lenibus morbis: & quæ constituta sunt iudiciorum in unoquoque: & quæ iam bona iudicia, quæ uerò mala: ac firma: atq; non firma: denique de omnibus alijs, quæ ad præsentem speculationem pertinent. E

48 *Præterita dicito præsentia cognoscito, futura prædicito.*

Et in præsagiorum libro statim à principio dixit: b|Præsentiens enim & prædicens præsentia præterita & futura, quòd scilicet circa tria uersetur tempora præsagitio. Quod quemadmodum sit præstandum, per commentaria in illum librum scripta apertum est.

49 *Hæc meditator.*

Hoc loco μελετᾶν id est meditari, pro ἀσκεῖν idest exercere, dixit: alibi sæpius τὴν ἐπιμέλειαν, id est curam, uocat μελέτην id est meditationem.

50 *Exerceto circa morbos duo, ut prosis, aut nequid noceas.* F

Hoc ego tenue duxi aliquando, nec Hippocrate dignum: siquidem omnibus hominibus censui esse perspicuum, quòd debet spectare in primis medicus, ut ægris commodet: sin minus, ut certe ne incommodet. Posteaquam uerò non parum multos uidi claros medicos iure ob id reprehensos, quòd uel in mittẽdo sanguine, uel lauãdo, uel medicamento dando, aut uino propinando aut frigida, offendissent, cogitaui mecũ fortasse ẽt ipsi Hippocrati tale q̃d usu uenisse: necessario itaque multis etiam alijs eius æqualibus medicis. Atque exinde omnibus anteuertendũ duxi, ut siquando magnum afferam ægro auxilium, ante perspiciam apud me, non solum quantum profuturus sim, si ex sententia cadat, sed etiam nequid lædam. Nihil itaque unquam institui quin apud me prius periculum facerem, ne quid, si uotum non obtinerem, offenderem ægrum. Quidam vero medici perinde ac ij, aleam qui iaciunt, solent ægrotantibus remedia afferre, quorum affert offensio magnum ægrotis incommodum. Proinde ijs qui artem addiscunt, sat scio, ꝓdesse aut, non lædere, indignum uisum iri, ut mihi quõdam, quod ab Hippocrate literis mandaretur: at uero medicantibus jam, non dubito, quin eius uis appareat. Quòd siquando per uehementis medicamenti usum temerarium, perimi contingat ægrum, maxime tum sentient, cuius nunc Hippocrates uim ante oculos proposuit. G

51 *Ars his tribus constat, morbo, ægro, & medico artis administro: ægri est unà cum medico morbo reluctari.*

Tria esse uniuersa inquit, in quibus & per quæ curatio conficitur. Primus morbus, deinde medicus. Oppugnant sese mutuo, & ut ita dicam, inter sese depugnãt ac dimicant, medicus & morbus: Morbum enim studet medicus euertere: illi contra, ut ne sit inferior, propositum est. Terti9 est præter illos, æger: qui si quidem medico sit audiens & faciat imperata, socius in certamine efficitur huic, morbo hostis. Qui ab eo si desciuerit, ac quæ dictat morbus exequatur, duobus nominibus medico facit iniuriam, uno quidem, quòd destituerit solum, altero, quòd duos fecerit qui erat ante unus: enimuero duo necesse est, ut præstent. Porro aperte imperata facit morbi, deserto medico æger, ubi cum ei interdicat medicus frigidæ potione, ille à febris ardore adducitur, ut istud committat: itidem si lauet, aut uinum bibat, aut eiusmodi aliud, à quibus abstinere, eum uolebat medicus. Næ morbum ille scilicet augebit, faciundis ijs, quæ illi placent: atq; medicum prodet, faciundo quæ non uult. In multis itaque est exemplaribus scriptum, medicus artis administer, in quibusdam non artis, cęterum scriptum est, naturæ. Nihil tamen ad orationis totam sententiam interest. H

52 *Capitis & colli dolores, & grauitates, cum febribus, & sine febribus sunt.*

Hoc tituli uim obtinet, per quem recipit Hippocrates, quò capitis solent colli dolores atque grauitates tandem erumpere, ac quas habeant differentias, sub hęc dicturum. Proinde eum hoc agentem in sequentibus attendamus.

53 *Phreniticis conuulsiones.*

Conuulsiones inquit phreniticos infestant, capitis & colli permanentibus doloribus & grauitatibus.

54 *Sed & uirulenta uomunt & ex his quidam subito moriuntur.*

At demonstrauimus nos talia alui excrementa & uomitiones, ubi aduritur flaua bilis, fieri: quare subdit, subito quidam moriuntur, hoc est, statim à uomitionibus intereũt, ipsum cerebrũ scilicet eiusque membranas tenente phrenitide à flaua bile profecta. Quo minus mirandum, si

deficcatis,

A deficcatis his partibus, existant conuulsiones. Atque quidam simulatq; contraсti sint & uomuerint uirulenta, è uestigio agunt animam, Aliqui ob robur uirium unum superfuerunt diem aut alterum, aut tres, aliquando quinque.

55 *In Ardentibus autem, cæterisq; febribus, quos colli dolor, temporum grauitas, caligo oculorum, uel hypochondrij etiam contentio neque cum dolore corripit, his è naribus sanguis erumpit.*

Cum enarrarem librum Præsagiorum, de sanguinis eruptione, quæ ita fit, uerba feci, interpretans orationem cuius est initium: |Quibus tali in febre dolet caput & pro oculorum caliginib⁹ cæcutiunt, ac splendor obuersatur: & pro uentriculi dolore in hypochondrij aut dextra, aut læua parte, aliquid contenditur, neque cum dolore, neque cum inflammatione: sanguinis his e naribus profluuium pro uomitione expectandum est. At scripsisse illic de his illum absolutius si capita inter sese componas, planè uidebis. Tantum igitur erit hic à me adijciendum, eò quòd in præsenti capite scripsit Capito, Et hypochondrij contentio cum dolore. Neque enim recte negationem, non, detraxit, tum ob ueritatem ipsam, tum quòd in præsagiis dixit Hippocrates: | Cum in hypochondrii aut dextra aut læua parte aliquid contenditur, neque cum inflammatione, sanguinis his è narribus profluuium expectandum est. Est in enim impetus humorum in caput, hypochondrij sine dolore contentio, signum. Quod quidem si ei accedat dolor, inflammationem sequitur uiscerum. Quando uerò calore capitis sursum sanguinem trahente, & iecore, impellente contentio fiat, sanguinis est expectanda eruptio. in prog. com. 3. t. 33. 4. 211. a Ibidem. B

56 *At uero quibus totius capitis grauitates, tum autem cordis dolores, & fastidia sunt, biliosa post, ac pituitosa uomunt.*

« Hunc etiam sermonem his docuit uerbis in Præsagijs: | Sicui in febre non exitiosa, inquit, caput doleat, aut etiam caligent oculi, uel uentriculi huic dolor accesserit, biliosa uomitio imminet. Sin rigor prætereа apprehenderit, & subter hypochondrium partes algeat, adhuc citius uomitio aderit. Si uerò bibat edatq; hoc tempore, perquàm cito uomet. Si quibus horum cœpit dolor primo die, quarto affliсtantur magis, quàm quinto, septimo uindicantur. Plerique tamen eorum incipiunt dolore affligi tertio die, quinto laborant grauius, deinde liberantur nono aut undecimo. Quòd si quinto die eos dolor inuaserit, & alia in his antecedentibus respondeant, ad quartumdecimum morbus finietur. Hæc accidunt uiris & mulieribus potissimum in tertianis: minoribus natu accidunt cum in illis, tum uerò maxime in febribus continuis, & in germanis tertianis. Hæc oratio de ijsdem, quæ hic docet, in Præsagijs scripta est: quā nos in tertio, quem in illum librum cōscripsimus, commentario interpretati sumus. Quare cum exactius totū hunc sermonem in præsagijs uideamus scriptum, nihil est, cur eadem hic retractemus. Sin autem noui quid insit in hoc libro, id in sequentibus capitibus interpretabimur. Atque hoc memoria tenendum est, quod proprie interpretari uocantur, id circa orationes obscuras uersari: at nunc in terpretum instituto, per abusum etiam causarum, declarationes eorum, quæ dicta sunt minus clare, interpretationes appellamus: id quod & nos, morem, qui iam inualuit, consequentes, hoc loco facimus: etenim dictionem per se apertam ac nullum quærentem interpretem, componentes cum eo, quod ab illa significatur, causas aperte exponere conamur. Ibi. t. 30. 31. 32. 210. e g h C

A. l. 3. s. a. c. 5 113. 6 57 **Pueros ferè in eiuscemodi incommodis conuulsiones potissimum corripiunt.*

Pueri propter infirmitatem simul ac molliciem neruosi generis conulsionibus sunt opportunissimi.

D 58 *Eadem etiam mulieribus accidunt, tum ab utero dolores.*

Quæ ante diximus, accidunt omnia fœminis iuxta atque maribus, quatenus & homines sint, & omnia habeant eadem ac uiri membra. Quatenus uero eximia illis pars uterus suppetat, haсtenus huius etiam morbis corripiuntur, ac præcipue in quibus stomacho consentit.

59 *Natu maioribus autem, & quos iam calor deficit, paraplegia, aut insania, aut cæcitates.*

Sermo illi de his erat, q̃bus caput grauatur, dolet cor, & fastidiose laborāt, quos ait postea uomere biliosa & pituitosa, maxime si pueri sint, quos etiam plus quàm iuuenes conuulsionibus tentari. Quin etiam ab his mulieres dicit & ab uteri doloribus uexari. Inde iam seniores dicit paraplegias, insanias & cæcitates exercere. Addidit autem sermoni quos iam calor deficit, causam, quare hæc eueniunt, reddens. Paraplegias uocat, resolutiones ex apoplexia in partem aliquam decumbentes: Insanias, deliria citra febrem. Hæc solent accidere senibus naturæ imbecillitate, quæ excernere uomitu, aut eruptione sanguinis, excrementa in capite collecta nequit: Vnde non nunquam proueniunt cæcitates, ubi in oculos irrumpant.

TEMPESTAS TERTIA. E

60 *INThaso paulo ante arcturum, & sub arcturo multi, & magni, spirante Aquilone, imbres. Circa æquinoctium, & usq; ad Vergilias, austrini imbres parui, modici. Hyems aquilonia, squalores, frigidi uenti, magnæ niues. Iam sub æquinoctium frigora maxima. Ver aquilonium, squalores, pluuiæ paucæ, frigora. Circa solstitium æstiuum, imbres pauci, magna frigora usque ad canem. A cane ad arcturum usq; æstas calida, æstus magni, non illi ex interuallo, & sensim increscentes, sed perpetui uehementesq́; : non pluit: spirauerunt Etesiæ. Circa arcturum uerò pluuia ad æquinoctium usq; *uernum austrina. Hac in tempestate hyeme paraplegiæ cœperunt, multosq́; corripuerunt: ex quibus nonnulli subito moriebantur, etenim hic morbus satis uulgaris erat, cætera incolumes constabant.* ”

** Dictio hæc ĩ cod. quibusdã græcis non est: tuncq́; intelligendum est de æquinoctio autumnali, id quod etiam infra com. 72. et 73. & 74. manifeste apparet*

Frigidus est & siccus status, quē hic exponit, ac etiam ex parte Inæqualis. In omnibus igitur his cum autumno esset similis, morbos etiam habuit, qui maxime solent in autumno uigere. Atque fuisse inæqualem hinc constat. Nam circa arcturi emersum cum aquiloniis uentis pluuias ait magnas fuisse: deinde secutum totum huic contrarium statui autũnum: pro aquilonio austrinum fuisse, pro pluuioso paruas habuisse pluuias: mox hyemem aquiloniam, & siccã fuisse: postea itē uer totum usq; ad canis ortum. Vnde planum est, in hoc statu siccũ, & frigidũ satis ualuisse. F Iam etiam patefactum est, principium eius usq; ad hyemem fuisse inæquale. Inde rursus post canē ex aquiloniis, & frigidis æstus ait subito fuisse magnos, & uehementes: sub hęc imbres iterum austrinos. Manifestum est igitur totius finem status, qui post canem fuit, perquam fuisse inæqualem. Itaq; morbos ordine exponit clare oẽs, qui tum uiguerunt, ac nulla est hic obscura, nisi raro, dictio posita. Cæterum quando morborum, qui inciderunt, commemorare causas instituimus, faciundum est, ut illas ad uerba eius applicemus: uerba autem ipsa in breuia secem* capita, quæ assequentur, qui ea, quæ tum primo sunt libro, tum supra in hoc exposita, memoria teneant. Ergo paraplegias dicit in hyeme fuisse; capite. s. læso uentorum afflatu, qui ea tempestate spirauerunt, frigidorum: maxime uerò ꝙ totus autumnus austrinus calfecerat, & rarefecerat ipsum, simulq; repleuerat: nam caput quod sic est ante affectum, plurimum læditur flantib⁹ uentis frigidis, & aquilonijs. Haud tamen alius hyemem sollicitauit morbus, ꝙ esset sicca: siquidem in aphorismis est dictũ, |Squalores esse imbribus salubriores. At ex paraplegiis tamen peribant: siquidem ipse dicit Hippocrates, etenim hic morbus satis uulgaris erat, perinde ac insolentes, ꝓpter paraplegiam, quæ præter consuetudinem accidit. Siquidem illa quæ frequens est, in mẽbri resolutionem decumbit: uerumtamen hominem non perimit. At uerò, quæ in præsenti statu uiguit paraplegia, lethalis erat, utpote multum refrigerato capite. ” ” ” G

3. aph. 15. text. ord. 11. f

61 *Ante ver febres ardentes cœperunt, ac ab Aequinoctio ad æstatem vsque perdurabant. Itaque qui Vere & Aestate ineunte statim cœpissent ægrotare, plurimi superstites fuere: atque parum multi moriebantur.*

In propatulo est nõ hoc eum dicere, quanq; ex ipsis febribus ardentibus, quę ante uer cępetant, in æstatem vsq; esse productam, sed ꝙ ipsarum generationi toto eo tempore, uulgari contigerit, ita ut modo hoc tempore, modo illo, Thasij ea febre corriperentur. At non est in omnibus exemplaribus eodem modo hæc scripta oratio. Equidem optimã censuerim scripturam secundũ sequentem orationem, vt hoc significet, tota æstate perdurasse ortum febrium ardentium: ac tota fuisse hac tempestate moderatas, nec exitiales: initio autumni, qui his corripiebantur, periisse multos. Itaq; ꝙ diu essent febres ardentes lenes, rationi videtur consonum, erãt enim moderatæ, sicuti quæ antecessissent hunc statum: nec synceræ, vt non à mere calido, & sicco statu genitæ: nec omnibus etiam incesserant temperamentis, cæterum ijs, quæ iampridem bilis copiã collegerant. Omnino quid in causa fuerit, cur tum febres ardentes inciderent, est inuentu obscurum, eo, ꝙ æstatem præcedentem prorsus præterierit Hippocrates, atq; ab autumni initio narrationem sit auspicatus: & uerò longe implicatius, ꝙ sit uerisimile æstatem illam tenuisse naturale suum temperamentum: quæ profecto si omnino aliqua ex parte degenerarat, declararet Hippocrates eius statum. Ergo calidior fortassis fuit, ac non ita multum natiuum statum inflexit: vnde nec scribendam duxit illam, quasi prętet naturam iam affectam. Verumtamen quando æstate, ut etiam in natura sua constet, amaræ bilis succus increscit necessario, hac de re, cum ea æstate esset non tantum solito, sed longe etiam copiosior, ab insequente est gelu in corpore conseruatus, quo minus difflaretur, & digereretur: qui postquam diu delituisset, ac diuturnitate computruisset, febres excitauit ardentes. H

62 *In Autumno iam, ac cum pluere cœpisset, lethales erant, plurimiq́; peribant.*

Reuocemus ad memoriam, quod in exitu sermonis, quē de hoc habuit statu, scripsit: Pluuiæ multæ usque ad æquinoctium vernum. Dixit præterea de tempore, post Canis exortũ, vsque ad Arcturum ad uerbũ sic: |Aestas calida, æstus magni, non illi ex interuallo, & sensim increscen-

supra t. 60.

A tes,sed perpetui uehementesq́; non pluit: unde liquet eum statum bilem generasse. Quare cum pluuiæ illam austrinæ exciperent, iure ardentes febres cõplures, eæq́; lethales uiguerunt: quando Auster dissoluere corpora consueuit, humoresq́; fundere, adeoq́; putrefacere simul, ubi cum largioribus sit coniunctus imbribus.

63 *Febribus autem ardentibus hæc accidebant. Quibus rite & largiter sanguis per nares erupit, ea de causa maxime seruabantur: nec ullum noui, si recte ei erupisset sanguis in hoc statu, quemquam mortuũ. Nam Philiscus quidem, Epamenon, & Silenus, quibus parum quarto die, & quinto è naribus stillauit, mortem obierunt.*

Cum alioqui ex ardentibus febribus peculiare, per narium eruptiones ferè iudicari, tum eo tempore ait multis sanguinem de naribus erupisse. Atque de singulis ægris omnia, quæ postea prodidit, unum hoc habent caput: Quibuscunque abunde erupit sanguis, fuisse hos superstites: quibus parce, aut prorsus nihil stillarunt nares, solos hos perijsse: alios iam non nullos, quibus aliæ fierent naturales excretiones, uel per uentrem, uel per urinas, seruatos esse.

64 *Plurimi igitur ægrorum circa iudicium rigebant, potissimum ij, quibus sanguis non erupisset: qui*
B *quidem ijdem postea superriguerunt, ac exudarunt.*

In sermonibus de rigore ostensum est, amaram bilem, quæ cum impetu per sensibilia & carnea corpora ad excretionem fertur, consequi rigorem. Declaratum est præterea motui huic sudorem comitari consentaneũ esse: interim uerò biliosas etiam uomitiones, & alui deiectiones.

65 *Erant qui sexto die morbo regio afficerentur: sed his purgatio profuit per uesicam, uel turbata aluus, uel larga sanguinis eruptio: ut Heraclides, qui apud Aristoclidem decumbebat: cui per nares sanguis erupit, aluusq́; fuit turbata, & per uesicam est purgatus: Vigesimo autem die iudicatus est longe aliter, ac Phanagoreon seruus, qui, cum ipsi horum eueniret nihil, perijt:*

Quibus nõ ualuit bilem natura excernere, his collecta ad cutem, morbum regium excitauit. Prauum erat autem, ut etiam in aphorismis est dictum, ante diem septimum existere illum. Atque horum ipsorũ illi soli fuerunt salui, quibus alia ratione natura retrimentũ excernere ualuit: 4. Apho. 62. Ext. ord. 34. b
quas tres commemorauit, excretiones urinarum, uentris turbationem, ac sanguinis eruptionẽ. Quosdam autem omnia ait hæc habuisse, ut Heraclidem: huncq́; uigesimo die iudicatum fuisse.

C

66 *Sanguinis autem plurimis erupit, præcipue adolescentulis, & adultis: quorum perijt maxima pars, quibus sanguis non erupit. Senioribus uerò ad morbos regios, aut turbatas aluos, aut dysenterias res deuenit: ut Bioni, qui apud Silenum decumbebat. Vulgabantur uero dysenteriæ & æstate: ac non nulli qui diu ægrotarant, quibus etiam acciderunt eruptiones sanguinis, in dysenteriam tandem inciderunt: ut Eratonis puer & Milus, qui post sanguinis multam eruptionem in dysenteriarum statum delapsi sunt.*

Adolescentibus ex ratione sanguinem erumpere è naribus in confesso est, ac post hos adultis quoque. At uerò, qui his seniores essent, imbecillis iam uiribus, insitoq́; calore imminuto, in morbum regium magis bilis abundantia decubuit. Etiam quibusdam uentris contigit turbida excretio, aut dysenterica, quibus hinc excrementum uentris exijt. Quare ex ijs, quæ ante dicta sunt, & quæ deinceps dicentur, non addubitabis sanguinis eruptiones in ardentibus febribus ob dominantem fieri flauam bilem: quæ sanguini permista, postquam eum deusserit, cum eo multum ad caput calorem subuehens, uenis narium diruptis, sanguinis efficit eruptiones.

67 *†Copiosus igitur hic humor fuit, maximeq́; abundabat. Etenim quibusdam circa iudicium sanguis*
D *non erupit, sed tubercula ad aures excitata euanuerunt. Quæ cum euanuissent, secundum sinistra ilia, in summamq́; coxam grauitas decubuit. Cumq́; post iudicium dolores incessissent, urinæq́; tenues redderentur, †sanguinis pauxillum erumpere cœpit. Ac circiter quartum, & uigesimum diem Antiphonti Critobuli filio abscessus fiebant in sanguinis eruptionem: quæ sedata est, & est iudicatus prorsus circa diem quadragesimum.*

† Al. Multis igitur hic humor maxime abundabat.
† Al. Sanguinis pauxillum erũpere cœpit circiter quartum, & uigesimum diem. Et Antiphonti &c. vide ẽt 2. de dieb. dec. ca. 5. cl. 4. pag. 153. e

Certe propter periculum. Etenim magno erant in discrimine: nihilq́; propius factum est, q̃ ut non seruarentur: cum uix uigesimoquarto, & quadragesimo die, auxilium sint à sanguinis eruptionibus consecuti.

68 *Multæ præterea mulieres languerunt, non tamen ita, ut uiri frequentes, minusq́; multæ perierunt. plurimæ autem grauem partum habuerunt, & a partu in ægritudinem inciderunt: quæ quidem potissimum moriebantur: ut Telebuli filia, quæ sexto à partu die defuncta est. Plurimis itaque menses in febribus apparuerunt: quibusdam è naribus sanguis erupit. & multis uirginibus id tum primum accidit, nonnullis simul, & sanguis è naribus, & menses apparuerunt: quod in Detharsis filia uirgine, tum primum animaduersum est, largeq́; ex naribus sanguis profluxit. Atque nullam de his, quibus horum*

quicquam rite euenit, mortuam cognoui. Quibus uerò contigit prægnantibus ægrotare, omnes, quas equidem noui aborticbantur. E

Optimo ſanè iure minus mulieres ægrotabant, quam uiri, minusq; in diſcrimen adducebantur, utpote quæ per ſanguinis eruptionem iudicia efficerent: quippe habebant congenitum auxilium menſtruam purgationem. At difficultate laborarunt pariendi, quòd frigidus eſſet ſtatus. Atque quas corripuit morbus quiſpiam, hæ abhortiebantur eadem ratione.

69 *Vrinæ autem pleriſque boni quidem coloris erant, cæterum tenues, & pauca habebant ſedimenta, cum retrimentis tenuibus bilioſisq;. At multi alij, qui iudicati erant, ad dyſenteriam deueniebant: ut Xenophanes, & Critias.*

Has urinas tenues eſſe, hoc eſt aquoſas ait. Et quidem paulo poſt iterum ſcripſit.

70 *Vrinæ aquoſæ, multæ, puræ, tenues poſt iudicium, in quibus multa ſubſederunt. Aliaq; ſunt rite iudicata. Subijciam, quibus hæc acciderunt: Bioni, qui apud Silenum ægrotabat. Critiæ, qui apud Xenophanem: Aretonis filio, & uxori Mneſiſtrati.*

Recenſitis nominibus eorum, quibus ea erat urina, ſubdit. F

71 *Poſtea hi omnes dyſenterici euaſerunt. Quod urinas reddiderint aquoſas, attendendum eſt.*

Etenim uerisimile erat, quòd bilioſum excrementum per urinas non eſſet euacuatum, ubi in uētrem fluxiſſet, dyſenterias generaſſe. Cōſentaneum porrò erat, eò quòd multum hic humor ualeret ac uigeret, *niſi bilioſa excrementa per urinas eſſent euacuata, eo, quod etiam tum reliquum erat in corpore, dyſenteriam illis excitatam eſſe.

* Al. etiam ſi.

72 *Circa Arcturum multi habuerunt iudicium undecimo die: atque his recidiuæ non rite fiebant, Sub hoc autem tempus Comatoſi fiebant, atq; hi maxime pueri: qui quidem omnium minime interibant.*

Clarum eſt eum ortus meminiſſe Arcturi alterius anni, quem deſcripſit in exitu narrationis. Erat igitur hic auſtrinus cum imbrib⁹ uſque ad æquinoctium autumnale. Atq; hac ait tempeſtate die undecimo ſecure multos iudicatos fuiſſe, ſimul comatoſos, ob auſtrinum ſanè ſtatum: ob quem iudicia etiam illis fuerunt certiora, ac alio tempore, ubi aeris dominabatur frigidum temperamentū, in quo diuturna ait iudicia fuiſſe. Cæterum tempus quod inter Canem interceſſit & Arcturum, quod quidem calidum habebat & ſiccum ſtatum, non memorauit: quo uerisimile erat celerius fuiſſe multos iudicatos, ut ne ſeptimum diem ſuperarent. Itaque hoc tanquam illi tempori familiare prætermiſit, morbos uerò vulgatos ſolos perſequitur. G

73 *At uerò circa Aequinoctium uſque ad Vergilias & ſub Hyemem conſequebantur ardentes febres. Et uerò plurimi etiam tunc phrenitide corripiebantur: quorum moriebantur plerique.*

Ardentium febrium & phrenitidis pro loci, quem tenent diuerſitate, auctor idem eſt humor. Nam cum in uaſorum capedinibus unà cum ſanguine continetur flaua bilis, utcunque accendatur, contingit febres ardentes prodire, præcipuè uerò, vbi in uentris, aut iecinoris, aut pulmonis uenis bilis efferueſcat. At quando ad ſolidas corporis partes perueniat, ac ea permeet, rigorem conſtituit. Sin autem in cerebrum, eiusq; membranas ſit impacta, phrenitides inducit. Verum prius quàm inhereſcat, perfluens uenas in his ſitas, non phrenitides, cæterum, quæ in uigoribus ſunt febrium, deliria efficit. Proinde bilis, quæ primo in uenis inferioribus ardentis febris cauſa fuerat, in ſtatu hæc auſtrino ab Arcturo ad æquinoctium, ad caput ſublata, & in cerebro defixa eiusque membranis, phrenitides generauit. H

A. l. 4. f. r. t. a. ca. 4. 414. d

74 *Aeſtate item pauci in eam inciderunt.*

Paucos ait in phrenitim incidiſſe. Nam eius pars uſque ad Canem erat frigida, pars uſque ad Arcturum calida & ſicca. Proinde non poterat hęc caput interim replere, uti nec Auſter ille, qui ſub Arcturo ad æquinoctium uſq; flauit. Neque enim humidum erat, † neque diuturnum, quod inter Canem interuenit ſpacij & arcturum. Dictum eſt, ubi multa bilis in cerebri regiones influxit, phrenitidas excitaras.

† Cod. antiqui græci addunt. οὐδὲ χρόνιον. i. neque annitrale.

75 *At cum febres ardentes inciperent, annunciabant quibus exitium impenderet. Siquidem ſtatim ab initio, febris acuta eos corripiebat, à qua parum ſuperrigebant, inſomnes erant, grauiter angebantur, ſitibundi, faſtidioſi, paululum in fronte & clauiculis exudabant, ſed nemo per totum corpus. Multum delirabant, timores, mæſtitia. Extremitates ſubfrigidæ, ut ſummi pedes, magisque manus. Acceſſiones diebus paribus: Plurimi quarto die maxime laborabant, Sudores diutiſſime ſubfrigidi. Extremitates non iam ad calorem redibant, ſed liuidæ erant & ſubfrigida, Nec ſitiebant. Ad hæc erant urinæ his nigræ, tenues, pauca. & alui ſiſtebantur. Nec erupit è naribus ſanguis, ne his quidem, quibus hæc accidunt*

A *Accidunt, sed parum stillarunt. Neq; reccidiua ulli horum aduenit, cæterum ad sextum diem cum sudore moriebantur.*

Vt omnia huius operis eorum sunt, quæ alijs in libris absolute traduntur ab eo, exempla, singula ipsis oculis examinanre, ita etiam quæ hoc loco adducit. Nam exitiosis febribus ardentibus symptomata accidisse ait: ab initio rigentes statim, uigilantes, fastidiosi: ad hæc in fronte & clauiculis parum exudantes. Nam quòd acuta laborarent febre simulq; sitirent, erant hæc quidem naturæ propria ipsius affectus: quòd uero statim à primo rigerent, propriũ erat malignitatis. Etenim iudicare ardentes febres rigor solet, non tamen elucere statim decretoria oportet: at uero uigiliarum & angoris symptoma semper prauum est, nedum in principio, ut etiam exudare. Iam uero delirare, quod est absurda loqui, id est desipere, læsum significat cerebrum. Timores uero, magnopere acris & deustæ flauæ bilis symptomata sunt. Cognatæ iam timoribus sunt mœstitiæ. At partium extremarum frigus perniciosissimum febribus ardentibus symptoma est, & signum: quemadmodum etiam desipere, febris, æstu caput inflammante, cum proprium sit, & familiare febribus acutis uri extremis partibus corporis: quæ siquando refrigerentur, regionesq; ardeant ad uiscera continentes, in corporis meditullio coactum sanguinem esse indicio est: extrema autem membra sanguinem desiderare, refrigerari, & semel emori, destituente iam ea natura. Iam accessiones, cum diebus paribus fiunt à principio statim, interim ad sextum diem pessimum iudicium fore prænunciant: interim in longum producendum morbum. At si quidem admodum moueantur, quarto die prauam habente accessionem, ad diem sextum de uita decedunt, ut hi de quibus sermo habetur. Ad quartum igitur diem eos habuisse dixit maximos labores, hoc est, dolorifica omnia symptomata, & sudores diutissime subfrigidos. Quare liquet diem sextum mortem his cum sudoribus allaturum. Quòd uero extremitates liuescerent, neq; eis amplius calor rediret, demori eas indicat: & est argumentum constans, non posse ultra diem sextum uires sustinere. Huc accessit ad cumulum aliud signum exitiosum, quòd cum antea æstuassent, amplius non sitirent. Atqui quando, qui antea siti flagrarent, postea essent à siti liberi, horũ duorum sit necesse est alterutrum, aut morbi solutio: aut uirtutis extinctio ita, ut præsentia mala amplius non sentiant. At non contingit à morbo his uindicari, siquidem exitialia erant symptomata. Proinde his signũ erat perditi sensus, non sitire. Itaque cuncta hæc, quæ retulimus symptomata, mire caoethe sunt, & exitialia: atque unà cum his uel maxime vrinæ, quæ nigræ erant tenues, & paucæ. Nigræ quidem, utpote adusto iam bilioso humore: paucæ, quòd omnis esset ex sanguine humor ab ardente febre tostus, quodq; urinæ instrumenta iam emortua essent.* Eandem ob causam etiam alui sistebantur. Quin etiam stillasse nares, quod perniciosum est signum cum in alijs, tum maxime in febribus ardentibus, ait. Nam ardentibus febribus hoc perniciosissimum esse patet, siquidem eis est familiarissimum sanguinis eruptio.

C (margin) * Non reddit rõnem cur tenues, forte hæc pars deest.

76 *Phreniticis autem, quæ supra sunt scripta, omnia* non acciderunt: iudicabantur ferè die vndecimo non nulli vigesimo.*

Qui citra ardentem febrem in phrenitim inciderunt, his illa non euenerũt. Nam hos qui unà cum ardente febre ad sextum diem moriebantur, geminato ipso malo phrenitis arripuit. Ad diem uero undecimum consecutum dicit esse iudicium, non nullis ad uigesimum.

77 *Quos non statim à principio inuasit Phrenitis circa tertium uel quartum diem, sed primo tempore mediocriter habebant, circa septimum diem his acutus morbus euasit.*

Quibus circa tertium aut quartum diem cœpit, interpellataq; est, dimidia facta iudicatione. Cæterum phrenitis non erat nimium acuta ægris: conspeximus enim etiam tales phrenitidas.

D 78 *Itaq; extitit morborum magnus numerus. Inter ægros autem cum primis moriebantur adolescentes, iuuenes, adulti, glabri, quibus albida esset cutis, recti capilli, uel nigri, nigri oculi, qui in ocio & socordia vitam degerant, qui sonora uoce essent, uel gracili, uel aspera, blæsi, iracundi. mulieres quoque plurima ex hoc genere peribant.*

† Sicut ante dixi illum, quę erant obscuriora, exponere, adijci autem à nobis causas: ita iã sermonis affirmo sententiam non esse apertam. Vtrum enim de phreniticis solis, de quibus uerba fecit, sint interpretanda illa, an de morbis omnibus antedictis, incertum est. Quin etiam ipsum sermonis initium diuerse scribunt: quidam hunc in modum: morborum autem magnus fuit numerus, de ipsis phreniticis solis, quibus hęc subiecit, hæc uerba fieri uolentes. Aliqui hoc pacto; itaque fuit morborum magnus numerus, qui quidẽ contra de omnibus uolunt prædictis sermonem haberi. Si de omnibus intelligamus, neque definiamus, qua * de re adolescentes, iuuenes, & adulti pereant: qua de re autem glabri, & albidam cutem habẽtes: qua de re qui rectos habẽt crines, nigros, & nigros oculos: qua de re qui in ocio uixerunt, & socordia: iã uero qua de re qui gracili sunt uoce, qui blæsi: itidem qua de re iracundi, & qua de re mulieres: hæc nisi sint omnia planè distincta ex ijs, quæ dicta sunt, nihil nobis quicquam, neque ad præsagiendum conferet,

(margin) † Al. Sicut ante dixi illũ quidẽ ea, quæ sciebãt, clare exponere. uide supra pag. 113. f * κατάστασις. ex quibus. scilicet morbis et sic ubiq;

neque ad medendum. Sin autem non de omnibus morbis, uerũ de quibus uerba faciebat, solis phreniticis hæc interpretemur, maximo uel sic negocio inueniātur causæ, quare ex cõmemoratis perierint plurimi. Huc accedit, q̃ ipsum, plurimos perijsse, duplex sit: alterum, posteaquam multi tales phrenitico sunt morbo correpti, qui ea tempestate passim mortales perimebat, propterea dictum est, multos eorum esse sublatos: alterum est, eorum, quos inuasit phrenitis, partem maximam interijsse accipimus. Quo fit, ut etiā causæ euadat declaratio duplex: ut omnes, quos retulit, opportuni essent in hoc statu phrenitidi: atq; declarandũ nobis, inter eos q̃ phrenitide laborassent, hos potissimum interiisse. Atq; sermonis obscuritas ea est, & tanta. Ei autẽ anteuertendum est, ut uniuscuiusq; commemoratorum temperamentum inueniam*: nam absque hoc nequit hic sermo tempestati aptari. Videtur autem Hippocrates in sua oratione, ætatum calidissimarum meminisse: siquidem adolescentes inquit, iuuenes, & adulti: naturarum uero, quibus ægre digeritur habitus corporis: nanque glabros, & qui cute sunt albida, item qui capillis rectis * capillis nigris, nigris oculis, & qui domi in ocio inertem uitam egerunt, ostendimus cum in alijs commentarijs, tum in his quos de temperamentis conscripsimus, minus digerere habitum, quòd frigidiore sint temperamento: & eadem de causa mulieres, quas propter menstruam purgationem minus status offendit, ut supra diximus. Quòd si quæ morerentur, ex hoc erant illæ genere.ᴬ † Reliquum igitur est, ut de ijs qui gracili sunt voce & aspera, item de blæsis & iracundis uideamus. Ac primum de ijs qui sunt gracili uoce, qui primo sunt loco relati. Igitur ἰσχνόφωνοι significat gracilem uocem habentes: ἰσχνόφωνοι enim sunt, qui etiamnum appellentur, ut etiā λεπτόφωνοι id est exili uoce. Vtrunq; itaq; nomen idem significat: nihilo minus hi ab illis qui uoce sunt gracili, differunt, ut est in libris de uoce dictum: ubi demonstrauimus illam fieri ob angustiam asperæ arteriæ gutturis: at gracilem uocem, propter musculorum guttur mouentium innatum uitium. Vtriq; in prima conformatione contrahunt ea uitia ob caloris innati infirmitatem. Et quemadmodum deteriorem à principio guttur mouētium musculorum figuram graciles uoce consecuti sunt: ita linguæ musculorum, blæsi. Aspera uox fit propter asperitatem uocis organorum. Vocis organa uoco, per quæ spiritus redditus uox efficitur. Hæc sunt aspera arteria, guttur, fauces ueluti spiritus plectrum per ipsas transeuntis: nam hæ uocis instrumentum esse sunt ostensæ: ut locutionis, lingua. Non nihil etiam ad eam gignendam fauces conferunt, quæ densam reddunt. Hæc igitur organa, ubi læuia sint, læuem ostendimus uocẽ reddere, asperа asperam. Atqui asperitatem ex siccitate docuimus oriri. Ita quæ post, ætatem hactenus diximus omnia, signa sunt temperamenti frigidi: sola uero siccitas utriq; temperamento coniungitur, & frigido, & calido. Quare qui simul cum sicco temperamento frigidi sunt, his ægre digeretur corporis habitus, ut antedictũ: qui uero his sunt calidiores, non statim adest hoc. Vnde hos ab oratione excepimus: alios relinquimus, quibus est consentanea oratio. Erat porrò propositum multos mortuos esse, inter quos ætates recensuit, & naturas. Ego ætates calidas dicebam esse, in quibus amaræ bilis succus uiget: naturas, quæ difficilem habent habitus digestionẽ. Itaque ex ijs, quorum ab initio hactenus meminimus, reliquum est, de iracundis hoc est † ὀξυθύμων, vt agamus: quos maxime contrarios * ait esse iratis, id est θυμώδεις. Magnanimi enim irati sunt, & humilium rerum contemptores: contra iracundi pusillanimes, q̃ generoso uirilíq; animo nõ sint. Quare iracundi temperamento frigidiore erunt, uaporesq; digerent difficulter. Cæterum quod ad exitum est capitis dictum, mulieres quoq; plurimæ ex hoc genere peribant, non constat, an ad finem sit modo referendum, an ad ea quæ ante sunt dicta. Postremi autem sunt illorũ iracundi, & mulieres huic generi affines plurimas interijsse subiecit. Attamen potest utroque modo uera esse oratio, siue ad omnia referat supradicta Hippocrates, siue ad postremum tantum. Quòd si ad omnia referre sit uerum, rectius sic interpreteris. Pueris enim, quod ultimo est loco dictum, etiam attribuitur. Cæterum ad hunc modum non sunt omnia dicta: sed tamen mulieres huius generis dicit mortuas esse, comparans eas uiris. Nam superius est dictum: multæ præterea mulieres, non tamen ita ut uiri frequentes, minusq; multæ perierunt. Verum hoc nunc vult dicere: mulieres his captæ morbis, magis interibant, quæ prædicti generis essent.

E F G H

Suspecta iure voces illæ duæ, & forsan a librario interserta. cum Gal. 2. de tẽperamẽtis 5. & lib. ar. medi. dixerit fieri nigros capillos ob caliditatem.

A † Nulla fit mentio in commẽto, eorũ qui sonora sunt uoce.

Gal. 1. de loc. affec. dixit præcipuũ esse uocis instrumẽtũ ἐπιγλωττίδα ubi γλωττίδα legendum esse monstrat Vesalius. in. vij. de fab. hum. cor. quæ etiā habẽtur. 4. li. cap. 6.

† Per ὀξυθύμους uidetur intelligere eos, quos Hippocrates in contextu appellauerat ὀργίλους.

A. l. 3. f. 10. a. 3. c. 2. 269. b

79 *At uero hoc statu quatuor his præcipue signis seruabantur: quibus enim aut ex naribus probe sanguis erupisset: aut qui per uesicam vrinas multas & multo bonoq; præditas sedimento reddidissent: aut per uentrem turbida, biliosa, tempestiue: aut qui in dysenteriam incidissent, multis uero usu uenit, ut non ab uno illorum indicarentur, sed per omnia plurimi excernerent: qui quidem grauius habere uidebantur. Veruntamen omnes, quibus hæc acciderunt, superstites erant. Fœminis virginibus eueniebant etiam omnia, quorum meminimus, signa. Quibus autem aliquod ex his rite fieret, aut menses largius superapparerent, per hæc seruabantur, & indicabantur: nec harum, quibus istorum quid recte eueniret, mortuam ullam uidi. Nam Philonis filia, cum ex naribus ei sanguis copiose fluxisset, septimo die intempestiuius cœnata, defuncta est.*

Tum hoc caput apertum est, tum sequens, ubi de mulieribus agit. Nam summa quidem, quã tradit,

A tradit, hæc est, aliquos per sanguinis eruptionem, alios per urinas, aut per aluum, nonnullos decumbentibus in dysenteriam causis, incolumes esse potuisse.

80 *Quibus in febribus acutis, atque adeo ardentibus, spontaneæ effluunt lachrymæ, his est siquidem re liqua non sint exitialia, è naribus sanguinis eruptio expectanda. Qui incommode habent, his non sanguinis eruptionem, uerum portendunt mortem.*

Et hoc etiam portendit sanguinem erupturum, quod in superioribus prætéritum hic profert. Porro est ipse satis sermo clarus, si memoria teneas ea, quæ supra tum hoc ipso in libro dixit, tū in libro præsagiorum. Equidem hæc omnia cum proprijs limitationibus in commentariis in librum præsagiorum, & in libris de iudicijs à me dicta sunt.

81 *Tubercula secundum aures, quæ in febribus cum dolore extuberant, nonnullis, cùm febris decretorie sedatur, non resident, neque suppurant. Hæc, fluxio alui biliosa, vel dysenteria, vel in crassis urinis residentia discutiunt: id quod contigit Hermippo Clazomenio.*

B In primis hæc refert cum modò prædictis meminisse, ut ne arbitremur semper signum esse prauum parotidas non suppurare. Nam hoc ait in statu, febribus quidem decretorie quosdā liberatos, hoc est die decretorio, & cum sudore, uel quopiam alio sic iudicantium: at remansisse parotidas tamen: Deinde diuturnitate temporis resedisse, per quas dixit urinas, & per alui excrementa, & dysenteriam expurgatis morbum constituentibus causis.

82 *Iudicia verò, ex quibus cognoscimus, aut similia, aut dissimilia sunt:*

Quæcunque Hippocrates de iudiciis, & de decretoriis diebus docuit, hæc habes duobus in uoluminibus a nobis collecta, in libris De decretorijs diebus, & iudiciis. Nihilo minus nūc etiā huius sermonis caput breuibus dicam. Iudicia partim dicit similia, partim dissimilia fuisse. Deinde adiicit, multos in recidiua incidisse, eosq; iisdem constitutis temporibus planè die decimoseptimo iudicatos fuisse. Deinde alios à recidiuis die uigesimo, eosq; non similiter. Exempli gratia, primum meminit duorum fratrum in hac oratione.

C

83 †*Vt duo fratres, qui habitabant prope Theatrum, simul eadem hora cæperunt ægrotare: erant autē Epigenis fratres. Horum natu maiori decreuit morbus die sexto, minori septimo: repetijt simul ambos eadem hora: intermisit dies quinq;. ab recidiua, ambobus simul est decimoseptimo die in totum iudicatus. Plurimis uerò iudicatus est ad diem quintum: intermisit die septimo: ab recidiua, iudicatus est die quinto. Aliquibus iudicatus est septimo: intermisit septimo: ab recidiua, iudicatus est tertio. Quibusdā iudicatus est die septimo: tertio intermisit. septimo iudicatus est. Nonnullos reliquit die sexto: intermisit die sexto: † tertio inuadebat. Aliquos reliquit die primo: inuasit, & iudicatus est die uno: quod factum Euagonti est Daipharsis filio. Fuerunt, quibus iudicatus est die sexto: reliquit die septimo: & ab repetitione, iudicatus est die quarto, ut Aglaida filia. Plurimi itaque ægrotantium in hoc statu, hunc in modum languebant. Neque quemquam noui superstitem fuisse, quē recidiuæ rite facta non repetierint: omnesq; seruabantur, quos equidem noui, quibus hoc genus recidiuæ euenerunt. Neque ægrotantium hoc modo quemquam noui, quem recidiua iterum repetijt. Plurimi, qui perierunt ægri, sexto die sunt defuncti, ut Epaminundas, Silenus, & Philiscus Antagorei filius.*

† *Alio modo cōtexitur hæc oratio a Galen. lib. 2. de dieb. decr cap. 3. et 4. pag. 152. e*

† *Verum ex alijs cod. græcis, tertio inuasit, intermisit die uno, et uno inuasit, ac iudicatus est: quod &c.*

D Quod huius orationis est utile, clarum est ex superioribus: inutile uerò, obscurū: quare inuestigare ipsum non cōueniebat. Cæterum qui utilibus student, elaborant inquirendo, quo nammodo Hippocrates, cum dixerit seniorem habuisse die sexto iudiciū, iuniorem septimo: & rursus, redijt simul ambobus eadem hora, mox adiunxerit, intermisit dies quinque. Neq; enim fieri potuit, ut utrique intermitteret dies quinq;, sed alteri soli. Et quidem hoc ipsum, qđ dicunt, possis de solo uno intelligere, secundo in hac narratione, q primo iudicio est septimo die iudicatus. Iā si huic dies quinq; intermisit, constat illi, qui sexto die fuit iudicatus, intermisisse dies sex. Potest etiam à primo statim corrupta scriptura à librario permansisse: id quod alijs multis accidit tum apud Hippocratem, tum apud alios nō paucos. Quod esse librarij erratum dico, hoc est: Potuit hæc fuisse scriptura: Intermisit alteri dies sex, alteri quinque. Ille uerò lapsus scripsisse, Intermisit quinque dies. Et est uerisimilius maiori intermisisse dies sex, minori quinque, cum inciderit recidiua ambobus in duodecimū diem. Post hæc itaq; dicit: Plurimis iudicatus est die septimo, intermisit quinto: ut conijcias ipsos etiam fratres exemplum esse iudiciorum, q plurimis cōtigerunt. His expositis alia describit iudicia uaria, quæ omnia die septimodecimo circunscribuntur: cæterum huiuscemodi nullū, quale in duobus fratribus intelligendum confirmo, ut redirent ambobus duodecimo die, cum iuniori quinq; dies intermitteret. Neq; ab re sic est de illis dictum,

dictum, ut & id quod cũ alijs his cõueniebat, cõseruaretur, quòd à repetitione die septimode- E cimo iu dicarẽtur: & etiam peculiare, quòd ad diem duodecimum repeterentur. Sed, quod dixi, cum id quod utile est teneas, non est, quod sis curiosus. Itaque de indicijs, quæ deinceps retulit, omnia prætereamus, quando capita habemus, partim similia ea fuisse partim dissimilia. Nam cũ prima iudicia, aut sexto die tollerent ægros, aut esset incerta, ita ut redirent morbi ad ultimum, & absolutum iudiciũ, die septimodecimo inuadentes, in hoc simile fiebat & dissimile. Post hęc alia commemorat iudicia & recidiuas, quæ in diem incidebant uigesimum, ut ibi perfecte iudicarentur. Decumbebant circa theatrum: Scribunt quidam non διάτρον, sed διάπυρον, ut habeant locum, quem interpretentur, ita esse παρὰ τὸ διαπυροῦν, id est ardendo nuncupatum. Ad pręsentem specųlationem quemadmodum scribas id genus uoces, nihil interest. Nec uerò an Perigenis, an Dionis, an Theonis fratres essent, quicquam refert. Verum qui ea, quæ artis sunt medicæ, probe nequeunt enarrare, ad tales deflectunt curiositates.

84 *Quibus autem tubercula secundum aures essent, his die uigesimo iudicabantur: restincta omnibus sunt, quibus non suppurarunt, sed ad uesicam deflexerunt. Cratistonacta, qui apud Heraclium habitabat, & a † pictoris ancilla suppurarunt. b hyt Scymni pictoris ancilla, suppurauit. Quibusdam die septimo iudicatus est, intermisit nouem, redyt, iudicatus est ab recidiua b †. Iudicabatur die septimo Phanocritus,* F *qui ægrotabat apud Gnatonem pictorem.*

Quia quiddã dixi nuper esse memoria dignum, referam hic, quod singularius est illo, & rari⁹. Nam parotidas curatas esse citra suppurationem, excretionib⁹ per regionẽ interiorẽ, exemplũ parum frequens est. Eius tamẽ nouitatem excedit, quod in hoc sermone scripsit Cratistonactẽ, & pictoris ancillam, cum tubercula secundum aures suppurassent, perijsse: nã cũ hoc pugnare uidebitur: ‖Concoctiones celere iudicium, & securam sanitatem promittunt. Sed ne nunc quidẽ causæ febriũ, q̃ intra uenas continerentur, erant cõcoctæ Cratistonactæ, & ancillæ pictoris, nam non obirent. At parotides erant tamen maturæ: quod infrequens esse, & debere memoria teneri dicebam: Nam posse fieri quapiam in parte priuatim concoctionem, toto morbo non cõcocto. Quicquid est reliquum, quod est hunc in modum de iudicijs traditum, exacte sumus executi in commentarijs, quos de Iudicijs & Decretorijs diebus conscripsimus.

85 *Hyeme sub solstitium brumale, & usq; ad Aequinoctium, febres ardentes perdurabant, & Phrenitides: multi diem suum obibant. iudicia tamen uariarunt: & plurimis die ab initio quinto iudicabatur, quarto intermittebat, repetebat, ab recidiua quinto iudicabatur: numerus dierum totus quatuordecim.* G *Atque pueris plerisque atate etiam prouectioribus, iudicabatur. Non nullis iudicabatur undecimo, repetebat quartodecimo, iudicabatur exacte uigesimo. Quòd si qui superrigerent circa uigesimum diem, his iudicabatur quadragesimo. Superriguerunt autem plerique sub iudicium primum. Aliqui superriguerunt à principio sub iudicium, & in recidiuis unà cum iudicio.*

Meminit hic hyemis anni secundi, nõ primi, quam in ipso statu exposuit. At dixi superi⁹ causam, cũ phrenitides nõ primo, sed postea uiguerint. Insuper iudiciorum cõstituta tempora esse dicit immutata, quorũ uarietatem recenset: quibus hoc cũ superioribus cõuenit, q̧ cum recidiuis fierẽt. Atq; pueris quidẽ, & his ẽt ætate prouectioribus penitus iudicatũ quartodecimo die morbũ refert: nã ocyssime his digeritur, & cõcoquitur morborum causa. Cæteris nõ tantum in diem ait uigesimum, uerum etiam in quadragesimum productum ex recidiua ultimũ iudicium. Et quid habet admirationis, in uarietate morborum insignes extitisse iudiciorum diuersitates?

86 *Vere superrigebant paucissimi, Aestate frequentiores, Autumno etiam plures, Hieme longe plurimi: at sanguinis eruptiones cessabant.*

Veris hic meminit, quod in primo statu commemoratum est, non in secundo anno. Neq;.n. H eò narrationem produxit morborum, qui uigebant, uerum ad secundam usq; hyemem extendit. Cur autem temporis longitudine in dies etiam, atque etiam numerus augeretur rigentium, iam ego supra quasi innui eo loco, cum admonerem. Ostendi fieri rigorem, cũ flauabilis corpora permeet solida, non autem in uasorum contineatur cauitatibus. d † Cum igitur primum cieretur, febres ardentes generauit. Deinde in carnem transiens, ubi per eas foras impelleretur, rigorem induxit. Paulatim uerò sanguinis eruptiones sistebantur, quòd bilis non amplius in uenis, sed in totum esset diffusa corpus.

A † Al. Scymni pictoris ancilla suppurarũt, & obserunt.

B † Alij cod. hẽnt, die quarto. Quibusdã iudicatus e die septimo, intermisit sex postea redijt, iudicatus est septimo, in totũ uigesimo, ut Phanocrito, qui &c. Vide Gal. lib. 2. de die decr. c. 3. cl. 4. pa. 152. e. C supra 45. 112 b

D † . rarè legitur ἐν ἀρχῇ μὲν ἐν τοῖσιν ἀγγείοισι, τὰς καύσους ἐγέννα. Sunt tamen qui meliorem lectionem esse existiment, si pro uênis scribatur, κοιλότησι idest cauitatibus, s. uasorũ: uel ἀγγείων, idest uasis, ut sic postea uertatur: esse in principio quidem, cum in uasis esset, febres ardentes generauit. Tu tamen considerato.

GALENI IN LIBRVM PRIMVM
HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS
COMMENTARIVS TERTIVS

ARGVMEMTVM

Docet præcepta quædam ad morbos dignoſcendos,ac ad præſagiendum utilia : ac ad finem quatuordecim ægrotos deſcribit.

Orbos dignoſcimus,docti ex communi omnium natura,& cuiuſq; propria: ex morbo,ægro,oblatis,offerente:nam facilius ex his uel difficilius:præterea ex uniuerſo, & ſingulari cæli ſtatu,& ſingulis locis,ex conſuetudine,ex uictus ratione,uitæ genere,ætate cuiuſq;,una cum ſermone,modis,taciturnitate,imaginationibus,ſomnis,uigilijs,inſomnijs,quibus & quando,uellicationibus,perfrictionibus, lachry-
B *mis,acceßionibus,deiectionibus,urinis,ſputis,uomitionibus:& quæ ex quibus,in quos ſucceßiones morborum,& qui abſceſſus in exitium uel iudicium:ſudor,rigor algor, tußis,ſternutamenta,ſingultus,ſpiritus,ructus,flatus ſilentes,ſtrepentes,ſonori,ſanguinis eruptiones,hæmorrhoides.Ex his conſideres,quæ per hæc accidunt.*

Quidam hæc exiſtimant eſſe aſcriptitia,ꝙ eiuſdē interpretationis & ſentētiæ ſint, atq; illa,q̃
in libro de humoribus ſunt ſcripta,quæ alijs ante cōmentarijs ſumus interpretati.Sunt quidem
hæc præſagiendi præcepta,quibus auctor tradit cōmunia propoſita,à quibus ſumenda ſint præ
ſagia.Communem itaq; uocat naturam,omnium hominum:propriā,uniuſcuiuſq; noſtrum na-
turam.Quòd autē ex utraq; ſint conſtituēdæ dignotiones & præſagitiones,certior uero ſit,quę
proficiſcit à propria natura,in libro præſagiorū didiciſti,& in libro de fracturis,& articulis,atq;
de capitis uulneribus:quos item libros ante interpretati ſumus.Iubēs igitur ſemper affectā par
tem cum ſuo ſtatu priore natiuo conferre,adiecit ſuo ſermoni,aliena non eſſe negligēda. Simili
etiam modo cum dicit:| In acutis morbis,ſic conſiderandum,in primis quidē ægri facies,an ua In Pro.cō.1.t.5
" lentium,maxime uero ſuæ ipſius,ſimilis ſit:ea enim optima cenſenda eſt.Atq; ſi propriū tenea- 4.190.g
" mus colorem cuiuſq; ægri & magnitudinem,non eſt ꝙ quæramus communem. Quia uero om-
C nium hominū ante non cognoſcimus naturā,ſed nec opinātes ſæpe ad ignotos accerſimur,prin
cipium cognoſcendorum morborum præſagiendorumq; à cōibus inſtituimus.Quorū enim na
ſus non acutus,nec oculi cōcaui,nec collapſa appareant tēpora,nihil rogamus quenq̃ de ægro.
Quòd ſi naſus acutus,oculi concaui,ac tempora uideantur collapſa,tūc qua eſſet facie ualēs,q̃-
rimus. Atq; ita conſequentium fiunt etiam ex morbo præſagia . Pluribus enim planum tibi fa-
ctum eſt in libris de iudicijs,& in commentarijs in aphoriſmos, ſubito tertianam exquiſitā iudi
cari,quartanam eſſe diuturnam,utrāq; uero à periculo remotam:phrenitim autem,& lethargū
periculoſos eſſe,& acutos:duritiam lienis pernicialem & diuturnam. At ex ipſo ægro bifariam
" futura præſentimus.Alter modus hic eſt:| Modeſtus,inquit,ſi acerbe reſpondeat,malum eſt:cō 1. Prorr.cō.2.t.
" tra turbidus in ægritudine nō ſolum ſi loquatur aſpere,ſed ne ſi deſipiat quidē in exurēte febre, 9.c.4.170.c
" in diſcrimen uenerit.Alter is eſt modus:ſi æger omnia officia præſtiterit,ſitq; audiēs medico,ac
ne ſic,quidem profecerit quicquam,grauiter is ægrotat.Omnino ſit contrarium , ſi cum nuſquā
in officio ſit,attamen mediocriter habeat.Itidem ex oblatis prædicere licet. Nā prauis oblatis,
ſi nihilo habeat deterius,morbus mediocris eſt.Verum cum recte omnia adminiſtrantur,ſi præ-
terq̃ ꝙ nihil commodetur,etiam exacerbetur,eſt hoc malum.Me quidem non tātum morborū
D modos,uerum formas etiam ex oblatis cognouiſſe ſæpenumero conſpexiſtis.Verū,ut dixi,plu-
ribus aliàs de his omnibus egi.Cum uero ex offerente dicit etiam prænoſci promptius uel diffi
cilius,in morbis intelligas.Quod ſubinde cōſpiciētes,ſiue ſit diuturnus morbus,ſiue affectus fe
briles longi,etiam ex,eo ꝙ ſciamus,qui curabat medicus,notitiā augemus.Si enim clarus ſit,pa
rum de curatione ſperamus:nam morbum conſtat cacoethe eſſe,ubi cum recte oīa adminiſtrē
tur,nihilo fiat mitior:ſin autem ille imperitus ſit,probatur nobis,ſi omnia probe inſtituātur,ho
minem incolumem fore.At etiam ex ſtatu ait,hoc eſt ex peculiari aeris temperamento,fore p̃-
ſagia.Iſtud autem,uniuerſo & ſingulari cœli,eſt tale,ſi,quæ in ſtatibus ſupra deſcriptis tribus ex
" poſita,memoria tenemus:ubi ipſe Hippocrates,quæ in aere accidebāt per calorē,& frigus recē
" ſens,ad finem illorum præpollens temperamentum pronunciauit:uerbi gratia,ubi dicit:|Cum Supra cō.1 t.8.
" eſſet totus hic ſtatus auſtrinus,& cum ſqualoribus.tametſi totū annū nec auſter ſpirauerat,nec 104.b
ſqualor fuerat.Iam etiam cum dicit:|Cū totus fuiſſet humidus annus,& frigidus,& aquilonius. Su ra cō.2.t.5.
pro excellentia pronunciat.Nā,ut nullus fuerit toto anno,neq; calidus dies,neq; ſiccus,neq; au 108.a
ſtrinus,haud fieri potuit.Ita etiam morborum formas ſanè multo cōueniētius erat tales eſſe,nō
tamen

tamen quin aliæ intercurrerint. Hic ergo cum statum primum omnẽ exposuisset, in eius fine ad E
Supra cõ.1.t.37 107.d
verbum sic scripsit: ‖ Inter omnes, quorum fecimus mentionem in hac tẽpestate, soli in lethalia
tabidi incurrerunt. Cætera cõmode habebant, neq; alijs moriebantur febribus, neq; una vulga
batur morborum forma, neq; una fuit perpetua toto anno tempestas. Per excellentiã uero nos
temperamenti, uel frigidum, uel humidum, uel aliud temperamentum dicimus. Hippocrates ue
ro scripsit, Vere nãq; alij morbi, ęstate alij, autumno & hyeme alij atq; alij inciderũt, in singulis,
quos descripsit, statibus. Sed tamẽ per totum annũ hoc statu hic dominabatur morbus, alio ille.
Atq; illud est quod dicitur, Ex uniuerso & singulari cœli statu. Addidit autem ad orationem, cœ
li, quod scilicet si nude sine adiuncto proferatur, status nomẽ & loci formã possit indicare, reiq;
cuiusuis. Ac nimirum connectens dicit, ex uniuerso & singulari cœli statu, & locis singulis, &
consuetudine. Nam ad futura præsagienda magnopere loci formã facere, crebro est ostensum.
Hoc loco satis sit, ꝙ ad librum uos remittã de aere, aqua, & locis: ubi tradit qui morbi quibus lo
cis uigeant. Nam est horum generatio indigenis congenita: minusq; habent, tanq̃ familiares, di
scriminis. Immo uero vel consuetudinem ad præsagiendum conducere docet. Itaque in præsa-
In Prorr cõ.1.t. 29.4.193.h
giorum libro, cum notas ascribit ex consuetudine, aliàs ad hunc dicit modũ: ‖ Si pronus iaceat
is, qui per bonam ualetudinem sic cubare non consueuit, aut delirium aut uentris dolorẽ portẽ
Ibidem, t.20. 194.h
dit. Aliàs sic: ‖ Stridor dentium in febribus præter consuetudinem à teneris contractam, insaniã F
significat & mortem. Sed ex victus quoq; ratione, quam æger seruauit, queas quid sit, quantũq;
humorũ, qui exuperant, scite conijcere: quibus perspectis, facilius cognoscitur p̃sens status cor
poris, expeditiorq; euadit de euenturis præsagitio. Iam & præsagiri ex vitæ institutis uult. Vo-
cant autem uitæ instituta, hoc est ἐπιτηδεύματα, omnia quę obeunt homines, aut utilitate addu
cti, aut necessitate, siue nauigent, siue terram colant, ædificent, fabricẽt, uenẽt, aut colãt exer-
citationẽ, ut sæpe in calida uel frigida lauent. Est igitur ex ijs, ad quæ studia sua cõferũt, de mor
bi coniectare conditione. Nã ruri qui egit, tempore æstiuo apricatus, duriter & tenui uictu, ama
ram bilem potius, quoad huius est, q̃ pituitam coaceruauerit. Qui cõtra ac ille, urbẽ colit in um
bra, lauãs bis quotidie, tum autẽ in ocio perpetuo cibis se ingurgitat, hic pituitam citius. Eadẽ
est in cęteris ratio. Aetatem uero præsentibus cognoscendis, & præsagiendis impẽdentibus, nõ
paruum vsum præstare cognosces ex aphorismis, in quibus de ‖ ętatibus sermonem habuit: quẽ
3. Aph. 24. Ext. ord. 25. a & c
quidem nos librum iampridem sumus interpraetati. Sermo præterea ægri, præsentium notitiæ,
& consequentium diuinationi, potest adiumento esse. Verum est coniunctum hoc signum, eiq;
cũ iudicio conuenit, quod proficiscitur à consuetudine. Si enim æger suo more loquatur, quo so
let ante integra ualetudine, nihil expectabimus mali: Sin uero contra morẽ suum æger uerba fa
ciat, est illud prauum signum: nam esse eius suspicamur hinc offensam mentem. Quod deinde
Hippocrates τρόποισιν dixit (nos modis uertimus) uideamus quid denotet. Vsurpant hoc uoca- G
bulum ueteres duobus in significatis: ac modo pro animi moribus utuntur, modo pro differen-
tijs aut formis eius, qua de re sermo habetur. Exempli gratia, si habeat̃ de uictus ratione oratio,
hic scriptor si, modos, dicat rationis uictus, differentias ipsas aut formas significat. Itidẽ si febriũ
esse modos multos dicat, differẽtias harũ aut species interpretat̃. Itaq; hac dictione, modis, aut
animi significat mores, aut sermonis differẽtias, quãdoquidẽ de sermõe meminit, quasi ad hũc
modũ orationem institueret: ex sermone, & ipsius formis, aut differentijs. Nam, differentias, an
species, an formas dicas, nihil interest impræsentiarum: siquidem hæc fiũt omnia dissecãdis ijs,
quæ generatim sunt mente concepta. Vt autem de statu ægri docet aliquid sermo, sic & tacitur-
nitas insolita, aut natiua ægri. Nam ut est ea taciturno sua sponte secundum naturã, ita loquaci
præter naturam. Quocirca hunc aut soporans torpor tenet, aut est melancholiæ initiũ. At si ta-
citurnus non taceat, sed amplius consuetudine loquatur, delirium denunciatur. Sub hæc cum
imaginationes seu cogitationes (hoc est ἐνθυμήματα) dicit, nullam rem sensibilẽ indicat, aut appa
rentem, sed quam argumentis, seu coniecturis assequimur. Argumentum autẽ est, quod ægri uel H
eloquuntur, uel agunt. Nã cum de nobis quidam mane de more ægrum inuiseret, totam ait no A.l.1.f.2.d 3 fu.1.c.7.45.h
ctem somnum se nõ uidisse, dum cogitaret, quid sit nam futurũ, si lassus Atlas nõ ducat amplius
sustinendum cœlum: ex cuius uerbis intelleximus, principium esse quoddã melancholiæ. Ex ge
stu itẽ ægrorũ animi mores produntur. Post hæc auctor dicit, somnis, & uigilijs: de quibus mihi
certũ est hoc loco nihil dicere, ꝙ ante in aphorismis & in præsagijs, somnos, & uigilias exposue
rim. Et uero de insomnijs etiam mihi ante explicatũ est, cũ alijs, tũ ijs, quæ corporis aliquẽ affe
ctum indicant, sicut ẽt in libro de uictu ualẽtiũ est traditum. Nam siquis per insomnium uideat
incendia, hunc offendit flaua bilis: †Si imbres, abũdare frigidum humorẽ declarat: sic sanè, si ni
uem glaciem & grãdinem, pituitam frigidã. Siquis in fętido se loco esse putet, putredinẽ humo
rum: si gallorum gallinaceorum cristas habere, aut rufa quædã, sanguinem exuperare: si caligi-
nosa cernere, aut in locis esse caliginosis, flatus indicat. Vnde etiã huic uerbo, insomnijs, adiecit
quibus & quãdo, ut quibus, illorum differentias indicet: quod etiam si omitteret ipse, clarũ sit:
& quãdo tempus denotet, quo insomnia fiunt, hoc est, si aut in principio accessionũ, aut in uigo
re, aut

† Additur ex antiquis... i su mũ, uel caliginẽ, uel profundas tenebras, atrã bilis. unde ẽt libro de dignotione ex insomnijs. cla. 4. pag. 213. c

A re,aut alio tempore:Atq; si à cibo ac tali statim,aut sine cibo.Sumitur enim nõ nihil ex his indicij.Itaq; qui seniue putet conspergi, idq; sub accessionis initium,unà cũ rigore uel horrore uel algore accidere sibi imaginetur,tempori id potius,q̃ affectui corporis,est attribuendũ. At uerò si eiusmodi insomnium uideat in febris remissione,fidelius præbet argumentũ frigidorum succorum:Longe etiam magis,si nihil comederit ante ciborũ pituitosorum:nam dum illi in uentre continentur,potest talem habere quis imaginationem , ut assimilis nõ sit corporis toti⁹ status.Quod deinde est dictum,uellicationibus,aliàs in commentarijs de succis exposuimus, ut & alia,q̃ hic sunt cõmemorata multa,quæ de floccos carpentibus dici,& festucas colligentibus ualet:aut & de uellicantibus aliquam sui partem,ubi subest in profundo dolorificus affectus.Et sæpe partẽ,quę pus,aut alium continet acrem humorem,uellicant;quæ quidem etiã est nõ nunquã nota delirij.Iam quod est deinde scriptũ, perfrictionibus , mordaces esse ad cutẽ humores significat,qui ad scalpendũ irritant.De lachrymis,iam docti sumus tã spontaneis quàm inuitis, quid nã denotare soleant utræq;. Iã & de forma accessionũ,immo de deiectionibus quoq;,urinis,sputis,uomitionibus,est in præsagijs sat superq; declaratum.In aphorismis etiã non raro est de illis facta mentio,ut itẽ in prædictionum libro.Postea dicit,Et q̃ ex quib⁹,in quos morborũ
B successiones,& abscessus in exitiũ,uel iudicium.Hic ea sunt,quæ ante sunt tradita,quæ tũ enarrauimus,ad memoriã reuocãda.Nã fiunt successiones morborum perniciale , & decretoriæ , ꝑ ipsorum differentijs morborum & locis affectis.Nã in morbos successio leuiores, & locos ignobiliores,est salutaris:in morbos grauiores,locosq; prĩcipaliores,perniciosa.Eodẽ modo abscessus,qui cum effluxione fiunt,sunt illi meliores:qui uerò cum decubitu,minus commodi:Ac horum ipsorum quidẽ remotissimi quiq; à loco affecto,& in partes ignobiles ægri, boni sunt : contrarij horũ mali.At uerò in ijs,q̃ post hæc sunt dicta per totum opus,plurimum elaborauim⁹ in libris,quos olim sumus interpretati.Etenim in aphorismis & præsagijs de rigore,sudoribus,tussi,sternutamento,singultu:At alijs in lucubrationibus, quas conscripsimus,de his alia diximus, & de cæteris oĩbus q̃ ad dignotiones referũt,& præsagia. Quòd autem algoris iã facit mentionem,animaduertendum est,num uniuersi corporis frigus,ut profunditas ardeat , interpretandum sit,an partium extremarum,an potius sit de omnibus illum his arbitrandũ dicere. Siquidẽ aliud,quod est initio accessionis,significat frigus:aliud in remissione:sicut sanè si per totã cõmo retur accessionem,quod quidem haud bonum est signum:sic si tali frigori interiora ꝑpetuo feruent: de quibus omnib⁹ in libris,quos narrauimus,& in opere de iudicijs uerba fecimus.Spiri
C tus uerò cum dicit,respirationis intelligim⁹ differentias.Qm̃ uerò Flatuum inde meminit , sunt illi quoq; in genere spirituum.At de his etiam in commentarijs in præsagia est tractatum:& in opere de dyspnœa,& de uoce,de spirituum in respiratione differẽtijs:quemadmodum de flatibus in libro præsagiorum.Iam Ructus quoq; in genere spirituũ: sunt:eaq; illis res quodã modo cũ respirationis spiritibus cõuenit.Quatenus uerò in flatuosorum sunt spirituum genere,hactenus cũ flatibus etiam habent commertium.Proinde & hi spiritum in superiore uentre flatuosum generari indicio sunt.Quod uerò in fine capitis dixit,planum est. Sanguinis nanq; eruptiones,& hæmorrhoides,quemadmodum hæ cladem afferunt,illæ præstant usum,didicimus.

2 *Inter febres,quædam continuæ sunt,quædam interdiu tenent, nocte intermittunt : uel nocte tenẽt, die intermittunt:non nullæ Semitertianæ sunt,Tertianæ,Quartanæ Quintanæ,Septimanę, Nonanæ.*

A.l.4.f.1.2.t c.1.4.1.1.d Bisariam ueteres uti continui nomine & intermittentis uidentur.Nam continuas uocant febres quandoq; omnes,quæ ad integritatem non desinunt:quandoque non omnes,quæ non desinunt ad integritatem,sed solas præcipue illas,quæ omni carent usque ad iudicium mutatione. Ita intermittentes interdum appellant illas solas,quæ in integritatem finiunt:interdũ eas, q̃ nõ
D finiunt in integritatẽ,sed insignes faciunt mutationes singularum accessionum,ĩ initium,incrementum,uigorem,& remissionem:at medici quidã iuniores,quæ nullam magnam mutationem habent,non continuas.i.synechus,cæterum synochos,id est continentes,nominant:continuas aũt has solas,quæ nõ ueniunt ad integritatem,& intermittunt singulis accessionibus.Has uocãt antiqui interim continuas,interim intermittentes:nam sunt certe inter continuas & desinẽtes in integritatem mediæ.Proinde recte,ubi cum synochis cõferuntur,intermittentes appellãtur: cum ad integritatem uenientibus,continuæ.Hoc loco differentiam febrium Hypocrates scribens aliquas esse earum continuas dicit,& sunt quidem in utroque continui significato cõtinuæ multæ:quasdam ãt aut nocte intermittere,aut interdiu.Ex quibus quæ ad integritatẽ nõ desinunt,iuniores quidam medici ἡμερινοὺς,uel καθημερινοὺς,id est diurnas uocant:illas, quæ desinunt,ἀμφημερινοὺς,quod est quotidianas.Qua uocum arguta obseruatione uacabant maiores. Nam cum intermittere intelligatur & dicatur bifariã,quemadmodum supra retulimus, q̃ singulis diebus & noctibus inuadunt , intermittentes dicemus,siue integritatem,siue remissionẽ quã uocãt,assequantẽ.Inde ordine recẽset à superiorib⁹ diuersas febriũ differẽtias,semitertianas,tertianas,quartanas,qntanas,septimanas,nonanas cõmemorãs Tertianæ & quartanæ clare ad integritatem

*In Græco legitur συνεχῶν, i.cõtinuas,sed forte legẽdum συνόχων.i.continentes.

gritatem ueniunt: At ex semitertianis, quædam utraq; incedunt uia, quædam altera tantū earū, E
quæ ad integritatem non ueniunt. Si uerò consideres ut, sicut inter eas, q̄ occupāt quotidie, hæ ad integritatem veniant, illæ ad remissionem: ita earum, q̄ tertio aut quarto quoq; die inuadunt, quædā differētia sit: planè cernes nihil de re, sed de significato nominis semitertianæ quæri. Quæ quarto quoq; die incessunt, has integrum corpus scimus plurimum præstare: ac q̄ quarto quoq; inuaderet die, q̄ ad integritatem non ueniret, rarissime uisa est. Non eadem in illis ratio est, quæ tertio quoq; die accedunt: complures enim sunt differentię. Igitur in his, inquam, nō de re, cęterum de significato habetur & nomine quæstio, quas de istis febribus tertianas cōueniat, & semitertianas, & tertianæ naturam referentes, appellare. Iam cū esse aliquas dicit febres quintanas, aut septimanas, aut nonanas, non de dictionis significato, sed de re ambigitur. Nā sunt medici, qui confirmant ultra diem quartum, circuitum se nullū cōspexisse; quidam assentiuntur Hippocrati. Equidē inde usq; ab ipsa adolescētia obseruaui ad hunc diem, sed * septimanū, uel nonanū omnino nō uidi, nec clare, nec obscure. Quintanos certe uidi circuitus obscuros, sed nō exacte aut aperte, ut quotidianos, tertianos, & quartanos. Sed res (quantum equidem censeo) quando quidē ex experientia de ipsa iudicium fit, ratione non quærit demōstrari. Si enim sit, qui exacte cōspexerit, & crebro, aut septimo quoq; aut nono die accessiones fieri (neq; enim iterū aut ter sit uidisse satis) sit ille inductus, esse nō nullos ēt tales circuitus. Sin āt non uiderit ab initio ætatis ad senectutem usq;, quos uisit ægros, frequentes eo febricitare modo, iam illi hoc constat è diuerso, nō incidere eiusmodi circuitus. Quamobrē in Hippocratem cum ratione disputare, quod Diocles fecit, valeas. Nā quibus dicas ex signis, aut humoribus oriri, uel quintanum, uel septimanū, uel nonanum circuitū, nō habebis. Quinimmo nec scripsit quenquam ita ægrum laborasse. Et quidē erat hoc eius officij, ut communia præcepta alia nō parū multa priuatis plana fecit exemplis, iam idē quoq; in his præstare. Sanè sciendum est in multis exemplaribus esse scriptū initium huius capitis, genere orationis, quod ἀσύνδετον, uocant, ad hunc modum: Febres continuę interdiu tenent, nocte intermittunt: nocte tenent, die intermittūt. Quod cū dixi uocari genus ἀσύνδετον, simul explicaui eius interpretationem. Oportet autem tanquam in numero nos dictorum adiunctas intelligamus, quæ prætermissæ sunt in rationibus, coniunctiones. F

A.l.4.c.1.t.a. c.67.431.b

3 *Sunt autem acutissimi, maximi, grauissimi morbi, ac præ cæteris omnibus lethales, in continua febre.*

Absolutissima omniū horū disciplina in cōmentarijs est De febriū differētijs tradita. Hoc loco, ut iam sæpe testatus sum, nō constitui ueritatem demonstrare: neq; oīa sigillatim, ut nihil prætercā, docere: sed senis interpretari uerba. Summam uerò singulorum, quæ cōmentaria incidāt, nō p̄teribo. Igit̄ acutissimos ait, & maximos, & grauissimos esse in febre cōtinua morbos: acutissimos dicit eos, qui pauco tempore decernūt: maximos, ualidissimos: grauissimos, qui cū periculo sunt coniuncti: quod interpretans ipsemet, mox p̄ cæteris omnibus appellauit illos lethales. Et quoquo modo continuam febrem accipias, uera dixit: nā morbi acutissimi, maximi, & grauissimi tū in febribus eueniūt, q̄ uocat propriè synochitū in alijs iuxta, quæ singulis p̄grediuntur accessionibus, ac initia efficiunt incremēta, uigores & inclinationes manifestas, nec ad integritatem ueniunt tamen: de quibus hoc loco fuerit satius interpretari, quandoquidem synochis contigit in his, nō his in synochis contineri. Quòd siquis orationē intelligat de solis synochis habitā, eximere uideat̄ alias continuas, ceu nō periculosas, nec uehemētes, aut acutas. G

4 *At uero omnium est quartana securissima, facillima, longissima. Hæc enim non est ipsa quidem tantum per se talis, sed etiam à magnis alijs uindicat morbis.*

Facillimam esse dixit quartanam, quod est perinde, ac leuem: Etenim continuæ, qa nullā habent usq; ad iudicium remissionem molestiarum, sed perpetuo infestant, merito graues & dicūtur, & sunt. In quartana, maxime ubi sit moderata, licet diebus, q inter accessiones intercedūt, prodire, ac non nunquam solita munera obire. Cæterū mos est ubi ueterum, ubi de febribus disputantes audias, cognoscendus. Nam si iecinoris inflammationem, aut lateris alius ve partis, febris consequatur, pleuritim, uel peripneumoniam, uel hepatitim, nominant morbum, non febrilem. Qui uerò citra inflammationem febricitat, febre hunc dicunt laborare. At nunc quoq; de quibus agit febribus, sic accipe institutam orationem: quandoquidem ex liene sepenumero grauiter uidimus homines febre laborasse quartana, ac deinde collecta aqua inter cutem, esse defunctos. Verum ipsa sua sponte quartana periculo uacat, quæ quidem alijs etiam morbis liberat. Atq; ita nouimus morbos comitiales fuisse à quartana diu infestante discussos. Sed eius didicisti originem in commentarijs De febrium differentijs. H

A.l.4.c.1.t.n. c.61.419.b

5 *In Febre, quam Semitertianam uocant, cum morbi eueniunt acuti, tum præter cæteras hæc est maxime lethalis. Ac tabidi, & qui longis alijs morbis detinentur, hac præcipue ægrotant.* A.l.4.c.1.t.4. ca.17.437.E

A Non possum medicorum uulgus adducere,ut à uocum & significationum consideratione,ipsam rerum disiungant cōsiderationem:quibus iure quidem ignoscendum est.Vbi enim Agathinus,ne alios appellem,solidum librum primum scripsit de semitertiana, in quo nominis significationē inuestigat,quid erit causæ,cur minus ueniam his des:Tametsi erat illud minoris quidā negocij,de ijs quæ cernimus,separatim institutionem tradere,* cōtinuam,separatim de eorum nominibus,id qđ nunc ego faciā.Nam febrium,quæ tertio quoque die inuadunt,hæ ad integritatem ueniunt,illæ secus.Rursus utrarumq; harum ea est differentia. Ex uenientibus ad integritatem,quædam accessionem habent horis duodecim circunscriptam, quædam longius productam.Earum uerò,quæ ad integritatem non ueniunt,quædam cum horrore uenientes,cū à primo impetu ad incrementū,quod uocant,se conferunt,tametsi esse iam mediocriter prægressę uideantur,alterum horrorem cum constrictione inducunt:ab hoc alterum incrementum,deinde aliam cōstrictionem,& horrorem:nam iterum hæ & ter repetunt.postridie aliam habent priore minorem accessionem, sine priorum repetitione:isq; illis est perpetuus deinceps orbis,ut binę, quas dixi,binis fiant diebus accessiones.Præterea aliæ habent tertio quoque die accessionem citra horrificas illas quas diximus inuasiones & repetitiones: namq; habent accessionem tertio

*ἐν τῷ τεταρταίῳ unde hanc dictionem infra pag. 134 g.

* Dictio haec uidetur abundare.

B quoq; die,atq; accessione carent secundo die.unum hæ & continuum habent & æquabile ab inuasione ad uigorem incrementum. Habes iam febrium,quæ tertio quoque die inuadunt, differentiam,semper conspicuam in ægris. Ostendimus autē à bilioso & pituitoso succo febrem cum horrore uenientem proficisci,eam uerò quæ caret horrore, à bilioso quidem,sed lentiore, & cō coctu difficiliore,† quam ferunt esse principium partium inflāmationem.At quæ cum rigore inuadunt quidem,cęterum ad integritatem cum biliosis uomitionibus,aut deiectionibus,aut sudoribus ueniunt,harum est causa totum corpus permeans flaua bilis. Quare cum hæc se ita,ut dictum est,habeant,siquis causam singulorum inuestiget, aut curationem, officium medici ille,simulque operæpretium fecerit: quærere uero quo quodq; dictorum commode nomine appellet,haud dum medicinæ interest: alioqui tamen res cognitu est necessaria,ubi alios docere instituat. *legere.Nā ad morbos qđ ē in ęgris cognoscēdos nobis,& futura pręsagienda,uidem⁹ nominum exactā rationem nihil referre,qn̄ uulgus non ex his de medicis existimat: uerum cum à sanguinis missione conspiciat ęgrum commodius habere,cibumque in tempore sumere(nam uel de hoc potest plebeius,cum uidit,iudicium facere)deinde nō statim cibum accessiones principium excipere,sed lōgiore post tempore,tum medicum collaudat.Iam etiam si frigidam eum

† Græ. legitur φέρουσι δ᾿ αὐτὸν καὶ φλεγμονὴν κυρίων μορίων. Arbitror autē legendum esse φλεγμονάς non φλεγμονὴν, ut sic uertatur. Ferūt autē ipsam, & inflāmationes principum partiū. considera.

C porrexisse,lauisseq;,itaq; febre ægrotum liberauisse cernat, continuo illum suspicit. Sic etiam, siquid de fequentib⁹ prędicat.Profecto hęc illa sunt,quę illustrant prorsus & uere medicum.Sophistes uerò,dum de uocibus & significatis contendit,tempus corrumpit & suum & discipulorum.Nos autem non instituimus docere hoc loco opera artis(nam hoc quidem aliàs abunde effecimus,cęterum breuibus mentem inspicere Hippocratis:quod ut faciā,hic facultas datur. Et
" enim supra etiam ipse Hippocrates dixit:‖Infestabant illos plerosque hæc incōmoda:horrificę
" febres continuę,acutæ,omnino nō intermittentes:modus erat semitertianus,uno die leuiores,
" altero grauius iterum inuadentes.Rursus hoc loco dicit:In febre semitertiana cum morbi eue
" niunt acuti,tum præter cæteras hæc maxime lethalis.Lethalem igitur semitertianam esse, aperte Hippocrates ipse dixit:febrium uerò ad integritatem uenientium lethalem esse nullam, in aphorismis clare docuit,his uerbis:‖Febres,quæ non intermittentes,tertio die ingrauescūt, sunt
" periculosæ.Quocunq; autem modo intermiserint,periculum abesse significatur. Qui itaque in
" uenientibus ad integritatem semitertianam esse,Hippocratem sequens, dices? Atqui sanè qui aiunt,si horas quatuor & uiginti quis febre uacet,mediam eum semitertianā habere, in numero habēt talem febrem intermittentium.Sic etiam, qui mediam & prauam à magna distare ho

Sup. 106 a cō. 1 t. 21.

4. apho 43. ext. 0.1 d. 32 a

D rarum numero ferunt,studentes utranque ad integritatem deducere, ab Hippocratis sensu discedunt,dum in febribus intermittentibus ponunt semitertianam: quia nihil hæc periculi habebit,quamuis ab illo lethalis dicatur.Satius igit̄ fit,uti censuimus,uocabula repudiare, atq; curationes,dignotiones p̄sagiaq; cuiusq; febris meditari. Sed enim qa clarior per uocabula & cōpēdiosior doctrina euadit,† prius exponemus oratione febrium differentias, quæ tertio quoq; die inuadunt,ut modo faciebat,tribuens suum cuiq; earum nomen,id quod facere semper solet, ad constituendas febrium, quæ tertio quoqne die inuadunt,differentias: Deinde quę intra duodecim horas cesset,breuioris institutionis gratia,appellabimus exquisitā tertianā.Quę diuturniorem hac accessionem habeat,adhuc ea tamen remissionem longiorem,uocabimus illam simpliciter tertianam:Quæ uerò accessionem plurimum productam, paruum autem interuallum, eam iam tertianam nominabimus productam:Quæ ad integritatem nō ueniat,sed horrificas primo quidem die faciat repetitiones,altero simplicem unam accessionē,semitertianam hanc appellamus:sin autem simpliciter tertio quoque die inuadat, τριταιοφυῆ,hoc est tertianæ naturam referentem.Omnia in hoc sermone diffinita habes,tam utilia,q̄ inutilia.Hæc igitur semper tibi sūt memoria tenēda, & eorum habenda expedita notitia: ita enim nugas iuniorum medicorum,

† Forte clarius cū prius explicuerim oratione differētias febrium, quæ tertio quoque die inuadunt, deinceps iuxta unamquamque ipsarū propriam appellationem (quemadmodum sub inde facere cō sueui) diuidere oportebit differentias febrīū, quæ tertio quoque die inuadunt, quæ intra duodecī horas cesset, breuiores instituitiones, &c.

quas de prædictis fecerunt nominibus,cũ de rebus interim differere fese crederent, damnabis. E
At nullam ex ijs,quæ ad integritatem euadunt,femitertianam uocare Hippocratem oftenfum
eft.An uerò eam unam, quam proprie eo uocare confueui horrificas repetitiones facienteš: an
etiam eam,quæ abſq; his fit:dignum eft attentione.Si enim tabidis,& aliter diu egrotantib⁹ fo-
let accidere hæc febris,fortaffis etiam fi horrore careat,uocabimus eam femitertianam,fi die fe
cundo iterum inuadat.Sed,quod dixi,quando de uocabulo quæftio eft,nihil interfit,fi cui po-
tiffimum tribuat febri nomen femitertianæ Hippocrates,non planè teneamus:adeo cum ipfius
de febribus artem perdocti,habeamus quæ ad artis opera requirimus,uel fine illarum nomini-
bus.Videbitur fortaffis conuenire,ut uideamus,qua de re Hippocrates appofuit quam uocant,
& non pronunciauit fimpliciter, In febre femitertiana cum morbi eueniunt acuti. Equidem il-
lum,uocabulum cenfeo ut improprium reprobare.Siquidem illis,quæ integram non funt abfo
lutionem confecuta,dimidij attribuimus uocabulum:itaq; dicimus femimortuum,femideum,
feminocalem,femiafinum,femiaffum,& ita id genus reliqua proferimus. At uero femitertiana
tantum abeft,ut dimidia fit,uel multitudine fymptomatum,uel uiribus,uel horum tota condi-
tione,ut longe etiã fit tertianã deterior,ut potius huius illa,quàm hæc illius,effe uideatur dimi-
dia. Quare non uenit in mentem mihi quare adducti, fic potius nomen pofuerunt primi iftius F
auctores nominis,quàm aliter.Potuerunt tamen hi,cum tertiana febris habeat,ut & tertio quo
que die inuadat,& ad integritatem ueniat,quòd femitertiana alterum habeat de his,alterũ non
habeat,ita uocabulum inftituiffe:habet enim ut tertio quoque die inuadat,ut autem ad integri
tatem ueniat,non item:Potuerunt prætera, quòd & acceffione careat cum rigore incipiente:
Ad hæc,quod non cum excretione finiatur:Iam etiam,quòd diem fecundum non habeat, inte
grum.Licet ad hæc aliud eiufcemodi illis afferre,qui commentantur nullius frugis fapientiam,
& uerum artis ufum negligunt.

6 *Nocturna non admodum lethalis,longa tamen eft:diurna longior:funt quibus ad tabem uergat.*

Principio fimpliciter numerum defcripfit febrium,deinde harum mores ordine docet.Cũ ita
que ante in catalogo dixiffet:Inter febres quædam continuæ funt,quędam interdiu tenent, no A.L.4.f.1.c.2. ca.54.417.b
cte intermittunt:uel nocte tenent,die intermittunt:Inde continuas cũ expofuiffet, ac mox fub
illis de tertiana & femitertiana tractaffet·Hic ad febres acceffir,q̃ die inuadunt,nocte intermit
tunt:uel nocte inuadũt,interdiu intermittũt:quarũ alterã nocturnã,diurnã alteram uocat:No-
cturnam illam, quæ nocte inuadit. Diurnam,quæ die. Sed quæ uidebantur nocturnæ tribuere G
laudi,hæc ipfa non minus uitio uertunt,eo quòd non fimpliciter dixerit,nocturna nõ eft letha-
lis,fed addiderit,nõ admodũ.Nã fi nõ ualde eft lethalis,liquet mediocriter lethalem effe.Diur-
nam autem non modo nocturna effe longiorem dixit,fed etiam effe cum ad tabẽ uergat, ut uel
ea conditione fit deterior.Partim enim quo tempore digeri & rarefcere magis folet,fi cõftringa
tur corpus & confpiffetur,inuadens,merito uideatur malignior:partim quòd tẽpus habet, quo
cõfuli ei debebat,ᵃincommodum.quo enim oportebat tempore ᵇ cubare,hoc cogitur ægrotus
medico confulenti dare operam:ᶜ quæ caufa eft; cur temporis diuturnitate marcefcant tabe-
fcantq́; propter alterutrum,fi cub ẽt interdiu,fomni defectu:fi non cubent,quòd uerfpertilionis
uitam & non hominis agant.

7 *Septimana longa eft,uerum non lethalis:nona hac longior etiam,ac non lethalis.*

Neq; Hippocrati decerdiffidere(præ fe fert enim uelum oculis arbitrata hæc conſcribere)neq;mẽti
ri conuenit,diceręq; etiã fefe uidiffe.Quare obferuandum nobis eft fedulo & experientia de ue
ritate exiftimandum:fed ita,ut idem nobis non accidat,quod uulgo hominum,qui aliquem for
te confpicati,qui feptimo die iterum ac tertio febricitaffet,ab initio duxerunt effe quedã fepti H
mo die circuitum.Poteft enim cafu id interdum euenire, atq; adeo fimili etiam uictus ratione.
Qui enim ægroti non prorfus funt affectione morbofa liberati,fed femen aliquod retinuerunt,
his ufu uenit ad uictum negligentioribus, fæpe fexto die à principio febricitare,fæpe feptimo,
nõ raro octauo,fepenumero alio:& cum febris ceffauerit,putantibus fe prorfus effe liberatos,
eodem omnino uictu utentibus,ex femine morbi reliquo totidem diebus in eandem affectio-
nem deuenientibus, fimiliter febricitare. Quod quidem fæpe poteft accidere, ut & æquale fit
quod affectionis eft refiduum,& ægroti eundem uictum habeant. Hic uero re uera eft circuit⁹
morbi,quando exacte ab illis feruata ratione uictus,febris in idem conftitutũ puenit,quemad-
modum fieri in quartana uidemus.

8 *Tertiana exquifita cito iudicatur,nec eft lethalis.*

Dictum paulo ante eft,ut fummatim referam,quę acceffionem habet parui temporis,tertia-
nam exquifitam hanc effe.Quæ uerò fecum ferè adducit,perfecuti omnia fumus in commenta-
rijs De differentijs febrium,& De iudicijs.

Quintana

A infolitum.*
B dormire.*
C† παρὰ δὲ τοῦτο καταφθείρονται τοῦ χρόνου καὶ φθίνουσι δυοῖν θάτερον. εἰ μὲν δὲ κοιμῶνται· τῆς ἡμέρας ἐνδείᾳ πολαμύοντες τοῦ ὕπνου. εἰ δ' οὐ κοιμῶνται, νυκτερίδος βίον οὐκ ἀνθρώπων βιοῦντες.
Locus certe difficilis, quẽ ad uerbũ ita ferè poffes uertere. Atq; ob id tempore marcefcunt, tabefcuntq́; propter alterutrum fi dormiant. die diminute fruentes fomno:fi non dormiant, uefpertilionis uitam nõ hoĩum agentes. Si tamen dictiones duas hoc eft ἐνδείᾳ in ἐνδεῖ ἡμέρας, & ὕπνου in ἐπὶ πολὺ mutes,hic erit fenfus, & fortaffe non mal⁹. Qui diurna febre laborãt,ob duorum alterum tandem marcefcunt tabefcũtq́;:fi noctu dormiant, quòd noftra prouidẽtia diminute ufi fuerint:fi non dormiãt, quòd uefpertilionis,nõ hoĩum, uitam agant. Bis aũt nũc fuperius ẽt noxe πορισάς ufus eft Galenus,licet inter pres ea per uer bum confulere tranftulerit.
T u tamen confiderato.

A *Quintana pessima est omnium. Etenim & ante tabem, & iam tabidis superueniens, perimit.*

A.l.4.f.1.t.2. c.67.431.e

Tabidi hectica febre laborant nunquam cessante: cuius totam naturam, ut cæterorum, in cōmētariis De differentiis febrium didicisti. In quibusdam uerò uidi ei immistam aliquam ex circularibus, aut tertio quoq; die inuadētibus, aut quotidie: & ut Hippocrates ait, ēt infestanē qntana: de qua eadem a nobis tibi dicta puta, quæ de septimanis paulo ante, & nonanis audiuisti.

10 *Modi autem, & status, & accessiones singularum harum febrium, tam continuarū, quàm intermittentium, sunt hi. Atq; exempli gratia, continua quibusdam incipiens floret, & uiget maxime, infestatq́ grauius: circa iudicium uerò, & in iudicio imminuitur. Nonnullis molliter incipit, & submissim, sed increscit in dies, & exacerbatur: sub iudicium uerò, & in iudicio abunde elucet. Quibusdam etiam leniter incipiens, augetur, & exacerbatur: & simulatq; aliquandiu uiguerit, usq; ad iudicium, & sub iudicium rursus se remittit. Usu ueniunt hæc, & accidunt omni in febre, & in omni morbo.*

Modos febrium nonnunquam mores uocant, nonnunquā differentias, & essentias. Hic formas eum singularum prædictarum febrium describere constat. Continuam itaq; dicit incipere
B uehementissime quibusdam, sed usq; ad iudicium paulatim imminui: interdum mediocriter cū inchoauerit, crescere pedetentim ad iudicium usq;, in quo eam ait elucere: quæ quidem contrarium inter sese iudicium obtinent. Alium præterea modum esse tertium dicit, ex ambobus cōstitutū: ubi leniter incipiat, & postquam paulatim increuerit, & iustam sit magnitudinem assecuta remittat se, dum prorsus discutiatur. Hos tres modos illum quidam febribus continuis tribuere censent, non attendentes, quæ in orationis suæ scripsit fine: usu ueniunt hæc, & accidunt omni in febre, & in omni morbo. Proinde non iam solarum continuarum, sed omnium ēt aliarum febrium, q̃ continuæ sunt, & diuturnæ: immo uerò cuiusuis ēt morbi, acuti certe simul, & prolixi, eosdem modos tres esse confirmat. Iam etiam symptomata eadem ratione iudicantur cuncta. Iamq́; dolorem attendamus. Hic maxima sæpe incessit ui: marcescit aūt paulatim, usq; dū prorsus discutiatur. Interim leniter auspicatus, ubi ad uehementissimum increuerit paulatim, subitā habet decessionem. Interim a uigore absoluto, quanto tempore increuerit, tanto remittitur.

A.l.4.f.1.t.1. c.2.450.a

11 *Est autem ex horum consideratione offerendus uictus.*

Præsagum te motus morborum uult esse, ut accommodatum illis uictum prębeas. Siquidem
C morbi futurum uigorem respicientibus, est uictus nobis ineunda ratio. Atq; in opere de uictus ratione in morbis acutis, & in aphorismis, quo debeas pacto commemoratos morborū modos cognoscere: item in commentariis in præsagia, & in libris de iudiciis accipies: quæ hoc libro sūmatim scripsit, in primo huius commentarii capite.

12 *Multa iā alia quoq; opportuna signa his germana sunt, de quibus partim aliquādo scriptū est, partī iā scribetur: ad quæ disceptato, expēdito, attēdito, cui horum præceps malum, & mos portendatur, uel incolumitatem polliceatur: & cui offerendum uel non, & quando: & quantum, & quid sit, quod offertur.*

Quanquam multa, a quibus est præsagiendum, prædixit: esse tamen & alia dicit, partim iam prodita, in libro. s. præsagiorum, partim prodenda.

13 *Quæ diebus paribus accedunt, paribus iudicantur: quorum uerò sunt in imparibus accessiones, imparibus iudicantur.*

Sæpius diximus fieri in accessionibus iudicia tum, q̃ in iis humores uehementer moueātur, & ueluti ebullientes erumpant sanguinis eruptione, uel sudoribus, uel uomitibus, uel deiectio-
D nibus, uel hemorrhoidibus, uel menstruo mulieribus: tum propterea, q̃ id temporis ad excernēda illa impellatur natura: simul q̃ grauata, & afflicta ad excernendum irritetur: simul q̃ illis magis fusis, & discretio noxiorum humorum promptior, & iudicium fiat procliuius.

14 *Est āt primus decretorius circuituum, qui diebus paribus iudicant, quartus, sextus, octauus, decimus, decimus & quartus, uigesimusoctauus, trigesimus, quadragesimusoctauus, sexagesimus, octogesim⁹, & centesimus. Circuituum uerò, qui iudicant imparibus diebus, primus, tertius, quintus, septimus, nonus undecimus, septimusdecimus, primus & uigesimus, uigesimusseptimus, & trigesimusprimus.* *Vide 2. de diebus decr. c. 6. cl.4.p.254 c*

Videtur mihi non proprie usurpare nomen hic circuitus. Nam ipsos dies quibus fiūt iudicia, ordine omnes descripsit: & in præsagiis circuitus, qui in quaternario numero fiunt, diligēter exposuit. Vnde uidentur hæc speculationem requirere decretoriorū dierum. Primum itaque dicit decretorium diem esse parium dierum, quartum: inde sextum: post hunc in plerisq; exemplaribus est scriptus octauus: tum decimus. In alijs est scriptus quartusdecimus post sextum, deinde uigesimus: sub hunc in aliquibus uigesimusquartus, in nonnullis trigesimusquartus. Ab hoc quadragesimus: sub quem sexagesimus, octogesimus, centesimus. At uero morborum, qui impa-

ribus diebus iudicantut,primum dicit citcuitũ eſſe (ſed ſatius, ut indicauimus,erat dicere non E
de principio)tertium,deinde quintũ,mox ſeptimũ,ab hoc nonũ,ſub quem undecimũ,ab hoc ſe
ptimumdecimum,tum primum,& uigeſimum, poſtea ſeptimum,& uigeſimum , poſtremo pri-
mum,& trigeſimum.Oſtendimus uerò in lucubratione De diebus decretoriis,omnium eſſe de-
cretoriorũ ualidiſſimos,qui quaterno,uel ſepteno circuitu fiunt:moderatiores his eſſe , qui in-
tercalantur:de quibus,quia probabilem habent generationem,dicamus . In cunctis imparibus
nihil eſt erratum:ex paribus parum rectè dixerunt,uigeſimumoctauum,& decimum,qui nequa
quam decretorii ſunt.

15 *Porro ſciendum eſt,ut ſi aliter iudicentur extra hos præſcriptos,ſignificent reciduas fore,fiantque perniciales.*

Prædictos dies bene,& firmiter iudicare,tum iudicatos morbos omnino eſſe firmos, euade-
re autem nonnunquam exitiales,illis commentariis eſt declaratum.

16 *Inſuper eſt animaduertendum,& cognoſcendum,quæ ſint his temporibus futura iudicia ad ſalutẽ, uel ad perniciem:aut momenta ad melius,uel peius.*

Hoc loco ſignificatũ dictionis ,iudicij, docet,quod breuiter dicas morbi repẽtinam eſſe mu
tationem.Nam fieri mutationem quadrupliciter,ipſe dilucide ſignificauit:ad ſalutem,uel pni- F
ciem:aut momentum ad melius,uel peius,inſigne quidem . Prætermiſit uerò dicere,inſigne,ut
quod in communi ſignificato dictionis iudicii contineatur.

17 *Praterea errantes febres,quartana,quintana,ſeptimana,& nonana , quibus iudicentur circuitibus,conſiderandum.*

Ne de his quidem in libro pręſagiorum diſputat.Etenim errantes ſingulas acceſſiones habẽt
inordinatas:uerum ſignis tamen,quæ decretoriis diebus animaduertuntur,illarum præſcitur iu
dicium.At de circuitibus,qui ad integritatem ueniunt,cuiuſmodi tertianarum ſunt, & quarta-
narum,oſtenſum eſt uulgo medicorum præceptum incognitum,quod ſemp nos in ægris ſumus
experti.Non.n.ſunt dies primi attendendi,neq; iſto ordine numerandi ſimpliciter,cæterum ac
4.apho 59.ext. oid.33.g — ceſſiones:ut ille de exquſita tertiana in aphoriſmis dixit:Exquiſita tertiana ſeptenis circuitib˚,
uel longiſſimum,iudicatur.Nam ut hæc ſeptenis circuitibus iudicatur, eadem ratione alia no- »
uenis circuitibus,alia undenis,atq; ita deinceps pro numero decretoriorũ dierum. Ac de quar-
in prog.com.3. t.7 4 107.f — tanis eadem eſt ratio.Vnde in libro præſagiorum ait:Fit autem quartanarum etiam ſtatus hoc
ordine.Ego uerò etiam hanc ſpeculationem cum apud Eudemum philoſophum prædicerem,q
tribus tenebatur quartanis,primam de illis receſſuram primum , quæ certis diebus inuadebat : G
& poſt totidem circuitus ab hac depulſa,alteram certo die:ſimiliq; modo cum poſtea tertiã pręnunciarem,ex diuinandi arte hæc prædicere iactabant,non ex medica ſpeculatione:tametſi va
tes nunqoam uidiſſent uera Romæ de ægris prædicentes.Nam illorum,qui aliis in urbibus sũt,
nullum feci periculum.Nos(quod Deo approbãte dicam)nulla re unquam prædicenda offendi
mus.Atque ſi ea,quæ de iudicio ſunt expoſita,mediteris,Hippocrate eris arteq; dignus.Sed hęc
obiter mihi dicta ſunto.Nunc iam ad propoſitam interpretationem reuertamur.Nã ut in libro
præſagiorum omnem abſoluit de diebus decretoriis diſputationem,ita de circuitibus quoque.
At nuſquam de quintanis meminit,uel ſeptimanis,uel nonanis,non modo in præſagiis de ipſis
quicquam prædicens,ſed ne in aphoriſmis quidem.Enimuero cum in libro præſagiorum dixit,
fit autem quartanarum etiam ſtatus hoc ordine,& in aphoriſmis , exquiſitam tertianam ſepte-
nis iudicari circuitibus,poterat eadem opera de quintana,ſeptimana,& nonana idem pronun- »
ciare,ſi ita ſcripſiſſet:fit autem quartanarum etiam ſtatus,eodem modo quintanarum,ſeptima- »
narum,nonanarumque,hoc ordine.

DE QVATVORDECIM AEGROTIS, H

Qui hoc primo epidemiorum libro ſunt ſcripti.

Sed priuſq̃ enarrare ſingulos ægros aggrediar,intereſſe mihi tum ad claritatem,tum ad bre-
uitatem vr̃,in commune ut de illis omnibus aliquid dicam. Oſtendi cum in alijs operibus,tum
in medendi methodo,duplicem eſſe q̃ōnis inuentionem:unam , quæ ratione aſſequitur cogni-
tionem uniuerſalis,& communis ſingulorum formæ:alteram per ſingularia ad communem, &
uniuerſalem puenire:atq; hæc quidẽ complere uniuerſitatem : opera uerò artificum circa for-
mas uerſari indiuiduas,ad q̃ debere exercitari,q uniuerſale iam ante inuenit:iam etiam ad con
firmationem eorum,q̃ ſunt generatim inuenta,ſingularia conducere : ad diſcipulorum præter-
ea captum,hæc ueluti exempla ſunt generalium præceptorum.Qua de cauſa ego quoq; in lucu
brationibus oĩbus meis,non uniuerſalia tñ,ſed & ſingularia ex Hippocratis libris collegi:p̃ci-
pue uerò capita ex libris de morbis uulgaribus adſcripſi , in quibus a principio uſq; ad finem ẽ
oĩa,q̃ ægris acciderunt,pſequutus.In libris de diſpnœa , hoc eſt difficultate reſpirãdi,oẽs com
memoraui,q in libris morborum uulgarium difficulter ſpirauerunt:in libris de diebus decreto
rijs,iudicatos,ſimiliq; ĩ alijs modo.Quare prolixioris explanationis nihil opus ſit ijs,q ad artis

opera

A opera properant.Sed quando contexus Hippocratis nõnullis eſt in locis obſcurior,ideo operæ
pretium uiſus mihi ſum facturus,ſi eas ego lucubrationes explicarem.Nã omnium ſymptoma-
tum,quæ ſingulis narrat morbis accidiſſe, ſi ſtatuam totam naturam declarãdam,aut generatio
nis cauſas,quicquid unquã ſcripſi,cogar huc omne transferre:ſimulq́; eò mihi res deueniat,ut
in ſingulos ægros ſingula habeam ſcribenda uolumina.Quòd ſi,quæ in libro præſagiorum ſunt
plene tradita,eorum hic exempla tantum indicem,reijciens ſummam diſciplinæ ad libros,quos
conſcripſi,in ſpem uenio fore mihi ſermonem compendioſum.

AEGROTVS I.

18 *Philiſcus propter mænia habitabat.hic morbo decubuit.primo die febris fuit acuta,ſudauit:laborio
ſam noctem habuit.poſtridie omnia ſunt exarcebata,ueſperi a clyſtere alu° bene reddidit:nocte quieuit.
die tertio mane & ad meridiem uſque febre uiſus eſt liber eſſe:ſub creſpuculum uero febris eum acuta
corripuit,unà cum ſudore:ſitibundus erat:lingua præterea exaruit:nigras urinas reddidit: noctem gra-
uem habuit,non dormiuit,omnino delirauit.quarto cuncta excerbata ſunt,urina nigræ:nox tolerabilior
urina melioris coloris.quinto ad meridiem parum de naribus,idque merum ſtillauit:urina uariæ,in qui
B bus erant ſuſpenſiones quadam rotundæ,geniture ſimiles,diſperſa,non reſidebant:ſubdito balano,pauca
retrimenta flatuoſa exierunt : nocte ſe grauiter habuit,ſomni pauci, uerba,deliramenta : extremitates:
undequaque frigebant,nec iam ad calorem illa amplius redibant:minxit nigra, aliquantum dormiuit.
ſub diem obmutuit ,frigida ſudauit, extrema partes liueſcebant.die ſexto ad meridiem eſt defunctus.
ſpiritus huic erat perpetuo quaſi reuocato,rarus & magnus:lien in tumorem rotundum elatus erat : ſu-
dores perpetuo frigidi:acceſsiones diebus paribus.*

In hoc ægro,tertio die mortem impendere,qui generalium præceptorum meminit,clare per
ſpiciat.Nam primo die inuaſit acuta febris,quem ſudor excepit:unde febris non eſt diſcuſſa,ſed
nox et grauis fuit.Secundus omnia exarcebauit.Inde tertius dies excretionem habuit nigrarũ
« urinarũ.Itaq; et quod primo die accidit,ſtatim perniciale erat.‖Nam decretoria nõ iudicantia,
« aut lethalia,aut difficilis ſunt iudicij:Lethalia, ſi qua ijs ſymptomata uel ſigna lethalia accidãt:
difficilis iudicij,ſi abſq; his ſigna permaneant inconcoctorũ humorũ. In Philiſco uerò ſignum 2. epid. ſect. 1:
accidit lethale,ꝙ ad ſudorem non diſcutientem febrẽ tertio die nigræ urinæ & ſitis acceſſerint,
linguaq́; inſuꝑ inaruerit, & implacidus fuerit tota nocte,uigilauerit,delirauerit.Hæc cum ita eſ
sẽt facta,quarto ait die omnia exarcebata fuiſſe,& urinas iterũ nigras fuiſſe.Quare fac memine
ris,ubi quartus, pinde ut tertius grauia habeat ſymptomata & ſigna in morbo acuto, breui ex-
C pectãdũ iudiciũ eſſe:ſi paribus diebus potius inuadebat,in parib°:ſi uerò imparib°, in his: atq;
ubi iudiciũ,illic.ſ.& mors,in morbis quidẽ exitialib°.Et uerò ad ſextum diem Philiſcus perijt,ꝙ
acceſſiones parib° haberet:nam hoc ipſe declarauit Hippocrates,qui ad exitum totius narratio † Itaque.xgí toí-
nis ad hunc modum ſcripſit:Spiritus huic erat perpetuo quaſi reuocato,rarus & magnus: Lien rur.
in tumorem rotundum elatus erat:Sudores perpetuo frigidi:acceſſiones diebus parib°.Ali° for
taſſis æger paribus ſymptomatibus , & ſignis,non die ſexo, ſed octauo obiret,ſi & uiribus eſſet
Philiſco robuſtioribus,& minus ſymptomata ſint & ſigna pernicioſa Nam cũ hic tertio & quar
to die nigras urinas redderet,aperte q̃ eſſet cacoethes morb°,prodebat.Sudores præterea frigi
di & ſanguinis ſtilla quinto die cõprobarũt impẽdẽs exitũ in ꝓpinquo eſſe:multo id magis,qđ
adiecit, ſtillæ, merũ,hiſce uerbis:quinto ad meridiẽ parũ de naribus,idq́; merum ſtillauit.Ergo
cum uel deiectionẽ alui dicit uel uomitionẽ merã,intelligit non miſtam , deiecta uel euomita,
aut flaua ſyncera bili,aut atra,aut uirulenta.In ſtilla uerò ſi accipiamus purum ſanguinẽ, rubrũ
(qñ eius hic eſt peculiaris color)falſi quippiam cogitemus.Rubri enim ſtilla haud eſt in morbo
exitiali uiſa unquã,ſed atri ſemper.Proinde ueriſimile eſt hunc ipſum atrum dicere Hippocratẽ
merũ,intelligereq́; uehementer atrum.Itaq; clare apparuit die tertio morbi exitiũ: nõ tñ quan-
D do erat moriturus,cõſtabat.Atq; ubi quarto die urinæ nigræ permanerẽt, & acceſſiones fierent
diebus paribus,ſi quidẽ ætate, & robore uirium repugnaſſet,ad octauum diem ægrum ſuffectu-
rũ probabile erat:ſin ſecus,die ſexto diem ſuum obiturum eſſe.Iam cum præter illa,quint° dies
haberet ſanguinis ſtillã meri: tum frigidos ſudores,quos per totum morbum eueniſſe affirmat,
optima rõne expectes ægrũ acceſſioni ſexto die inſtanti nequaquã fore ꝑferẽdæ.Hæc itaq; aſ-
ſentiri illis uidentur,quæ in uniuerſum de decretorijs diebus,urinis,ac ſudorib° tradita in libris
« ſunt decreotrijs,ad hęc in libris De dyſpnęa,&° delirio.Nã cum in libro pręſagiorũ dixerit:‖Spi
« rit° frequẽs,aut doloris,aut inflammationis ſupra ſeptũ trauuerſum,indiciũ eſt.Magna reſpira in prog. cõ. 1. t.
tio & ex longis interuallis,delirij nuncia eſt:Et cũ modo deliraſſe Philiſcũ oſtendat;nulla facta 24.4.194.h
difficilis reſpirationis mentione per totam narrationem:recte in exitu orationis addidit,Spirit°
huic erat perpetuo quaſi reuocato,rarus & magnus,Liquet autẽ perinde eſſe rarũ dicere,ac ex
longis interuallis.Hoc autem.Quaſi reuocato,ſignificat,ut admonito: ſiquidem in cõmentarijs
de dyſpnça,ob offenſionem mentis fieri ſpiritum rarum & magnum oſtendimus , quaſi obliui-
ſcente actionum ægro,ut neſciat,nec quando cohibere eas,nec quando auſpicari debeat.

AEGROTVS II.

E

19 *Silenũ, qui in Platamonis ædibus prope filios Eualcidis habitabat, ex lassitudinibus, potationibus, & exercitationibus intempestiuis, ignis corripuit. cæpit simul ex lumbis laborare, & capitis grauitate tenebatur, collumq́ contendebantur. primo die aluus biliosa, mera, spumosa, affatim colorata, multa reddidit: urina nigra, in quibus nigra subsiderent: sitibundus erat, lingua arida: nocte nihil dormiuit. altero die febris acuta, retrimenta plura, tenuiora, spumosa: urinæ nigra: nox grauis, aliquantulum delirauit. tertio cuncta exacerbabantur, hypochondrij contentio submollis utrinque promissa ad umbilicũ: deiectiones tenues, subnigra: urina turbida nigra: noctem insomnem duxit, multa uerba, risus, cãtus, moderari sibi non potuit. quarto die eadem erant, quinto deiectiones meræ, biliosæ, leues, perquam pingues: urina tenues, perlucidæ, pauca: mente constitit: sexto caput parum exudauit, extremitates algebãt, liuescebãt, multum sese iactauit. aluus nihil excreuit, urinæ restiterũt, febris acuta. septimo die obmutuit, extrema partes non amplius redierunt ad calorem, nihil minxit. octauo frigidus toto corpore sudor: papulæ cũ sudore rubentes, rotunda, parua, uaris similes permanebant, nec abscessum efficiebant: aluus paruo irritamento stercora tenuia, ueluti inconcocta, multa, cum labore reddidit: urinas reddebat cum dolore mordaces. extrema parũ recalescebant: somni tenues, *comatosi, obmutescebat: urinæ tenues, perlucida. nono nihil mutabatur. decimo potum non sumebat: comatosus, & somni tenues: similia alui excrementa: minxit multum quod subcrassum in matella euadebat: quod subsidebat erat simile farinæ crassioris, album: extremo membra iterum frigebant. undecimo obijt. a primo hic ad finem usque spiritum magnum habuit, & rarum: Hypochondrij perpetuam palpitationem. annum ætatis agebat circiter uigesimum.*

* *Al. comatosi* F

In hoc ægro, qđ nõ fecit in primo, ætatẽ adscripsit. Ille.n. merito perijt die sexto, ꝙ in acuto morbo, exitalia cõtinẽter ab initio haberet signa & symptomata. Hic nõ aliter atq; ille à principio affectus, tñ ad diem progressus undecimum est per uirium robur: quod uerisimile erat cum alioqui suppeditare: tũ uerò, ꝙ adiecit ætatem, declarauit: quã in Philisco non addidit. Vnde eo ꝙ illã pterijt, significauit illum fuisse ætate maiorẽ, ita ut minus ualidæ uires essent. Alius autem ęger ijsdẽ ab initio signis & symptomatibus, ualidis uiribus si non foret, periret ad septimũ diẽ. Adeoq́, hic ipsẽ, nihil est factũ proprius, q̃ ut eo die moreretᷣ, de quo scripsit, septimo die obmutuit, extremæ partes nõ amplius redierunt ad calorẽ, nihil minxit. Quare planũ ex his est, proxime illum mortem deuenisse. At qa uiribus erat robustis, potuit ad diẽ proximũ, qui decretori⁹ erat, undecimum perdurare: qñquidẽ tertio & quarto die in pessimis uersatum signis & symptomatibus, septimo oportebat uita excedere, ꝙ scilicet essent magis accessiones diebus imparib⁹: id qđ hisce uerbis significauit, tertio cuncta exarcebabanᷣ, & postea iterũ quarto die eadẽ erãt. Cum igitur robore uirium septimum diem, ut dixi, potuerit superare, octauo papulas cũ sudore habuit rubẽtes, rotundas, paruas natura eius morbo repugnãte, & humorũ superfluitatẽ malorum ad cutem propellente. Idq; fuit causæ, cur die nono non sit mortu⁹, sed undecimo. Quòd si die octauo nihil tale accidisset, restabat, ut nono ille obiret, cũ is certe septimus, quẽ dixit, fuisset. Quia uerò æger ẽt in morbo delirauit, idcirco fini adiecit narrationis, spiritum eum rarum habuisse, & magnum toto morbo. Iã ẽt hypochondriũ illi perpetuo palpitasse affirmauit: quod quidem turbationis uel delirij esse signũ in libro præsagiorum est dictũ. Videᷣ homini inflãmatio aliqua fuisse in septo trãsuerso: quãobrẽ dũ tertium diem exponeret, scripsit, hypochondrij contentio submollis untrinq; promissa ad umbilicũ. Submollis autẽ est subuacua, hoc est citra tumorẽ; q fit ubi hypochõdria inflammanᷣ. Sed ubi inflãmatione septi trãsuersi hypochondriũ per continuitatem sursum trahitur, cõtenditur absq; tumore. Et iam in totius narrationis initio dixit, ex lumbis illum laborare, & capitis grauitate teneri, collumq; cõtendi: quę morbo ad exitiũ spectante, delirii notæ sunt: quæ quidẽ si coniuncta uigiliis sine grauitate essent, phreniticus euaderet. Nũc capitis grauitas abundantiam declarans contineri in eo humorum, nõ admodũ calidorũ, aut biliosorũ (nã prorsus insomnis esset) ægrũ significauit comatosum fuisse. Verũ de his affectibus, in quibus simul comatosi sunt, & delirant, cum primam exponemus orationem libri prædictionum, latius agemus. Neq; hoc loco prætereundum id mihi est, quod & melius est, quod ẽt sæpe dixim⁹ aliàs, ubi quis manifestis ex causis febricitate cœperit, siquidẽ nequaquã sit morbo corpus opportunum, diaria corripi febre. Atq; prorsus Sileno id accidisset, qui ex lassitudinibus, potationibus, & exercitationibus intempestiuis erat correptus febre, nisi corpus iã ad morbũ esset cõparatũ: quod cognosces symptomatibus & signis, q̃ primo statim die & secundo apparebant. Primum itaq; eum, inquit, ignis corripuit, ita suo more febrem uehementissimã appellãs. Deinde, primo die aluus biliosa, mera, spumosa, affatim colorata, multa deiecit. Postea vrinæ, in qbus subsiderent nigra. Post rursus, sitibundus erat, lingua arida: nocte nihil dormiuit. Sileno mox primo die permulta acciderunt symptomata, & signa exitialia, ut intelligere aperte posses, lassitudines, potationes, & exercitationes morbi occasiones fuisse. Nam appelles pter cæteras proprie occasiones, quas Gręci προφάσεις uocãt, manifestas causas. Cum uerò alia preterea

in prog. com. 1.t.28.4. 195.g

G

H

accesserint,

A acceſſerint,quæ homini impendere morbum arguant,multo tamen tempore præceſſerint, ueri ſimile tum ſit,potuiſſe & Silenum hunc,ꝙ longo tempore uixiſſet illa ratione,ea de re morbum comparaſſe.Nam ſi quis laborando,& operando ſeſe ad laſſitudinem uſq; affligat, potet autem large,tum intempeſtiue exercitationes ſubeat.i.aut a cibo,aut ubi tardius concocti ſint cibi,antequam probe ſit in ſanguinem uerſum nutrimentum , hic tum partim bilem ꝓpter labores aceruet,partim crudos,& inconcoctos humores,ex potu,& intempeſtiuis exercitationib⁹ . Sũt autem morbi hi multo grauiſſimi,in quibus utriuſque magna colligitur copia.

AEGROTVS III.

20 *Horophontem febris acuta corripuit. Per initia aluus pauca,& cuiuſmodi in teneſmo ſolẽt,deiecit: deinde tenuia,biliosã,ſubcrebra:non dormiebat:urina nigra tenues. Quinto die mane obſurdeſcebat,omnia exacerbabantur,liẽ intumeſcebat,hypocondrium contendebatur,pauca,& nigra aluus excreuit,deſipuit. Sexto delirabat:ſub noctem ſudabat,frigebat,in delirio perſeuerabat. Septimo circunfrigebat. ſitiebat,deſipiebat:ſub noctem ad mentem rediyt,obdormiuit,Octauo febricitabat,liẽ reſidebat,omnia intelligebat. doluit ei inguen primum ſecundum lienem,deinde in utramq; tibiam dolores demigrauerunt: noctem facilem habuit:urina erant melioris coloris,& reſidebant in ijs pauca. Die nono ſudauit,iudicatus eſt,intermiſit. Die quinto rediyt,ſimulq; ſplẽ intumuit,febris acuta,ſurditas iterum. Poſt recidiuã, tertio die reſidebat lien,imminuebatur ſurditas,crura dolebant,nocte ſudauit. Iudicatus eſt die ſeptimo decimo. neque in recidiua delirauit.*

B Hic ꝑter expectationem ſuperſtes fuit,quem. ſ.primis diebus merito moriturum ſuſpicat⁹ eſſes. Etenim nigra minxit:& excrementa alui biliosa,repreſſa:inſecuta ſurditas eſt,ut q̃ in caput aſcẽderãt:unde nõ immerito deſipuit. Nihil uerò erat boni,qđ urinas nigras,q̃ q̃dẽ erãt prauæ, cõpenſaret,niſi qđ liẽ die quinto intumuit,excepta parte malorũ humorum. Deinde, die octauo cũ ex liene in crura tranſirent,hic diminuebatur q̃dẽ,cæterum ad crura dum tranſirent,primũ ei inguẽ doluit ſiniſtrum,hoc.n.poſitum eſt ſcđm lienem:poſtea tranſierunt ad utrãq; tibiã dolores. Poſt q̃ ſymptomata commode nocte habuit. Etiam minxit urinam coloris melioris ,q̃ paucum haberet & album ſedimentum. Mox die ſequenti; q̃ nonus erat,cum ſudore eſt iudicatus. Tanti.ſ.erat deceſſiſſe,q̃ moleſta erant,ad partes imas,urinæq; concoctio. Veruntamẽ ne ſic quidem potuerũt hæc a morbo prorſus ægrum uindicare,q̃ die nono ſudauerat. Quare reliquas quaſdam habebat prauorum humorum,quæ recidiuam quartodecimo die excitabãt,a qua om

C nino eſt die ſeptimodecimo iudicatus. Seruabatur ẽt in hoc ægro iudicium diebus decretoriis.

AEGROTVS IIII.

21 *Philini uxorem in Thaſo,quæ filiam pepererat,purgatam ex præſcripto naturæ,& cætera recte habentem,decimo & quarto a partu die,ignis inuaſit cum rigore. Huic cor primum dolebat ,& hypochondrium dextrum,muliebrium dolores,purgatio deſita eſt. Subdito autem, hæc quidem facta leuiora ſunt, cæterum capitis,colli,& lumborum dolores permanebant:nulli erant ſomni,extremitates frigidæ,ſiticuloſa erat,uenter ambuſtus eſt,pauca excreuit,urinæ tenues,& decolores per initia. Sexto die noctu multum delirauit,deinde reſipuit. Septimo erat ſitibunda,alui excremẽta ſyncere biliosa. Octauo ſuperriguit, febris acuta,conuulſiones multæ,dolorifica,multum delirauit ſurrexit,balano ſuppoſito multa bile offuſa deiecit,non dormiebat. Nono cõuulſiones. Decimo aliquantum mente conſtabat. Vndecimo dormiuit,omnia meminit,ſed ſtatim in delirium recidit:urinam uerò reddebat unà cum conuulſionibus affatim multam,raro,admonentibus,craſſam,albam,qualis eſt,quæ in matellis ſubſidit, cum agitata fuerit : repoſita multo tempore non ſubſidebat,color,& craſsitudo aſsimilis iumentorum urinis : hæc illius erat urina, quam ego uidi. Circa diem decimum,& quartum palpitationes,totum corpus dolebat,multum loquebatur,aliquantiſper mente conſiſtit,breui rurſus deſipuit. Circa diem ſeptimumdecimum obtumeſcebat.*

D *Vigeſimo obiyt.*

Duo ſunt huius narrationis:quorum alterum eſt cum ſuperius,& poſtea deſcriptis ægris cõmune,decretorii.ſ.dies:alterum huius proprium. Mulieri.n.huic ex retenta a partu purgatione, & morbus conſtitit,& mors. Obiit die uigeſimo:cum diem quartumdecimum, & ſeptimumdecimum cæteris eſſet peiores experta. Subdito,cum ſit cum dictione,balnus , ſcriptum , conſtat quid denotet:ubi uerò nihil ſit additum,intelliges balanum,ut uolunt quidam,aut peſſum, qui mitigat,& inflammationem diſcutit. Illud certe in omnibus mulieribus,quarum impedita a partu eſt purgatio,ſciendum eſt & memoria tenendum,eſſe,quæ in extremum mortis diſcrimẽ ueniant:perpaucas admodum,quæ modicæ infeſtatæ ſunt, propterea ꝙ plurimis uterus inflãmetur:quibuſdam in ipſo partu ſanguis eff.ſus diuerſa ſit qualitate,his bilioſus,illis melancholic⁹, aliis uirulentus,aut pituitoſus,aut mediocriter bonus : ſed exquiſite inculpatus haud unquam, nam eius optima portio in fœtus incrementum eſt inſumpta. Demonſtrant naturã ei⁹,ſymptomata,q̃ conſequuntur cohibitam a partu purgationem:id qđ huic accidit,de qua hoc loco uerba fiũt. Rigor,acuta febris,ſitis,bilioſus affluxus,deliriũ,uigiliç,bilioſi ſunt humoris indicia abũdãtis. At uerò cõuulſiones,& palpitationes,& ſimilis urina iumẽtorũ,crudi ea ſunt, & craſſi ſpecies.

ties.Itaq; morbi sunt pessimi,in quibus utriq; memorati succi abundãt,quibus succedere demõ E
strauimus febrẽ semitertianã.Cur igitẽ periculose ægrotaret mulier,hæc erat causa.Vtrum uerò morbo supcterit,an morietẽ,docere symptomata statim à principio & signa ualent. Quare faciamus ut exercitationis gratia hæc attẽdamus.Primo die,q à partu erat quartusdecim9, ignis inqt,corripuit cũ rigore mulierẽ.Scimus ãt illũ,ignẽ appellare febrem ardentissimã:cæterũ haud dum erat illud planè exitiale:nec uerò ẽt cor ei dolere,idest os uentriculi,nec muliebria,nec itẽ dextrũ hypochõdriũ.Sed addit,nulli somni erãt,ergo augetẽ qdẽ ex oĩbus his cognitio malitiæ morbi:nõ tñ ex his omnino perituram constat nobis:itidẽ,nec q̃ sitibunda erat: nec q̃ erant urinæ tenues & decolores:tempus enim ad concoctionem eiuscemodi urinæ desiderant, nõ tamẽ sunt omni ex parte perniciales.Cæterũ iã extremæ partes,inquit,frigidæ erant:hoc uerò multo perniciosissimũ est,ubi initio morbi ad uehementissimam febrem adiunctum est.Hic si scirem, quo esset robore mulier,ẽt de longitudine morbi possem dicere ex prædictis symptomatib9, & utrum obscuram quandam haberet præter opinionem,spem incolumitatis.Quod quia nos præterit,huius certe debetis meminisse,ut quando ægros inspicitis,cum exitiosis symptomatibus notam,q̃ à uiribus proficiscitur,coniũgatis:atq;ita demum secure pronunciare poteritis.Hanc ergo mulierẽ dolores,qui circa diẽ quartũdecimum totum corpus tenebant,& delirium, instare F
mortem denunciauerunt aut die septimodecimo,aut uigesimo, ex natura dierum decretoriorum:Et sanè utrunque contigit:nam die septimodecimo illa obmutuit,uigesimo est functa.

AEGROTVS V.

22 *Epicratis uxor,quæ ægrotabat apud Archegetem,instante iam partu,rigore correpta est,non incaluit,ut ferebant.postridie eadem erant.tertio die filiam peperit,cæteraq; rite consecuta sunt.postridie partus,eam febris acuta inuasit,cordis dolor & muliebrium,nulli erant somni.per suppositum autem hæc releuata sunt:sed caput,collum & lumbi dolebant:aluus pauca,biliosa,tenuia,mera:urinæ tenues,subnigræ: sexto die,à qua illam febris corripuerat;sub noctẽ delirauit.septimo omnia exarcebata,uigiliæ,delirauit, sitibunda,deiectiones omnes syncera biliosa.octauo superriguit,plus quieuit.nono eadem erãt.decimo crura magno dolore afficiebantur, iterum cordis dolor, capitis grauitas,non delirauit,dormiuit plus,uenter restitit.undecimo sudauit:minxit melius colorata,quæ multum habebant sedimenti. commodius habuit. die decimo et quarto superriguit,febris acuta.quintodecimo uomuit biliosa:flaua,subcrebra:sudauit,libera febre,sub noctem uero febris acuta,urina crassa cum candido sedimento.decimo & sexto exacerbabãtur.nocte magna cum molestia non dormiuit,delirauit.decimo & octauo sitibunda,lingua torrida,som- G
num non cepit, multa delirauit, crura ei dolebant. circa diem uigesimum mane aliquantulum superriguit,comatosa,quiete,dormiuit:uomuit biliosa,pauca,nigra:sub noctem surduit.circa diem uigesimũprimum sinistri lateris grauitas undique cum dolore adiuncta,parua est tussis insecuta: urinæ crassæ, turbida,subrubra,quæ deposita non subsederunt.cætera leniora,igni non libera.mox ab initio fauces ei dolebant,rubescebantq;,columella reuulsa: destilatio acris, mordax,salsa,perpetua erat. Circa diem uigesimumseptimum febre erat libera, urina sedimentum habuit latus nonnihil dolebat.circa diem trigesimumquartum igni est correpta,uenter fluxione turbatus est biliosa.quadragesimo die pauca uomuit,biliosa.iudicata est,& ab igni liberata prorsus die octogesimo.*

Mulierem hanc,cum iam partus instaret status dies,riguisse citra febrẽ dicit.Adiunctum autem est orationi,ut ferebant,propter rei nouitatem.Nã ueteres ferè omnes spõtaneis rigoribus febrẽ succedere necessario existimabant.Spontanei illi uocantur,qui nullam habent externam causam.Itaq; in præfatione libri probe inscripti,Prima de morbis, necessario febrẽ rigoris esse comitem scriptum est.Sed nos ostendimus hunc rigorem,quem non sequitur febris,frigidorum esse & crudorum succorum prolem:atq; idcirco nunc magis q̃ olim existere, quòd tota uiuendi ratio dura,una cum balneis à cibo,contrahere humorum copiam consueuit. Videtur & Epicra H
tis uxor eorum humorum plena fuisse . Quamobrem primo die eam ait riguisse , nec incaluisse, hoc est nec febricitauisse,similiterque postridie:Die tertio peperisse, ut fortasse uel ante diẽ statum pareret,ui rigoris. Vnde postridie partus,cor illi,id est uentriculi os dicit doluisse,& muliebria:ubi subintelligendum est membra,uti etiam supra:Post hæc per subditum,eam esse releuatam.Ante est dictum,& balanum,& pessum in subdito posse intelligi.Inde ordine symptomata recenset morborum acutorum,capitis,colli,lumborum dolorem : uigilias, & deiectiones mere biliosas.Quo patet,non crudum modo,sed & biliosum abundasse humorem.Cæterum cum urinæ essent tenues,necessario morbus producebatur:quas quia subnigras ait fuisse,† significat & turbationẽ,& rẽ à periculo non absuisse.‡Et ad undecimum qdem usq; diẽ nihil de mulieris salute habebatẽ certi:q̃ nullum intercederet illustre signũ,unde uel salutẽ expectares, uel mortẽ. Die undecimo illuxit signum quoddam incolumitatis,ubi ait:Vndecimo die minxit melius colorata,quę multum habebant sedimenti:commodius habuit.Eo die cum tandem humores inciperent concoqui,necessario diuturnior erat futur9 morbus:quare decimo & quarto die primũ est iudicata,ut iam periculo liberata esset.interea loci usque ad quadragesimũ diem ægrotabat: prorsus uero est liberata octogesimo . Quare fac memineris, id quod experimenta attestantur, diem

* ταλαίπωρον. i laboriosa, sed forte legendum ἀταλαίπωρον. id est labore uacam. ut etiam 3. de causis symptomatum c. 5. & lib. de tremore c. 7.

† *Græce τοῦτο δὲ, τὸ σὺν ἀγῶνι. καὶ ταραχὴν δηλοῖ. i. hoc sane rem cum certamine fore, & turbatione significat.*

A diem quadragesimum & octogesimum decretorios esse:& mendacium est,nec experientia approbari,integris hebdomadibus decretoriorum dierũ rationem iniri, alioqui enim alter & quadragesimus,sexagesimustertius,& octogesimusquartus iudicia , non quadragesimus, sexagesimus, octogesimus afferrent.

AEGROTVS VI.

23 *Cleonactidem,qui supra Heracleium decumbebat,ignis corripuit erratice.à primo caput ei & sinistrum latus dolebant , cæteraq; laborabant perinde ac lassa:febrium accessione aliàs aliter inordinata erant:modo sudabat,modo non : ferè accessiones inuadebant decretorijs diebus maxime.circa diem uigesimum quartum extremas manus dolor affecit:uomuit flaua,biliosa,subcrebra,& paulo post uirulenta: cuncta remissa sunt.circa diem trigesimum ex utrisque naribus prorumpere sanguis cœpit,idque erratice paulatim usque ad iudicium,non abhorrebat à cibo,nec sitibundus erat toto tempore , neq; insomnis: urinæ tenues,non decolores:circa diem quadragesimum subrubra minxit,cum rubro sedimento multo:leuius habuit:post uariarunt urinæ,interim sedimentum habebant,interim non.sexagesimo multum habebant urinæ sedimentum,album,& læue:omnia sunt remissa,febres intermiserunt : urinæ iterum tenues quidem,sed boni coloris.die septuagesimo febris intermisit decem dies.octogesimo riguit , acuta febris inuasit,multum sudauit:urinæ sedimentum rubrum,læue habuerunt:prorsus iudicatus est.*

B Cleonactidẽ,inquit ignis corripuit,hoc est,uehemẽs febris detinuit.Statim adijcit, erratice, quod est,nullo circuitus ordine,ut nunc,uerbi gratia,tertio,uel quarto quoq; die febricitaret, nũc quinto,uel sexto:cæterum eam semper optima consequerentur signa,appetitus ciborũ , & somni:tũ q̃ nõ sitiret,nec decolor esset urina.Nã hæc Hippocrates ad uerbũ ita scripsit:non abhorrebat à cibo,non sitibundus erat toto tempore,nec insomnis. Simulq; redundantem succũ non esse biliosum,& calidum bis significabatur:nam ab eo quidem sitibũdi, & insomnes efficiũtur,atq; adeo *fastidiosi id est appetitu carentes.Quare si ut urinæ perpetuo boni coloris erant, sic mediocre habuissent sedimentum,non ita esset morbus extractus,sed fortassis die quadragesimo esset iudicatus.Si item nubem habuisset bonã,ocyus morbus esset depulsus.Nũc quia urinæ semper tenues erant,multum spatij requirebant concoctioni. Igitur die ait quadragesimo sub rubra illũ minxisse, quæ sedimenti haberent rubri multum . Talem uerò urinam multo dicit in præsagijs esse ea,quæ album habet sedimentum,diuturniorem , perquã salutarem tamen. A die quadragesimo scripsit uarie fuisse urinam ei⁹ affectam, ut sedimentum interdum haberet,inter C dum non haberet:quod consentit errantibus accessionibus:illæ siquidem ab humorum diuersitate,qui morbos pariunt,concitantur.Et urinæ incõcoctio & cõcoctio alternantes,aliquos indicabant illorum concoqui,aliquos p̃manere incõcoctos.At uerò die sexagesimo multum dicit, & læue,albumq; sedimentum extitisse:ideoq; subdit,omnia sunt remissa, febres intermiserunt. Verum quia postea scripsit,urinæ iterum tenues,sed boni coloris,residuos quosdam fuisse incõctos humores innuit:quibus paulatim cõcoctis,dies octogesimus absolutum iudiciũ attulit: de quo ad uerbũ sic scripsit, octogesimo riguit,acuta febris inuasit,multum sudauit:urinæ sedimentum rubrum læue habuerunt,prorsus iudicatus est.Hic rursus memento sedimenti formã maximi esse momenti.Vrinæ quidem sedimentũ album,sed crassum fuisse uel ijs,q̃ obierunt do « cet:nam de Sileno,quem alterum hoc libro descripsit, ita dicit,| Minxit multum, quod subcras « sum in matella euadebat:sedimentum simile farinæ crassiori,album,cum tamen hic Silenus po stridie obiret die undecimo,qui decimo commemoratam urinam reddidisset.Iam circuit⁹ etiã memineris decretoriorum dierum.Sexagesimus enim præiudicauit , non sexagesimustertius: deinde octogesimus,non octogesimusquartus.Tanquam tres septimanæ,non ad diem primum & uigesimum progrediantur,sed uiginti diebus terminentur.

* ἀπόσιτος, i. solet ac frequentissime interpres per dictione fastidiosus intelligere quod græce dicitur ἀπόσιτος

Sup.t. 19.111.e

D

AEGROTVS VII.

24 *Metonem ignis corripuit:lumborum dolorifica grauitas.postridie cũ multũ aquæ biberet,bene aluus reddidit.tertio capitis grauitas:retrimenta tenuia,biliosa,subrubra,die quarto cuncta exacerbata sunt, bis de nare dextra sanguis paulatim fluxit.nox grauis fuit:deiectiones, ut erant die tertio:urina subnigra,in qua subnigra pendebant dispersa,nõ residebãt.die quinto è ~~dextra~~ nare affatim profluxit merus, sudauit.iudicatus est.a iudicio insomnis erat,delirauit:urinæ tenues,subnigræ:capitis lotionibus usus est. dormiuit,mente constitit.in hoc non erat recidiua,sed crebro sanguis etiam post iudicium erupit.*

sinistra

Hic æger confirmat uniuersum hunc sermonem.|Largæ de naribus eruptiones sanguinis libe « rant ferè.Sanè enim à sola uidetur sanguinis eruptione,& iudicatus,& seruatus: quamuis nõ om « nino tuta signa haberet.Nam quarto die dicit habuisse eum urinas subnigras:cui annectit , in qua subnigra pẽdebãt dispersa,nõ residebãt.Atq; die quinto tametsi sanguinem erupisse dicat de naribus:& sudasse,& ab his iudicatũ:tamen postea,urinæ,inquit,tenues,subnigræ. Deinde, peruigilauit,delirauit , nugatus est.Huius te præsentissimum remedium docuit,capitis lotio- « nem . Dixit enim in libro de ratione uictus in morbis acutis,caput non lauandum esse ijs, quibus

2.Epid.sect. 1.

* παρέληρε.

* παρελάλει

A Vir hic uel testimoniũ, uel etiã exemplum est nõ paruum generalium preceptorum. Instituamus ãt orationem ab urinis: de quibus scripsit, Die undecimo urinas perpetuo tenues q dẽ, cæterum boni coloris minxit, & multũ continebant suspensionũ dispersarum, non subsidebant. perinde enim quasi ab initio tales fuissent, & permansissent eodem in statu ad diẽ decimũ, & sextũ, ita loqui uidetur. Die sextodecimo earũ mutationẽ indicauit, ut tũ primũ incidentẽ: nam hæc sunt eius uerba: die decimo & sexto minxit paulo crassius, habebat aliquid sedimenti. Planũ ergo est, tenues, sed boni coloris urinas, ob coloris bonitatẽ promittere salutẽ: Quatenus ãt erant tenues, hactenus tempus requirebant concoctioni. Cæterum eorũ, quæ molestiam creabant, nõ unum erat genus. Nã cũ prius die decimo & sexto urinæ cõmutationẽ declarasset, postea dicit: Die septimodecimo iterũ tenues. Eodẽ die dicit, secũdũ aures eius tumores excitatos. Quòd si adiũctas habuisset urinas crassas, uigesimo die oĩno rediisset ad sanitatẽ, q dies decimusseptim⁹ sit uigesimi indicatorius. Itaq; eo die est prorsus iudicatus. Nõ erat tñ cõstans & absolutũ iudiciũ: immo uerò tubercula secũdũ aures nõ resederunt, neq; suppurarũt. Dolore præterea infestabatur, & alui fluxio ĩcepit unà cũ excremẽtis dysenteriæ, hoc est ramentosis, quæ acredinis erãt humorũ, qui descẽdebãt, notæ. Quibus cũ urinæ accederent crassæ, tumores iuxta aures resede-
B rũt. Quæ cũ ita procederẽt, solida morbi decessio in diẽ quadragesimũ incidit. Quare meminc ris in eiusmodi iudicijs, nõ tãtũ ultimi, quod fit in circuitu decretoriorum dierum, sed etiã ei⁹, quod in medio est. Etenim in omnibus ægris, nõ his solis, uideas iudicia diebus decretorijs fieri. In decretorijs diebus tumores sunt ad aures exorti. At septimodecimo extiterũt parotides. Die uigesimoseptimo coxæ dolor dextræ inuasit, natura excrementum deorsum protrudente, necdum excretionem ualẽte per aluum efficere, quam ab hinc quatriduum excitauit. Nam habuisse etiam diem uigesimum iudicium non absolutum, antea didicimus. Quo fit, ut testimonio eorum, quæ dilucide ægris conspiciuntur, constituantur circuitus dierum decretoriorum.

AEGROTVS XI.

28 *Dromeadai uxorem, quæ filiam erat enixa, cæteris rite cõsecutis, postridie rigor cepit, febris acuta, primo die circa hypochondriũ laborare cœpit, fastidiosa ᵃ horrẽs, implacida. sequentibus diebus somnũ nõ cepit: spiritus rarus, magnus, statim ᵇ reuulsus. postridie eius diei quo riguerat aluus cõmode reddidit. urinæ crassæ, albæ, turbidæ, cuiusmodi sunt, quæ in motellis subsederunt, cum agitatæ fuerint: repesita multo tempore, non subsidebant: nocte non dormiuit. tertio die circa meridiem superriguit, febris acuta, urinæ eædem, hypochondrij dolor, fastidiosa: nocte magna cum molestia nõ quieuit, sudor undiq; ᶜ frigidus,*
C *e uestigio calor illi redijt. Quarto dolor hypochondrij remissus est, capitis unà cũ dolore grauitas, aliquãtulum soporata est, parũ nares stillarunt: lingua p arida. sitibũda erat: urinæ paucæ, tenues, oleosæ: paulisper dormiuit, quinto fastidiosa, sitibũda, urinæ eædẽ, nihil deiecit: circa meridiem multũ delirauit, statimq; ad mentẽ aliquãtulũ redijt, surgebat, ac deinde mox aliquãtulũ soporata est, paululum frigebat: nocte dormiuit, delirauit. sexto die mane superriguit, cito percaluit, toto corpore sudauit, extremo mẽbro frigida; delirauit: spiritus magnus, rarus: paulo post conuulsiones à capite cœperunt. subito obijt:*

Hanc primo statim die laborare morbo acuto fuit clarum. Die secundo, ex symptomatibus, q recitauit, cum iã pcesserant ex urinis signa, optima ratione potuit aliquis celerem eius mortẽ expectare. Vrinæ satis malæ, conturbatæ, & nequaquã subsidentes. Quin die etiam tertio urinę & symptomata cuncta permanserunt, confirmantia expectationem mortis. Quarto cum nares præterea stillarent, urinæq; oleosæ uiderentur, iure sanè die sexto est defuncta. Hanc ipsam quoque dicit spiritum habuisse rarum & magnum, ᵈ † qui deliraturam annunciat.

AEGROTVS XII.

D 29 *Quidam calescẽs cœnauit, & potauit largius, uomuit cuncta, nocte febris acuta, hypochondrij dextri dolor, submollis in partibus externis inflãmatio, noctẽ moleste trãsegit, urina primo rubræ, crassa, deposita non consistebãt: lingua perarida, non ualde erat sitibundus. Quarto die febris acuta, undiq; eũ affligebãt dolores. Quinto minxit læue, oleosũ, multũ: febris acuta. Sexto uesperi multũ delirauit, nec nocte dormiuit. Septimo omnia irritata sunt, urina similes, multum loquebatur. sibi imperare nõ potuit. aluus irritamẽto liqda, turbida, cum lumbricis excreuit: noctẽ similiter laboriosã habuit, mane riguit, febris acuta, sudauit multum. febre carere uisus est, non multum dormiuit, à somno frixit, sputatio: uesperi multum delirauit: non multo post uomuit nigra, pauca, biliosa. Die nono frigebat, magnopere delirabat, somnum non cepit. Decimo crura doluerunt, omnia exacerbata sunt, delirauit. Vndecimo defunctus est.*

Hæc nos historia primum docet operæpretium esse attendere, ut primũ inuadunt morbi, & non temere, & citra iudicium cibum exhibere, etiam si parui uideantur morbi. Hic nãq; uir q a intempestiue cœnatus erat in initio febris, quæ parua esse uideretur (hoc enim declarat nomine calescens) læsus sanè etiam est, quòd intempestiue cibum sumpsisset. At largius etiam inquit,

A e dictio hæc non habetur ĩ aliquibus cod. antiquis græcis, nec etiã in Galeno lib. 2. de diff. respir. cap 10. clas. 3. pag. 68. c

b e est quidem ĩ codice Aldino ὑποχόνδριον αὐτίκα ἀνεσπασμένον, i. hypochõdrium statim reuulsum. In alijs tamẽ cod. nõ ita legitur, sed ut nunc est in contextu latino: de spiritu enim reuulso, qui spasmum significat, sermo hic habetur: ut clarissime a Gal. tractatur lib. 2. de diff. respir. ca. 10. clas. 3. pag. 68. c. & li. 3. ca. 9. pag. 73. c

C e Al. subfrigidus.

D † Al. afferens ipsam delirasse.

E e Al. sternis

potauit

GALENI IN LIBRVM TERTIVM HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS COMMENTARII TRES

Hermanno Cruſerio Campenſi interprete

Ab Auguſtino Gadaldino ad antiquiſſimorum exemplarium Græcorum fidem diligentiſſime emendati.

COMMENTARIVS PRIMVS

ARGVMENTVM

Liber legitimus, in cuius priore parte deſcribuntur, quæ ab Hippocrate in tribus ægrotis obſeruata ſunt.

AEGROTVS PRIMVS.

1 C *PYthion, qui propter Telluris ædem habitabat.*

Pro titulo id ſcriptum ſeorſum puta eſſe, Pythion qui propter telluris ędem habitabat. Ac in altero principio lege hiſtoriam eorũ, quę illi acciderunt. Nam ſic ſatius dictionẽ exiſtimes ſcriptam eſſe, quàm ſtatim Hippocratem initio ſolœciſmum conſulto commiſiſſe: cum nullam ſcripſerit toto in libro eiuſcemodi figuram, nec cum ægros; nec cum peſtem exponit. Sunt tamen, qui datiuo caſu ſcripſerunt, Pythioni, qui propter Telluris ædem habitabat. ſcrupulum ſtudentes ſolœciſmi uitare.

2 *Cœpit primo die tremor à manibus, febris acuta, nugabatur.*

Primo ſtatim die Pythionem, ait unà cũ acuta febre in ſymptomata incurriſſe duo, in tremorem manuũ, & inſipiẽtiam quandam paruã. Nam hoc illi eſt familiare, ut alijs atq; alijs nominibus quantitatem ſubijciat deſipientiæ, ληρῆσαι, & παραληρῆσαι, & παραφρονῆσαι, & παρωχλῆναι dicens, i. nugatum eſſe, deliraſſe, deſipuiſſe, dementem fuiſſe: aliàs παρακόψαι, & ἐκστῆναι, μανῆναι, & ἐμμανῆναι, i. veſanum fuiſſe, uel amentem, inſaniuiſſe, & furore eſſe exagitatum. Quare ſi nugatus ſit Pythion, conſtat modice deſipuiſſe. Atq; didicimus tremoris cauſam eſſe muſculorum infir-
D mitatem: deſipientiam uerò fieri cerebro ob inflammationem, uel copioſum bilioſum ſuccum, offenſo: et acutam febrem putredinis eſſe humorum comitem. Si igitur quæ morbum præceſſerunt, quod in alijs fecit, item in Pythione aſcriberet, ex illis forſan indicatio quædam nobis fieret præparationis morbi: nunc quia omiſit, conabimur nos ex ijs demum, quę aſcripſit, eam indagare: cum & ex eo, ꝙ nihil prodiderit de ijs, quæ morbum pręceſſerunt, affectio indicetur corporis. Nã ſi uel ex intẽpeſtiua exercitatione, vel potu, uel uenere, ut ſcribere ſolet, uel ex aliquo alio, quod longe ab inſtituta uictus rõne recedebat, febricitare Pythion cœperat, haud erat ꝑteriturus. Vnde longo tꝑe morbũ liquet clam fuiſſe præparatum. Cum itaq; tremores cauſam habeant, ut ita dicam, continentẽ, uirium imbecillitatem: illæ aũt imbecillæ reddantur aut per ſe, aut per humorum exundantiã grauantẽ: non exiſtit tremor, qui uirium conſequiẽ offenſam, in principio morbi citra validam ęgritudinem, aut famem, aut laſſitudines, aut uigilias, aut ſolicitudines, ad hæc, immoderatam uenerem. Quorum ſiquid ſit factum, oĩno id Hippocrates, ut ſolet, meminiſſet. Quia igitur tale nihil ſcripſit, uires exiſtimes ſanè opprimi plenitudine. Quia uerò iam intremiſcerent manus, quarum oriuntur nerui ex medulla ceruicis: tum uerò quòd nugaretur homo: cerebrum etiam ipſum aliquem excipere infectum humorem indicio eſſet. Oportebat igitur Hippocratem, cum hominem animaduerteret in periculo eſſe, ad ſanguinis miſſionẽ

accedere, aut primo die, si nullum contineret uenter inconcoctum cibum, aut omnino altero: E
hocq; magis, quòd primo die exposito, ipse scripserit.

3 *Altero die cuncta sunt exacerbata.*

Videtur.n. increscere morbus, nõ quasi paruus, aut à qualibet profectus affectione corporis, sed cum ipse ingens, tum causam habens non leuem. Quia uerò non in Pythione tñ, sed in alijs ægris multis, qui sanguinis missionem, quantum nos ex ipsius scriptis conijcimus, uidebanť quęrere, non inuenitur ascribere eam, alterutrum necesse est cogitemus, aut non detractum illis hominibus sanguinem, aut hoc eum auxilij in narratione omisisse. Atqui nemini eorum, qui id requirebant, missum fuisse est improbabile, cũ ille uir remedium illud amaret: vt in germanissimis suis libris significauit, in aphorismis, & in libro de victu in morbis acutis, in libro de articulis, ipsoq; adeo in hoc tertio de vulgaribus morbis libro, vbi de quodã ægro in hunc modum scripsit:
3 Epid. cõ. 3. t. 79. 3. 150. b Octauo die cubitum secui: multum, ut debebat, fluebat. Nam cùm octauo die sanguinem illi detraxerit, multo sanè prioribus diebus magis hoc usum præsidio censeas. Quòd aũt singulis non ascripserit, qbus hoc adhibuit remediũ ægris, cum meminerit eo minorum, ipsiusq; adeo suppositionis balani, improbabile est. Ergo siqñ utrinq; est oratio absurda, minus absurdum eligẽdum est. Censeo equidem auxilium in multis esse assumptum, sed prætermissum in narratione ut clarum. Quò me adducit potissimum, quod in ijs prædictum est, quibus octauo die missus est sanguis. Etenim hoc ut rarum scripsit, & sanguinis ante diem octauum missionẽ, ut consuetam præterijt. Quòd si in ueris suis operibus, magnis infestãtibus morbis, semper sanguinis missione utitur, simul cum ea duo hæc respiciens, ætatem pariter & ægri uires: & his ipsis in libris de vulgaribus morbis octauo die, cuidam ait missum esse sanguinem: nihil aliud excogitare possumus, quàm q in ægris quidem non præteritum fuerit hoc remedium: in narratione uerò, vt clarum, præteritum fuerit. Quare de sanguinis missione, quia oratio ad ægros spectat omnes, semel dixisse sufficiat, ut & cætera quæ sunt communia. Verum hæc, quæ ad unumquenq; pertinent separatim, exponemus, initium à Pythione, ut instituimus, facturi. F

4 *Tertio eadem erant. Quarto alnus pauca, mera, biliosa deiecit. Quinto omnia exacerbata sunt, tremores manebant, somni erant tenues, aluus constitit. Sexto sputa varia, subrubra. Septimo os est distortum. Octauo omnia exacerbabantur, tremores etiamnum permanebãt. Vrina à primo ad octauum usque diem tenues, decolores, quæ suspensionem habebant nubilosam. Decimo sudauit, sputa subcocta, Iudicatus est, vrina circa iudicium subtenues. Quadragesimo ab iudicio die suppuratio circa sedem, & stranguria sus factus est abscessus.* ΠΠ Π. *OT. M. T. P. M. V. Q. S. idest, probabile multitudine urinarum Quadragesima sanatum.* G

Cętera huius orõnis narrationem continent symptomatum, & dictione, & sententia apertã: frequentia nanq; sunt acute ægrotantibus. Quorum & in libro præsagiorũ perspeximus facultates, & in libro horũ ipsorum vulgarium morborum primo. Præterea non pauca in secundo sunt dicta, quæ conferunt ad explicandos ægros. Cęterum cũ sextum diem exponeret, quia sputa dixit uaria, subrubra, neq; ascripsit, vel pleuriticum Pythionẽ, uel peripneumonicũ fuisse, inquirẽdum reliquit nobis, an ẽt possint alia rõne incidere acute ægrotãtibus ea sputa, an peripneumonicis solis & pleuriticis. Et arbitrabať, ut uidetur, ẽt alia ratione fieri ea, cum in pulmonẽ uitiosi succi confluant, cæterum hi prorsus pauci, ut uiscus non inflãmetur. Nã non fuisse, nec pleuriticum, nec peripneumonicũ hinc liquet, q Hippocrates non meminerit, nec noïatim horũ uitiorum, nec ab inseparabili eorũ ullo symptomate. Meminisset.n. doloris lateris, uel dyspnœæ, hoc est difficultatis respirandi. Neq; ẽt capite offenso, aliqñ animaduersa eiuscemodi sputa sunt: at cum tussi, dyspnœa, & lateris dolore aliqñ cernunť talia sputa. Ac duos uidi citra febrem, q talia sputa colore pallida extussirent. Sed alterum paulatim febriculæ paruæ exceperunt: quo factum est, ut in longum tps ducta affectio pmanentibus febribus tabidũ hoĩem indicaret: alterũ absq; febre, cum talia expueret continuis diebus paucis, nihil est mali consecutũ. Quamobrem est probabile in primis thoracis regionibus, vbi est continens ad ultimas ceruicis uertebras, affluentiã aliquã humorum constitisse non multã, quæ dyspnœæ non esset excitandæ, q non referat magnopere ad officiũ respirationis primum intercostale: sed cum istud esset uitium in neruorũ radicibus, qui ad manus pertinent, neruiq; degrauarentur, tremulas effecisse manus. Nam ex primo intercostali, & uertebris ei superpositis nerui enascuntur, qui musculos manuũ mouent. Hęc inde confirmanť, q tremores unã cum sputis, quæ successerunt, permanerent: & etiam q ubi aliquod in his signum apparuit concoctionis, non amplius fierent tremores, morbusq; tolleretur, cum iudicium consequereť per sudores. Et quanquã inconcoctæ essent urinæ, sputorum tñ concoctio iudicauit, & iudicium adduxit, ut neutrum signum quod solet denotare, falleret. Siquidẽ ęger quando gemina teneretur affectione, una febrili in succis, quos continent uenæ: altera quã modo diximus, in thorace: prior in totum non est depulsa sudoribus, nam inconcocta etiamnum erat: sed recessit altera, quòd nihil esset prorsus in thorace residui. Itaq; hunc ille in modum scribit, decimo sudauit, sputa subcocta, iudicatus est, urinæ circa iudicium subtenues, indicans quæ in præsagiorum libro de tenuibus urinis, quæ duplices sunt, tradidit. Primæ sunt hæ: H

Quoad

A |Quoad urina rufa tenuisq; sit, incõcoctũ morbũ significat. Alteræ hę: |Si urinas tenues & æqua *in Prog. cõ. 2. c.10.4.100.h*
« biles diu reddat, & reliqua salubria sint signa, his abscessus in locis portendit septo transuerso su *Ibidem, t. 3. 201.b*
« biectis. Quare ad finẽ eorum, q̃ acciderunt Pythioni, ad uerbum sic scripsit, quadragesimo à iu-
« dicio die suppuratio circa sedem, & stranguriosus factus est abscessus. At quia & tremoris manuum, & nugarum primo statim die meminit, & in sequentibus scripsit, omnia exacerbata sunt, ac in septimo die addidit, os est distortũ, discutiendum uenit, utrũ increscente cerebri malo, an deorsum diuertente, os sit detractũ. Atqui vr̃ ex ijs, q̃ subdidit, migrasse in regiones inferiores, non consensisse cum cerebro illas: fortasse q̀ homini missus sit sanguis, itaq; mirificam consecutus opem sit. Sed nec dum primis diebus quicq̃ apparebat sputorum eius, q̃ in latere est affectionis, non pp ipsius malignitatem. scimus.n. grauissimas peripneumonias esse, & pleuritidas τὰς ἀπτύους.i. in quibus nihil expuitur, ut ẽt ipse docuit Hippocrates: cæterum hic non ob morbi grauitatem censendũ est, nihil primis esse diebus sputi redditum, uerum quia ad primum solum intercostale cõstabat affectio. Quòd si ẽt ipsa difficilis erat, in eo tñ loco facta erat, ob idq; nihil expuebat. Itaq; potuit, auxilio missi sanguinis succis reuulsis, qui hoc loco affluebant, initiũ habuisse concoctionis affectio sexto die, vbi meminit primo sputorum. At quod de die decimo cõ *1. & 3. de Morbis, & in prænotionibus coacis.*
B memorandũ pduxi, id est: neq; in his vulgariũ morborũ libris est planè quisq̃ iudicatus die decimo, neq; ipse asseruit usquã esse decretoriũ diem decimũ: sicut dixit non raro undecimũ. Habes capita in commẽtarijs De diebus decretorijs collecta eius oĩa, vbi ẽt quadragesimus oñdit, nõ quadragesimus secundus, morbos iudicare: ut quorundã fuit opinio, q circuitus dierum decretoriorũ fieri integris septimanis ducebant. Quòd si ob id solũ arbitret quis non esse morbum iudicatũ in totũ, q̀ die decimo sudarat nõ undecimo Pythion, nõ rectè existimet. Nã iudiciũ nõ integrum eo, q̀ haud dum sit concoctus morbus, necessario fiat. Multos.n. cũ ipse cõscripsit Hippocrates, tum nos conspeximus diebus decretorijs, non ex toto iudicatos per solam urinę incõctionem. Hæc si ambo coniuncta sint, †imbecillis decimo die, & urinæ incõcoctio, nõ oportebat fortassis hoĩem iudicari, aut nõ salubriter sanè & decretorie. Potuit igit, cum undecimo esset scriptũ nõ decimo, statim ab initio in eo esse offensum, qđ in alijs multis cernas q̃ ab ijs, qui primi descripserunt, neglecta in perpetuũ manent. Sed de die decimo hæc satis sint. Iam aĩaduerte *†decimi diei imbecillitas.*
« re interest nõ obiter, quã nubilosam esse suspensionẽ sit censendũ. Nã in psagiis est scriptũ: | Nu *Ibidem, t. 29. 200 g*
« bes in urina puectæ si albæ sint, sunt bonæ: sin atræ, malæ. Neq; igit urina nubilosa in præsagijs, neq; suspensio dicta est, quãuis eo libro accurate uniuersam sit in acutis morbis præsensionẽ ex
C urinis persecutus. Ac ne interpretũ quidẽ quisquã, quam esse nubilosam urinã Hippocrates uellit, enarrauit. Equidem, q̃ mihi probant hoc inquirenti, referre non dubitabo. Nubis nomen solent medici ab aere ad urinam transferre, siue Hippocrates hoc nomen primus pro aliqua eorũ,
« q̃ pendent in urina, specie, uel urinarum: siue his alius attribuerit. Vt ergo in aere interim tẽpestas fit, ubi nubibus cõdensatus sit atris, caliginosa: interim purus apparet & serenus, †vñrq; nubes per eum q̃dam disiectæ, ac tum aer nubilosus dr̃: quo quidem tpe nubium cernimus colorẽ non exquisite atrum, nec lucidum, sed inter hos medium: haud aliter urinã mihi & suspẽsionem appellare Hippocrates nubilosam vr̃, quæ nec colore sit albo, nec ẽt planè nigro, cæterum horũ medio. Quemadmodum igitur alba quidem suspensio bona est, nigra uerò praua: sic quæ inter has media, neq; exquisite bona, neq; praua est, sed media. Quare Pythionẽ talem est suspicandũ habuisse suspensionem. Nam alba si esset, iudicium non efficeret non completum: si iam atra, nõ probum. Qm̃ uerò inter albã, & atram intercedebat, bonum est factum iudicium, sed non absolutum. Quod erat reliquum, quadragesimo die in duplicem erupit abscessum, quem ẽt non pbe interpretantur, cum per consensum abscessus in sedem putent Pythioni stranguriam accidisse: cum ipse scribat Hippocrates, simpliciter interim factam esse stranguriam, interim non simplici *† Additur in antiquis, uerò dñ. ut sit uertatur: interim uerò etiam uidentur nubes &c. & ita omnino uidetur legendum.*
D ter, sed adiungat illi abscessus nomen: ut primo de vulgaribus morbis libro, in secũda tempesta
« te, ubi ita scribit: |Solum uerò bonum, maximumq; inter signa q̃ fiebant, quodq; multos à maxi *1. Epid. cõ 2. t. 41.3.111.f*
« mis periculis uindicauit, hoc fuit, qbus ad stranguriam diuerterent, & in hanc abscessus fierent.
« Nam appellat ẽt abscessus, qui excretione noxiorum humorũ sunt facti, nedum qui decubitu: & merito: quo modo in dysenteriam alio loco, sic hoc loco in stranguriam, factos ait abscessus. Nã mali humores, quos hñt uenæ, utraq; expurgant excretione. Ergo id in ipsa secunda tẽpestate de vrinis, aliquanto ante locum, quẽ modo protuli, hoc pacto scripsit: |Strãguriosæ nõ nephriticæ, sed his alia pro aliis. Cum.n. per morbum ob renum affectionem stranguria fiat, hanc ipse ab ea, q̃ in secunda tempestate facta fuit, separans, ratione abscessus, adiecit stranguriosæ nõ nephriticæ, sed his alia pro aliis, i. pro uenarũ uitioso humore, ac febribus huic succedẽtibus, inciderunt purgationes, per uesicã excretis uitiosis humoribus, ut nonnunquã per intestina. Mordicatio itaq; ab excrementis, q̃ acria erant, profecta, stranguriam inducebat. Vesica.n. ut est ostensum, ad reddendam urinam in stranguria prius properat, q̃ iusto sit eius modo impleta, duabus de causis, uel q̀ eius non ferat qualitatem iam mordacis: vel q̀ per debilitatem prius, q̃ sit urina coaceruata, ut pauca planè sit, grauetur. Eiuscemodi igitur Pythionẽ dicit abscessum habuisse: nec scripsit simpliciter hoc pacto, strãguriosus, sed adiunxit, abscessus. Habet.n. in hunc modum *Ibid. t. 8. 109 a*

dictio,supputatio circa sedem,& stranguriosus factus est abscessus.Alterutrum cōmittunt,ut ea E
aut prætereant,aut male multi interpretes enarrent.Morari uero in iis nō est necesse,de quibus
semel hic statui dicere.Ego esse ducebam melius,q̄ longo tpe indagaui, & certo iudicio inueni,
hæc literis sola prodere,citra ullam malorum interpretum reprehensionem .Sed quia quidā,pro
pterea,ꝙ nequaq̄ puerilibus disciplinis instructi fuerunt:nonnulli uerò, & natura ad intelligen-
dum tardi cū sint, ubi incidanr in quorundā scriprorū nouas cōmentationes, hac ipsa sola capti
nouitate,eas celebrant:ideo sum adductus,ut semel aliqñ istorū interpretum mentionē facerē :
de Fracturis,cō. 2.t.6 7.225.b cum ēt ipse dixerit Hippocr.‖Extraneum,q̃ a non assequunť,celebrāt præ consueto,qđ iam bo-
nū sciunt esse:& absurdum p̄ aperto.Quare quo lectores nr̃orum cōmentariorum p̄moniri , qui »
mores sint malorum interpretū,eos queant agnoscere,ꝓlixius mihi hic certum est de his agere. »
Nec uerò queratur quisq̄ de sermonis prolixitate, habiturus eū ad malas cognoscēdas interpre
tationes pro adminiculo.Arq; est unū istarum genus,qđ in proposito ægro quidā fecerunt, quo
rum unius ascribā ipsa uerba,nequis me de illo existimet mētiri.Atq̄ Telluris ędes,intelligit Ce »
reris.Apposuit autē ædes forte ad demonstrandā cām,unde manuū illi tremor,& morbus inci- »
dit,ut illi,cui ꝓꝓ mensium suppressionem,ut est uerisimile,ꝙ otiata ea esset pars.Rursus in sexto »
6 Epid. sect. 8. in fine. scribir,‖viro absente feriatā illo mēbro mulietem,sublatis ad os mensibus,barbā produxisse:qđ F
quid est aliud,q̄ fœminam in uirum mutatam?Sic igiť Pyrhion,dum coitu abstinet, ꝙ ad solum »
fanum curā conferret,in morbum incidit.Hæc unius est ex interpretibus oīo , qui se ipse hac re »
conuincit,ꝙ cum crebro Hippoc.quidē noīatim domicilia cōmemoret, hic non illorum omniū
enarrationē,sed planè paucissimorū conscribat.Nā si non temere domicilia sint ęgrotum prodi
ta,sed indicent ēt aliquid,qđ ad artem faciat,qui in paucis ęgris eorum uim exposuit, p̄terijt au
tem in alijs,ijsq; permultis,parum suo functus est officio:ut,uerbi gratia,de primo,quem in vul
A 1.Epid.cō.3. t.18 3. 121.a garium morborū libro primo descripsit.Nam [a]‖Philiscus,inquit,q̃ propè mœnia habitabat.De- »
B Ibidem t.22. inde,[b]‖Epicratis uxor,q̄ ægrotabat apud Archegetē,Tum,[c]‖Erasinus,q̃ ad Bootæ torrentem ha »
C Ibidem t.25 bitabat.Mox,[d]‖Clazomeniū,q̃ iuxta Phrinichidai putcū decūbebat. Postea de muliere quadā, »
D Ibidem t.27 [e]‖Dromeadai,inquit,vxorem,q̄ filiam erat enixa.Inde,de [f]‖alia muliere,q̄ in litore decūbebat. »
E Ibidem t.28. In hoc item tertio de vulgaribus morbis libro multos inuenias alios scriptos ęgros,ædibus adie »
F Ibidem t.30. ctis,vbi cōmorarenť,quas oīno non enarrant.Ac [g]‖Chærio,inquit, q̃ apud Demonetum decū- »
G 3.Epi.cō.2. t.2.3.135.e bebat.Deinde,[h]‖Eurianactis filiā uirginē ignis corripuit.Sub hanc,[i]‖Quędam,q̄ angina erar cor »
H Ibidem t.3. repta apud Bitonē.Postea,[k]‖Adolescentulus, q̃ in foro Mendacium decumbebat . Et q̃d multa »
I Ibidem t.4. K Ibidem t.5. opus est recēsere,cū tali scriptura liber penè sit totus refertus?Sed ad institutū reuertamur. Qm̄ G
cōplures ita sunt descripti ęgri,ubiq; oportebat,aut nusquā domicilia exponere.Verū hactenus
q̃dā interpretes librorū adeo cōtēnunt auditores, ut ego Alexandriæ quondā huiuscemodi au
diuerim de quodā ęgro interpretationē in libro primo de vulgaribus morbis descripto,illo capi
1.Epid.cō.3.t. 29.3 121.e te,cuius est initiū:‖Silenus,q̃ in Platamonis ędibus habitabat.Nā exponēdis Hippocr.ijs, q̄ illi
Ibidem. acciderant,ita scribit:‖Noctē insomnem duxit,multa uerba,risus, cantus. His igiť acclamabat, »
q̃ enarrabat librū,scilicet erat Σεληνὸς.i.lunaticus. His præ admiratione discipuli in clamorē eru
perunt.Nōnulli interpretes tam sunt arguta sedulitate,ut q̄rant,utrū in Platanonis habitaret æ-
dibus Silenus:quidā ꝑ m Platamonis scribendū esse putent: quidam per n Platanonis.Similiter
1 Epid.cō.2.t. 83.3.116.b q̄runt isti interpretes,ubi dicit Hippocrates:‖Decumbebat in theatro,ἰητρεῖον ne satius sit scribe-
re,an θέατρον.At eos,q̃ in his tp̄s terunt,reprobār:hos uerò,qui per ea,quæ in Prædictionibus &
Coacis præsagitionibus produntur,historiam ægrorum in his libris exponunt , multi suspiciūt.
Sed q̄ sint uitiosa,quæ in libro prædictionū sunr tradita, certis declarauimus cōmentarijs,quos
in illum librum scripsimus.Nā eius libri vř auctor ex uno sæpe,aut duobus priuatis exemplis si
bi conspectis uniuersalia facere decreta.Demonstrauimus item multos eum cōcursus facere,ex
genere dissimilibus signis coactos.Et uero etiam declarauimus eam doctrinam , tam numerosa H
līrē quæ concurrant,ut recenseri nequeant.Ad hæc illud est declaratum enarrandis ijs,quæ scri
psit auctor libri prædictionum,non posse doctrinā ullam esse meliorem, q̄ Hippocratis in præsa
gijs,cuiusq; uirtutē signi sigillatim tradentis: neq;.n.aliter multis unà coeunribus quicquā p̄sci-
ri.Proinde q̃ utrunq; legerunt librū,p̄dictionum & p̄sagiorum,satis scio oīa his aperta esse q̄ di-
ximus.Iam siquis prius nostros cōmentarios in eos libros æditos legerīt,poterit ille citra illa , q̄
sunt nunc à me cōmemorata,ꝑuitatem animaduertere eiuscemodi interpretationis. At qui il
los nō legerint,ante uolo illos ut hi consulant,deinde huc se recipiant audituri, & de ijs quæ di
xi æstimaturi.Siquidem cum nuper quiddā in manibus sumerē de cōmentariis,quos Lycus Ma
cedo in hunc librum conscripserat, in expositione Pythionis tria offendi capita ex prædictionū
A 1.Prorrhet. com 1.t.31 4 268 a libro citata,q̃ in primo ad uerbū sic dicebat:[a]‖Tremula,obscura,palpantia deliria,magnā denū »
ciant phrenitim,quod Didymarcho accidit in Co.In secūdo sic:[b]‖Tremores,si sudoribus super »
B Ibid.com.3. t.13.181.a ueniant,repetere consueuerunt.At tertiū his erat uerbis scriptum: ‖Vrinæ à turbulentis uigiliis »
decolores cum nigris suspensionibus,delirium portendunt.Hæc ex p̄dictionibus capita à Lyco »
C Ibidē.com.1. t.4.162.e sunr ascripta,quasi ita Quintus in expositione huius Pythionis dixisset.Mihi verò,quando com
pulsus sum errores reprehendere (licet prioribus id commentarijs vitauerim) operæ pretium
videtur

A uidetur istorum interpretationum prauitatē detegere. Primum ijs, quæ dicta de Pythione sunt,
non cōgruit illud ex prædictionibus caput, neq;.n.cū silentio, neq; magnopere phreniticus fuit.
Nam cum librum prædictionum enarraremus, quæ sint deliria cum silentio ostendimus: & quæ
re magnopere ea phrenitica appellauit: quorum fuit in Pythione neutrum, siquidē nec cum silē
“ tio delirabat, & modice insaniebat. Secundum caput, in quo dicit, Tremores, si sudoribus super
“ ueniant, repetere consueuerunt. contrarium demonstrat casus Pythionis: nam nō succedebāt,
sed à primo unà inuadebant, posteaq; die decimo sudauit. Itaq; nō uīr tremores sudoribus, sed
“ tremoribus sudores successisse. Reliquum & tertium caput, ubi ait, Vrinæ à turbulentis uigilijs
“ decolores cum nigris suspensionibus deliriū portēdunt. recte atq; ordine esset citatum à Lyco,
si Pythion uigilasset primum unà cum turbatione, & urinam reddidisset nigra prędictā suspensio
ne, itaq; desipuisset postea: uerum qa neq; minxit talia, nam nubilosa suspensio permultum à ni
gra distat: neq; à uigilijs turbulentis phreniticus euasit, sed à primo statim die delirauit: non est
recte adductū. Nam qd causæ erat, quin diceret suspensionem atrā? aut uigilias primo, uel secū
do die: post has, primo die rursus: mox delirium? Immo uero Lycus ipse cum uocabulū, nubilo
sam, interpretaret, non fuit ausus dicere ab eo atrum denotari. Quare superfluo hæc adiecit (si q
B dem dicendū est superfluo nō mō ad ꝓpositū inutilia, sed ēt oīno falsa) & ꝑcipua quæq; Hippo
cratis sermonis neglexit aduertere, quæ tremorū affectio sit: qui in tremulis manibus locus af-
fectus: vnde uaria ꝑputa, & multa his succedentia: de qbus ego disputaui. Oīno.n. nihil horū cō
siderauit: & quod prorsus non erat inquirendum, pro qōne sibi obijcit ad uerbum, sic: Septimo
“ die os est distortum. Videt qđ hic narrat, cum dicto pugnare, quod in aphorismis sic habet: In 4. Aphor. 49. Ext. ord. 33. b
“ febre non intermittēte si labrum, uel oculus, uel nasus, uel supercilium peruertat, uel nō uideat,
“ uel non audiat, debili iam corpore, quicqd horum euenerit, mors in propinquo est. Hęc Lyci est
oratio, sibi in eo scrupulum mouentis, quod omni uacabat ambiguitate. Nam in aphorismis di-
xit, corpore iam debili: atqui Pythioni non debili distortum os est. Iā ēt extricando ipse hoc qđ
posuerat Lycus, nihil ad solutionem attulit aliud, ac id ipsum, quod nunc diximus. Itaq; qđ erat
apertum, tanq̄ dubium ꝓposuit: aliorum, q̄ ad artem referunt, nihil q̄siuit, nec quæ esset Pythio-
ni affectio, ob quā antedicta symptomata sint cōsecuta: nec qui locus, aut q̄ essent affecti. Ac ne
de sanguinis missione q̄dem ꝑtermissa admonuit. Humorum & tēperamentorum nō nunc tm̄,
uerum nec loco alio ullo in enarrandis ægris, aut cœli statibus, mentionem fecit, quæ in primis
Hippocratis librū enarranti erant consideradā. Sicuti, si Asclepiadē interpretaret, pori & tumō
C res, incōpactaq; elemēta, & latio ad tenuitatē erant illi declaranda, q̄ ad hæc ille principia oīa re
ducat. Calidū uerò, frigidū, humidum, & siccum Hippoc. causas statuit, quēadmodū ambiētem
aerem, in animantiū corporibus: Itidem quatuor humores inter sese tēperamēto distantes sani-
tatis auctores æque, ac morborum esse: sanitatis, ubi ex æquo sint inter se moderati: morborū,
ubi eorū maior sit, aut minor copia, aut de propria sede cōmigrarint in alienā. Itaq; ad hæc prin
cipia ēt, q̄ ante Lycū & Quintū, aliquē Hippocratis librū enarrauerūt empirici, uniuersa referre
student: uelut in fabula agunt quidā solam, quam hīc impositam, personam. Nam ut Erasistrati
interpres recte de humoribus & tēperamentis sileas, ita si quicq̄ dicere in scripta Hippocr. insti-
tuas, merito ad ipsius uocem interpretationē dirigas. Fortasse uero, ut adulterino ęmulo Hippo
cratis, ueniam dare Lyco, ubi offendere uideat, æquum sit: ni hoc exprobres, q̄ cū interpretatio
nes scribere non valeat, agat fabulam: q̄ppe quod est assimile huic, si aggrediaris comędiam, uel
tragœdiam, cum actor esse nequeas. At uerò si ad hos te conuertas, qui Hippocraticos sese nun-
cupant, vbi iuxta ac alieni & adulterini sectatores errant, immerito illis ignoscas. Iam cum isto-
rum errores absint non solum ab Hippocratis sniā, sed ab ipsa rerū ueritate, duobus eos nomini
bus insecteris. Siquidē melius est nihil, atq; si ambobus interpres his scopis cōstet, ut simul & cō
D sentanea cum scriptore, & uera dicat: qui alterum tm̄ obseruat, hoc est reprehendendus, q̄ dimi
dium corruperit totius. Interpres uerò, q̄ neq; uera dicat, neq; cōsentanea cum auctore libri, ma
xime censendus est peccare. Sabinus quidem, eiusq; auditor Metrodorus germanissimi illi qui-
dem iter priscos Hippocraticos habiti fuere: est tm̄, male ubi uideant Hippocratē enarrare. Ver-
“ bi gratia, in ꝓposito ægro ita ad uerbū dicunt: nā ut cōuulsio à uacuatione, & repletione profici
“ scitur, haud aliter tremor, q̄ parua est cōulsio, à contrarijs efficit. Ac causa quidē, quamobrē hæc
“ uitia fiant, dogmaticorum uirorū est, non empiricorum, attendere: attā ea cognoscere, & discer
“ nere alterum ab altero posse, empiricis est necesse. Hac sanè in re primum uidet Sabinus falsus,
q̄ paruam dixerit conuulsionē tremorem esse. Nam toto gn̄e inter se differunt hi affectus: nihil
uerò nunc intersit, affectus uoces an symptomata, functionum noxas. Neq;.n. affectiones certæ
sunt in solidis animalis partibus, ut ędema, & inflāmatio, & scirrhus: sed sicut actiones dū fiunt,
consequunt ut existant, non qa cōstanter & scdm habitum insunt, ita & affectus quoq; earum.
Nā cum oīs in actione positus motus sit: sitq; quidam in aīalibus motus uoluntarius, ut alter in
uoluntarius & naturalis: offensæ uoluntarij in motibus fiunt musculorum, à qbus ēt cum scdm
naturam fiunt, scimus obiri. Sed quod in eis est secundum naturam, unum est & simplex: quod
est ꝑter naturam, in primis fit duabus differentijs, aut ꝑter uoluntatem, aut de uoluntate, non tā

ſecundum naturam. Sed hoc loco ſcd̃m appetitum dicas, an ſcd̃m uoluntatem, nihil intereſt. At E
uerò motuũ, qui citra uoluntatem fiunt in uoluntarijs inſtrumẽtis, q̃ ad motum ſunt cõparata,
hæc cõuulſio, illa uocatur palpitatio, alius rigor, inter ſeſe diuiſi. Sed plene de his integro uolu-
mine diſſeruimus. Iã motus uoluntarius, q non ſcd̃m naturã obitur, una eſt forma, q tremor ap
pellaẽ: de quo neceſſariũ eſt, qm̃ alios huius grã attigimus, hic uerba facere. Fit ergo tremor non A.l.3.fo.2.c. 11.108.d
tñ in muſculis affectis & nẽruis, ſed ẽt bene ualentibus, ubi quis ultra uires onus attollere mo-
liatur, aut manibus baiulando, aut imponẽdo humeris. Itaq; nõnulli conſpiciunẽ robuſtiſſimi a-
doleſcentes, dũ onus portant prægraue, cruribus tremere, maxime vbi aſcendere ſcalas tentẽt.
At illis qđ in maximis molibus, hoc ſenibus, & alia ratione infirmis uſu uenit in minoribus: nã
ſunt hæc ẽt grauia imbecillibus. Sunt iam ẽt certe affectus animi, q tremorem inducunt. Nã in
libro de humoribus dictũ eſt, per abruptum tranſeunti, metu ſcilicet uires deiiciẽte, crura treme
re: necnon ſiquis alius in ſe inuadentẽ conſpicatus beſtiã ſit, aut latrones aut hoſtes, metuat. Re
cte igitur in cõmentario de tremore, cõuulſione, & rigore, ex infirmitate uiriũ ſemper tremorẽ
fieri demonſtrauimus. Quæ qm̃ ſua ſponte interim ſint infirmæ: interim pp affectum animi: aut
ẽt, haudquaq̃ per ſe affectæ, ab onere graui hoc patiuntur: tres eius cauſarũ eſſe diximus drĩas,
inſtrorum intemperiem uoluntati attributorum, affectum animi, grauitatẽ oneris. Quare ſi, qui F
nec metuat, neq; molem ſuſtineat, tremat, alterum certe, aut organorum eſt intẽperies, aut in ip
ſo corpore pondus circa muſculos aut neruos, Verum ſermoni nõnulla ſubeſt dubitatio, de qua
in cõmentario De tremore, conuulſione, palpitatione, & rigore, uerba feci. Nã quibuſdã uideas
manus & caput tremere præter eorũ membrorũ mouendi ſtudium: ac ideo eſſe falſo vr̃ dictũ, ſi
inſtituerit quis aliquid agere, euenire. Cæterũ ſi intelligas, reclinata in ceruicale ceruice, ſiſti ca
pitis tremorem: manuſq; depoſitas, ſic ne has quidem tremere: credes eſſe recte dictum, quibus
ociaẽ qđcunq; mẽbrũ, hoc eſſe à tremore immune: ſin attollant, aut ſublatũ illud ſeruẽt, tũ ſym
ptoma illud incidere. Tñ.n. abeſt, ut q ita agunt, muſculis q eſcant, ut oppoſitos inter ſe muſcu-
los ſimul moueãt. Vt in manu, q attollunt, & q hoc mẽbrũ detrahunt, extẽdunt eã & flectũt: &
ualidiorũ uiriũ eſt opus ijs, q manũ in angulum ductã ſublimem ſeruant, q̃ q extendunt aut fle-
ctunt, Nã qui extendunt, uno genere muſculorũ operanẽ, qđ cõparatum eſt ad id operis, ferian
tibus interim ijs, q flectunt eã. Atq; cum flectunt, agunt ijs, q ad flectẽdum ſunt accõmodati: &
in ocio ſunt, q extẽdere pñt. Quòd ſi eleues in angulum ductã, & ſublimẽ retineas manum, nec
flectas, nec extendas, utriſq; muſculis ęqualiter operaris, ut in tetanis quos uocant. Eſt igitur nõ
minori robore opus ijs, q in eadẽ figura uel crus, uel collũ, uel manũ ſeruant citra fulturã ſolidi G
cuiuſpiã corporis uehentis ſuſtẽtantiſq; mẽbrum. At cũ longê partiũ ponderi, q̃ uehũtur, uires
motrices pſtãt, citra negociũ attollũt, citraq; negociũ eas ſublimes ſeruãt: at uerò ſi multo ſint
inferiores, ſicut in reſolutis, haudquaq̃ pñt eleuare: quæ ſi pares ſint, uiciſſim ſuccũbunt: vincen
tes ſeruant immotã manũ ſublimẽ, ſuperatæ, delabi ſinunt. Hoc mihi cogita cõtinenter in hunc
modum fieri, ut ſimul ac ſuperiores ſint, mẽbrum ſuſtollant: mox uictæ à mole eorum, q̃ eleuan
tur, permittãt pſſum ire: ſimulq; uires illorũ rurſus uictrices corripientes, ipſa iterũ erigere ſtu-
deant. Deinde cũ ſingulis tpis momẽtis fiat hæc uiciſſitudo, ut qđ eſt infra, cõfeſtim attollaẽ: &
qđ membrum alleuat, extẽplo detrahatur: nõ prorſus incõcuſſum ſeruẽ & ſtabile mẽbrum, tũ
nec motus habeat in utranq; partem inſignes, ut qui breuibus interuallis, & temporum & loco-
rum ſeruenẽ. Atq; talis eſt motus tremor, ut, q̃ longius ſum in libro ſupra cõmemorato perſecu-
tus, paucis cõplectar. At q̃ fit in morboſo rigore partium concuſſio, abſq; uoluntate obiẽ, & con
trariorum motuum magnis interuallis ſeſe mutuo excipientium, vnà cum frigoris ſenſu. Huius
alius affectus eſt quodammodo germanus muſculorum & neruorũ, q̃ conuulſio appellatur: ac
in eis per totum ſimilis illi, atq; iiſdem organis fit motus, qui, cũ de uoluntate moueanẽ, fit: cæte
rum in eo tñ differt, ꝙ pter uoluntatem, ubi cõuellunẽ, mouenẽ. De palpitatione neceſſe hoc lo- H
co nõ habeo diſſerere, ne cogar ſimul de pulſu dicere, qui aliquid hr̃e cum palpitatione cõe uide
tur. Satis.n. iam uel de tremore pductus mihi eſt inuito ſermo in explanatorio libro. Qui aũt ad
unguem uolet oĩum pdictorũ ſymptomatum perſpicere dignotionẽ, & originem, legat licet li-
brũ, vbi illa exacte oĩa tradidi: qñ & de ſingultu, tuſſi, ſternutamento, & nonnullis id genus aliis
motibus egi in cauſis ſymptomatum, vbi dignotiones & drĩas motuum, tum uerò etiam cauſas,
à quibus procedant, percurri. At Sabinus in oĩbus illis, nunc plus, nunc minus pręterijt. Itaq cõ
tra Quintus & Lycus, ut iſto ſaniores probãdi ſunt, ꝙ ne aggreſſi quidẽ, de his ſint dicere, ſed ut
empirici interpretationes fecerint. Tametſi empirici quidã, vt dixi, in fabula impoſitã perſonã
agant, Hippocratis librum enarrantes ut Hippocratici, Eraſiſtrati aliquem, & Herophili, & Aſcle
piadis, atq; aliorum iſtorum, perinde ac ſi de cuiuſq; ſint eorum ſecta. Igiẽ quod ſemper dico, vbi
hic quoq; cõmonuero, alio tranſibo. Singulorum, q̃ ſcire medicus debet priuatim eſt diſciplina
tradenda, ac tum ad enarrandos accedendum libros Hippocratis: & cõcluſiones demonſtrãdæ
ſingulis locis memoriæ grã, at ipſæ tñ demonſtrationes nõ cõmemorandę: quod quidẽ nos pſti
timus. Ex ijs uerò qui in opera Hippocratica ſcripſerunt explanationes, nemo quiſquam, cæte-
rum lapſi ſunt in his oẽs. Etenim alia eſt, quæ ipſas res tradit inſtitutio, abſoluta conſtans fuſaq;

explicatione:

A explicatione: alia, quæ in explanatione consistit librorũ: cuius non est vtriusque idem institutũ. Nanq; quæ per fusam explicationem fit, spectat ueritatis intentionẽ: in explanationibus propositum est sn̄iam senis cognoscere. Qui ergo ante singula exactè didicerit, hunc deniq; ad ueterũ librorum explanationes accedere oportet: ut tñ primum senis sensum ualeat inuenire: secundo loco, rectè ne ille, an secus sit assertus: simulq; admoneat demonstratorum in operibus, de unoquoq; medico præcepto. Qui uerò interpretes suis dictis nequeunt demõstrationem inferre, auditores loquacitate obtundunt: itaq; à scriptoris sn̄ia retrahunt, uolentes sua uerba ex illis fidẽ hr̄e: quamobrem de capite ad caput transeunt, quæ ne ipsa quidem quicq̃ ad rem propositã referunt. Porrò fieri non posse, ut in explanationibus demõstrationes disputationũ, quibus pariũtur scientiæ, scribanẽ, ex iam dictis planũ est. Nam qñ Hippoc. non in Pythione modo uerum in multis ẽt ægris prædictorum symptomatum meminit, si quidẽ nusquã demonstrationibus cõprobes placita, nullã animis discipulorũ, q̃ sciẽtiam pariat, doctrinã infundes. Quòd si tradas in quibusdam ęgris demõstrationes, in quibusdam ptereas: atq; in primo morborum vulgarium, uerbi gratia, eas oẽs persequare, in alijs ad illas reiicias: facies tu quidem, quod diximus, uno in libro absolutissimam tradendo cũ demõstrationibus doctrinam, in cæteris eius cõclusiones ad-
B ducendo. Sed id ipsum tñ utroq; est modo absurdum. Nã in primum uulgarium morborũ librũ, si hunc enarres, primũ quinquaginta commentaria sit necesse scribere, & singula aut bina in singulos alios. Itaq; cogeris, si aut præsagia, aut aphorismos legere uelis, ante quinquaginta illos libros euoluere interpretantes primũ librum morborũ uulgariũ. Haud secus, si ab alio quopiam cœperis cõmentaria scribere, in illũ quinquaginta scribes: qui autẽ alium legere uolet, ante oĩa necesse habebit quinquaginta illos libros legisse. Atqui multo præstabat singulas q̃ones, uel pręcepta, uel quolibet noĩe appelles, esse singulis descripta libris, atq; hos tñ cõsulere, ubi firma im bui scientia de iis uoles, quæ in ipsis prodita sunt. Ideoq; nos cum de tremore, cõuulsione, palpitatione & rigore, tum de aliis oĩbus, lucubrationes edidimus separatim: & demonstratorum in interpretando usurpamus conclusiones. At Sabinus, cum neq; demonstrauerit usquã, quid interẽ hos quatuor intersit affectus, tremorẽ, palpitationẽ, conuulsionem, & rigorem: neq; ullam, si nõ plane uerã rationem & demonstratiuã, at uerisimilẽ adduxerit: primum esse tremorẽ asserit par uam conuulsionẽ, paulo post speciem esse tremorem conuulsionis dixit. Verum quò me ocyus his reprehensionibus, quas inuitus institui in improbos interpretes, explicẽ, Esto tremor cõuul-
C sio, aut conuulsionis species: iam ab eo discamus, quo modo Pythioni inciderit. Stomachum, « inqt, homo affectum habebat: atq; manus, quæ cum illo haberent consortiũ, tremebant. At nec « incõmodum illi ullum fuisse ad stomachũ, docere quisquã põt, q nullũ sit symptoma noĩatum in narrandis Pythionis accidentibus, qđ indicare stomachi ualeret uitiũ. Nec stomacho esse q c q̃ cum manibus cõe oñderunt. Nã ipse ait fieri tribus modis consortia, aut p p uiciniam, aut p p familiaritatem uel generis, uel operis: Generis, vbi neruosum neruoso, uenosum uenoso, arteriosum consentiat arterioso: operis, cũ mãmæ & thorax partibus genitalibus. Sed in nulla harũ cõmunitatum consentire manus possunt cum stomacho: neq;. n. officium his est cõe, neq; neruorũ consensus, quamobrẽ in manibus neruosum genus in consensum ueniat stomachi affecti. Nam stomacho à sexta deducta de cerebro propagine tribuuntur nerui: manibus à spinalis medullæ regione ad sextam, septimã, & octauã uertebrã. Itaq; q̃ à sexta coniugatione partes sunt neruos consecutæ, has stomacho cõsentire, non manus, cõueniebat. Atq; de tremore hæc nugantur, q propter abstinentiam ueneris dicunt nimiã humorum copiã; Pythionẽ coacervasse. Quanquã
A. l. 3. f. 10. e. 1. c. 11. 372. h uenus, ut uacuatione plenũ fieri non pmittat corpus (tribuamus sanè hoc illis) stomachũ certe labefactat non mediocriter, cũ eum ueneris abstinentia, etsi corpus impleat, confirmet ut quod
D maxime. Nã nõ parum absurdũ sit censere, siq̃s moderate uiuat, repleri humoribus hunc: neq;. n. his, sed ociosis corpus implẽt. Quòd siquis à uenere se cõtineat, exerciteẽ tñ more athletarũ, fossorũ, & messorum, aut artẽ agentium aliquã manuariã, nõ colligaẽ humorum copia. Verum q a quæ sciunt, hæc nequeunt reticere, usu uenit serò discentibus dicere planissime pugnãtia, dũ importune uerba fundũtant. Quid. n. attinebat scribere, dixisse Democritũ paruũ morbum comitialem concubitũ esse: & Epicurũ, nunq̃ prodesse ueneris usum, pclare agi si non officiat? nã ista oĩo ad ægrotantes ob immodicam ueneẽ ptinct, nõ ad eos, qui diuersam instituerunt rationẽ uiuendi. Et quidem Sabinus hæc scripsit, non uidens q̃ insit in uerbis pugnãtia. Iam uerò absurdissimum est ob continentiam ueneris delirasse Pythionem. Ferunt. n. aceruatã in cerebro geniturãm, multitudine id opprimentem, delirij symptoma efficere: vt soleros premẽs in capitis fra cturis, & nostra manus, creare deliriũ. Quare iã monstrat, nõ se cuiq̃, cui terebra adigeretur, af-
« fuisse. Cum. n. aut digitis premas, unã cum mẽbranis cerebrum, aut per uocatas membranarum
« custodes, aut ẽt ante perforationẽ, os cõpressum has premat partes, deliria non existũt, sed cataphoræ opprimunt, motusq; & sensus perit: nã soporantur interdum magnopere ita affecti, ut in uehementibus apoplexijs. At uerò cum ẽt uaria puta dicant genitura retenta accidisse, præstat illos nihil confutare. Nã qui reprehendit sedulo, quæ nulla sunt digna sedulitate, se ipsum afficit contumelia. Atqui non hæc modo, sed longe protulerunt plura, haud dissimilia illis: de q̃bus est

hoc unum: Abscessum ad sedem aiunt ortũ Pythioni ꝑ loci uicinitatẽ, quo genitura excernitꝰ: E
& abscessus in sede comitẽ fuisse stranguriã. Deniq; alia ẽt afferunt, qbus adducaris ueneris cõ
tinentiam non paucorũ esse, nec paruorum auctorẽ morborũ. Et hæc cũ scribãt in ꝓpositis ex-
ponendis ægris, Democritũ proferunt & Epicurũ nihil unq̃ proficere affirmantes uenerẽ. Et qđ
oĩum est sapientissimũ, ut conuulsio, inq unt, comitatꝰ repletionem & inanitatẽ, ita cõsequuntur
libidinem & cõtinentiam cõia symptomata rationis, & neruorũ affectorum. Proinde horũ nos
sapientia inducti, ac fidẽ eorũ uerbis hñtes, ne athletis quidẽ à uenere ꝑmittemus abstinere, ne
forte hinc conuellantꝰ, aut desipiant. Hæc scilicet oĩa, insuperq; cætera, quæ narrauit Hippocra-
tes accidisse Pythioni, iactant, perinde quasi illius morbo coitus abstinentiã præcessisse planè ip
sis sit certum: tametsi initio dixerint, uerisimile esse à coitus abstinentia (quam illi ἀποχὴν uocãt)
hæc accidisse Pythioni: deinde obliti eius, quod initio modeste dixerant, uerisimile esse: ac si pla
nè ita se hřet, orationẽ instituunt. Et quidem ut apud Telluris ædem cõmoraretur, cur à uenere
sese contineret, nihil erat causæ, qui nec sacerdos, nec æditiuus esset deæ. Omnino.n. de eo Hip-
pocrates ampliorẽ mẽtionem faceret, q̃ ꝙ iuxta Telluris templũ habitabat. At si ẽt æditiuus, aut
sacerdos esset, nõ erat illi in perpetuũ necesse, vt à uenere abstineret, quo mõ si Dianæ esset uel
Palladis sacerdos. Cæterũ qđ dudũ dixi, rep̃hendere sedulo, q̃ sedulitate sunt indigna, est absur- F
dum. Quare iam finẽ eorum faciã, q̃ interpretes in Pythionem cõmiserunt errorũ, ac me ad pro-
ximum ægrum conferam Hermocratem, meoq; instituto interpretabor, parua habita illorũ ra-
tione, quæ scripserunt quidam perperam, nisi multum res urgeat. Sed prius de notis dicam.

De notis, quæ sunt singulis ægrotis adiectæ.

Miror huius libri, ut aliorum ẽt Hippocratis multorum infœlicitatem, quorum hi sunt dissipa
ti, illi aliquid hñt scriptis Hippocraticis adiectũ. Rectius dicã fortasse infœlicẽ non fuisse librum,
cæterum eius nos lectores, qui tp̃s in re perdimus inani. Ad exitũ igiꝰ narrationis euentorũ Py-
thionis ascripta est, Primum π literæ nota, rectam habens in medio lineã sic ΠΙ, vt quidam scri-
bunt noningentorum notam. Deinde scripta est π literæ nota, nihil in medio habens. Mox o Υ,
sub quam Μ, postremo Υ. Coacti igitur sumus, notæ hæ quid significent, inuestigare: idq; incerti,
Hippocratis ne sint, an alius ista singulis ascripserit ægris. Verum nobis cũ hoc ipsum cõpulsi in-
dagaremus, in mentem uenit, si ut hoc in libro eas inuenimus notas, sic in alijs ẽt libris vulgariũ
morborum oĩbus comperissemus narrationi eorũ, q̃ ægris acciderunt, ascriptas, non sit fortassis
absonum ab Hippocrate dicere adscriptas: nunc cum neq; in alijs libris inueniãtur, neq; etiam
in ipso hoc tertio in omnibus æquæ exemplaribus, merito in suspicionem nõ nos tñ venimus, G
sed maiores ẽt nostri, ab aliquo esse ascriptas, fortasse qui discipulos detineret, ut posset declara-
re quasi quid mirificum, quod unaquæq; earum denotaret. Potuit ẽt compendium sibi quis soli
facere utilitatis, quam caperet ex singulis ægris: Vt in hoc ipso, quem cõmemorauimus Pythio-
ne, quod deductam per mediũ lineam hẽt ΠΙ, vr̃ πιθανὸν. i. uerisimile significare: sequens π πλῆθος
idest abundantiam: à quo statim o Υ, scriptum, οὖρον, id est urinam, significare vr̃: ut ex ambobus
significetꝰ πλῆθος οὔρου, id est abũdantia urinæ: deinde Μ quadragesimum nobis diem ob oculos
ponere: Υ ὑγίειαν, id est sanitatem: atq; hæc ambo interpretari, quadragesimo die hoĩem conua-
luisse. Et collectam ex oĩbus notis hanc esse sñiam, uerisimile esse ob abundantiam redditæ uri-
næ propulsatum ipsum morbum esse, & persanatum hoĩem quadragesimo die. At hęc nõ inueni
ri ascripta hoc modo in oĩbus exẽplaribus, ante dixi. Nunc dico, nec in quibus inueniũtur, in ijs
oĩbus primũ ægrum hr̃e talem notam. Ergo q̃ exemplaria notas habent in fine ascriptas narra-
tionis de Pythione, hunc hñt in modum scriptas, ΠΙ. Π. Ο Υ. Μ. Υ. Porrò ꝙ rationi cõsentaneum sit
unamquãq; notã, quod modo dixi, sigñare, confirmant illæ, quæ alijs sunt ægris adiunctæ. Nam
vbiq; adiacet ΠΙ lineã habens mediũ intersecantẽ: ad finẽ uerò superstitibus Υ additũ est, ὑγίειαν
denotans, i. sanitatẽ: defunctis Θ, quod scilicet θάνατον. i. mortem indicat. Prima igiꝰ qñ ea signifi- H
care vñr quæ diximus: & media sint ꝓbabilia, quippe q̃ Hippocratis de ægris oĩoni esse cõsen-
tanea possint: nobis quidẽ inanis labor in Pythione confectus est, & in alijs conficietur, tp̃s fru-
stra terentibus. Sophistæ vero talibus exponendis vt vates quidam suspiciuntur à discipulis.

AEGROTUS II.

5 *Hermocrates qui ad nouum murum habitabat, igni est correptus. Capit caput illi, lumbusq́ dolere, hypochondrium molliter intendebatur, lingua initio adusta fuit, statim obsurduit, somnũ non habuit, sitibundus non admodum: vrina crassa & rubentes, depositaq́ non subsidebant: ab aluo, combusta, & non pauca exibant. Quinto die reddidit tenues urinas, suspensionem habebant, nec subsidebant: sub noctem delirauit. Die sexto aurigino sus euasit, omnia exacerbata sunt, mente non constabat.*

Nec desinunt hic nugari quidam interpretes huius libri: sed ideo esse aiunt scriptum ad nouũ
murum, quòd recens calce inductus homini obfuerit. Alij ab his dissentiunt, seduloque student
ostendere non propter calcem appellasse eum nouum murum, uerum quòd præter morem ex-
clusis uentis, & cum iam ædes, in quibus Hermocrates commorabatur, non bene perflarentur,
morbus hominem corripuit. Verum de loco satis, ac potius, ut id quod est dicam, nimium. De

ijs

ijs iam quæ illi acciderunt, porrò uidendum est: ac eorum, quæ aliàs demóstrauimus, reuocáda
A memoria: de quibus hoc est, Tria esse prima febrium genera: unum earum, quæ diariæ appellan tur: alterum hecticarum: tertium earum quas acutas uocant, comites putridorú humorú. Atq; ex tertio horum genere febrem afflixisse Hermocratem hinc constat, q cũ incipit de illo facere verba, statim dicat Hippocrates, Igni est correptus. Nã, ut in alia historia scripsit ‖ Quidam inca lescens cœnauit, ut hoc uocabulo calés, febris mediocritaté ostéderet, quæ cœnatũ tenebat, ita hic ignem appellauit ualidam febrem. At caput quoq; illi cœpit dolere unà cum surditate. Itaq; ex his in caput liquet inuasisse quandã humorum abundantiam. Declaratum iam est frigidioribus & pituitosioribus succedere somnos *ueternosos lethargicaq; malas: calidioribus aut prsus mordacibus, uigilias & deliria. Proinde cum uigiliæ cũ tenerent cum surditate, & capitis dolore lumbiq;, suspicari replentes caput humores cõsentaneum erat mordaciores esse. Vsu uenit por rò his, ubi cũ calida febre & flagrante cerebrũ offendãt, sequi, ut didicisti, deliria. Quòd si duos dies, aut tres, aut quatuor hec symptomata durent, certius præscies delirium. Id qđ hic accidit Hermocrati: nam exponendo quinto die scripsit delirasse hominẽ. Iam uero febré fuisse qualis dicta est, uel linguæ indicat symptoma. Quid nãq; dicit? Lingua in principio adusta fuit. hoc eñ nomen eam omnino siccam significat fuisse: potest etiã nigram. Atqui in tali lingua, febreq; ta-
B li, si absit ingens sitis, alterutrum indicat, aut menté læsam ægri esse: aut ventris naturalẽ facultatem, qua subinde cibos appetimus, emori. Porrò cum narrationi hæc sunt adiecta, Hypochõdrium molliter intendebatur, in iecinore conijcias febrilis affectionis originẽ extitisse. Quia.n. singulari numero qué uocãt, dixit hypochondrium, alterum tantum indicat non utrunq; fuisse intentum. Quãdo aũt aut dextrum sit necesse, aut sinistrum hypochondrium nos accipere, dex trum fuisse intentum sit uerisimilius propter excellentiã, qua præstat alteri. Siquidem talia citra appositum & distinctiones proferunt. Atqui etiã modus ipsius febris, & ipsius adustio linguæ, satis iecinoris affectum indicare possunt. Nam intentionem, quæ dicit fuisse mollis, hypochondrij constat uelutí uacuã indicare: nã uacuum significat ex molli: huic est oppositũ qđ est cũ tu more, quemadmodum tensum laxo: ac si ita diceret, dextrum hypochondrium intendebaẽ, sed citra tumoré, uel quia non magna fuerit inflãmato iecinoris, uel quia in simis partibus dũtaxat quibus uentriculũ amplectitur, cum gibba nondum unà cum simis in tumorem essent eleuata. Iam uentris combusta excrementa etiam ignitionem huius uisceris indicant. Quare si urinę ad hæc lethales accessisset, celerrime perijsset homo. At quia ut talibus, erãt mediocres, fieri speres posse ut producatur morbus. Nã bonæ quidem urinæ haudquaq;, in isto affectu incidaut: Ru-
C bræ uero spatio longo laboraturum hoiem, non tñ planè moriturũ arguunt: ut in cõmentarijs in librum præsagiorum & prædictionum planum fecimus, ubi eius libri reprehédimus auctoré. Nã quæ alia de occasione ægrotãtibus acciderũt, quia ad aliud refert, errat. Iã in ijs cõmẽtarijs prolixius sumus tũ phrenitidis peculiaria signa persecuti, tũ q in libris Hippocratis citra cõtro uersiam germanis, de quibus ꝑsagia sunt, uniuscuiusq; facultaté signi exacte & sigillatim explanauit. At de rubris uel ꝓrubris urinis uerbum nullũ fecit: sed de subrubra urina cũ mentionem facit, simul ꝓrubrarum uim indicauit. Atq; adeo de subrubris urinis hæc scribit uerba: ‖ Si urina fuerit subrubra, ac subrubrũ quod subsidet, diuturniorẽ hæc quidẽ morbũ q; prima significat, sed admodum tñ salubris est. Cum ergo sit subrubra, ꝑter cæteras salubris quidem, lõgius tamẽ q; prędictę trahat, quas ocyus dixt morbum exoluere, quę magnopere fiunt rubræ, lõgius signi ficabunt spatium, cæterum non morté quantum ex se ipsis, neq; delirium. Siquidem per flauam bilé in cerebro exundanté deliria oriuntur: quemadmodum si ea sit adusta, ut iã trãseat in atrã, μανιώδη id est furiosa. At uero sanguinẽ abundare incócoctiorem & serosioré rubra indicat vrina, qui in uenis uidelicet iecinoris & profundi corporis cõtinet: ut flauam bilem rufia & * atra. Quid igitur uenit in mentẽ cũ alijs nõ nullis, tum Lyco, ut hunc approbarent, qui in prædictio
D nibus scripsit: ‖ Surditas urinæq; prærubræ, in quibus suspensiones non subsideant, deliriũ nun ciant: qui morbo regio si corripiantur, malũ est. Apparet enim ex ijs, quæ hoc sunt loco de Hermocrate tradita, auctorem illius libri uniuersale collegisse pręceptũ: sed longe aberrat & ab rei ipsius natura, & Hippocratis sententia, tũ uero ab ijs, quæ in ægrotis obseruantur. Nam rei natura demonstrat sicos tẽperamẽto humores & uirtute mordaces in cerebrũ elatos cõcitare ui gilias & phrenitim: id quod in commentarijs de locis affectis ostendi. At Hippocrates tales humores cognouit, ‖ flauam & atram bilem: humidum uero succum & frigidum, pituitam: mitissimum autẽ simulq; nobis familiarissimum, sanguinem: præterea urinam, serum esse humorum in uenis contentorum nos ille docuit. Quare ratio conuincit, ubi amplior semicoctus sanguis ꝑ vrinas expellatur, rubras eum has efficere, atque ideo diuturnum fore morbum, quòd requirat scilicet ad concoctionem longius spatium sanguis: siquidem spatio temporis fiunt concoctiones. At non erit talis morbus, ut ab urinis exitiosus, neque phrenitidi obnoxius. Sed non oportet hic nos longiores esse, posteaquam istarum iam orationum in commẽtarijs in prædictiones importunitatem prodiderimus. At enim cum crassas etiam fuisse indicet, nec subsedisse urinas, planè sunt illæ ex conturbatis & turbidis, ut solet hic appellare, quæ semper turbationem cru-
dam

1. Epid. cõ. 3. t. 29 3. 125. d

* κατόχους dictionem autem κώμα interpres hoc modo soporem, mo. do veternum vertit.

In Prog. cõ. 2. t. 27. 4. 100. e

1. Prorr. cõ. 1. t. 31 4. 167. t

¶ Natu. hum cõ 1. t. 25. t 30. & tt 31. h. t. 32.

dam annunciaht multo pręditam ſpiritu flatuoſo, ut muſtũ. Quo fit, ut capitis dolores his urinis E ſint adiuncti, ꝗ ſpiritus caput cum calidioribus ſuccis peratiã quibus merito intẽdũtur uigiliæ, & periculum eſt delirij futuri, ſi acrimoniam humores obtineant. Hæc cũ ſtatim ab initio Hippocrates cũcta expoſuerit & ſymptomata & ſigna Hermocrati accidiſſe: deĩde nihil de diebus proximis prodiderit: duraſſe hæc ad quintum uſq; diem innuit omnia, ac tũ ſe demũ ad alia acceſſiſſe enarranda, ubi aliqua ex parte uariaſſent. Proinde quinto dicit die, illũ reddidiſſe urinas tenues, quare ad eius diei expoſitionem trãſeamus. Quinto die reddidit tenues urinas, ſuſpẽſionem habebant, non ſubſidebant, ſub noctẽ delirauit. Cũ primũ immutata prima urina, & deſipuit homo, die quinto ſcripſit Hippocrates, præterita, ut diximus, ſecundi & tertij & quarti diei declaratione, nimirum quòd eadem permanſiſſent in his ſymptomata. Quare de tenuibus

In Prog cõ 2.c. 344.101.b

vrinis reuocemus ad memoriam, quid in præſagijs dixit, his uerbis: Qui tenues crudasq; diutius urinas reddunt, ſi cætera ut ſuperſuturis portendantur, his abſceſſus in regionibus infra ſeptum tranſuerſum expectandus eſt. Itaq; altero modo inconcoctus eſſe morbus ſignificatur ꝑ tenues urinas, ut etiam per craſſas, ubi non ſubſidant. Siquidem conturbatæ, ſed dum depoſitæ ſunt ſubſidentes, concoctionis alicuius indicant initium, potiſſimum ubi illico ſubſidant. Quæ vero non ſubſidunt, ultra flatuoſam turbationem, craſſitiem eſſe * inconcoctorum humorum ſignificant. F Atq; ex his liquet morbum producendum: inſuper qua erat prauitate febris, & quia ſub noctem delirauit homo, cum periculo eſſe coniunctum. Reliqua iam uideamus, num eſſe his conſentanea uideantur. Auruginoſus euaſit, omnia exacerbata ſunt, mente non conſtabat. Diſtinctio hoc tibi ſit intenſionis hypochondrij ex iecinore profectæ. Diffunditur etenim non

4.Apho.62.Ex. ord.34.b

nunquam per totum corpus flaua bilis, quod decretorium eſt, ut in aphoriſmis quoq; eſt eo libri loco declaratum, ubi ait: Aurigo ante diem ſeptimum mala eſt. Reduc item ad memoriam ante concoctum morbum, crebro te audiuiſſe, nullum quemlibet abſceſſum proficere, nedum auriginoſum. Is enim impediri ſignificat bilem, quo minus ex uiſcere expurgetur, & euacuetur per uentrem, uel propter oppilationem eius, uel inflammationem. Morbo autem iam concocto decretorie interim natura ad cutem excrementum reponit cum quorundam aliorum humorũ, tum flauæ bilis: nam hoc quidem loco flauam appelles, an pallidam, nihil intereſt. Porrò cum affectio increſceret iecinoris, auriginoſam affectionem extitiſſe ex eo indicatur, quòd exacerbarentur omnia ſexto die: ſimulq; ꝗ mente ille non conſtaret, quod eſt, deſiperet.

6 *Die ſeptimo grauiter ſe habuit: urinæ erant tenues, ſimiles, proximis diebus eodem modo. Circa diẽ undecimum omnia illi uiſa ſunt remiſſa eſſe.* G

Quæ die quintò urinæ fieri cœpiſſent deteriores, non correctæ ſunt multis diebus. Nõ enim ſeptimo modo die, uerum ſequentibus etiam ad undecimum uſq; diem in ijſdẽ fuiſſe dicit ſymptomatibus uerſatum & ſignis Hermocratem: circa undecimum diem oĩa illi uiſa ſunt remiſſa eſſe. Recte ſanè, uiſa ſunt, dixit: neq; enim periculoſiſſimis ex ſignis potuit ſubito, cum eadem ꝑmaneret humorum inconcoctio, ad meliorem ſtatum peruenire: idq; adeo cum nihil eluxiſſet decretorij die undecimo: id quod ſolet non raro conſpici, ꝗ tum natura ſolet aut ſanguinis excretione, uel alui, aut uomitibus, aut ſudoribus, aut parotidibus, aut decubitu quopiam, ex diſcrimine hominem uindicare. Attendamus itaq; iam, quæ die undecimo acciderunt.

7 *Coma capit: urinæ craſſiores, ſubrubræ, infra tenues, nõ ſubſidebant: aliquantulum mente conſtabat.*

Solidum ſcripſi librum interpretans ſignificationem huius dictionis, coma, in quo indicatur propenſionem, delationem ve in ſomnum ſic appellaſſe Hippocratem. In ſomnum autem propenſionem uoco, cum uigilare ægri nequeant, non apertos habẽtes oculos, ſed cõniuentes: uel altis ſomnis, uel tenuibus, uel uigilijs detineantur. Vnde exactam quærit diſtinctionem, multã etiam prudẽtiam & exercitationem, ut ex qua affectione æger comatoſus fieret, aſſequaris: frequenter enim, ubi multum humectata pars ſit, quæ eſt ſenſus fons (in qua & ſomnũ recte Ariſtoteles fieri demonſtrauit) coma ſequitur, ut non nullis uſu uenit ebrijs: ſubinde ob ſolum frigus: H eſt cum ambobus his profundus ſuccedat & comatoſus ſomnus: quin etiam * ꝑꝑ infirmitatem virium talis affectus fit adeo iam emorientium, ut apertas palpebras ſeruare nõ ualeant. Ac ita affecti hoc habent, ut poſtquam oculis conniuerint, aut nihil prorſus aut parũ dormiãt, ſed uigilent, nec attollere tamen palpebras queant: qđ quidem uitium ab eo quod committit humiditas & algor, pulſus diſtinguunt potiſſimũ languidiſſimi, tardi, rari, & parui. Quòd ſi hanc eſſet Hippocrates contemplationẽ iuxta ac alias perſecutus, uel pulſuum in ægris genus tradidiſſet, fieret, ut etiã exactiorem nos cognitionem eorum, quæ ægrotis euenerunt, aſſequeremur. Quã quia præterijt, vt quidam urinarum, ex ijs, quæ literis mandauit, de ægrotis eſt coniectandum. Ac in cerebrum ſe ſuccum contuliſſe pituitoſum undecimo die, non eſt rationi conſonũ in morbo, qui ſiccus & calidus à primo ſtatim impetu fuit. Siquidem lingua aduſta, uigilia, ſebris uehemens, ſexto die auriginoſa perfuſio, excrementa alui cõbuſta, totam eſſe igneam affectionẽ corporis declarant. Huc accedit, ꝗ ſi qua craſſities eſſet collecta ſuccorum in iecinore & eius uenis, non ea in toto continebatur corpore, quam oſtendit iam inde uſque ab initio urinarũ craſſities.

A.l.3.c.1.t.4. c.1.200.g

A sities. Reliquum ergo est perfrigerationem insignem cerebri, aut facultatis imbecillitatem Hermocrati coma induxisse die undecimo. Vtrum autem sit horum, extreme est perniciosum. Nã insanabilia ea esse demonstratum est frigora, cum calidis morbis & siccis succedant. Recte ergo Hippocrates scripsit, omnia uisa sunt remissa esse, nam cum exitiosissimum signum die undecimo coma incepisset, haud potuit fieri, ut salubrem tum statum corpus recuperaret. Immo uero ne medius quidem est ullus in talibus status: sed si à salubri statu ea deflectat forma febris, in cõtrariam impingit perniciem, in qua extinguitur natiuus calor. Ergo, quia coma symptoma ita perniciosum undecimo die extitit, attendamus urinas: nam si exitiosæ etiam hæ appareant esse, propinquam significent mortem: sin mediocres, in longius tempus trahetur: nam optima urina in talem statum nullo pacto incidet. At quid de eis referat, audiamus. Vrinę inquit crassiores. Hæc quidam ita connectunt, ut post dictionem, coma, supradictam, cœpit, urinis attribuant. Nam cum intercedat hoc inter coma & urinas, utrilibet assignes licet: ut duplex sit lectio, una hæc, coma cœpit, altera hæc, cœpit meiere crassiora: etenim uerbo οὔρει id est meiebat, per indicatiuum quem uocant modum prolato, adijciunt ν literam, ac scribunt οὐρεῖν cum ν id est meiere, modo ut uocant infinitiuo, ut uerbo, cœpit, consentiat scriptura. Cæterum dictioni, coma, est uerisimilius uerbum cœpit, adhærere, cum nunc inceperit primum: urinæ uerò crassæ usq;
B ab initio fuerant: siquidem in narratione diei primi scriptum est his uerbis, urinæ crassæ erant & rubræ, depositæq; non subsidebant. Quare non conuenit hunc dicere nunc cœpisse urinas crassas esse, cum tales ab initio ad quintum usque diem fuissent: nam die quinto quidem mutatas, tenues dicit factas: deinde septimo die eas fuisse commemorauit easdem. Recte igitur dixit vndecimo die reddebat urinas crassiores, conferens cum his illas, quæ à quinto die hactenus tenues fuerant. Iam etiam subrubras eas fuisse ait, & infrà quædam tenuia parua habuisse, quæ subsiderent. Subintelligendũ enim est huic, infrà, parua quædam tenuia habuisse, quæ subsiderent. Quare uidentur ambegisse hæ urinæ inter bonas & exitiosas. Porrò, in fine quod dicit, bifariam legunt. Quidam ita: non subsidebant aliquantulum, adiungentes dictionem, aliquantulum, urinis non subsidentibus. Alij sic, subsidebant, deinde iterum ab initio, aliquantulum mente constabat, quod proprius uidetur ad sensum accedere. Nam, aliquantulum si sit prædictum subsidere urinas, solent sic Græci dicere: at non subsidentibus raro id genus nomina adijciunt. Habes ergo quæ undecimo die symptomata & signa acciderunt. Videamus iam, quæ die quartodecimo descripserit.

8 *Quartodecimo die à febre erat liber: non sudauit, dormiuit, omnino mente cõstabàt, urinæ eadem.*

C Nequicquam uideatur adiectum, non sudauit, cui est simile, non illi profluxit sanguis, nõ uomuit, parotidas non habuit. Sed ut non multo ante dixit, sub diem undecimum omnia illi uisa sunt esse remissa, qui, cum dicere potuisset simpliciter, omnia sunt remissa, adiecit, uisa sunt, quò
“ illorum admoneret, quæ alibi scripsit, | Iis, quæ non secundũ rationem releuant, non est habẽda fides, ita etiam hic non dubitauit cumulum addere, non sudauit, ut ob oculos proponeret, 2. Aph. 27. Ex. ord 16. b
quàm sit infida remissio morbi. Nã si, quæ postulabat res, quartodecimo die euenissent, conseruassent hominem. Itaque quia non apparuerunt, hinc malignitatẽ nobis morbi subiecit. Quos quidem affectus ignorat uulgus medicorum, & gaudet siqua uideatur alleuatio, tametsi hæc de exitiosis signis & symptomatibus prioribus proficiscatur, nescium, cũ natura enecatur, & extinguitur insitus calor, tales solere affectiones incidere, non secus ac partes, q̃ defluxione mala in tumorem assurgunt, ubi natura prę infirmitate haudquaquam attingit concoctionem humoris
“ qui excitauit tumorem. | Nam cum generatur, inquit, pus, dolores fiunt & febres, quòd natiuus 2. Apho. 47. Ex. ord. 18. h
calor humores tumoris auctores immutet: quare quando omnino hic à concoquendo abstinet per imbecillitatem, nec laborant nec febricitant, nisi perparum. Ideo fit, ut in ijs qui suppurarũt excreto pure, pars sit, in quam fluxio impegit, salua: at ubi suppuratio, & manifestus dolor, &
D febris abest, putrescit pars, ut eam cogamur solidam aliquando præcidere. Huic igitur non dissimile est quod ijs accidit, qui sine signis & sine ratione explicati sunt febre, post signa lethalia. In hoc casu fuisse Hermocratem, uel coma, quod hominem die undecimo arripuit, arguebat. Siqdem una cum ardente febre, & succum habente mordacem acremq; adiunctum, si quis symptomate teneatur humidos & frigidos humores atque non mordaces comitante, non esse profligatum incommodum ostendit, cum nihil acciderit decretorij, sed suffocari & extingui natiuũ calorem. Sed hæc aliàs longius tractauimus. Quin etiã hic summatim satis sit dixisse de ijs, qui à febre in grauibus ægritudinibus præter rationem liberantur: nam quo habere, cum signa præcesserint exitiosa, commodius uideantur, hoc morbum habẽt perniciosiorem. At uero Sabinus dixit, Insidiãs morbus more feræ, aut hominis scelerati (animantis enim est ratione præditi petere insidijs) nec opinantes adoritur, quos petiuit. Verum eiusmodi uerba nugas iure dixeris. Siquidem cum nihil quod scientiam faciat afferant, nisi loquacitate obtundant, institutum se putant exemplo demonstrare, quod nulla ratione his, quibus cum confertur, consentiat. Quare hos relinquamus, & ipsi iam, quæ instituimus, absoluamus. Mihi uero hic animum diligenter aduerte, ac caue mireris, qui sæpe ego, cum quempiam perniciose se habere dixissem, q intę

rim

rim repente haberet belle, adeo ut & lauaret: illuderetq; non à plebeis tantũ, sed & à medicis q E
busdam: in prædictione tamen constare: postea cum repreretur ille à morbo, qui uidebatur re
ctè habere, moreretur q;, ex diuinatrice non medica speculatione habitus sim prædixisse, cum
hæc præclari isti ipsi medici nusquam esse affirmauerint literis mandata. Equidem unde mortẽ
quibusdam in undecimum diem, aut salutem præsagiuerim, abunde scripsi de eiusmodi prædi-
ctionibus omnibus in cõmentarijs De iudicijs, & in libris etiam De diebus decretorijs: quorũ
est omnium princeps diuinus ille Hippocrates. Sed cætera in illis, quos citaui modo libris, & ue
ro etiam non nullis alijs prosecutus sum. In præsentia qui illos reuoluerint, his planam faciam
propositam disputationem. Vndecimo die Hermocrates melior esse uisus est, quartodecimo ꝑ-
fectè liberatus. Constituto iam hoc & præcognito recidiuam omnino fore, & periturum eum,
diem septimũdecimum consentaneum erat ijs, quę die undecimo & quartodecimo euenerant,
recidiuã attulisse. Nã morbi mutatio in dies incidit decretorios. Didicimus namq; in præsagijs
& aphorismis dierũ quaternarios orbes in uigesimũ, nõ ĩ primũ uigesimũ incidere, atq; idcirco
vndecimũ quartidecimi esse indicẽ, decimũ uero & septimum uigesimi. Ergo tũ morbũ redijs-
se die septimodecimo Hermocrati in primis est consonũ, tum consecutam aliã esse mutationẽ
uigesimo: non tamen iam lectis Hippocratis scriptis, q̃ die uigesimo mutatio futura esset, cõstat. F
In causa est, ꝙ nos lateat, quo modo uires laborantis haberent, atq; certissimum earum signũ, ip
sos nimirũ pulsus ipse præterierit. His enim simul perspectis facillimũ erat dicere uigesimo: ne
die moriturus esset æger, an in spatium longius protrahendus morbus: ignoratis uero, obscurũ.
Itaq; audiamus, quæ de die septimodecimo, quæ item de uigesimo, Hippocrates dicat.

9 *Circa diem septimumdecimum redijt: in sequentibus diebus incaluit, febris erat acuta, urinæ tenues, delirauit.*

A 14 fa. 1. c. & 445. c Alia quidem sunt symptomata recidiuæ. At urinæ tenues morbum esse inconcoctum signifi
cant. Itaq; ut non sint magnopere signa, quæ apparebant, exitiosa, fore incolumem hominẽ di-
cere nequeas, conspiciens septimodecimo die eam urinarum inconcoctionem. Nam Hippocra
tes ipse dixit in talibus, ut æger diuturnitatem morbi sustinere possit, esse periculum. In Prog. cõ. 2 t. 31. 4. 100. h

10 *Iterum uigesimo die est iudicatus, à febre liber, non sudauit.*

Quo die rationi consonum fuisset febrem exacerbari, siquidem natura omnino aggressa cõ-
coctionem humorum esset, qui inconcocti erant ut ostendebant urinæ, quæ tenues permane-
bant, eodem die febris perfectè cessauit. Neq; enim septimodecimo accessit natiui caloris ra-
tione, sed sola putredinis, succensis febriliter humoribus. Itaq; eorum feruor digestus, à febre G
hominem uindicauit. Sed quia exitialia symptomata manebant, ut postea dicit, Hermocratem
clarum erat obiturum. Sicuti autem in die quartodecimo scripsit, non sudauit, ita & in uigesi-
mo idem addidit, admonens remissionis, quæ sine signis aduenit. Quòd autem permanserint
symptomata, extingui ægri naturam, ex his perspicias, quæ uigesimi diei subiunxit narrationi:
quibus iam animum adhibe.

11 *Perpetuo à cibo abhorrebat, omnino mente constabat: loqui non ualebat: lingua inaruit, non sitiebat: obdormiscebat, aliquantisper, comatosus.*

Hæc, quę retulit, oĩa sunt emorientis uitalis facultatis signa: ut, uerbi gratia, ciborum fastidiũ
inappetentiã significans, interim à uentriculi ore proficiscitur ab aliqua humorũ aliena qualita
te affecto: interim ob ipsius facultatis extinctionẽ: cuius erant in secunda ualetudine munera ĩ-
digentiam sentire, & quæ sunt se curatura appetere. Eiusdem sunt munera, humidæ materiæ in
digentiam, & repletionẽ sentire. Vt ergo in his se habuit, aperte Hippocrates declarauit hisce
verbis, non sitiebat: & huic, perpetuo à cibo abhorrebat, subiunxit, mente constabat: illi lingua
inaruit hoc, non sitiebat. Et mente constabat, ad cõem utriusq; declarationem assumpsit: non si H
tiebat, uero, ad alterum. Cõis itaq; declaratio hoc dicit, non sentiebat indigentiam uel siccæ ma
teriæ, uel humidæ: non quin animaduerteret, sed quia extingueretur ipsius facultas. Huic uero,
lingua inaruit, adiecit, non sitiebat, ut declararet non humiditatis gratia non sitijsse hominẽ, ut
quidam, qui humidũ & frigidũ succum aceruarunt: sed cum siticulosissima esset affectio, facul-
tas eam tamen emoriens non sentiebat, nedum sermonis defectus ex huius noxa euenerit. Qua
re si symptomata illi hæc & uigesimo die, & per totam propè ægritudinem inerant, febrem pla-
num est calore emoriente natiuo hoĩem uigesimo die deseruisse. Huic assentitur etiam hoc, ob
dormiscebat aliquantisper, comatosus, non. n. ut sani dormiebat, sed facultatis imbecillitate ĩn-
uitus conniuebat, adeo ut apertos oculos non ualeret tenere, nictabatq;, & parum dormiebat.
Adiunxit. n. uerbo, obdormiscebat, aliquantisper, ꝙ hæc esset facultatis nota infirmæ, non som-
norũ naturaliũ. Quare est probabilius, hoĩem somnolento comate tẽtatum fuisse hoc tempore
ꝑꝑ facultatis imbecillitatẽ, q̃ ꝑ primarii sensus instrumẽti humiditatẽ: proinde mireris, nõ cur
perierit Hermocrates, sed q̃ attingere diẽ uigesimũseptimũ potuerit: nã non multo post uigesi-
mũ diem esse consecuturam mortem uerisimile erat. Vnde iuuenem liquet, & ualida fuisse natu
ra: quo factum est, ut morbo resisteret paulatim marcescens. Est enim coniectari ex omnibus,
quę homini acciderunt, quem uocant medici iuniores marcorem torridum fuisse. Atque ipsum
die

A die uigesimoseptimo peremit febris,quæ uigesimoquarto ex putredine humorũ conciata erat, quam explicat proximo capite. Porrò operæpretium est indicare,quid hoc loco scripserit, omnino mẽte cõstabat,siquidem non omnino uidetur compos mentis fuisse, quando ipse Hippocrates illum in quinti dici narratione scripserit delirasse: & addiderit deinde in sexto, mente non constitit,mox in septimodecimo,delirauit.Quare quò alterum, aut his eum tamen diebus delirasse,reliquo tempore sui fuisse compotem significaret,scripsit,omnino mente constitit:aut uigesimo die,quem proposito capite explicauit,omnino mente cõstitisse,hoc est,ne paululum quidem desipuisse.Quod cur adscripserit,paulo ante exposui. Nam, quando non sitiant,nec cibum appetant quidam in morbis,uel propter delirium non sentiant quæ patiũtur, aut propter extinctionem naturalis in uentriculo facultatis,Si id citra delirium habeant, facultatem relinquetur eorum naturalem extingui.

A.l 4 f.t.r.a. c.4t.4t4.f

12 *Circa diem vigesimumquartum incaluit, aluus lubrica cum fluxione tenui & multa. Proximis diebus acuta febris,lingua combusta est.Vigesimoseptimo defunctus est.*

Hoc in ægro uigesimusquartus unus,ut ostẽdimus ex decretorijs circuitibus,uigesimusq; septimus lõge hoc ẽt magis portione innouationes quasdã attulerunt.Namq; ut septimodecimo B die repetitus,uigesimo uisus est cõmodior habere,cum re uera nõ ita haberet,sed falsa specie illuso uulgo,ꝙ calor insitus extingueret,à febre relinquebat:ita uigesimoquarto cum febricitare ex residuorũ humorum cœpisset putredine,& aluo inde deiecisset multa tenuia & maligna: uigesimoseptimo perijt,ꝙ ipsa acuta esset & sicca febris.Vnde etiam conbusta fuit lingua.

13 *Hic perpetuo obsurduit.Vrina aut crassa,& rubentes,non subsidentes aut tenues, decolores,suspensionem habentes:gustare non poterat.*ꟾꟾꟾ.*E.Δ.K.Z.Θ. P.D.S.V.S.M.Hoc est,probabile deiectionibus suppressis vigesimaseptima mortuum.*

Declarato uigesimo die,subdidit quod nunc est dictũ,gustare non poterat,quod idem significat ac fastidiosus cibi. Vrinas dixit à septimodecimo die ad uigesimum usq; fuisse tenues.Prædixit autem,siquid meminimus,& de ijs,quæ rubentẽ suspensionem nec subsidentẽ habent.At q; hic quidem retractis omnibus,simul ijs quę demonstrauit,hoc innuit,aliàs aliam illum reddidisse urinã,at bonam haud ullam unquã.Iam etiam fuisse illi ægrotanti perpetuam surditatem, antea haud dictam,rectè hic ascripsit.Cæterum mirot non de auriginosa perfusione quicquam meminisse,cuius par erat etiam mentionem facere:itaq; fortasse, quasi apertum sit perpetuam C fuisse,reticuit.Nã cum nec sudor Hermocrati euenisset,nec uacuatio bilis uel per uentrem,uel vrinas,uel uomitus,consecuta fuisset,non poterat submoueri aurigo.Vnde ex his collectis,quæ dicta sunt, est perspicuum mire fuisse iecur affectum,principium uegetatricis & naturalis animæ:cuius ostensum est quatuor esse uirtutes,attractricem,retentricem,alteratricem, & expultricem,quæ suppeditant corporibus & nutrimentum & augmentum. Et hac affecta mirum in modum appetitus perit,ut mori citius,quàm gustare quicquam,sustineant ægri.

De notis, quæ sunt adiecta.

Vetustiora exemplaria initium habebant notarũ ægris adiunctarum à muliere apud Bitonẽ angina correpta,quæ septima ab initio descripta est.Et sanè qui ascriptas huic libro sunt interpretati notas,ab illa omnes inceperũt,primis ægris dicentes eas nõ additas esse.Attamẽ in quibusdam,quæ nunc in manibus uersanꝰ nostris,etiam primis ægris offendimus notas esse ascriptas. Et uero etiam eas habet annexas Dioscoridis editio. Atq; huic quidẽ Hermocrati primum est subscriptũ ꟾꟾꟾ,in medio habens lineam,primam oĩum notarũ,quas reperiri ascriptas diximus ĩ omnibus ęgris:deinde E scriptum est:mox Δ cum linea recta deorsum signata ueluti subscripta: sub hoc K, & Z, postea Θ, ad hunc modum,ꟾꟾꟾ.E.Δ.K.Z.Θ.Prima itaq; nota,ut ante πιθανὸν id est D verisimile est,designat.Quemadmodũ extrema litera,quæ nunc Υ nunc Θ est scripta,ὑγιείας quidem i.sanitatis Υ:θανάτου vero i.mortis signum Θ est.Quæ hanc antecedit,dierum numerũ,quibus aut perijt homo,aut oĩno conualuit,denotat:quę interiacẽt,rationẽ,qua hoĩem cõtigit aut seruari,aut interire.Nunc ergo qñ E cum signato infra Δ scripsit, ἐπισχεθέντων τῶν διαχωρημάτων, id est aluo compressa,uigesimoseptimo die probabilè ait esse,Hermocratẽ perijsse.Sũt ex interpretibus,qui ꝙ profluxeret uigesimoquarto die uẽter,morte illũ dicãt affectũ esse: ac ex ꝑdictionibus ꝓferunt,qđ habet hæc uerba: Surditas & urinæ prærubræ nõ subsidẽtes, & quibus suspensiones insunt,deliriũ portẽdunt.His si regius morbus accedat,malũ est. Malũ itẽ,si morbo regio superueniat fatuitas.His mutos,uerũ sentiẽtes,fieri cõtingit:& aluus,mea quidẽ sentẽtia fluit,ut Hermippo,unde perijt.Hoc est illud ex ꝑdictionibus caput,de quo,cũ librum illũ enarraremus,disputauimus:hoc loco tantum sit satis dixisse,quò in memoriam reducã,quæ illic sumus interpretati,& in hoc libro hactenus.Nã Hermocratẽ quidem neque per astrictam contigit aluum,neq, per solutam perire.Verum hæc symptomata ipsi affectui superapparuere,sicuti cum excerneret antea combusta:quorum utrunq; iecoris affectiones sequitur,ut ostẽdimus cũ alijs in locis,tum in commẽtarijs De locis affectis.At perijsse potissimum hic iecinoris uideꝛ uitio,iam etiã ꝙ caput non commode haberet.Quin etiam hunc ęgrum interpretãtur absurdius, qui ob id scriptũ dũtaxat aiũt,quò uim examinaremus dierũ decretoriorũ,quasi uero nõ id fit

1.Prorr.cō.1.t. 31.4 167.f

in

in omnibus obſeruatum ægris. Quæ ſingulis ſeorſum inciderunt pro affectibus, qui eos tentarent, exoriebantur. E

AEGROTVS III.

Qui in Dealcis decumbebat horto.

Et hic adiectum quoq; Sabinus hortum ait, qui etiam ad morbũ faciebat homini excitãdum: & ſcribit ſic ad uerbum. Ideo ſorte hortum appoſuit, hinc innuens morbo anſam extitiſſe. Neq; vero eſt animal ad herbas edendas natum homo: itaq; alieno uictu ueluti innouationem quandam ſuſtinuit. Hæc ſunt, quæ ille ſcripſit. Ego, quando præter inſtitutum meum ſcribere aliquid in hiſce commẽtarijs ab amicis ſum adductus in abſurdarum ſugillationem interpretationum, faciam ut & hoc loco pauca eiuſdem generis adiungam. Ac primum, non ſemper hoĩem dixit in Dealcis horto habitaſſe, ſed decumbere tantum modo ſcripſit: qui dudum, dum integra ſanitate eſſet, potuit alibi commorari: morbo autem affectus accommodatius tabernaculum requirens, id in Dealcis eſſe horto nactus. Deinde in horto diuerſantem nihil eſt neceſſe oleribus, ut animal, quod nihil in eſca præter herbas habet, ſemper ueſci. Quemadmodum nec ſi prope eos habites, qui caprinã uel ouillam uendunt carnẽ, hãc eſſe quotidie, ſicut ij qui dicere ſolẽt. Neq; enim ſi laniorũ ſis uicinus, ſtatim multas carnes deuorare neceſſe habeas, quẽadmodũ athleta. Tertio iã, cũ multa ſuppeditarenẽ ad hortorum calumniãdũ aerẽ, totam hanc repudiauit partẽ F ad olera uero deflexit. Atqui & cloacarũ poterat meminiſſe, ut q̃ latrinas ferè in hortos repurgant, omnẽq; eius generis fœtorem: olerũ item & arborum halitum, fruticumq́;, ut braſſicæ, carex, & buxi: nam maniſeſto uicinus aer ab horum inficitur conſuetudine. Sed ſatis iſtas iã interpretationes conſutaui: nunc ad utilia tranſibo, ac ad Hippocratis me uerba accommodabo.

15 *Diu capitis cõſtictabatur grauitate, atq; dextrũ tps dolebat: cũ occaſione igne eſt correptus, decubuit.*

Supra 130. h. t. 5. Ignem Hippocrates, ut oſtendi iam ſæpe ante, uehementem febrem appellat. Ad hæc quòd proprie magis, ut omnes etiam mortales ſolent paruas cauſas uocare προφάσιας. i. occaſiones, ita appellet ipſe quoq; interdum declaraui & hoc. Siquidem quædam ſunt, quæ committere per ſe ipſæ morbum nequeunt: quæ ad corpus ſi acceſſerint morbo opportunum, totius cauſam morbi exiſtimantur ſuſtinere: ut in propoſito hic nobis ęgro. Nam capitis diuturna grauitas, & temporis dextri dolor, hominem iam ad morbom demõſtrabat fuiſſe comparatum. Sanè rectè ſibi conſuluiſſet, ſi prius, quàm de tenui externa cauſa ægrotaret, quæ eſſe ad morbum prodidit ſe accommodatum, medico ſe ipſe, qui occurrere impendenti ualuiſſet morbo, commiſiſſet.

16 *Secundo die modicum meri ſanguinis de ſiniſtra manabat.* G

Non è directo dextri temporis, de quo prædixit, ut dolore laborante, modicum dicit profluxiſſe meri, ſed ex ſiniſtra. Merum uero i. ἄκρατον, ubi de flaua, aut atra bile, aut æruginoſa dicatur, in aperto eſt, vt iam docui frequenter, quid ſignificet. Nam proprium ubi colorem quiſque humor & formam retineat ſynceram, ibi eum dicimus merum edi. In ſanguine uero fortaſſe è contrario accipiendum eſt ab eo, dici merum i. male miſtum. Sanguinis autem naturalis conſtat rubrum eſſe colorem: decolorem uero, non eum, cæterum uel nigriorem, uel inſigniter ruſiorem. Et quidem merum ſanguinem ſolemus frequentius nigrum appellare, qui ſimul eſt craſſiore conſiſtentia. Ergo fuiſſe prius huic ægro, ſi quidem ualidis uiribus erat, mittendum ſanguinem liquet. Nam quòd Hippocrates remedium non prodidit, eadem erit quæſtio tibi ac illa, quæ de primo eſt ægro ſcripta.

17 *Aluus ſtercora rectè deiecit.*

Hoc unum in morbi principio fuiſſe mediocre uidetur: cætera cuncta praua, quæ in proximo ſunt capite ſcripta.

18 *Vrinæ tenues, cum uarijs ſuſpenſionibus minutim diſperſis, perinde ac farina craſsiore ſemẽ referẽte* H
Tertio die febris acuta: deiectiones nigræ, tenues, ſpumoſæ: quæ in retrimentis ſubſidebant, liuida erant: non nihil ueterno tentabatur, ægre deſurgebat: in vrinis quod reſidebat, liuidum erat & ſubuſſidum.

Omnia fuiſſe hæc ſymptomata & ſigna praua, qui ſunt memores eorum, quę in pręſagijs ſunt prodita, non ignorant. Iam in commentarijs quoq; in primum de morbis uulgaribus librum nõ pauca diximus.

19 *Quarto vomuit biliosa flaua, pauca, poſtea uirulẽta: de ſiniſtra aliquãtũ fluxit meri ſanguinis: aluus eadẽ, & itẽ vrinæ quoq;: exudauit circa caput & clauiculas: lien intumuit, femur è directo doluit, hypochondrium dextrum ſubmolliter contendebatur: nocte non dormiuit, deliraiut aliquantulum.*

Sunt & hæc mala omnia ſymptomata, quæ cõmemorauit, præterquam abſceſſus, qui in lienem & in ſiniſtrum femur fieri uidebatur.

20 *Quinto deiectiones plures, nigræ, ſpumoſæ, in his nigra ſubſidebãt: nocte nihil dormiuit, delirauit.*

Adhuc pernicioſa ſunt hæc omnia: itaque ſequentia attendamus.

21 *Sexto die retrimenta nigra, pinguia, ſpumoſa, uiſcoſa, graueolẽtia: dormiuit, mente melius cõſtabat.*

Ex his, dormiuiſſe, & mente melius conſtaſſe, mitia ſunt: cætera uero & ipſa praua.

Septimo

A 22 *Septimo, lingua arida, ſitibundus erat, nõ dormiuit, delirauit: vrinæ tenues, haud boni coloris. Octauo retrimenta nigra, pauca, compacta: dormiuit, mentis fuit compos, non admodum ſitibundus erat.*

Hactenus omnia illi ſymptomata fallacia fuiſſe uidentur.

23 *Nono ſuperriguit, febris acuta, ſudauit, infrixit, delirauit, dexter oculus diſtortus erat, lingua arida, ſitibundus erat, inſomnis. Decimo, eadem. Vndecimo omnino mente conſtabat, febre erat liber, ſudauit:* * *Vrinæ tenues circa iudicium erant.*

** οὐδ' ποτε est in aliquib. græcis impreſſis: ī alijs ὕπνωσε i. dormiuit.*

Apparet hunc uirum fuiſſe ualidis uiribus, ut quæ cum grauiſſimo morbo luctantes reſiſterent. Itaq; cum nihil illi hactenus accidiſſet boni, uidetur die nono rigore decretorio conſecuto, & deinde, quod ſolet, febre acuta, & poſt eam ſudore, non continuò, propter morbi magnitudinem, febre fuiſſe explicatus: ueruntamen, cum eadem manerent (nam decimo, inquir, eadē) vndecimo ſtatim fuiſſe à febre liberatus. Nam quòd delirauerit in nona, & dextro oculo ſtrabò fuerit, res ſunt quæ ſolent in iudicijs euenire. Neq; uero repente de illo uidetur nono die eſſe decretum, uerum in undecimum diem eſſe protractum, quo iam, dicit, omnino mente conſtabat. Porrò adiunxit, vrinæ tenues circa iudicium erant, ut fidem apud nos ne habeat, & pntetur firmum, ſed recidiuam expectemus breui. Nam cum alioqui, tum qua erat morbus magni-

B tudine, in tali expectatione erat conſentaneum eſſe.

24 *Duos dies à febre integer intermiſit. Rediјt quartodecimo, ſtatī nocte nõ dormiuit, prſus delirabat.*

Confecto dimidio & infideli ad diem undecimum iudicio, duos illum dies ait intermiſiſſe, hoc eſt, duodecimum & tertiumdecimum: deinde repetijſſe quartodecimo, ijſdemque iterum conflictatum ſymptomatibus.

25 *Quintodecimo, vrina turbata, cuiuſmodi ex ijs, quæ ſubſederūt, fit, ubi agitantur: febris acuta, prorſus delirauit, non dormiuit: genua & tibiæ dolebant: aluo ſubiectis balanis reddidit nigra ſtercora.*

Recidiua iterum euaſit acuta cum ob morbi magnitudinem, quæ illi inerat à primo, tum quia undecimo die, quo primum fuit iudicium, haud adeſſent vrinis coctionis ſigna. Cæterum genuum quidem dolores & tibiarum, qui ad partes imas efficientes morbi humores uergere nunciant, in bonis cerre erant. At balanis ſuppoſitis nigrorum ſtercorum exitus, malus eſt propter colorem.

26 *Sextodecimo, vrinæ tenues, quibus in erat nubiloſa ſuſpenſio: delirauit.*

Et uero hæc etiam de integro inceſſentis illum acutæ febris & ſigna & ſymptomata ſunt, ſiquid meminimus eorum, quę in pręſagijs & in primo morborum uulgarium demonſtrata ſunt:

C nempe ſexcenties dicere non oportet eadem.

27 *Septimodecimo mane extremæ partes infrigeſcebant, cooperiebatur, acuta febris: toto corpore ſudauit, alleuatus eſt, melius ſapiebat, non tamen febre liber, ſitibundus: vomuit biliosa, flaua, pauca: venter ſtercora deiecit paulo mox nigra, pauca, tenuia: vrinæ tenues, non boni coloris.*

Rurſus ſeptimuſdecimus dies ſudorem attuliſſe uidetur, qui valetudini non erat exacte profligandæ propter humorum cruditatem, ex quibus homo ægrotaſſe uidetur.

28 *Octauodecimo mens illi lababat, comatoſus. Vndeuigeſimo in eodem erat ſtatu* †.

Videtur homini nihil planè ſeptimuſdecimus dies magni adiumenti attuliſſe: nihilo minus eius certe naturalis facultas cum morbo certare uidetur, & fortaſſe uictoriam obtentura.

† in aliquibus codic. additur vrinæ tenues.

29 *Vigeſimo dormiuit, planè mente conſtabat, ſudauit, liber erat à febre, non ſitiebat* †. *Primo vigeſimo parum delirauit, non nihil ſitiebat, hypochondrium dolebat, & ad vmbilicum perpetua erat palpitatio. Vigeſimoquarto vrinæ habebant ſubſidentiam, prorſus mentis erat compos. Vigeſimoſeptimo dextra coxa dolebat: vrinæ tenues, in quibus ſubſidentiæ erant: cætera mitiſſima habebat. Circa vigeſimumnonum dexter oculus dolebat, vrinæ tenues. Quadrageſimo aluus pituitoſa, alba, ſubcrebra deiecit: multum toto corpore ſudauit, abſolute eſt iudicatus.*

† in aliquibus codic. additur vrinæ tenues.

D

Tertium quidem eſt hoc iudicium, ubi molita nūc etiam eſt natura per ſudorum excretionem in die decretorio ſoluere motbum, ut & in prioribus, qui æquæ decretorij erant, & Coacis præſagijs. * Addidi autem illud nulla alia de cauſa, quam ut demonſtrem auctores præceptorum, quæ in prædictionibus ſunt ſalſa, labi, & longe lateq; ab ſenſu Hippocratis, & præſagitione in ægris abeſſe, ideoq; logiatri ſunt (eo. n. nomine appellant uulgo docti ineptos in obeundis operibus) medici uero non ſunt, qui ægris credentes, qui in libris prædictionum ſunt & coacis deſcripti præſagijs, alia pro libito per hos confirmant, citantes quæ in libro prædictionum & Coacis præſagijs errata ſunt: & generalia in præſagijs & Aphoriſmis tradita præcepta, itemq; in libris uulgarium morborum negligentes. Nam quid in prędictionibus, & Coacis præſagijs habetur ueri, hoc uniuerſum (id quod ego in commentarijs in prædictiones oſtendi) ab aphoriſmis, præſagijs, & uulgarium morborum libris, auctores iſtorum librorum mutauerunt, & in iſtos libros retulerunt. Lycus uero, neſcio quo modo & ipſe ſimilis nequitiæ plenus, Quinto eam aſſignat, cui tamen non fuit uel unius anni cum Quinto conſuetudo: cum Satyrus & Fecianus, qui cum eo diu uixerunt, nullam Quinto talem adſcripſerint interpretationem. Equidem hanc rem, cum utroq; ſim præceptore uſus, habeo compertam.

Galeni

GALENI IN LIBRVM TERTIVM
HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS
COMMENTARIVS SECVNDVS

ARGVMEMTVM

Explicatur obſeruatio ſymptomatum quæ nouem Aegrotis accidere.

NVllum ergo librũ unquã,niſi tequiſitus ab amicis,uel familiaribus, pcipue
longam ptoſectionẽ ſuſcipiẽtibus,ſctipſi,qui commentariũ habere eorũ,
quæ à me acceperant, aut q̃ ipſis in animãtibus demonſtrauerã inſecãdis,
atq; ægris,auebant,quorum quidã euulgati,etiã pbati alijs ſunt.Qui à me
ipſi quoq; ut artem medicam ſuis abſoluerẽ oĩbus numeris,cõtẽderũt,eo-
dẽ ut iã dedi quibuſdã modo: ac id quidẽ pſtiti.Cũ uero cognoſcerẽ in oĩ-
bus me,quæ conſcripſerã,Hippocratis ſemper interpretatũ ſententiã eſſe,
ſimulq; dictiones citaſſe eius accõmodatiſſimas quaſq;,uiſus ſũ mihi,ſi ſin F
gula capita cõmẽtarijs explicarẽ à capite ad calcem oĩum eius librorum, operæpretiũ nõ factu
rus.Verum qñ & hos habere quidam ex amicis efflagitaſſent ſibi,à germaniſſimis Hippocratis
ac utiliſſimis ingreſſus ſum,idẽ tenens in hiſce libris propoſitum,ac fecerã in prioribus. Eſt aũt
hoc,Quæ perpetuo,aut ſæpe in ægris ſpectanẽ,hæc literis ſola mãdare,citra ullã horũ ſugillatio
nem,qui aut rara,aut nunquã niſa tradunt,& ſalſa omnino. Sic cõmentarios in librũ de fractu-
ris,& articulis: ſic ẽt in librum de ulceribus,& uulneribus capitis,& in aphoriſmos, atq; pſagia
ſcripſi.Deinde amicorũ exhortatione perſuaſus,cõmẽtarijs libri De uictus rõne in morbis acu
tis partem expoſui primã ad balnearum uſq; uſum,quę quidẽ germaniſſima habeẽ: a qua ſecũ-
dam,nã & hæc multa uidetur ex ſententia Hippocratis præcepta complecti. Deinde ſum librũ
De humoribus ſuccincte quidẽ & paucis diebus interpretatus,ꝙ diſcedere,q ad eos me cõmen
tarios induxerat ſcribendos,properaret.Qui cũ doctis placuiſſent(uulgati enim erãt) inde uſu
venit,ut non iam neceſſarij tantum me mei,ſed alii medici,quibus familiariter utebar, ut Hip-
pocratis interpretaret omnia ſcripta,frequẽtes adhortarenẽ.Et feci ſanè in librũ τοῦ κατ' ἰητρεῖον
ideſt de officina medici, & in primũ & ſcd̃m morborũ uulgariũ. A quibus cũ in tertium eſſem
explanationes inchoaturus,forte quidã me obnixe,ut in prædictiones tum ſcriberem,orarunt. G
ἐν τῇ ῥυνδίᾳ. vide hanc dictionem ſup. pag. 119, a Acciderat autem ut id contẽderent,cũ * deambulãtes in ſermonẽ nos aliquãdo ueniſſemus de
iis,quæ in præſagi is ſunt & aphoriſmis tradita. Nã hæc omnia multum ualere in ægris demon-
ſtraui: ſi uero,quę ſunt in prædictionum libro omnia ſcripta,quis accipiat pro generalibus,lõge
hunc lateq; erraturum.Huius etiam generis eſſe partem eorum plurimam,quę in Coacis pręſa-
giis ſunt prodita,demonſtrabam,commixta cum quibuſdam,quæ in aphoriſmis dicta,uel in p-
ſagiis ſunt: cum quibuſdam item,quæ in libris de uulgaribus morbis,quę profecto illorum,quę
libri illi habent,uera ſunt ſola: quæ reliqua ſunt in prædictionibus,& coacis præſagiis, erroti-
bus ſunt plena. Et quidẽ in librum ſecundum & ſextum de morbis uulgaribus interiecta ſunt
quædam,ut etiam ad finem aphoriſmorum: cætera omnia libri ſecundi & ſexti uulgarium mor
borum,ſunt Hippocratis magna ex parte in commentariis reperta: partim uero eorum is, qui
ea contraxit,adiecit,ut aiunt.Erat ille Hippocratis filiorum clariſſimus, Theſſalus nomine, qui
exacte ſententiam eſt patris æmulatus.In primum librum uulgarium morborum & tertiũ, aut
nihil,aut ſanè perpauca infarcta ſuſpiceris.Communia præcepta hiſce libris ſunt pauca ſcilicet
mandata: ꝙ hic perſequatur demũ,quæ acciderunt aut omnibus in cõmuni tempeſtatibus uul
garibus,aut cuiq; priuatim.Peractis iã commentariis in ſecundum librũ,tres interea forte ſcri- H
pſi,à poſtulantibus inductus,quod dixi, commentarios in librum prædictionum: quibus in eo
libro oſtendi plurima uitioſe dicta eſſe: multa pro uniuerſalibus dicta eſſe,cũ ſint infrequentia:
non pauca indiſtincta,quæ requirant diſtinctiones. Et quò ſermo ſit apertior, afferam unum
de iis,quæ male quidam ſcripſerunt in cõmentariis & in prædictiones,& in ægros in libris uul-
1. Prorr. cõ. 2. t. 31 4. 172. d garium morborum.Scriptũ quoddam eſt in prædictionibus huiuſcemodi caput: Febres ex hy
pochondriis malignæ ſunt.Hic quidam huius libri interpretes ſubiiciũt in libris uulgariũ mor-
borum deſcriptos ægros,hos ſolos proferentes,quibus defunctis,Hippocrates in ęgritudine hy ”
pochondriorum dicit accidiſſe contentionem,uel dolorem,uel palpitationẽ,uel ſi quid ſit tale: ”
prætereunt,qui de illis conualuerunt. At uero Hippocrates tradidit in præſagiis cum alia q̃ ad
In Prog. cõ. 1. t. 27. 4. 195. e morbos acutos teferunt,tum de hypochondriis,eo loco libri,cuius hoc eſt initium, Hypochõ
drium optimum eſt,ſi dolore uacet,ſi molle & æquabile ſit dextra ac ſiniſtra parte. Hoc totius
dictionis,quæ quidem eſt prolixa,initium eſt,ubi de hypochondriis Hippocrates docet. Qui
vero ſimpliciter febres ex hypochondriis eſſe malignas cõfirmat,conuenientibus neglectis di-
ſtinctionibus,quas in præſagiis ſcripſit Hippocrates,mentitur aperte.Quippe longe erat uerius
dicere

A dicere,febres à cerebro affecto malignæ sunt:febres à membranis,quæ cerebrũ cõtinẽt,affectis malignæ:febres à pulmone affecto malignæ:iã præ his etiã febres à corde affecto malignæ: aut febres,quæ ab hypochondrijs proficiscuntur(si propriæ uocabulũ hypochõdriorũ accipiam⁹) omniũ febrium acutarũ sunt mitissimæ: sin minus ꝓprie, & hac uoce ẽt uentrem complectamur,iecur,lienẽ,& septũ transuersum,quædam malignæ,quędam etiã mites sunt:ut in libris de terminauimus de locis affectis.Atq; hoc tibi vnũ sit male scriptorũ in prædictionibus exẽplũ: & interpretum,qui,uti modo dixi,libros inuicem alterum per alterũ enarrant,& sic in ꝑdictionibus interpretantur.Recte dixit,febres ex hypochondriis sunt malignæ:in libris.n.de uulgaribus morbis ille,& ille,qui ex hypochondrio laborarent,interierunt. In ipsis vulgariũ morborũ libris,ubi ad eos ipsos accesserint, merito aiunt hunc ægrũ perijsse:nã proditũ in uniuersũ esse in ꝑdictionib⁹,febres ex hypochondrijs malignæ sunt.Atqui si interpretandũ in istũ modũ est, primum contrariã illi,q̃ in prædictionibus est,enũciationẽ producas licet:Febres ex hypochõdrijs sunt moderatæ.Deinde eos potes ꝓducere, q̄ libris vulgariũ morborũ superstites fuerũt, læsis hypochondrijs.Hoc itaq; habes unũ(ut dixi)malarũ interpretationũ exẽplũ.Alterum est mutuo implicatorum affectuũ,quo quidẽ frequenter uti auctor ꝑdictionum uidetur:id quod in B commentarijs,quos in eas conscripsi,aperui.Implicatos uoco affectus, in quibus multæ sunt affectæ partes:nam potest idem homo non solum laborare ex thorace, sed etiam ex pulmone, & ex capite,his addas licet,& ex uẽtre,& ex iecinore. Proinde siq̃s symptoma scribat, qđ phrenitim denunciat:& mox illi aliud adiungat,peripneumonię proprium,& iecinoris inflãmationis, aut uentris,aut mẽbri cuiusquam alius:deinde difficiliori dicat affectione eos mortales derineri,qui duobus aut tribus affligãtur partibus,peruersam tradet doctrinã.Nam hic sermonis mo-
" dus erit:‖Qui in principio comatosi fiunt cum capitis,lumbi,hypochõdrij,colli dolore,uigilan- 1.Pror. cõ.1.t. 1.4.160.b
" tes,sunt ne phrenitici?Nares his si stillent,perniciosum est:maxime si quarto ab initio die uen-
" tris sit rubra ꝓluuies.Iecinoris hoc symptoma est,& potest cũ prædictis existere:ut si pleuritis uel peripneumonia comatosos istos arripuisset,non eiusdem tamen est affectus signum.Quòd si errata instituas,quæ in prædictionibus sunt admissa,& eos,qui illius præcepta libri, ægrosq; in libris vulgarium morborum interpretantur,uicissim alterum per alterum refellere,legas cõmentarios in prædictiones.Equidem in primo & secundo libro ægros descriptos citra ullam malorum interpretum confutationem ante exposui: sed quia multi à me amici in paucis ęgris contẽderunt,ut malos interpretes detegerem,necesse habui in tres duntaxat ęgros integrum com- C mentarium conscribere superiorem.Nunc iam satius duco esse, eodem ut modo enarrem residuos,quos supra in primo vulgarium morborum libro enarrabam : uereor enim,ut ne in alterum incidam uitium,ut apud hos male audiam,quos magni commentarij,longiq́ue offendunt.

AEGROTVS IIII.

1 *In Thaso caput Philista diu dolebat,& tandẽ ueterno aliquantum arreptus decubuit.†Cum uerò pocula febres cõtinuas excitassent,dolor nocte grauior esse cœpit,incaluit primũ.Primo die biliosa,pauca uomuit,flaua illa primum,sed deinde ærugulenta,pluraque:aluo stercora excreuit:noctem habuit molestam. Altero die surditas,acuta febris:dextrum hyponchondrium contentum est,ac intro inclinabat:vrina tenues pellucida,suspensionẽ habebãt paruã,geniture assimilẽ:Circa meridiem uehementer insaniuit.Tertio die grauiter se habuit.Quarto conuulsiones,omnia sunt irritata.Quinto summa luce defunctus est.*

†Al. Ex antiqs. Ex potationib. autẽ continuis dolor exacerbatus est. Nocte incaluit primum.

Nequid sim longior,non aliter ac ad eos,qui memoria tenent,quæ in præsagia,aphorismosq; interpretatus sum,& prædictiones,præterea in primũ & secundũ vulgarium morborũ librũ,sermonem habebo.Vir hic cũ non decumberet lecto,ægrotabat capitis(quemadmodum qui ante ipsum est descriptus)dolore:uerum nõ uulgare in hoc symptoma adiunxit, ueterno aliquantũ D tandem correptum illum.In illo addidit etiã morbi initium:huic ex maximo errore ait accidisse:nã capite grauiter affecto,potio uini larga maximum est malum.In illo ex occasione dicit incepisse morbũ:proinde illi haud dudum censet læsum cerebrum fuisse, sed abundantium tantũ in capite symptomata humorum esse:At Philistę huic ipsum etiam caput in tẽpore in prauũ deuenisse statum.Cũ huc iã noxa à potu accessisset,ita excitauit magnos,atq; ualidos affectus, ut q̄nto illũ die raperent.Quæ hisce ait diebus symptomata Hippocrates extitisse,partim ad acuitatẽ pertinent morbi,ut si neq; cerebrũ sit offensum:partim ad cerebrũ ipsum. Ac acuitatis quidẽ morbi sunt uomitus symptomata,qualitasq; urinarum: ipsius cerebri , surditas ,conuulsio, uehemẽs insania.Quod uerò est ab auctore dictum,dextrum hypochondrium contentũ est,ac intro inclinabat,illud fit,ubi à septo transuerso uicinæ partes uelluntur . At ipsum tenditur septum transuersum interim in pleuritide ob inflammationis magnitudinem succingentis membranę costas:interim ob originẽ neruorũ ad se neruos,qui ad septum trãsuersum pertinẽt,attrahentem:interim uerò per suam ipsius inflammationem . Sed de his tribus memoratis uerisimilius est à septo transuerso ob neruorum tensionem attracto,hypochõdrium quoque retractum fuisse . Atqui ferè in his affectibus utraque hypochondria intro consident : nonnunquam alterum tantum,ubi principij neruorum pars altera sit grauius affecta,altera nihil,uel modice.

AEGROTVS V. E

2 *Cherionem, q ægrotabat apud Demænetum, ex potu ignis corripuit; statim est capitis dolorifica grauitas consecuta, non dormiebat, aluus turbata est excrementis tenuibus, biliosioribus. Tertio die acuta febris, capitis tremor, præcipue inferioris labri: paulo post rigor, conuulsiones, planè desipuit: Nocte grauiter laborauit, non dormiuit. Quarto aliquantisper quiete dormiuit, delirauit. Quinto cũ dolore cuncta exacerbata fuerunt, nugabatur: noctem molestã habuit, non dormiuit. Sexto nihil est immutatũ. Septimo superriguit, febris acuta, p totũ corpus sudauit, iudicatus est. Huic perpetuo erant deiectiones biliosæ paucæ, meræq;: urina tenues, & boni coloris, cũ suspensione nebulosa. Octauo die urinę erant melioris coloris, in quibus subsideret candidum, & paucum: mente constabat, febris intermisit. Nono repetijt. Circa diem Quartumdecimum febris acuta: Sextodecimo biliosa uomuit, flaua, subcrebra. Septimodecimo superriguit, febris acuta, sudauit, febre est decretorie liberatus. Vrinæ ab recidiua, & iudicio, boni coloris, & subsidentiam habebant, nec per recidiuam delirauit. Octauodecimo non nihil incalescebat, aliquantulum sitiebat: urinæ tenues, suspensio nebulosa: paulum delirauit. Circa undeuigesimum febre carebat, collum dolebat, urina habebãt subsidentiam. planè uigesimo est indicatus. ΠΙ. Χ. Π. Ο Υ. Κ. Υ. P. M. B. V, V. S. Hoc est, Probabile Multitudine Biliosarum urinarum Vigesima Sanatum.*

Videtur homo ex abundantia, & maxime biliosorum humorũ ægrotasse. Quòd si in ipso, quę
de diebus sunt decretorijs, & urinis monstrata examines, offendes cõsentire, & rite eum die ui- F
gesimo esse perfecte à morbo liberatum. Sunt tamen exemplaria, quæ ad exitum narrationis
careat, uigesimo, cum spectatissima quæq; orationem sic scriptam habeant.

AEGROTVS VI.

3 *Euryanactis filiam uirginem ignis inuasit. Hæc perpetuo nihil sitiebat, nec quicquam sustinebat gustare: deiecit pauca: urina pauca, tenues, non boni coloris: incipiente uerò febre secundum sedem dolebat. Sexto die febre erat libera, non sudauit, iudicata est. Quod secundum sedem erat aliquantum suppurauit, & cum iudicatione erupit. Ab iudicatione die septimo riguit non nihil incaluit, sudauit. Ab iudicatione octauo aliquantulum riguit, postea extremæ partes semper algebant. Circa decimum diem à sudore, quem habuerat, delirauit, confestimq; ad mentem redijt. Ferebant autẽ, quod racemum gustasset, ita fuisse afflictam. At, cum diem intermisisset, duodecimo iterum multum delirauit: aluus turbata fuit biliosis excrementis, paucis, meris, tenuibus, mordacibus, crebro desidebat. Die septimo, à quo postremum delirasset, decessit. Huic ab initio morbi fauces dolebant, semperque rubebant, gurgulio retractus: destillationes multæ, paruæ, tenues, acres: tussijt, concoctum nihil excreauit: quosuis cibos toto hoc tempore fastidiuit, neque appetiuit quicquam: non sitijt, & nihil effatu dignum bibebat, Tacita erat, nihil loquebatur, mæsta animum desponderat. Erat autem & natiuum quoddam tabidum.*

Vt percurrit, quę huic ægrę ad mortem usque acciderunt, morbi totius adiunxit hypothesin, G
ex qua iure interijt. Nam à capite ait, huic in pulmonem malas fuisse destillationes faucibus, ac
gurgulioni nocentes. Adiecit porrò sermoni, erat autem, & natiuum quoddam tabidum, quod
oportet meminisse, nec fidem habere sophistis, nullum asserentibus esse affectum innatum. Cæterum illud per se solum, tam repente ipsam non sustolleret: sed qa cum hoc affectu extinctio
cohærebat naturalis facultatis, quò celerius periret, in causa fuit: Significatur hæc his uerbis, hęc
perpetuo nihil sitiebat, nec quicquam sustinebat gustare. De quorum ego symptomatũ malignitate ante in priore libro uerba feci: atque ipse Hippocrates iterum in fine narrationis suo more
demonstrans, quæ ægrotis, & mortis fuerint, & salutis causæ, adscripsit, quosuis cibos toto hoc
tempore fastidiuit, neque appetiuit quicquàm, non sitijt, summo significans odio illi cibos uenisse, ut ne desiderium quidem ueniret cuiusquam: quo quidam, qui perdiderunt appetentiam, cũ
recordentur illa, quibus aliquãdo sint oblectati, tenentur. Nõnullos enim in morbis fastidio occupatos conspicimus, simulatque quicquam gustarint, id auersari: quosdam uerò ne gustare au
sos, attamen hi requirentibus ex se ecquid appetant, respondent certa edulia, quibus se recor- H
dantur quondam gauisos esse. Sanè maximum tibi sit facultatis signum ciborum appetitricis semel emorientis, si parata hæc, quæ desiderare dicebant, ut gustarunt, culpent, nec etiam edant.
Qui tametsi habeant pessime, deteriore sunt tamen in statu, qui nihil appetunt, extremam indicantes extinctionem naturalis uirtutis, qua cibum, ac potum appetimus. Ob hæc itaq; muliere
hac mortua, exẽplariorum diuersitatẽ nihil est, q respiciamus, & de diebus quæramus, cum illi
nullum habeant ordinem: quandoquidem mortem à capite destillatio attulit, & natiuũ tabidũ.
Ideo & discordiam exemplarium iuxta, & iudicatu difficilem, & inanem arbitratus ꝑtermisi.

AEGROTVS VII.

4 *Illius anginosa, qua apud Bitonem agebat, primum à lingua cœpit obscura esse vox, lingua rubẽs, desiccata erat. Primo die horrida, incaluit. Tertio rigor, febris acuta, tumor colli, et pectoris ex utraq; parte subruber, durus: extremitates frigidæ, & liuidæ, spiritus sublimis: potus per nares effluebat, deuorare non ualebat: deiectiones & urina substiterunt. † Quarto cuncta exacerbata sunt. Quinto perijt anginosa. ΠΙ. Δ. Ε. Ε. Θ. P. D. S. Q. M. Id est Probabile Deiectionibus Suppressis Quinta Mortuam.*

† Desunt hic q̃dã ad balanum, & clystere spectãtia, quorum & Galenus, ut ab Hippocrate dictorum in fine commẽti huius meminit.

Neque in exemplaribus reperitur omnibus hoc modo finis descript⁹ orationis, neq; scire in

terpretes

A terpretes huius libri uidentur omnes. Sed etiam quidam ex his pro quinto, scribunt septimo, alij octauo. Capito uerò haud scio qua re adductus, diem & anginosa, detraxit, atq; paulo ante ex hoc, quarto cũcta exacerbata sunt, quarto detrahit, facitq; hũc totius dictionis exitũ; aluus, & urinæ substiterũt, cuncta exacerbata sunt, perijt. Ac de meliore quidẽ lectione inferius uidebim⁹. Prius (quod mihi præter cætera est in explanatorijs libris propositũ) quæ in muliere hac sunt obscurius dicta, exponemus. Mihi uerò, spiritus sublimis, nõ uſ clarũ esse. Sabinus quidẽ scripsit de
« eo in hæc uerba: Sublimis autẽ spiritus erat, hoc est summis naribus respirabat, ꝙ ex arteriæ in-
« flãmatione præclusum esset uiæ spatium, nec iã spiritus attractio posset in pulmonẽ fieri. Est uerò etiam ipsius obscura oratio Sabini, ut alium etiamnum interpretem quærat. Equidem illos eum puto significare respirare summis naribus, qui respirando narium pinnas mouent. Siquidẽ multos nos ægros sic uidimus spirare, †ut eas in expirando* contraherent, in inspirando* uerò dilatarent. Quod quidẽ incidit ijs, q ab angina suffocãtur, uel à peripneumonia, uel suppuratione, præterea ijs, qui infirma sunt facultate. Verũ istud quemadmodum in ægris fiat, nõ est, ꝙ nũc referamus: Quo autẽ in his pacto, qui propter angustiam spiritus organorum, hoc loco reddemus, simul iam cur sublimem Hippocrates eum spiritum appellauerit expositur. Cernimus.n.
B in ijs, qui sunt ita affecti, summũ moueri ad operata scoptula usq; thoracem: quã nunc probabile est respirationem sublimem dici, quæ nõ in angina modo, uerum etiam in peripneumonia, & in suppuratorum quos uocant, fit affectibus. Quæ quidem etiam citra febrem accidit ijs, qui ꝓprie uocantur orthopnoici, & asthmatici. Nã à talibus euentis utrunque affectus hic nomen est sortitus, asthma quidẽ, id est anhelationem, propter coactam respirationem, quam etiam, qui uelociter currunt, habent: & orthopnœam, ꝙ se, quia tum decumbunt suffocantur, erigunt: sunt q
« cogantur planè exurgere. Iam in præsagijs quoque scriptum ad uerbum sic est: |Anginæ autem
« grauissimæ sunt, subitoq; perimunt, quæ nihil in faucibus signi edunt, neque in ceruice, sed mul
« tum præbet laboris, & orthopnœam Itaque eadem causa tum orthopnœam inducit affectibus strangulantibus, & quem modo uocabat sublimem spiritũ. Nam integra constante sanitate, ubi nobis omnes quiescunt uoluntariæ actiones, solis inferioribus thoracis, quæ ad septũ trãsuersũ sunt, partibus spiramus, ut in commentarijs ostẽdimus De respirationis causis: Sin ampliorem inspirationẽ requiramus, etiã partes infernis uicinas unà mouemus: ubi plurima indigeamus, tum partes etiã ad operata scoptula agitamus, totius thoracis ualida opera utentes. Sed hoc nobis fit sanis, vbi velociter currimus, aut quocunq; modo calide mouemur, ꝙ multo spiritu opus fit attracto: In peripneumoniis uerò & suppuratorum uitijs, aut malis, & orthopnoicis cũ febri
C bus, ob spiritus angustiã organorum: quæ non possunt tantam aeris substantiam suscipere, quãta est animanti ex usu. Incompletus igitur respirationis usus in periculũ adducit suffocationis. Itaque compelluntur, ut continue, omniq; thorace peragãt respirationem At in angina recepta cula in pulmone spiritus, quibus respiramus, reclusa sunt, & pura: sed quòd inflammatione gutturis musculi teneantur, constringitur externi aeris, quem per inspirationem attrahim⁹, prim⁹ ingressus. Quo fit, ut uel hic altera quidem de causa, sed æque tñ, usui respirationis non respondeatur, ut in suspiriosis, suppuratis, & peripneumonia affectis fiebat. Itaq; contendunt, q suffocãtẽ, exurgere, & toto thorace externum aerem magna ui attrahere. Atq; idcirco in his cẽseas, q angina laborãt, sublimem appellatum spiritum esse. Potest etiam, ꝙ se ipsi illi uolunt in sublime erigere, ita uocitatus esse, ut idem sublimis spiritus significet, ac orthopnœa in Præsagijs. Porrò in historia mulieris angina deretæ, q̃ in sermone est proposita, scriptum est, potum etiã in nares resilijsse, quod usu uenit ijs, q eũ deglutire nequeũt, uel ob gulæ transitum restrictiorem, uel ob ipsius internitionem resolutionemq;: quorum est utrunque præcipue exitiosum: ut etiã qđ antea est ab eo sic in tertio die scriptum, extremitates frigidæ & liuidæ. Nam cum prædixisset, tertio die rigor, febris acuta, subdit, extremitates frigidæ & liuidæ. Nã natiui caloris signum est
D internitionis extinctionisq; frigus extremarum partium, & liuor in acutis febribus. Atque hinc etiam factum est, ut huic ægræ deiectiones, & urinæ suppressæ sint, quod iam omnes emorerentur functiones. Quo est uerisimile nec septimo mulierem, nec nono die perijsse: neque enim tantum spatij perdurare poterat, tertio iam die symptomata habens, & notas naturæ frigescẽtis. Et Hippocrates, qui in tam acutis morbis solet, quæ vnoquoque acciderent die, persequi, non cõmitteret, ut tacitus diem quintum, & septimum præteriret. Quãdo igitur absoluto de tertio die sermone, quartum commemorat solum, omnia tum exacerbata fuisse dicens, multo iã est clari⁹ nõ ualuisse ad septimum uel octauum diem uitam mulierem ducere. Nã paradoxas quidem cõuersiones, quæ raro incidunt propter robur naturæ, cũ ipsi non raro uidimus, tum uerò in narrandis ægris scripsit Hippocrates, simulque id ipsum significat, & indicat, commodius habuisse ægrum. Nunc, quando tertio die unà cum acuta febre extremæ partes algerent liuescerentq;, & vrina supprimeretur, etiam si nõ subiungeret, quarto die omnia exacerbata fuerè, omnino erat die quinto peritura. Quod ille cum adscripserit, etiã affirmes securius, ita affectam sextum diẽ uiuam non attigisse, multoq; etiamnũ potuisse minus septimum uel octauum. Vnde iure mireris, qua ratione adscripserit ita ille, qui primus huius fuit rei auctor, notas, ut indicent octauo

A.l.3.f.10.a 7.258.c

† In cod. quibusdam antiquis legitur ὡς ἐν μὲν τῇσιν εἰσπνοῇσι προστέλλειν, ἐν δὲ τῇσιν ἐκπνοῇσι διαστέλλειν αὐτάς. i. ut eas in inspirando cõtraherent, in expirando uerò dilatarent.

in Prog. com 3. t.16. 4. 109.a

illam die defunctã: & eo etiã magis, quo mō Zeno Herophileus vir nequaq̃ obſcurus, aſcriptas E
exponens notas in tertio libro morborum vulgarium, etiam ipſe octauo die dicat, hanc perijſſe
anginoſam, idq́, huiuſcemodi notis indicari : ΠΠ.Δ E.H.Θ. Harum notarum prima πιθανόν, id eſt
probabile ſignificat, quę per Π literam ſcribitur mediam habentem lineã rectam utriq; aliarum
parallelam, ſeu æquidiſtantem, quo modo quidã nongenteſimum numerum ſcribunt. Et ſemꝑ
in omnibus id ægris denotat, præpoſita omnibus ſequentibus notis. Quæ harum eſt poſtrema,
hoc loco θάνατον.i. mortẽ ſignificat, quam litera Θ denotat: in alijs ægris ὑγιείαν.i. ſanitatem, quam
demonſtrat litera Υ. Penultima nota ſemper dierum numerum, quibus propoſitus ubique æger
in ſermone laborauit, ſignificat. Quæ uerò inter hanc interiacent & omnium primam, declarãt,
cur ſit ſaluatus, uel perierit homo, cauſam, Vt in hac anginoſa, duæ ſunt notæ, altera primã om-
nium ſequẽs, cuius medium recta ſecat linea, ΠΠ ab hac alia atque alia. Igitur quæ omniũ primæ
ſuccedit, cuius ſecatur medium, elementum eſt Δ: à cuius oritur media inferiori linea, alia recta
linea deorſum ducta ſicut ı ſcribimus. Sequens eſt literæ E nota. Atque ex his indicari Zeno ἐπί-
σχεσιν τῶν διαχωρημάτων, id eſt ſupreſſionem deiectionum tradit, deórſum ſignato Δ ſecundum
unumquenque modum διαχωρούμενα.i. excrementa ſignificante : etenim ſudoris ipſum etiam,
nedum urinarum, aut deiectionum, eſſe ſignum affirmat : Et ἐποχὴν ſiue ἐπίσχεσιν.i. ſuppreſſio- F
nem, utro libeat modo appellare : vt ſignorũ ſit hæc tota ſententia: Veriſimile eſt excrementis
ſuppreſſis octauo die obijſſe mulierẽ anginoſam. Quare, ut dixi, miror, cum fideliora exẽplaria
quintũ diẽ habeant, huic lectioni ẽt litera ipſa E conſentiente, ut oſtendi paulo ante, ipſum Ze-
nonem tñ octauum diem ſcire ſcriptum: eos uerò qui in illum diſputant, hac de re nihil memi-
niſſe: at de notis illum reprehendere, ꝙ ſecũdam lirerã non ſcripſerit, & fecerit ſignatum Δ, cum
ſcriptura non ita habeat in tertio libro vulgarium morborum: cæterum poſt primã notã P ſcri-
ptum, ut illi autumant. Hic reſiduus iã ſeſe longus mihi ſermo offert. Putaueris enim re uera
has notas ægris Hippocratem ſubtexuiſſe: ſiquidem aduerſarij Zenonis P eſſe aſſerunt, nõ deor
ſum ſignatum Δ ſcriptum. Verum ſi aduerſariorum Zenonis libros legas, nec Hippocratis eſſe di
centium has notas, & librum quendam extare Ptolemæi cognominẽ Euergetis, habentem ſup
poſitas illas à medico quodam Pãphilo genere, ex ciuitate Sidica, de ſecta Cleophantia: audias
prætere a cauſam, qua adductus, libro has notas inſeruit Mnemon: uideantur haudquaquam ſi-
bi conſtare, qui Zenonem confutant, nec eſſe Hippocratis, nec eſſe ſic illas notas ſcriptas, ut ille
expoſuit. Mihi uerò quæ ſunt hactenus dicta, uana uidentur eſſe, nihilq́; afferre lectoribus ad ar
tis opera vtilitatis, quo properare, qui hanc meditatur, debet, Verum quia cum eſſent adſcriptę, G
uiſum eſt amicis, quibus morem gerens, quibuſdam locis primi libri reprehendi male explanã
tes ea, q̃ ad ægros ſpectant, ut uno certe huius libri loco aliquid de hiſce notis afferrem, induxi
animũ, ut facerẽ: tametſi nõ ignorem, quod ſemꝑ dico, ſcriptos à iunioribus medicis cõmenta
rios cũ tẽpus noſtrũ corrũpere, tum nihil docere, quod intereſt medicinæ: propter quos ego ſin
gulas ſeparatim medicas lucubrationes feci. Quæ uerò ſunt contra ſophiſtas, qñ has etiã ex uſu
iuuenibus eſſe animaduerto, qui ab iſtis ꝑuertuntur, ſcripſi eas itẽ priuatim ſingulas: ut ſicui ſup
peditet tempus abunde, ut & has reuoluat, cõtra ſophiſtas nõ ſecus, ac hoſtes ſit ſuccinctus. Sic
igitur nunc quoq;, tametſi res ſit inutilis ad probe medicinam exercendam, quod ad has notas
ꝑtinet, nõ pigebit tñ totum percurrere, qñquidem ita eſt amicis uiſum. Sanè enim puderet me,
ſi ad eas me deflexiſſem nugas, niſi antea ego, quæ referunt ad artem medicam, multis uolumi-
nibus oĩa pertractaſſem, itaq; tandem ad Hippocratis deſcendiſſem enarrandos libros: in quib⁹
artis diſcipuli nihil addiſcere noui ualent, extra illa, quæ clare & fuſe expoſui in lucubrationib⁹
medicis, ut uel ad intelligendum hebetes ſermonem queant aſſequi : ſed hiſtoriæ cognitionem
obtinebunt, cuius gratia multi mortales interdum ſuſpiciunt quoſdam, q artes aliquas tractãt,
homines, qui multa legerunt retinueruntq́;, ſtatim artis etiam ducentes præcepta tenere. Nunc
itaq; omnem de notis hiſtoriam exponam: quandoquidem hoc amici pariterque familiares ſe- H
mel hic fieri ſtatuerunt oportere. Hæc itaq;, quæ ſum dicturus, tradita à Zeuxide ſunt primo in
hunc librum commentario. Et quidem præſtiterit fortaſſis, quod ego facere in talibus ſolebã, q
hanc cupiũt hiſtoriam cognoſcere, ad illum librum eos remittere; ſed quoniam Zeuxidis cõmẽ-
tarijs non iã perinde grati, ſunt infrequentes: ideo me uoluerunt ea recenſere, initio ei⁹ ab ipſo
Mnemone ſumpto. Quidam enim eũ aiunt, cum legendi gratia tertium accepiſſet uulgariũ mor
borum librum ex magna illa Alexandriæ bibliotheca, reſtituiſſe adulterinis aſcriptis ſimili atra
mẽto & literis hiſce notis. Sunt qui ex Pamphilia eũ affirment deportaſſe : ac tanto fuiſſe regẽ
Aegypti erga libros ſtudio Ptolemæum, ut omniũ appellentiũ ad ſe libros deferri iuberet, quos
relatos in nouas chartas dominis deſciptos daret, à quibus in portũ inuectis ad ſe allati libri eſ-
ſent: allatos uerò in biblithecas reponeret: atque inſcriptiones erant, Ex nauibus acceptorũ. In
ter eos eſſe ferunt repertum tertium librum vulgariũ morborũ, titulo inſignitũ, Ex nauibus,
ſub correctore Mnemone Sidita. Quidã nõ eſſe ſcriptum, ſub correctore aiunt, ſed ſolum nomẽ
Mnemonis: quia & aliorum ẽt omnium, qui cũ libris appellebant, regij miniſtri noĩe reponen-
dos in apothecas libros inſigniuerũt. Neq; enim cõtinuo eos in bibliothecas aſportaſſe, ſed pri⁹
in certis

A in certis ædibus cumulatim deponere. Nã tanti studij ad ueterum libros cõparandos Ptolemæi illius, magnum esse argumentum referunt, rationem, quam habebat cum Atheniensibus: qui quindecim pigneratis argẽti talẽtis, Sophoclis ab eis accepit, & Euripidis Aeschyliq; libros, ut eos tãtũ describeret, & mox sartos tectos restitueret: magnifice cũ apparauisset eos in pulcherrimis membranis, quos ab Atheniensibus acceperat, retinuit: illis misit, quos ipse parauerat, orãs quindecim talenta tenerẽt, acciperentq; nouos pro ueteribus, quos ipsi dederãt libros. Quòd si Atheniensibus ne nouos quidẽ remisisset libros, sed ueteres retinuisset, nõ erat quòd ægre ferrent, qui argentũ hac lege acceperãt, ut hoc ipsi seruarent, si ille retineret libros. Itaq; illi simul & nouis libris, & argento sunt potiti. Quare Mnemon, siue ipse librũ attullerit, siue ex bibliotheca accepto adscripserit, quæstus uidetur gratia fecisse. Nam solum dicebat tenere se, quid notæ illæ interpretarẽtur: ita mercede eas exponebat. Quod si est, probabilius est librũ in bibliotheca repositum, esse ab eo adornatum: siquidem multo erat expositio eius fidem habitura maiorẽ, si regia haberet bibliotheca notas: nã librum si domo deferret, suspectus erat. Nec uerò scriptas dubitarem ab Heraclide tum Tarentino, tũ Erythræo demonstrationes, adulterinas esse notas cõmemorare, ni prudentibus existimarem hoc pro cõperto esse, & festinarem ab hac loquacitate pedẽ referre.

B Quare ad utile redeo, cuius causa horum ægrorum historiam reuoluimus. Nã ideo putare mulierem esse defunctam, quòd suppressę deiectiones essent, ridiculum sit: neque enim ob suppressionem perijt, cæterũ propterea illi contigit supprimi deiectiones, quòd naturales functiones extinguerẽtur. Neque uerò, quia frigidæ erãt & liuidæ tertio die partes extremæ, ideo obijt: sed quòd moreretur, factum est, ut & illæ emorerentur. Et ipse autem Hippocrates quasi uaticinatus adscripsit in exitu narrationis, perijt anginosa, tametsi statim initio prædixerat illius anginosæ, quę apud Bitonem agebat: sed additio ad finem illa hoc demõstrat, perijt mulier hęc angina. Atque ita in Præsagijs scripsit de exitiosis anginis Hippocrates. Nam hæ primo die suffocant statim, & altero, & tertio. *in prog. com. 2. c. 16. 4. 109. a* Quare propositã hic nobis mulierẽ oportebat ea de re tertio die obijsse, cum extremæ partes liuidæ ac frigidæ essent, deiectionesq; supprimerentur. Vnde uiribus conijcias ualidis fuisse, itaque attigisse quintum diem: nam, ut octauum, nõ potuit fieri. Sed de his satis. Quòd si cogites, siue ipse Hippocrates susceperit mulierem hanc procurandã, siue inuiserit unà cũ medico eius, si nihil aliud, paruum cataplasma certe imponeret, aut diaclysma præberet illi. Probabile autem est eum reliquisse recensenda cũ alia remedia ægris adhibita, tũ sanguinis missionem: solum uerò clysterẽ & balanum subditum, non principaliter, cæterum obiter scripsisse. Nam cum urinas recenseret, & uomitiones, & deiectiones: adiungeret præterea earum suppres-

C sionem, unde nihil æger excernebat per se: in his adscripsit obiter simul cum excrementorum qualitate, balani usum & clysteris.

Quid quaq; nota significet.

Equidem omnino statueram abhac importuna de notis loquacitate me referre: sed quia integram multi familiares disputationem hanc quærunt, egoq; bonam iam nunc partẽ exegi nugarum, faciam, ut quod superest, adiungam. Atque constitueram, quemadmodum, quæ nihil ad artẽ faciunt, separatim solebã scribere, sic his librũ dicare, ac separatim commentari, abductũ ab alijs, ut si qui uelint etiam in huiusccemodi esse curiosi, habeant, quibus magis inanibus uacẽt. At quia iam longe processisse uideo secundum hunc commentarium, & satis esse lõgũ, ut reliquos nequeam ægros etiam hic exponere, ac pestilentem statum ordine hos sequentẽ cõiungere: neque uerò dissecare mihi certum est tempestatis expositionem, ut partem eius in hoc peragã commentario, quod residuum est, in proximo: ideo disputationem de notis hoc libro perficiã, ut præcidam hunc nugarum aceruũ. Si enim quæ attulerunt, qui scripserunt de his notis, hæc inquirere nelim, & quæ rectè sunt & secus dicta, disceptare, nõ uno mihi libro ad hanc rem opus sit. Præcedit ergo, quod dixi, omnes, quæ per medium habet lineam ΠΙ, denotans semper πιθανὸν. id est

D uerisimile. Postremo uerò loco aut Υ uidetur litera scripta esse, aut Θ: hæc θάνατον id est mortẽ: illa ὑγίειαν. id est sanitatem, significãs. Ante has dierum est, quibus ægrotauit, uel perijt ęger, numerus. At quæ inter has intercedunt notæ, omnes quidem sunt descriptæ ordine literarũ, quas uocabuli elementa significant, excepto deorsum signato Δ. At quam horum quodque habeat significationẽ, demonstrabo. Igitur memoria tenendum nobis est notas, quæ ultimam præcedunt (à qua mortem diximus aut sanitatem demõstrari) numerũ dierum denotare: de cæteris,

" quæ inter has, & principiũ scriptæ sunt, orationem instituam: Α ἀποπληξίαν siue ἀπώλειαν. i. interi-

" tum seu internitionem: Γ γόνον id est semen, uel γονοειδὲς οὖρον id est semini assimilem urinã: Δ uerò signatum (uocant signata, quando rectã lineam, qualis est, quæ deorsum ponitur, habẽt, hoc modo Δ) διαχωρούμενα i. excreta per sudorem, & alui fluxum, & habitus digestionem, & uno uerbo uacuationem quamcunq;: Ε ἐποχὴν hoc est suppressionem, ἕδραν hoc est sedem: Ζ ζήτημα. id est quæstionem. Θ θάνατον i. mortem, ut est antedictũ: Ι ἱδρῶτα. i. sudorem: Κ κρίσιν id est iudicium, uel κοιλιακὴν διάθεσιν. i. uentriculosam affectionem: Μ μανίαν. i. furorem, uel μήτραν. i. uterum: Ν νεότητα. id est iuuentutem & νέκρωσιν. id est internitionem: Ξ ξανθὴν χολὴν. i. flauã bilem, & ξένον τι, καὶ σπάνιον. i. nouum quodã & rarũ, & ξυσμὸν i. strigmentũ, & ξηρότητα i. siccitatẽ: Ο ὀδύνην. i. dolorem, uel οὖρον

 i.urinam

id est urinam. Quidā uerò uolunt, ubi impositū sibi Ϊ habeat, eo nimirum modo scriptum, quo E vocem οὖρος scribere consueuerunt, tunc urinam significare: π πλῆθος i. abūdantiam, uel πτύελον i. sputum uel πῦρ i. ignem uel πνεύμονος πάθος i. pulmonis affectum: ρ uerò in medio habens ι, hoc modo ΠΙ, πιθανὸν i. probabile (ut supra diximus) significat: ρ ῥύσιν i. fluxionem, uel ῥῖγος i. rigorem: Σ σπασμὸν i. conuulsionem, uel στομάχου πάθος id est stomachi affectum, uel στόματος κάκωσιν i. oris malum: τ τόκον i. partum: υ ὑγίειαν i. sanitatem, uel ὑποχόνδριον i. hypochondrium: φ φρενῖτιν i. phreniti dem, uel φθίσιν. i. tabem: χ χολὴν i. bilem, uel χολώδης i. biliosum: ψ ψῦξις id est frigus: ω ὠμότητα, id est cruditatem.

AEGROTVS VIII.

5 *Adolescentulum, qui in Mendacium foro decumbebat, corripuit ignis ex lassitudinibus, laboribus, & cursibus insolitis. primo die turbata aluus erat biliosis, multis, tenuibusque: urina tenues, subnigra: non dormiuit, sitibundus. altero die omnia exacerbata sunt: deiectiones plures, intempestiuiores: non dormiuit, mente turbatus, aliquantum exudauit. tertio grauiter se habuit, sitibundus, fastidiosus, multum se iactauit, perplexus delirauit: extremæ partes liuidæ, & frigidæ, hypochondrij utrinque submollis contentio: quarto nō dormiuit, malum in peius procedebat. septimo obijt. annum ætatis circiter uigesimum agebat.* F *acutum ΠΙ·Ξ Ζ Θ.*

Cœpisse huic morbum dicit ex lassitudinibus comitibus insolitarū exercitationum. Scimus enim πόνους i. labores, illū noīare exercitationes: sicut κόπους i. lassitudines, corporis affectus, in quibus si parū modo moueatur, tentionis sensus uel ulcerosus illi fit. At laboribus quia cursus adiunxit, superfluo labores adscripsisse uidetur: cōtinentˉ. n. ut genus in specie, in cursibus. Vnde qdā pro πόνων i. laboribus, πότων i. potibus scripserunt, cōuerso primo ν secundæ syllabæ in τ. Reliqua naratio tota eorum, quæ inciderunt adolescentulo, exēplū sunt acuti morbi in ętatem maxime iuuenum cadētis. Alia igitur symptomata morbi sunt acuti. Sed unde periculū pręsagias, uel mortem? Primo quidem die relatæ sunt subnigræ urinæ: secundo die parū exudauit: tertio multū se iactauit: at omnibus diebus nihil planè dormiuit. atq; hæc quidem periculosa sunt. Extremæ uerò partes tertio die liuidæ & frigidę in acuto morbo lethales sunt, atq; adeo hac ętate: fiunt. n. uel ex nimia inflāmationis uiscerum magnitudine, uel natiuo intereūte calore. At. n. de hypochondriorū cōtentione submolli iā ante diximus, tensionem citra tumorē Hippocratē innuere ista dictione. Ostēdit āt ea cōtentio nullū de externis corporibus, qui musculi sunt abdominis, inflāmatione obsideri, uerū aut septū trāsuersum, aut iecur, aut lienē. Ac piculosa qdē in G ter cætera hæc sunt. Mortis uerò apertum signum est extremarū partium liuor & frigus, quę tertio die in morbo acuto, & ætatis uigesimo anno, accidunt. Quod sanè fuit in causa, ut usq; ad septimū uiueret adolescēs. Potuit ēt alia de causa, q̄ ualidis esset uiribus, nō ꝓp solā ætatē. Itaque ex huius ęgri historia, q̄ capi fructus potest, hic est. Nā inuestigare, qua in ciuitate uocetur aliqd̄ Mendaciū forū, ut Athenis Astutorū forū est appellatū, & q̄ id genus in singulis ęgris alia quidā interpretes scripserunt, si quid in ijs esset, quod ad artis opera faceret, non prætermitterem. Acutum, hoc inter præcedentem & proximum inferiorem est scriptum, quod possit attribui utrique, q̄ uterque uideatur acute ægrotasse. Verum quia in superiore ægra, quæ angina laborabat, est adiectum, anginosa, certisq; alijs ægris eius generis quiddam ad exitum narrationis est adscriptum, quò historiæ utilitas sit conspicua, probabilius est priori ægro acutum esse subditum. Potuit etiam, qui notas adiecit, item hoc addidisse. Nos paulo mox in ægro ordine decimo de eiuscemodi additis scripturis plene agemus.

De notis prædicto ægro adiectis.

Quia consultius puto esse in tertiū cōmentariū reseruare tēpestatē pestilentē, subtexā nō nulla pdictis, q̄ ī cōtrouersia apud medicos sunt de ascriptis signis huiꝰ adolescētis historię septimo H die defuncti. Zeno nāq; has scripsit notas. Præ oībus ꝑ mediū lineā rectam habes, quod πιθανὸν i. uerisimile semper significare docuimus. Secūdū Ξ, tertiū deinde Ζ, quartum Θ, hoc, hoc pacto ΠΙ Ξ Ζ Θ. Igitur Ζ septimum diem ait denotare, Θ θάνατον i. mortem. Sed hæc sunt in omnibus cōia: Ξ uerò ξένον i. nouū uult indicare. Nouum fuisse adolescenti ait in narrationis initio ex lassitudinibus & cursibus insuętis eum incidisse in morbū. Quæ igitˉ aduersus Zenonē dicta sunt de primo signo qd̄ significet πιθανὸν i. uersimile, qn̄ quidē oībus sunt cōmunia ægris, paulo post, si uisū mihi erit, apponā. Prius q̄stiones de hoc ægro priuatim iactatas uideamꝰ, q̄ de re ille medica mouisse cōtrouersiā uideatˉ. nam cū conscripsisset Zeno, ut antea memini, de notis nō paruum uolumen: ac alterū illo maius aduersus eū empiricus Appollonius: ac rursus Zeno eidem respondisset: Appollonius cognomēto Cyclas, postea & ipse scripsit defuncto iam Zenone de notis librū, nō ut suppositas solū culpans, sed corollariū addidit, quo insectatˉ Zenonem. Nam ita instituit reprehensionem, ut contra illū, qui quæ sint à Mnemone concinnata, non ualeret recte interpretari: sed ubi probabili deficeretur ratione, notas, quo cōmodius exponeret, conuertisset: neque librū in regia bibliotheca inuentum, neq; illum ex nauibus, nec quem edidit Bacchius, habere ad eum modum notas, ut in hoc scripsit adolescente Zeno, affirmas. Enimuerò in hanc miror

importunitatem

A importunitatem potuisse Tarentinum Heraclidem impelli,& quidem in perpetuum studentem interpretationes ad utilitatem referre.Hic uero contendere magis cum Zenone uidetur,q̄ spectare utilitatem.Exponit.n.notas,ac si duo z ante ultimum ⌒ scripta sint:& alterum,quod prope ⊖ est,septimum diem indicare ait:alterum,quod huic,z dico,præpositum est, significare ζωτικὸν ἐν ἑπτά.i. quærēdum esse,cur septimo die interierit,cum accessiones haberet diebus parib⁹: nam erat probabile,ut ipse dicit Hippocrates,morbi iudicium diebus accessionum fuisse.[Nam quorum,inquit,diebus paribus fiunt accessiones, horum fient ēt iudicia diebus paribus: quorum uerò in imparibus,horum item imparibus diebus iudicium: subiecta autem est gnali iudicii significationi mors.Atq; de notis sic statuit Tarentinus.Attendamus iam,ecquid afferat praeclari.Nam q mors ferè in dies accessionum incidat,rarumq; sit diuersum exemplum, fatēdum est,& concedendum uerum dicere Tarentinum.Non uidetur habuisse hic tñ diebus paribus accessiones.Quippe primo die Hippoc.quæ initio morbi acciderunt,descripsit:sub hunc, inquit, omnia exacerbata sunt,p p morbi,q acute mouebatur,incremētum. Itaq; tertio die adhuc magis intentum morbum indicat esse.Nam cum in secundo die prædixisset,non dormiuit,mente turbatus erat,tertium diem exponens,scripsit primum,grauiter se habuit, quod primo die non

1 epid. c6.3.a. 13.3. 130.c

B scripserat:ab hoc,sitibundus, deinde,fastidiosus,mox,multū se iactabat, postea, perplex⁹ erat: quorum uel unum,si tertius dies haberet,posset ipsum secundo peiorem ostendere. Nā una noctē non dormire,mentisq; turbatio , assidue in acutos morbos citra insigne discrimen incidere cernuntur:at,quæ sunt de tertio die scripta,fuerunt periculosa uniuersa.Præterea tertium ideo secundo peiorem esse dicit, q secundo die scripserat,mente turbatus erat: tertio die, cum alia symptomata,quæ paulo ante retulimus,commemorat extitisse,tum uerò mentem fuisse non iā turbatam(quippe parum id quidem sit)cæterum delirasse ait. Quamobrem cum ipso hoc symptomate uidetur secundo peior tertius fuisse:tum , q addiderit inibi hypochondrij submollem tentionem,quę antea non suberat,conicētes hinc,secundum illi moderatiorem fuisse.Namque uiscus antea malo uacans cum cœperit in aliquo die laborare, illum esse prioribus peiorē significat.Ac p̄ter omnia,quæ commemorata sunt,perniciosissima symptomata eo die apparuisse uidentur,frigus partium extremarum,liuorq;.Quo maior,ut paulo ante dixi, admiratio subeat, q dni adolescens perierit die quinto. At.n.dicet aliqs Tarentinum defendens,post p̄dicta scriptū esse,quarto non dormiuit,malum in peius procedebat.Verū & huic ipsi in memoriam reducemus medicum illud præceptum, nimirum quartum septimi indicatoriū ab Hippocrate esse dictum,propterea q bonorum,aut malorum,quæ dies ille attulit, euentus non minus , sed magis

C septimo die,q̄ sexto fiat.Qua igitur rōne dicit Tarentinus,probabilius erat sexto defunctum esse adolescentulum,posteaquam accessiones haberet diebus paribus.Nā tertio die plurima symptomata illum uidentur tentasse:die quarto autem creuisse:tum sustinuisse se, & repugnasse ad septimum diem,q a forte firmis natura uiribus erat,& uerò ēt per ætatem: nam hæc illum si defecissent,quinto die obiisset. Quare eqdem Tarentinum censeo insectandi citius studio Zenonis,q̄ rei sedulo excutiendæ,huc descendisse.Idem Apollonius fecit, q item diligenter literam z secundo inter notas loco positam exponit.Quem sunt multi sequuti alij, maxime cum, q medicum aliquod præceptum dicat se nulle exponere citra notas:tum q eius dictis illi fidem haberent.Hac si quidem de re adolescentem ait obijsse,q præter morem lassitudines,labores,& cursus obiisset.Ego uerò affirmauerim labores,& cursus,siquidem hoc nomine plures exercitationes significantur,non p̄cedente morboso corporis statu,haudquaq̄ potuisse mortem inducere. De potibus,ut quidam nolunt(nam sic dixi esse,q corrigant)hoc q dem in adolescentulo, quid certi dicam,non habeo,q nec qualitatem,nec quantitatē teneam istarum potionum, cū tamen multa sit in ipsis differentia:siquidem etiam differunt ipso t pe potiones:quædam.n.dieb⁹ duobus & tribus,aliæ permultis fiunt: ipsiusq; quotidiani haustus mensura haud paruam habet dif

D ferentiam:potionis ad hæc qualitas,hi.n.meraciorem, illi sumunt dilutiorem,nonnulli temperatā:sunt q frigidam,alij calidam,atq; harum utramq;,aut de more,aut insueti,biberunt aliqn̄. Huic accedit non parua ipsorum uinorum in genere ac tempore diuersitas:neq;.n.eundem affectum uinum nouum,ac uetus parit:neq; crassum,ac tenue:nec album,atq; nigrum:nec odoratum,ac fœtidum:nec item austerum,atq; dulce.Quare,ut dixi,de offenso per uinum adolescente nihil hēo firmi statuere,nisi hoc,Omnium est uinorum immodico usui commune , quod neruos tentet,& mentē.Sed horum tamen solennis noxa non dominabatur in huius adolescentuli morbo:neq;.n.conuellebatur,uel tremebat,nel infestabatur phrenitide: quare & scripturam potibus minus puto conuenire.Sanè magis est consonum adolescenti inconcoctiones præcessisse etiam fortassis in uentre:sin secus,in uenis quidem certe:unde plurimi coacti sunt crudi humores,ut testantur urinæ,& alui excrementa,tennia illa quidem,nerum non biliosa tamen. Nihilominus uidetur biliosi quoq; humoris aliquid in toto cōtineri habitu corporis,comitis laborum quos subierat:quibus est uerisimile ēt delirium quoddam successisse,& febrem acutam.

De nota illa ante cæteras posita,qua πιθανὸν hoc est probabile significari aiunt.

Quoniam hoc in libro interpretum loquacitatibus plurimum usi sumus,haud deterius utiq;

fuerit aliquid etiam exempli gratia de illa nota scribere, quæ πιθανόν .i. probabile significat. Nam E
quis fortasse illorum librorum admirabitur magnitudinem, quos Zenonis Apolloniiq; sectatores conscripserunt. Si igitur in una tantum nota intelliges, quo pacto ipsis in prolixitatem paulatim deuenerit controuersia, causam quoq; longi sermonis facile perdiscere poteris: cauebisq;(si mentis cōpos fueris)ne tu ipse quoq; in eiusmodi nugacitates incidas. Itaq; in prima statim nota, qua πιθανόν significari dicebant, inquiunt in nullo alio libro solere unquam hac uoce πιθανόν, uti Hippocratem: ob idq; non decere nunc unico in libro signo eius uocis sæpenumero uti, q nunquam alibi usus ipse fuerit. Hanc autem rationem euertens, qui cum Zenone sentiunt, † ger manifsimo illo libro, qui est De fracturis inscriptus, dixisse aiunt, ubi de Solene instrumento disputat, πιθανώτερον. Cum.n. prius dixisset Hippocrates, Solenis instrumenti non esse utilitatem, subiunxit: [At πιθανώτερον .i. probabilius est, uulgo minus accusabilem fore medicum, si Solen subiiciatur. Scitè ergo, cum probabilem responsionem uisi fuerint inuenisse Zenonis fautores, tres ipsi ab aduersariis obuiationes factæ fuerunt, duæ qdem litigiosiores potius, q̄ ueriores: tertia uetò idonea admodum est, omnibusq; illis audientibus satisfacit, quotquot græcis literis bene instituti sunt. Prior itaq; ex litigiosis responsionibus hæc est. Hippocrates illic πιθανώτερον dixit, nō πιθανόν: at isti ex hac nota indicari aiunt πιθανόν. Quibus Zenonis adiutores respondent: si quis apud Apollonium scriptum inuenerit primitiuum nomen non iam statim ipsi cōcedimus deriuatiua usurpare, nisi prius quendam nobis ostendat ipsis usum fuisse: qui aūt deriuatiuum inuenerit, is audacter, & primitiuo uti poterit. Nam quod ab aliquo genitum est, id eius quod generauit subsistentiam indicat: quod uerò à nullo, aliud generet necne, dubium est. Prima sanè fabulæ pars hic finiatur, cū nimirum ex prædictis apertum iam sit, quo modo in longissimā loquacitatem produci ipsa possit. Ad secundam uerò (iam.n. semel in fabulam nosmetipsos introduximus) accedamus. Aiunt igitur, qui contra Zenonis sectatores dicunt, posse quidem aliquando, quæ semel scripta est dictio, & ipsum scribentem latere, qppe qui moris græca lingua exquisite loquentium oblitus, ac sola multorum cōsuetudine adductus sit: uno uerò in libro deinceps qđdam uocabulum sæpius usurpare soli ij possunt, q aliàs eodemmet ipso uti consueuerunt. Quæ uerò ad hæc respondeant Zenonis consectatores, narrare superuacaneum est, quippe quæ frigidiora, longaq; sint. Mihi.n. sat fuerit ad tertiam fabulæ partem accedenti, responsionum duntaxat principia tangere. Tertia autem hæc est. Placere quidem posse & uulgo & antiquioribus, si & δυνατόν, & ἐνδεχόμενον, & εὔλογον, & εἰκός dicas(.i. possibile, contingens, rationi consentaneum, decēs) & ipsum etiam πιθανόν, cum forte tunc in usu esset hæc dictio, sed rariori sanè, & apud idiotas potius: contra uerò, uocem secundum conferendi modum, quod grammatici comparatiuum nuncupant, ab εἰκός formatam antiquis inusitatam esse: uere.n. diceremus εἰκότερον: rariusq; omnino hoc comparatiuum inuenies, quemadmodum, & ipsum πιθανόν. Constat autem antiquorū multa admodum uolumina uoluenda illi esse, qui has controuersias diiudicare uoluerit. Neq;.n. aliter cognoscere potest, an πιθανόν ab ipsis usitatum non sit, sed πιθανώτερον: secus uerò insolens εἰκότερον, tritum εἰκός. Si uerò quispiam ex iis, qui artem medicinalem discere decreuerunt, ad lectionem se conuertat antiquorum omnium librorum, quos rethores, aut historici, aut medici, aut deniq; philosophi conscripserūt, conteret certe in hoc tempus, scq; artem assequi posse diffidet, cum hoc ad morborum, nec dignotionem, nec prænotionem conferat. Quamobrem satius fortasse fuerit fabulæ in tres diductæ partes finem constituere, ne longius tempus consumamus in duorum deinceps dierum appositione: cum præsertim tragœdiam, uel comœdiam agamus. Ad reliquos igitur ægrotos uenientes(supersunt.n. adhuc quatuor ante statum pestilentē descripti) hic secundum commentarium absoluamus. Tertium uerò aggredi erit utilissimum. F G

de fract. cō. 2. t. 64 7. 239. c

AEGROTVS IX.

H

6 Apud Tisamenum mulier decumbebat, cui uoluulus cum molestia excitatus est. Ciebantur multæ uomitiones, potum non continebat, hypochondria dolebant, & infra secundum uentriculum dolores, tormina perpetua, non erat sitibunda, incalescebat. Extremæ partes perpetuo frigidæ, fastidiosa, insomnis. Vrina pauca, tenues, † deiectiones crudæ, tenues, pauca: ‡ Ne erat remedio locus. Defuncta est.

† Forte, uel delē da'unt hæc uerba, uel ita legendum, deiectiones nullæ cōuideral.

Male scribunt quidā in hac muliere ἰλεώδης per ι, cum εἰλεώδης sit per ει, scribēdum. Εἰλεὸς.n. id est uoluulus, appellatur affectus, cuius habuisse symptomata scribit mulierem, multos uomitus, potum continere nō posse, dolores esse ad hypochondria, & tormina cum doloribus in uentre: q̄ omnia uoluulosis assident. Quod postea scripsit, non est ex ijs, q̄ eis assident, cæterum ex illis, q̄ malo ad malignum tendenti superueniunt, potissimū perpetuo esse extremas partes frigidas. Prauum item fastidium est. Quin & urinas adscripsit tametsi in uenis non contineat, & succis affectus, uerum in intestinis: q cum in his cœperit magna inflammatio, prædicta incidere symptoma soleant, uocatur autem εἰλεὸς .i. uoluulus, affectus. Parua igitur ex urinis, ut sint bonæ, salutis sic habentium est spes: sed non paruum ad exitium momentum, si prauæ sint. Nam cum A. l. 3. f. 16. t. 4. c. 30. 350. b

qui

A qui eo modo affli&tantur propter inteſtinorũ inflãmationẽ in præcipiti ſint,ſi alia uideatur ꝑterea eſſe ĩ corpore affectio praua,increſceret unà ægro malũ.Atq; ſic cõſueuit Hippocrates, ubi aliquod inſtrumẽtũ ſpiritus ſit læſum inſpicere urinas.Quæ ſi ſecũdũ naturam habeant,in ſolis ſpiritus inſtrumentis uerſatur periculũ:ſin hæ quoq; prauæ appareant,offenſum iam ſignificant etiã nutritionis inſtrumẽtũ: quo modo nũc,quanquam ſit affect⁹uenter,eiusq; ex deiectionib⁹ perſpiciatur affectos nihilominus urinarũ fecit mentionẽ, ut tenuium,quæ ſuccorũ ſignificãt in uenis inconcoctionẽ.Atq urinas ſemꝑ memineris ut ſimul inſpicias in uentris affectib⁹,thoracis,pulmonis,neruorumq;.Nã bonæ ſi appareant,haud magnum præbent momentũ ad ſalutem:contra prauæ,amplificant ſimul ægri periculum.Et cũ ſit periculoſus omnis uolulus, q in ſublimibus inteſtinis conſiſtit,iis,qui in craſſis ſunt deteriores,q cõtagio iecur afficiãt & lienem.ˇDiſcernes eos uomitionum aſſiduitate,& uehementia, & ꝙ potũ continere non poſſint:

A. ibi. c. 31. b

Adhuc magis ex eo:ꝙ nihil ꝑ aluum deijciatur:præterea tormina & dolores faciunt ad notitiã quando teneant hi alta inteſtina:Qui ſtercus ſi uomant(aduertitur enim hoc ẽt fieri)clariſſimũ ſit ſignũ tibi eſſe ſubtilia inteſtina affecta. Eſt ãt acutiſſimum hoc malum:quare id hic ꝓpoſuit Hippocrates:ſimulq; adſcripſit, nec erat remedio locus.Sed mihi hoc fac memoria comprehen B das ad commentationem de ſanguinis miſſione.Cum enim nullum ſcripſit aliud remedium in ęgris horum librorum,tum nec illam:non quin præſtò fuerint laborantibus auxilio,ſed ꝙ aſcribere auxilia ſingulis ægris non oporteat: niſi quid forte noui inciderit,ut in eo,cui fuit octauo die ſanguis detractus. Porrò diem præterijt, quo hæc ægra deceſſit,ut quæ ſecundo ſtatim die mortua fuerit,aut longiſſime tertio ob morbi acuitatem,quam in narratione ipſe oſtendit.

AEGROTVS X.

7 *Quadam mulier quæ apud Pantimedem degebat,ex abortione infantis primo die igni eſt correpta: lingua arida,ſitibunda,faſtidioſa, inſomnis:aluus erat turbata multis:tenuibusq;,& crudis. Poſtridie ſu perriguit,febres acutæ,aluus copioſe reddidit,non dormiuit.Tertio die intendebantur dolores.quarto deliranit,ſeptimo interyt.aluus erat perpetuo lubrica,eiusq; multæ,tenues,cruda deiectiones: urina pauca, tenues:febris ardens.*

Si qua de cauſa externa mulieri huic abortire cõtigiſſet,declararet Hippocrates.Itaq;ex morbo conſtat uitioſis collectis humoribus abortijſſe.Adiunxit huic ex abortione dictionem,*νηπίου* C .i.infantis,indicans,ni fallor,hoc adiecto, paruum fuiſſe eliſum partum. Appellant enim homines infantes puellos non ita pridem*natos.Quare per metaphoram uidetur Hippocrates ualde puſillos fœtus ſic appellaſſe:quippe hi potiſſimum eijciuntur. Acutam igitur fuiſſe & magnam febrem,cùm quod dicit,igni eſt correpta,ſignificat:tum quod addit,lingua arida,ſitibunda. At uerò faſtidioſa,febris demonſtrat,qua tenebatur,malignitatem. Attende diligenter excretorũ ſpeciem.Nam cum ſcripſit,alu⁹ erat turbata,multis tenuibusque crudis,tametſi ipſe in fine narrationis dixerit febre ardente illam laboraſſe, memineritq; febris,quæ die primo cœpit, atque exacerbabatur ſecundo die:tum addiderit,lingua arida,& non dormiuit, ac ſitibunda erat:cruda tamen deiecta ait fuiſſe:ardentem autem febrem ex humoribus naſci bilioſis ſcimus . Igitur conſentaneum eſt in tota mole corporis huic mulieri bilioſum fuiſſe aceruatum humorem , in primis autem uenis lactium,& ſimis iecinoris cruda contenta.Iam etiam urinas illius crudas dicit,fuiſſe,iuxta ac crudas deiectiones,nõ ſolum in primis uenis, ſed & in gibbo iecinoris crudis humoribus abundantibus.Porrò, febris ardẽs, in fine narrationis huius ægræ adſcriptum eſt in multis exemplaribus.Quædam non hoc habent tantum ſcriptum,ſed adiectum etiam A.Itaq; ſuſpicamur aut quòd prima hæc ægra ardente febre fuerit correpta:aut quòd hæc fuerit prima D ſpẽs ardentis febris:ſecunda autem,quæ deinceps ſequitur in muliere,de qua ſic orditur,Alterã ex abortione.Ego uerò octauo ægro,cuius eſt principium,Adoleſcentulum,qui in Mendacium foro decumbebat,plenius oſtendi me de hiſce adſcriptitijs uerba facturum, cũ decimum ægrũ enarrarem:præſtaboque nunc duabus de cauſis ſuſpicans ab alio eſſe non ipſo auctore hoc,ardens febris,adſcriptum:primum quòd non uni ægro aut alteri , morbi formam ſubtexuiſſet ad exitum narrationis,ſed(ſiquidem & has nos docere uolebat, ut quidam fecerũt ei⁹ ſucceſſores) omnibus aut plurimis:at ille ſcilicet tanquam his,qui cognoſcere morbum ualerent, exponit ægrorum accidentia. Videas item alios ueteres in lucubrationibus ſuis nõ reſpicere hos,q dudum ad libros acceſſerunt,ſed qui iam in illis profecerunt.Hanc meam ſententiam ultra id qđ dixi,hoc præterea confirmat,quod tertio duntaxat Vulgarium morborum libro adſcriptæ ſint. Omnibus igitur,qui hunc ſunt interpretati,probabatur,ab alio,qui notas illas ſententiam complectentes,adſcripſit,etiam hæc eſſe adiecta . Nam in muliere quidem anginoſa concedas ſanè eſſe ab Hippocrate adſcriptũ, anginoſa perijt , qui ex ipſa angina uellet perijſſe mulierẽ:In hac quæ nunc dicitur obijſſe,non poſſis ita accipere.Nam ut dixit,ſeptimo interijt, ſubiecit , aluus erat perpetuo lubrica,eiusq; multæ,tenues,crudæ deiectiones:urinæ paucæ,tenues.Mox adiectum eſt,febris ardens.Non nullis etiam A eſt additum . In quibuſdam pro eo ſcriptum eſt primus:

Al. cõceptos.

* Græce λεπτὰς.i.tenues, ut etiam habetur in cõtextu Hippocratis.

mus: in alijs prima. Omnino enim hunc librum hisce adscriptis multi contaminarunt iuniores E medici. Clarum est ergo nō, ut in illa, quæ angina laborabat, ad calcem adiecit, perijt anginosa, eodē modo cōuenire esse hic adscriptum, febris ardēs: neq; n. dixit perijt καυσώδει, i. ardente febre, sicut in illa, quæ angina laborabat, perijt anginosa: sed hoc, febris ardens, recto casu scriptū offendit: inter hoc, & perijt, interiacent, aluus erat perpetuo lubrica, & quæ sequuntur. Quando itaq; nec mortua est ex ardente febre, nec prorsus inter se hæc cohærent, cōstat ab aliquo hoc esse adscriptum, non ab ipso scriptum Hippocrate. Potuit etiam quis adscripsisse sibi, sicut solemus talia in marginibus commētariorum memoriæ gratia adscribere: postea aliquis, qui exscriberet hunc librum, in contextum, quasi auctoris esset, transtulisse.

AEGROTVS XI.

8 *Alteram ex abortione ad quintum mensem Oecetai uxorem ignis corripuit. primo comatosa erat, rursusq; insomnis erat, lumbi dolor, capitis grauitas. secundo die uenter turbatus est, ac paucis, tenuibus, merisq; primū. tertio die plura ac peiora: nocte nihil dormiuit. quarto delirauit, metus, mæstitia: dexter oculus erat distortus secundum caput paucus. frigidus: extremitates frigidæ. quinto cuncta exacerbata sunt* F *multum delirauit, statimq; ad mentem rediit: sitis, uigiliæ: deiectiones in totum multæ, & meræ: urina paucæ, tenues, subnigræ: Extremæ partes frigidæ, sublinida. sexto eadem erāt. septimo mortua est. phrenitis.*

* Al. ἄδιψος. i. siti carens.
* Græci omnes cod. quos uiderim, habent ἀκαίρως, i. intempestiuæ. Interpres mutauit in ἀκρύτως.

Quam ante hanc descripsit, infantem adhuc fœtum elisit. Infantem interpretare, fœtū inquā unius mensis, aut bimestrem, aut longissimum trimestrem. At hæc nunc nobis posita, quinto mense abortiuit, ne ipsa quidem externa de causa, sed ex corporis affectione. Cū enim uehemētius salierint, aut subito horrendi quid cōspicatæ timuerint, mulieres abortiunt. Est cum ex dolore, uel ex insigni inconcoctione, uel ex medicamentosi cuiuspiam esu, uel omnino puri potione medicamēti, uel quod insit aliquid abortiui. Iam etiam propter sanguinis missionem, & sanguinis ex uulnere eruptionem, aut ex nimia hæmorrhoide, quædam abortierunt. Noui etiam quasdā, quæ ex uuluæ ceruice profuso sanguine prægnantes iandiu, tandem partum eiecerint. Quorum accidisse mulieribus hic ab Hippocrate descriptis nihil, uel hinc constat, quod non addiderit in narratione earū, cū omittere ea non soleat. Non ergo febricitarunt, quia abortierant: immo cōtra, quod febricitarent, ideo abortiebant. Videtur uerò ex hac muliere inductus prædictionum auctor hoc modo dixisse: ‖Qui comatosi in principijs cum capitis, lumbi, hypochondrij, colli dolo G re, nunquid phrenitici? Potuit etiam alteram uel alterum ita uidisse affectū. Hāc itaq; dicit mulierē comatosam fuisse, rursusq; insomnem, & laborasse capitis grauitate, & lumbi dolore: nihil de collo tū addidit. Item uentrem ait conturbatum fuisse, & excreuisse tenuia & mera, nec addit hic præterea quicquam de colore illorum: possunt enim, mera, pallida, flaua, rubra, uirulenta, & nigra deijci. Nempe enim mera scimus illum appellare, quæ proprium colorem retinent cū nullo humore mistū alio. Si tamen conijciendū est, biliosa deiecit mera, hoc est uel flaua colore, uel rufa: nā uirulēta & nigra addito colore proferre, & huic & alijs medicis familiare est. Et nos quoque citra adiunctum biliosa solemus deiici dicere, de flaua bile eam usurpantes dictionē: excrementa uero uirulentæ, uel atræ, uel alterius bilis, non dicimus simpliciter biliosa, sed coloris ipsis discrimē addimus. Quæ consuetudo in omnibus obtinuit, quod semper euomatur & aluo reddatur pallida & flaua bilis etiam sanis, nedum ægris: cōtra raro aliæ: atq; his dūtaxat, qui tenentur morboso aliquo affectu. Quod igitur dixit in narratione tertij diei, nocte nihil dormiuit, comatis autē amplius mentionem nō fecit, innuit mox deliraturam. Proinde sub hæc merito dixit, quarto delirauit, metus, mæstitia, dexter oculus erat distortus, præterea sudor secundum caput paucus, frigidusq;, cū esse iā mulierem ostendit phreniticam, tum habere admodum incommode. Cum ue H rò etiam ad signa prædicta & symptomata accederet extremarū partium frigus, magis etiā morituram expectes, quemadmodū mortua est, consequentia prædictis symptomatibus habens, quæ quinto & sexto die euenerunt. Quæ uerò in prædictionibus tradita sunt ueluti horum testimonia, etsi ante in commentarijs, quos in illum librum scripsi, quàm sint absurda demonstraui, cōmemoremus tamen illa memoriæ gratia quamuis ista scribere sumus deprecati. Cū igitur sit in prædictionibus dictū, Ex lumbi recursione sequitur distortio oculorum, ideo huius admonent mulieris, ubi uerba de ipsa faciunt in prædictionum libro, quo loco hoc caput tractant: quæ sunt omnia, ut ostendimus, absurda. Scimus enim in uniuersum, haud bonum esse signum distortionem oculorum, siue ex lumbi recursione fiat, siue utcunque aliter. Improba etiam est doctrina, & aliena ab Hippocratis uerbis: neque enim ex lumbi recursione diceret, sed ut in Præsagiis his uerbis: ‖Dolores, qui cum febre lumbum tenent, & infimas regiones, si septum transuersum attigerint, inferioresques partes reliquerint, exitiales admodum sunt. Atq; nō est, qui in hac ægra ad caput sublatos esse possit abundantes in lumbo probare humores. Atque ut temere hæc quidam interpretes dixerunt, ita hoc ex prædictionibus caput male his accommodant, quæ exposita sunt de hac ægra: ubi ait, Ventris pręturbra proluuies, cum in omnibus mala est, tum in propositis

1. prorr. cō. 1. t. 1. 4. 160. h

in prog. cō. 2. t. 70 4. 205. h

positis

A positis maxime. cum non dixerit Hippocrates fuisse præxrubram huius mulieris proluuiem uentris. Multo etiam absurdius hoc citant caput: in febribus ardentibus cum aliquanto frigore uenientibus, & deiectionibus cum aqua biliosis multisq;, oculorum distortio cum alioqui malum est signum, tum maxime si catochi fiant. Nihil uerò aiũt referre, cathocum dicas, an comatosũ, ignorantes ipsum Hippocratem a uigilante dirimere profundum coma: itaq; profundum coma aliquod habere cum cathocha, ut uocant Archigenes, & Philippus, cõsortium, non uigilans: qđ hanc dicunt mulierem in principio morbi corripuisse, non quo tempore oculus est distort*. Porrò mireris etiam hoc de ijs, q̃ utrunq; caput attulerunt ad exponendam hanc ægram, in qua ait, uentris proluuies præxrubra, & deiectionibus cum aqua biliosis. Neutrum.n. eorum de hac muliere scripsit Hippocrates: neq; quasi scriberet utrunq;, exponunt. Præterea eadem deiectio præxrubra esse, & cum aqua biliosa, nequit. Adijciunt alia etiamnum capita multa uicissim alterum per alterum prædictiones, & ægros in libris de morbis uulgaribus interpretantes. Sed omnia reprehendere, ubi lapsi sunt, non est huius loci, quandoquidem aperte simul, & absolute istarũ interpretationum uitium in commẽtarijs in prædictiones aperuimus. Phrenitis, & hoc est de ascriptitijs, ut ante febris ardens, quippe quod non habeatur in omnibus exemplaribus. Neque.n. in

B alio ægro tale quid ascripsit: nec instituerat hic morborum tradere discrimina: sicut inuenias in libris conscriptis de morbis. Absurdum præterea est, cum nullam habeat consequentiam.

AEGROTVS XII.

9 Mulierem, quæ decumbebat in Mendatium foro, primum enixam cũ dolore masculũ, corripuit ignis. Initio statim sitibũda, cor illi doleb.at fastidiosa, lingua arida, uenter turbatus tenuibus paucisq́, nõ dormiuit. Altero die aliquantulum riguit, febris acuta, modicus secundum caput, & frigidus sudor. Tertio cũ dolore deiecit aluus cruda, multa, tenuia. Quarto subriguit: omnia irritata sunt, insomnis. Quintũ diem laboriose transegit. Sexto eadem erant, aluus reddidit humida, copiosa. Septimo superriguit, febris acuta: sitis ingens, se iactauit: sub uesperum per totum corpus sudauit frigidum: frigus partium extremarũ, nec redibat illis calor: iterumq́ nocte superriguit, extremitates calorem non recipiebant, non dormiuit, non nihil delirauit, statimq́ ad mentem rediyt. Octauo circa meridiem rediyt calor, sitibunda, comatosa, fastidiosa: uomuit biliosa, pauca, subflaua: nocte grauiter se habuit, nihil quieuit, multũ affatim minxit insiste. Nono omnia fuerunt remissa, sub uesperum comatosa, aliquantulum superriguit: uomuit amara, biliosa. Decimo rigor, febris exacerbata est, nihil dormiuit: mane multam† in qua nihil subsideret, reddidit uri-*

C nam, extremæ partes receperunt calorem. Vndecimo uirulenta, biliosa uomuit: non multo post riguit, rursusq́ extremæ partes frigescebant: sub uesperum rigor, sudor frigidus, multum uomuit: nox grauis fuit. Duodecimo uomuit multo, nigra, fœtida: singultus multus, sitis laboriosa. Tertiodecimo nigra, uirulenta uomuit, rigor: circa meridiem muta. Quartodecimo die sanguis de naribus: defuncta est. Huic perpetuo uenter erat lubricus, horrebat. Annum ætatis agebat circiter septimumdecimum. febris ardens.

*Non est in antiquis, uide etiã Gal. 2. de dyspnœa c. ult.

† ὑπόστασιν ἔχω est i cod. Græco, ut uertit interpres, i alijs tamen est ἀνυπόστατον ἔχω. i. quæ subsistentiam haberet.

Siue Athenis in Astutorum foro decumberet hæc muliercula, siue alia in ciuitate, alijs pmittimus inuestigare. Nos quæ per totum acciderunt morbum attendamus, a quibus illa non poterat superstes esse: siquidem ab initio omnia mortalia erant. Ac magis mireris, qui factum sit, ut diem quartumdecimum potuerit attingere. Sed ideo, quantum censeo, ad finem eorum, quæ ei acciderunt, addidit, annum ætatis agebat circiter septimumdecimum. Habuit igitur etiam ætatem adolescentem, ideoq; robustam: Constat autem præter ætatis robur, & eam fuisse sua spõte naturæ non infirmæ, alioqui non perdurasset. Nam cum neq; aliud illi quicquam accideret salubre: ac secundo statim die riguisset aliquantulum, & acute febricitasset, tum secundum caput sudasset nonnihil, & id frigidum: deinde essent die quarto irritata omnia, dieq; septimo iterum su

D perriguisset, ac lingua inaruisset, febricitassetque acute: iamque ultra q̃ extremæ partes frigidę illi essent, etiã non rediret his calor: qui illa non aut nono die, aut undecimo, sit necessario mortua? Produxit itaque uitam ad diem usque quartumdecimum propter ætatem, & naturæ robur quæ idem robur ostendit, concitanda quartodecimo die sanguinis eruptione. Sed.n. morbũ maximum non poterat sanguinis uacuatio discutere: morbi uerò magnitudinem cum alia aperuerunt symptomata, tum uomitionum nigrarum graueolentia. nam semper exitiosa, quæ fœtent, sunt. Vnde etiam in prẽsagijs ipse dicit: Putres omnes, & graues odores, quauis in uomitione, mali sunt. Quod autem in fine est ascriptum, febris ardens, perinde est absurdum, ac id quod in superiore ægra ad exitum scriptum erat, nimirum phrenitis.

GALENI IN LIBRVM TERTIVM A
HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS
COMMENTARIVS TERTIVS

ARGVMEMTVM

Describit austrinam humidam, ac omnino pestilentem tempestatem, ægrotis sedecim ad finem adiectis.

Via statum hic pestilentem Hippocrates describit, quæ ad interpretanda ea quæ dicturus est, conferunt, superius a nobis elaborata hic summatim cõmemorabo: deinde ad eius accedam uerba. Primum *κατάστασιν* .i. statum ab eo solere non temperamentum tantum aeris præter naturam, sed etiã omnem cuiusuis rei formam ita appellari recordemur. Postea naturale quoddam esse unicuique anni tempori temperamentum. Deinde mutationem eius præter naturam in causa esse, cur corpora nostra corripiãtur morbis. F Ad hæc ad memoriam illa reuocemus, quæ scripsit in aphorismis ĩ hæc uerba: [Ex anni autem statibus (quod in totum dixerim) siccitates imbribus sunt salubriores, & minus lethales. Morbi uerò in pluuiis statibus magna ex parte existunt febres lõgæ, alui profluuia, & putredines. Iam ea quoq;, quæ, cum principium interpretarer secundi libri uulgarium morborum, scripsi, ad memoriam reducamus: præterea quæ in primo libro uulgarium morborum, ubi de statibus egimus. Hæc autem, quæ retuli, si quis retinuerit, ac nauiter ea legerit, ad horũ interpretationem, quæ nunc sunt nobis proposita, perueniat.

3.aph.15 & 16. ext.ord.11.t.h

S T A T V S [P E S T I L E N S]

Annus austrinus, pluuius, a uentis in totum silens.

Primo libro morborum uulgarium tempestates, seu status tres descripsit: hic unam dũtaxat hanc, quam nos hic interpretari instituimus. Et uerò ẽt secundo morborum uulgariũ sunt scriptæ aliæ: quem tñ conscripsisse, quò ederet, ut primum, & tertiũ, non vr̃. Nec uerò p̃scripsit mox G ab initio ijs in libris narrationi eorũ, q̃ acciderant, status: sed statim narrare auspicatur, quæ animaduertisset in morbis, q uiguerant, & in aeris temperamento. Itaq; [in Thaso, inquit, autumno circa æquinoctium, & sub Vergilias, multum pluit, continenter, & † leniter flante austro. Itidem duos auspicatus est sequentes status. At in p̃nti status nomẽ in omnibus ferè exẽplaribus habetur: non tñ quo hæc loco acciderint significatur. Pestem siquidem, quæ multarum fuit gentium cõis, hoc libro narrat. In exemplaribus, quæ ut legebat Dioscorides hñt, non solum ita est simpliciter scriptum, status, sed additum est, calidus, & humidus: atq; in medio spatii, quod lineas intersecat, totum hoc scriptum est, sicut in aliis exemplaribus solum, status. Inuenias quædam, quæ ne hanc q̃dem in medio habeãt inscriptionẽ: quædam item, q̃ nihil planè. Vnde non esse inscriptionẽ suspiceris Hippocratis, sed forte illorũ, q ægrorũ historiis ad finẽ notas adscripserunt. Verũ hæc utcũq; se hẽant, nec ulli læsioni sunt, nec usui, uel ad p̃sagiendum, uel curandũ. Ad ea itaq; exponenda, unde aliq̃d cõmodi prouenit, conuertamur. Annus austrinus, pluuius, a uẽtis in totũ silens. Huic simile tẽpestati principiũ est scd̃i uulgarium morborũ hac serie dictũ: [Erãt in Cranone carbũculi æstiui, pluerat p̃ æstũ largo imbri, idq; assidue. Acciderãt ãt magis Austro. Differunt tñ inter se hi status, tũ q hic in toto anno id fuisse aeris circunfluẽ intemperamentũ, in scd̃o libro æstate tñ: tũ q hic adscripsit, a uentis in totũ silens, id qđ illic non addidit. H Arbitreris fortassis, qđ illo libro addidit, acciderunt magis austro, hinc tale q̃d significari: nã hic ẽt austrinum simul, & tranquillum totum dicit annum fuisse, nobis ita accipientibus tanq̃ possit tranquillus simul, & australis, aut aq̃lonius esse, & dici totus annus: qđ paulo inferius declarabit. Ad memoriã uerò reuocemus, multas nos tempestates uidisse a uentis silentes, & trãquillitate p̃ditas, non tñ eodem inter se mõ, uerum hanc lenẽ, & irriguã: illam siccam & gelidã, atq; hæc oĩno est serena. Lenis autem est nebulosa, & turbida tempestas austrina, & nonnunq̃ nubiũ plena: contraria huius, aquilonia, & ubi prorsus nullus in aere apparet motus, sed planè sit, quã uocant, tranquillitas. Haud alius.n. uidetur aeris status esse, ac maris. Sicuti igitur illic semper est fluctus in alto, uel maior, uel minor, qui interim ob paruitatem non animaduertitur, ni strictus eũ excipiat locus, quod in Chalcide Eubœæ, & Messina Siciliæ cernas: sic aer quoq; planè immotus, & quietus haud uidetur unquam esse, tamẽ interdum nos, quia motus est paruus, fugit. Ac nubes per eas tranquillitates conspicimus, quæ frequenter nobis consistere uidentur, cum re uera moueantur. Nam conspiciuntur statim in alia aeris regione: quod illis, si nequaquam mouerentur, non usu ueniret. Huiuscemodi etiam hæc censenda est toto anno tẽpestas fuisse. Tan-

1.epi.com.1.t.1 3.101 g

† *καὶ λανῶς ἐν τουτέῳ* ut de 1.epi.sec. 1.com 1.pag. 101.g.h

2.epid.sect.1

tum

A tum autem hæc distat ab eo, quæ fuit in Cranone descripta secundo libro, quãto est diuturnior. Tamen affectus utriusq; communis tempestatis putredo est, utique communem etiam causam obtinens, humiditatem citra uentos. Et uidetur putredo omnis ex materia quidem gigni humida: ex causa uero efficiente, extraneo & præter naturam calore: augeri porrò immobilitate. Nihil itaque putrescere, quod omni ex parte est siccum, omnes manifeste uidemus: neque enim lapis, uel tegula, nec aurum, nec argentum, nec æs, aliud ve eius generis putrefieri cernitur. Iam eorum, quæ putredini sunt obnoxia, hæc superesse in temperamentis frigidis diutissime, ne hoc quidem præterit quenquam: adhuc magis, ubi ab eiuscemodi uentis uentilantur. Sanè uestem etiam homines continenter quatiunt, præcipueque cum humidus sit calidusque aer, q immobilitas eam putrefaciat. Ita arteriarum in animantibus motus cum alias commoditates, tum eum usum præstat. Et uero ipse in Aphorismis Hippocrates asserit, ut prædixi, in pluuijs tempestatibus putredines existere: quare corporis humores hinc liquet necessario computruisse. Iam ipsius dictiones subsecuti, separatim singula consideremus.

2 *Cum paulo superioribus anni temporibus squalores præcessissent, sub arcturum flante austro multum pluit.*

B Didicisti iam in statibus libro primo descriptis, aeris temperamẽtum ex salubri & naturali ordine variasse. Didicisti etiam, qui hic sit status, & quatuor eius esse præter naturã simplices, quatuor item alteras compositas conuersiones. Simplices in calore tantũ, frigore, humiditate, & siccitate: cõpositas in calore & humiditate, calore & siccitate, algore & siccitate, algore & humiditate. Nũc ergo horum, quæ didicisti memor, subsequere huius status narrationem. Hippocrates, cum paulo, inquit, superioribus temporibus squalores præcessissent. deinde adducit, sub Arcturum flante Austro multum pluit. Videtur etenim superiore iam anno aeris circunfusi non undequaq; temperamentum constitisse naturale, non uiguisse tamen ea tempestate ullus morbus, ut " vocant, vulgaris. Nam in aphorismis didicisti, ubi sic dicit: Ex anni autem statibus, ut semel di- 3. Aph. 15. Ext. ord. 22. f
" cam, squalores imbribus sunt salubriores, & minus lethales. Hoc etiam minus incidit eiusmodi aliquis morbus, q siccitate tantum excelleret temperaturæ immutatio, præter ullam alterius oppositionis mutationem, à qua aut calidus fieret magnopere, aut frigidus aer. Verumenimuero illa uehemens conuersio sub Arcturi uidetur exortum se protulisse: qui aliquanto spatio autumnale æquinoctium præcedit. Iam uero qui illi autumnus, quæ deinde bruma successerit, postea quæ hanc exceperint tempora anni, si eius persequamur dictiones, discemus.

C 3 *Autumnus umbrosus, nubilosus, large pluit. Hyems erat austrina, humida, & lenis.*

Vmbrosum dixit pro caliginoso: quod non lucidum significat, nec purum, neq; omnino serenum. Nanque solent etiamnum qui Asiam incolunt Græci, σκιώδη & σκιερὰ id est umbrosa, omnia, quæ ad nigrum declinant, appellare. His etiam dictionem ζοφώδης i. caliginosum attribuunt, & φαιὸν i. fuscum, quod propè ad nigrum accedit. Apertum est autem huiuscemodi non posse fieri aerem, nisi multis nubibus, ijsq; non splendidis, obducatur. Nubilosum igitur uirtute complectebatur umbrosus. Sed te non latet, eam loquendi rationem non Hippocrati tantum, sed multis etiam esse alijs ueteribus familiarem. Iam etiam dixit; Hyems erat austrina, humida, & lenis. Sunt qui Austrum semper ducant esse humidum: quod non est ita: uidetur enim siccus aliquando esse, quem Leuconotum vulgus { Latini Caurum } appellant. Et Poeta talem nobis austrum indicat dicens.

" Αὐτὰρ ἐγὼ ζεφύροιο καὶ ἀργέσταο νότοιο.

Siquidem purum austrum, quem fieri sine imbribus scimus, eo uocault nomine. At uero pri-
" mo etiam vulgarium morborum in primo Hippocrates statu: Cum esset autẽ totus, inquit, hic 1. Epid. cõ. 1. t. 8. 3. 104. b
" status austrinus & cum squaloribus. Atq; is auster subinde uehemens est. Semper ergo apertum
D habet motum. Lenis alius est auster, cuius motum in aere & nubibus non sentias, qui calidus semper est. Caurus interim frigidus manifeste uidetur.

4 *Multo post solis reuersionem, circiter æquinoctium, aspera erat extrema hyems. Et iam sub æquinoctium † Boreas spirauit, & ninxit, non ita diu.*

Pars hæc quædam tempestatis contrariæ intercessit, ut hic dixit, non ita diu. † βόρεια χιονώδεα χρόνον οὐ πολύν.

5 *Ver rursus austrinum, sine uentis: pluit multum & continenter ad Canem usque.*

Indicauit tibi lenem hyemem scribendo ad hunc modum, uer rursus austrinum, sine uentis, nam uerbum rursus, ut contrarius status interuenit, innuit ad suum temperamentum redijsse aeris statum.

6 *Aestas serena erat & calida, magni erant æstus. Etesiæ paruæ dispersim spirarunt.*

Lenitas hyemis, & veris tranquillitas, cum æstate æstuosa suffocantè ve congruunt. Nam cũ sua sponte sit æstiuum tempus calidum, si uentorum accesserit tranquillitas, necessario æstus suffocatio ve consequitur. Hoc fit, ubi neq; prodromi (quos uocant) flant, neque qui eos sequuntur, quos Etesias appellant. Dirimit eos Canis ortus. Et ipse etiam Hippocrates addidit, etesiæ paruæ dispersim spirarunt.

Sub

7 *Sub arcturum rursus spirante Borea multum pluit.* E

Rursus, ad pluuiarum exundantiam, non ab Boream refertur. Nam superiore arcturi ortu multum pluerat, & subinde postea, Boreas uero rarus spirauit.

8 *Cum esset totus annus austrinus, humidus, & lenis, per hyemem quidem salubriter egerunt, prater tabidos, de quibus modo scribemus.*

Integrum statum, q; parui omnino aquilones fuissent, ab dominantibus in eo humidum appellauit, & austrinum: nam q; tranquillum & calidum, lenem appellet, antea didicisti. Verum haud dum ea tempestas, licet esset repentina, mortales magnopere offendit, propter superioris anni squalidi temperamentum. At cœperunt affectus quibusdam tabifici, qui scilicet huic uitio patebant. Ipseq; adeo posthac se recepit scriptum quæ illis acciderunt.

9 *Ante ver vnà cum frigoribus consecutis, sacri ignes multi hos cum occasione affecerunt, illos non: qui maligni cum essent, multos interemerunt.*

Sacrum ignem didicisti à biliosa fluxione oriri, at non illa semper tamen praua & putri. Planè.n.contra, ubi mitis sit fluxio bilem pallidam obtinens, quæ in nobis naturaliter gignitur, solet quidem sacrum ignem facere, nullum tamen ex eo dare damnum, si quidem rectè tractes. At non erat nunc talis, qui sacrum ignem excitauit, humor, sed malignus, qui eroderet putrefaceretq;, ab exuperante humida uentorum trãquillitate generatus illis potissimum mortalibus, quibus, cum sua ipsi sponte alijs essent biliosiores, etiam uictus biliosum magis eis succũ congessisset. Siquidem morborũ proficiscuntur differentiæ ab aeris circunflui temperamento, propter naturam cuiusq;, & uictum quem sanus seruat. Victum (græce *δίαιταν*) appello, non hunc tantũ, qui cibo & potione constat, uerum etiam qui omnibus alijs, ut ocio, exercitatione, balneo, venere, somno, uigilijs, & uero omnibus, quæ quouis fiunt modo in corporibus humanis. F

10 *Multi è faucibus laborabant, voces erant uitiata.*

Quibus caput sua sponte prompte replebatur, his in præsentia exundantia humorum plenum, in pulmonem cœpit & uentrem per fauces fluxiones demittere. Porrò iure dicit uoces etiam his affectas fuisse, nempe & hoc assidue fieri uidetur destillationibus, ubi abunde fauces & guttur irrigauerint.

11 *Febres ardentes, phrenitici.* G

Ardentes febres extiterunt inuadentibus in iecur & uentrem biliosis excrementis: phrenitici uero caput petentibus.

12 *Ora aphthis uitiata, pudenda tuberculis: lippitudines, carbunculi.*

Singuli hi affectus ferè non sunt cacoethes, uti de sacro igne diximus paulo ante: non nunquam uero etiam sunt cacoethes, uti nunc, q; putridus esset, qui abũdabat, humor. Quare in omnibus quos recenset morbis, hoc mihi semper memoria teneto, neque aphthas, puta, ægros tenuisse, uel quodcunq; aliud incommodum de more, sed simul cum membrorum putredine. Meminerís etiam hanc communem rationem, ab eodem statu genitum omnibus putrem humorẽ non easdem insidere partes, q; nec per naturam omnium in eadem conditione corpus esset eo statu, sed esset alia alijs pars infirmior. Aphthæ itaque frequentissime sollicitant puerorum ora, quæ exulcerationes sunt in summo, quia omnia eorum sunt mollissima membra, & quasi musco sa: insuper os est omnino etiamnum insuetum cibarijs & poculis. Vbi ergo acrimonia quapiam lac fit mammæ præditum, aphthas generat: quæ facile sedantur, si infantis os modice astringas. Si uero humor affluat prauus, semper aphthæ prodeunt cacoethes. Iam carbunculorum perpetuo est periculosus affectus, nam ex uitiosis constat humoribus. Quare nunc erat uerisimile fuisse perniciosissimum eum, qui ultra natiuam malignitatem, etiam quam status afferebat, adiunctam haberet. Verum satis de huius est affectus origine dictum, cum principium secundi vulgarium morborum enarrabam. Reliqua huius capitis clara sunt. H

13 *Alui turbata, cibum fastidiebant.*

Ex uitioso humore, qui à capite defluxerat in fauces, quod in pulmonem inuaserat, tabificos constituebat affectus. Quòd uero in uentrem deriuatum erat, quia subibat mordicando †, ventris profluuium concitabat: quod significauit hisce uerbis, alui turbatę. In transitu item uentris, facultatem ciborum appetentem afflixit, unde cibos fastidiebant.

14 *Quidam sitibundi erant, quidam non.*

Pluribus de causis nec siti caruisse omnes, nec fuisse sitibũdos probabile est. Videtur humiditas omnibus putredinosa fuisse collecta, uerum non pari quãtitate, aut ęque praua. Quamobrẽ fieri potuit aliquos non sitire, ut illi qui cibum fastidiebãt: ob facultatis potus appetendi offensam:

† *Codex græcus Basil. habet ἐκταράξαν αὐτοῦς ἐποιεῖτο* i. *uentris exturbationẽ (interpres uertit profluuium) cõcitabat. Aldus uerba hæc non habet, sed uacuus est locus, ac si aliquid hic deesset. In alijs tamẽ cod. antiquis græcis nec ea uerba adsunt, nec locus uidetur mancus. Atq; ita posset tota hæc sententia verti. Quod uero in uentrem descendebat, deorsum subibat cum mordicatione, id quod significauimus etc. Atque ita omnino exturbatio legẽdũ: neq; n. exturbatio hoc in loco uidetur esse profluuium, sed transitus materiæ (pauca uel multæ) cũ mordicatiõe et dolore. ut clare etiam mox infra com. 15. apparet.*

A sam:liquet autem pessimam fuisse horum affectionem, nec malignam illis humiditatem in uentrem confluxisse: alios uero sitibundos fuisse, quòd confluerèt in uentrem uitiosus humor, nec dum adeo læsisset eius os, ut potionis appetens facultas iam corrupta esset.

15 *Lotia turbata, multa, mala.*

Lotia fuisse turbata ita accipe, ut dudum, cum diceret, alui turbatæ, nam ad renes quibus uitiatus humor defluxit, his * necessario lotia turbabantur, hoc est cum mordicatione & dolore pertransibant. Quod huic est annexum, multa, mala, potest etiam de lotijs dictum esse: potest etiam ipsum seorsum, ut una hac oratione multitudine indicet symptomatum prauorum fuisse id temporis ægrotantes affectos.

* In impressis legitur ἀναγκῶν ὄν. in aliis quibus κακά. τὰ ἐγένετο meritò.

16 *Comatosi diu, rursusq; insomnes erant.*

A.l.3.f.t.4. c.4.101.e

Coma uigilijs uacans ab humiditate didicisti, & refrigeratione fieri cerebri: Vigilias comati nō commistas, à siccitate & calore. Nunc ergo, cum, qui increuissent humores, humiditatē obtinerent exuperantem, uerum non eam tñ uniuersam acrem, humiditas comatosum affectum: acredo exputredine induxit uigilias. Itaq; causæ cōtrariç cōtraria merito symptomata peperere.

17 *Multi prorsus non iudicabantur morbi, quidam ægrè.*

Quæ erat humoris uitiositas, quidam morbi haudquaquam decreuerunt, aliqui praue.

B 18 *Aquæ inter cutem.*

Vel hoc pathema quosdam dicit ex abūdantia prauorum humorum affecisse. Omnem enim hæc potest morbum concitare, alium alio in corpore, pro eorum naturalibus differentijs, & uiuendi dissimili ratione, ut paulo ante est dictum.

19 *Tabidi multi.*

Retuli etiam supra, quod ex capite in fauces defluxerat, ubi per guttur in asperam arteriam, & pulmonem uenisset, eiusmodi uitia produxisse.

20 *Habes morbos, qui uulgabantur.*

Vnus de vulgaribus morbis, & ipse pestilens est, vt in libro quoque de victus genere acutorum dictum est his verbis: Nam siquando nulla morbi pestilentis forma communis vulgetur, cæterum dispersi sint morbi. Neque enim certi est morbi nomen vulgare uel pestilens, cæterum quicunque vno in loco multos simul inuaserit, vulgaris hic vocatur: qui simul si hoc habeat vt C multos perimat, pestis fit.

De Vict. rat. in morb. acut. cō. t. 1.9.7.109.a

21 *Ex qualibet morborum, quos recensuimus, specie, complures ægrotabant & moriebantur: acciderunt autem cuiq; horum in hunc modum.*

Cum dicit, & complures moriebantur, pestilentes fuisse morbos, qui vulgarentur, demonstrat. Qui, quando diuersi fuerunt, de singulis separatim infra actûrum promittit.

22 *Multis quidem sacer ignis, cum occasione ex quibuslibet & admodum paruis vulnusculis, in toto corpore accidebat, præcipue uero sexagenarys, secundum caput, si uel minorem paulo quis curam adhiberet. Magna pars in ipsis etiam curationibus, magnis inflammationibus corripiebantur: sacerq; ignis multum celeriter undique depascebatur.*

Cuius præ omnibus meminit primi pathematis, iure nunc primi etiam singulas reddit differētias: quod accidisse quibusdam dicit paruis de causis, quas uocauit occasiones: & multos, qui à medicis curabantur, magnas esse inflammationes consecutas, quòd sacer ignis scilicet plurimum depasceretur. Plurimis iam caput hunc sollicitasse, quando repletum hoc maxime in au-D strinis esset & calidis ventorum tranquillitatibus. Cur autem sexagenarios hic præter cæteros tentaret, hoc in causa est. Foris ambiens præter naturam calor causa, quamobrem corporis putrescerent humores, fuit, sicut natiuus calor, ubi suum natiuum exacte temperamentum seruat plus alijs humoribus sanguinis efficit: quando verò in magis igneum uersus fuerit, pallidam & flauam bilem. At calor externus putredinis auctor humorum est: nam materia quidem humiditas est: causa efficiens calor præter naturam. Quare senes, qui superfluas semper humiditates ob naturæ imbecillitatem coaceruant, ut his accessit aeris calor ex illa effectus tempestate, humorum putredinosæ corruptioni fuerunt iuuenibus opportuniores.

23 *Plerisq; itaque horum in suppurationes abscessus contigerunt: atque carnis multum & ossium, neruorumque decidit.*

Malignitas abūdātis humoris ex magnitudine cōstitit putredinis: atq; dictis subtexēs dicit.

24 *Erat autem illa fluxio, quæ collecta erat, non asimilis puri, uerum alia quæpiam putredo: ipsaq; fluxio multa & uaria.*

Hippocrates aperte tibi indicauit, quod nos sæpe iam diximus, corporis humores propter humiditatem & aeris tranquillitatem computruisse: atque idcirco pus non generauit. Computrescebant

trescebant uero ob prauos humidos humores solidæ partes. At uariam esse fluxionem propter E
putrescentium diuersitatem, ratio erat:nam à communi putredinus causa singula putrescentia peculiarem obtinent corruptionis speciem.

25 *Quorum ergo caput horum quid tentaret, his caput totum glabrescebat & mentum:ossaq; denudabantur, decidebantq;:multeq; extiterunt fluxiones. His adinuctio aliquando, aliquando non, erat febris. Erant autem hæc formidabiliora, quàm deteriora. Quibus enim ad suppurationes hæc species deuenit, plurimi superstites horum erant: at uero quos inflammatio reliquit & sacer ignis, nec talem abscessum effecit ullum, hi frequentes perierunt. Et si usquam loci alterius in corpore oberraret, euenerunt hæc. Etenim multis brachium uel totus cubitus decidit. Quibusdam hæc anteriora latera afficiebant, uel posteriora. Non nullis totum femur, uel tibia denudabantur, pesque totus:*

Humorum putredo, cuius est commune munus, ut illas partes, in quas impingat, corrumpat, terribiliorem in capitis partibus speciem prębuit, propterea, q licet uel paulum de natura hic deflectant, maior fiat sugillatio, q̃ cęteris in partibus multum à natura diuertentibus. Nam, à femore, uel brachio, uel tibia, uel cubito si cutis receßerit, minorem præbet mali speciem: at si capitis vnà cum cute crines defluxerint, atq; adeo menti cum illis, vitij fit facies magna, periculum uerò minus, quàm si is pudenda affectus teneat, aut guttur, aut thoracem, aut aliam principem partem. Neque tamen, quæ caput ita tentabant, formidabilia magis erant, quàm peiora, uerum etiã quæ cuilibet aliarum partium decidebant. Peiora enim erant, in quibus in profundum secessit humor ignem sacrum efficiens, cum in uiscera se & in princeps partes cõferens, præter alia symptomata, febres etiam acutas generabat. Quibusdam tamen, quibus in superficie erat eiuscemodi putredo, partes etiam citra febres marcescebant: quorum quidam hac de re præcipue incolumes euaserunt, uitiosis humoribus simul cum ipsis partibus, quas ij putrefecerant, emissis. Oberrabat enim, ut ipse uocauit, fluxio per totum corpus, hoc est temere nulloq; ordine & casu uagabatur, ut præsagire medicus arte, quò esset decubitura, non ualeret. F

26 *Erat omnium id grauissimum, cum pubem & pudenda urgeret.*

Etiam absque pestilente statu, ubi has regiones inflammatio uel sacer ignis obsederit, facillime putrescũt, unaq; partes superiores afficiunt. Vnde nobis est sæpe necesse, ut putrida præcidentes, locum ueluti radicem inurere. Nihil habet ergo admirationis, ubi is esset status, ut brachium, cubitus, femur, tibia, latus, caput, computrescant, si plurimum offendantur pudenda. G

27 *Atque vlcerum, & eorum, quæ occasionem habuerunt, hæc fuit conditio.*

Hactenus uerba de sacro igne fecit, qui ex ulcere, aliam ve ita paruam ob causam externam constitit. Posthac de ijs, quæ sine tali causa inciderunt, tractabit.

28 *Multos autem uno cum febribus, & ante febrem, atque à febre orripuerunt.*

Non ob ulcus his, aut alia de causa externa, quæ sit manifesta, sed ut consueuimus dicere, sua sponte prouenit sacer ignis: atq; partim simul cum febre inuadebat, partim eum febres aut consecutæ sunt, aut præcesserant.

29 *Habebant hæc illud, ut quæ per suppurationem abscessum molita essent, aut si commode turbata esset aluus, aut vrinarum bonarum extitisset excretio, hinc soluerentur: quibus horum nihil accideret, obscureque euanescebant, ut lethalia essent.*

Paulo ante etiam causa reddita est, cur superstites essent magis, quibus per putridam partem malus humor unà cum illa de corpore decideret. Nec est obscurum, quin si & per uentrẽ & urinas expurgatus fuisset, molestus, dum excerneretur, fuerit, profuerit tamen uniuerso corpori. H

30 *Vere longe plurimos exercebant sacri ignes: tenebantque æstate & sub autumnum.*

Genuit quidẽ, ut dixi, uitiosos humores status difficulter trãspirãs, q humidus calidusq; erat & uentis carebat, quos in corpore frigora concluserunt, ut etiã in primi libri uulgariũ morborũ prima tempestate est dictũ. Merito itaq; uere uarij morbi inceperunt paulo ante cõmemorati: nã hoc loco illi est de sacro igni sermo: quẽ, quando emicuit primus, primũ quoq; descripsit. Itaque de his, inquit, sacris ignibus, qui inceßerũt initio ueris, quidã totã æstate durauerunt, & autumnum. Cũ autem utroque modo hæc uerba intelligi poßint, tenebantq; æstate & sub autumnum, & q, quamuis ipsi in uere generarentur, eorum tamen subsistentia usq; ad autumnum duraret: & q, cum adhuc generarentur, eorum generatio usque ad autumnum duraret: ita ut alij quidẽ uere generarentẽ ac desinerent, alij æstate, alij itidẽ autumno generarentur ac desinerent, rectius secunda hac significatione accipias. Neq; enim rationi consentaneũ est, ineunte uere natum, ad autumnum usq; productum esse sacrum ignem. Omnino enim interea hominem interemerit, si magnopere esset cacoethes: uel p putrescẽtes partes putredine expurgata discussus sit.

Non

A 31 *Nonnullis multa erat turbatio,tuberculaq; ad fauces,linguæ inflammationes,abscessusq; secundum dentes.*

Affectus hoc loco persequitur partium,de quibus antea non meminit.

32 *Voces multis significauerunt,quòd essent uitiatæ,& κατιλλοῦσαι, maximè ijs quidem,qui cœpissent tabescere: tamen etiam ardente detentis febre,phreniticisque.*

Equidem etiam quod est supra in ægro,qui ordine est vndecimus,scriptum, vbi sic ait, δεξιῶ ἰλλαίνων(quod nos,dexter oculus erat distortus,uertimus)suspicabar eē ab alio inductū.Etenim
Heraclidis filius Hippocrates,cuius ēt Aphorismos esse,& præsagia autumant, usitatissimis esse
vsus,& proinde claris uocabulis uidetur,quæ uocare rethorici ciuilia solent.At uerò ἰλλαίνω nō
est istius generis:eoq; minus κατιλλαίνω,uel κατιλλαίνουσαι, maximè cū de uoce,nō de palpebris
dicitur. Ad hæc propter dictionis formam,quæ actiua , non passiua est : rectius enim(siquidem
prorsus voci statuerat adaptare hoc nomē)erat κατιλλούμεναι scripturus, non κατιλλοῦσαι:& mul-
to quidem rectius hoc,κατιλλαινόμεναι. Nam de ἰλλαίνω participium ea deducas figura : appello
B autem hoc,scilicet participium,more grammaticorum.Atqui nullus sit sensus,si de uocibus di-
catur κατιλλοῦσαι,ut quidam intelligere nos interpretes uoluerunt,tanqnam tendat uerbū ἰλλαί-
νω ad distorquere.Nam κατιλλοῦσαι significat distorquentes,κατιλλούμεναι uerò distortæ.Multi ita
que una in dictione errores commissi uidentur, dum κατιλλοῦσαι accipere,ut multis est uisum in
terpretibus,uolumus,quasi à dictione ἰλλαίνω descenderit.Etenim actiuum est ἰλλαίνουσαι,ἰλλαι
νόμεναι passiuum,& adiecta propositione κατιλλαίνουσαι . Atqui ἰλλοῦσαι , & κατιλλοῦσαι ab ἰλλαίνω
deriuari non uidentur:nec uerò etiam ἰλλούμεναι,& κατιλλούμεναι . Per autem raro inuenias apud
ueteres hoc genus uerba & nomina , ἰλλαίνω dico & ἰλλός à quo uidetur Sophron comparatiuū
quod uocant grammatici,fecisse,ἰλλότερον τὰν κύνα.Quare rectius dixeris, si quidem de his uelis
nugari,non ἀπὸ τῆς ἰλλώσεως deductum ἰλλοῦσαι, sed ab alio quodam,quod cùm Plato, tum Anti
pho usurpasse uidetur.Plato quidem,cuius hæc sunt in Timæo uerba: Hanc igitur circuitu totā
" cutem [a] † deurebat sulfur:qua uulnerata,cum humor p eam efflueret, humidum,& calidū,quod
" quidem sincerum erat,emanauit:mistum uerò,in quibus cutis erat,foras à [b] *corruptione pro
" ductū,longum fiebat,[c] † subtiliter extēsum ab impulsu.Quia uerò sensim impellebatur ab aeris
" frigore,intro iterum ὑπὸ τὸ δέρμα ἰλλόμενον κατερρίζοῦτο,id est sub cutem coactum firmabatur.Vi
" detur.n.pro cōclusum uel repulsum in altum,ἰλλούμενον hic usurpasse . Quo significato uidetur ēt
C hæc ab eo esse scripta oratio.Terram uerò nutricem nostram ἰλλομένην , id est q̄ restringitur, ad
" rationem in perpetuū constitutā . Est item apud Antiphōtem in secūdo libro De ueritate inue
nire hoc scriptum uocabulum eo loco: ubi ergo in aere imbres & uēti sibi mutuo aduersentur,
" ibi cogit̄ aqua,& multū spissatur.Quod autem eorum,quæ committūtur superius sit , hoc dēsa-
tur & cogitur, ὑπό τι τοῦ πνεύματος ἰλλούμενον καὶ ὑπὸ τῆς βίας,id est à uento contortum & à ui. Sa
nè,& hic conclusum,uel contractum in se denotare per dictionē ἰλλούμενον vr̄. Nunquid igitur in
libro,quem explicare instituimus,qui de uocibus scripsit κατιλλοῦσαι,tale quid significari innuit,
voces quasi occlusas,& coactas ostendens: vt accipiamus de vocibus esse dictum, quæ exire ne
queunt:qđ incidit ijs,qui gracili sunt uoce?An hoc minime conuenit?Potuit enim sistentes,uel
impeditas , uel tardas , vel aliquid tale scribere, qui significare uolebat adeo impedita esse voce
hominem, vt vix loqui posset.Iam etiam a uinculo licet ueluti uinctam accipere uocem esse di-
ctam hoc loco:adeoq; indicat de vinculis se Poeta dixisse,

A † Al. igne pūgebat deus. B ∘ Al. ὑγρᾶς id est, Iatione. C † Al. senūtatē punctioni æqualē habēs: propter tarditatem uerò a spiritu circunstāte retrusum intro &c.

" Ἰλλὰσιν οὐκ ἰδὲ λοντα βίῃ δ' ἀέκοντος ἄγουσιν .
" Ducunt ui uinclis religatum,qui tenuebat .

D Liquet porrò rectius fuisse,si κατιλλούμεναι sit scriptum , q̄ κατιλλοῦσαι:qui quidem cōis est omnis
expositionis lapsus.Nam quicquid statuas a dictione κατιλλοῦσαι significari,actionem significat,
non passionem.Vnde maxime suspiceris,Hippocratis non esse dictionem : neq; enim adeo erat
græci sermonis imperitus,ut in eo offenderet similiter,ut pueri,qui modo literas discere cœpe-
runt.Videtur.n.passionem quādam uocis indicari,significatur tamen non passio,sed actio: pas-
sio uerò utiq; significaretur scripto uocabulo κατιλλούμεναι . Præterea si uel κατιλλούμεναι scriba-
mus,non est Hippocratis institutum inusitatis,& infrequentibus uti nominibus.Iam qui distor-
tum significari putāt,cū his hoc pugnat,qđ ille in Præsagiis distortū interpretaturus,sic scripsit:
| Si reflexa sit palpebra,aut labrū,aut nasus,sed neq; reflexū,neq; aliud ex dictis, proprie de uo- in Prog.cō.1.t.
cibus dicatur.Quare quidam huius interpretes libri,oībus,q̄ cōmemorauimus, abdicatis, pro, 12.4 193.c
voces,linguæ,scribūt,exponētes linguas κατιλλοῦσας quasi deuinctas,& difficulter motas. Quos
quidem oportebat,ut uoces mutauerunt in linguæ,ita vel potius,quàm uoces,dictionem κατι-
λλοῦσαι in κατιλλούμεναι vertere.Verum iam satis de dictione κατιλλοῦσαι,non magno usui,ut inuen
ta sit,futura.Sat est enim nosse,hic generatim dici,& intelligi, propter destillationem , quæ illis
ex capite descendebat,læsis uocis originis,simul uitiatam esse uocem. Nam in humidis tempe-
statibus , & calidis destillationem caput repletum uentri demittere , & thoraci, operæprecium

est scire, Primum discernendi causa, utrũ alia causa hoc ægris uitij induxerit, an ex vulgaribus sit morbis: Deinde vt occurras, nc in tale quid incurras: nam offensiones ex aere si providea, ubi & quemadmodum fiant, toto victus genere a tempestate dominante diuerso instituendo, declines. Præterea si pdicere consequentia velis, id quod certe ex usu nobis est, ut in præfatione Præsagiorum ostensum est, vel ad hanc rem hoc commentabere, vt corporis, in omnibus ambiẽtis aeris statibus, affectiones cognoscas. Quare contenti (ut diximus) hoc læsas voces fuisse, præteritaq. dictione κατυλεῦσαι, quod illi proximum est, inspiciamus. Primum.n. hos ait, qui cœpissent tabescere, incidisse in id symptoma: secundo loco ardente detentos febre, phreniticosq;. Proinde cẽteras tabidis hoc, affectus ratione accidisse: nam cum multas alias causas, & corporis status tabes consequitur, tum præcipue destillationem capitis, quam potissimum uocis uitium comitatur. Verum febribus ardentibus, & phrenitidi per se tale uocis uitium non succedit, ut incipientibus tabidis. Quia uerò in hoc statu, quia calidus, & humidus, & sine uentis fuerat, caput contigit affici, phreniticos & ardente detentos febre consecutum hoc est communi de causa symptoma, non propter priuatam morbi molitionem. Desiccantur enim potius in illis, non irrigantur, partes uoci attributæ: ut accidit in hac tempestate. Quamobrem uox clangosa, & acuta a siccitate efficitur uocalium organorum, rauca ab humiditate. E

33 *Quin febres etiam ardentes, & phrenitis, ante uer cœperunt post illa frigora, quæ præcesserant: ac plurimi tum diu ægrotabant. acuta autem his, & lethalia contigere.* F

Humorum putredinẽ, quam pridem pepererat aeris temperamentũ, uerisimile erat a frigore succedente in extrema hyeme, impulsam in altum, morbos concitaturam sacro igni assimiles. Alios igitur quosdam, qui fuerunt huius generis exponet, hosq; ordine ab sacro igni primos iã scribit: hæ febres sunt ardentes, & phrenitis, ab eadem illa quidem profectæ causa, sed differentes locis affectis. Nam quibus in iecinoris, & uentris regionem, maximeq; in eius os prauus humor decubuit, hos febres ardentes sollicitauerunt: quibus in cerebrum peruenit, phrenitis.

34 *Febrium ardentium, quæ uigebant, hæc erat natura. Initio comatosi erant, fastidiosi, inhorrescebantq́: febris non acuta, neque magnopere erant sitibundi, neque deliri.*

Quæ symptomata pp eam, quæ tunc erat tempestatẽ, ardentibus febribus euenirent, nõ propria morbi rõne, hæc annotat. Quare quidã pro κωματώδεες, i. comatosi, male scripserunt, καυματώδεες, i. æstuosi: nam est hoc febribus ardentibus peculiare, ut ẽt perpetuo sitire. Nullumq; propè dixeris eximium esse aliud febriũ ardentium insigne, uerum abunde ex hisce duobus affirmaueris compleri, sitim assiduã, atq; exurentẽ calorem ægris sentientibus. Verum hic status cũ caput multa humiditate impleret, comatosum ' aut oĩbus, aut plerisq;, utcũq; laborarent, symptoma attulit, sub morbi inuasionẽ, ubi praui humores nondũ eo deuenerant acredinis, ut uigilias vehementes, deliria, phrenitimq, concitare possent. Ac coma perraro febribus ardẽtibus est adiunctũ, fastidiũ persæpe: non est perpetuũ tñ, ut prædicta duo, assidua sitis, & deurens calor. Horrent verò, qui febre ardente tenentur, raro: quare hoc ẽt annotauit. Quod iam sequitur, febris non acuta, aliqui simpliciter, absq; negatione, febris acuta scribunt, alij cum negatione in hunc modũ, febris non acuta, diuersam utriq; scripturam, rõne inducti probabili, hñtes. Qui omittũt negationem, q diuelli ab ardente febre acuta febris nequeat, uti nec sitis: Alteri ideo scriptum cum negatione confirmantes, q raro ijs, & nouo exemplo acciderit cum coma, tum hæc febris. Quippe his quoq; illũ aiunt subiunxisse, neq; magnopere erant siticulosi, tametsi sit ẽt febribus ardentibus hoc peculiarissimũ: Esse itaq; consentaneũ, sicut erant non perinde sitibundi, sic eos non ualde febricitasse acute. Potuit ẽt, quod Hippocrates scripserat, febris non ualde acuta, esse ab eo, qui primus excripsit, corruptum, errorq; mansisse. Hic se offert non parua de oĩbus Pathognomonicis signis quæstio. Nam si remotis ipsis, affectus põt species conseruari, alia his Pathognomonicis signis erunt nobis ad affectus cognoscendos certiora: quod qui constituat, uolet illa merito pathognomonica indicia appellare: & quæ ante uocabantur indicia pathognomonica, assidentia. Quorum separari illa non possunt, & affectus (ut ita dicam) cõstituunt essentiam: Assidentia uerò, ex ijs sunt, quæ sæpe illis accidunt. Si æger ergo non sitibundus sit, nec magnopere febricitet acute, qua iam nota esse morbum illum febrem ardentem dicemus? Quanquam enim permultis febre ardente affectis esse fastidiosis contingit, nõ est tñ hoc affectus propriũ: quippe cum multi ẽt alij quõcunque ægrotantes fastidiosi fiant. Quare neque, quod uisum quibusdam est, qui sese duxerunt huiuscemodi dubitationes declinaturos, ẽt nobis est pronunciandum, ab excrementis cognosci in primis febrem ardentem. Neq;.n. mera in solis ardentibus febribus biliosa alui reddunt: neq; his solis syntexis. i. colliquatio, accidit: uerum sunt hæc quidẽ symptomata maligna, & exurentium febrium: ista tñ qui excernunt, multi modice sitiunt, & calores febris ferunt. Verum in pñti statu ne tales quidem erant deiectiones. | Nam aluus, inquit, » his plerisq; turbata erat, atq; deiectiones crudas excernebãt, & multas, & tenues. Videtur ergo » Hippocrates febrem ardentẽ assiduitate cognoscere sitis, calorisque exurentis: sicut phrenitim

Margin notes: G — A.l.4.f.7.t.2 c.40.424.e. — H — Paulo inferius t.40.

perpetuo

A perpetuo delirio. Sic.n. quamuis non perinde sitiant ægri, neq; valide exurantur, per totum aũt morbũ dicta duo sint symptomata, febris ardens esse dicetur morbus: existetq; alia febris hac calidior, ut & corpus fundat, reddatque deiectiones biliosas, & colliquatiuas. Sed nõ appellabitur ardens febris, nisi adiuncta perpetuo habeat per totum morbum paulo ante cõmemorata duo; irrequietam sitim, quantumlibet biberint: ac iniocundum, & ardentem, fastidiosumq; calorem. Proinde adest ferè illis intentissima sitis, & febris feruidissima. At raro, uti nunc, cum febris non esset planè acuta, etiam non perinde ægri erant sitibundi: quæ ob id ipsum signauit, sicut etiam hoc, nullo pacto fuisse deliros eos, quoniam hoc etiam ardentibus febribus accidit. Nam paruæ esse signum dementiæ delirium, ante docuimus.

35 *Nares pauca stillarunt.*

Hoc in comitibus est malignarum ardentium febrium, vt sanguinis eruptiones, lenium. Et ut breuiter dicatur, omnis de naribus stilla, ut docuimus, prauum est signum.

36 *Accessiones plerique diebus paribus habebant.*

B Et hoc quoque inter rara est. Nam febres ardentes solent, adeoque omnes, ita ut illæ, morbi multum acuti, accedere diebus imparibus.

37 *Obliuio sub accessiones, languor, vocisq; defectus.*

Et obliuio manifesta est: & monstrata frequenter est de exitialibus esse. Languorem i. ἄσην, velnti dissolutionem, & remissionem omnium corporis partium ipsum dicere par est, cum non aliter, ac resolutis proiectæ appareant. Quod quidem inter signa esse perniciosa didicisti, ut de alijs quoque symptomatis omnibus, quæ hoc libro recensuit. Quare hic interpretanda sunt ea tantum, quæ obscura uidentur: & quæ demonstrauimus aliàs, solum ad memoriam reuocabo, non autem absolutam tradam eorum doctrinam.

38 *Extrema pedum & manuum his frigidiora erant, & multo maxime circa accessiones: quibus calor pedetentim, nec probe redibat: redibantq; ad mentem, & loquebantur.*

Varietatem symptomatum, quæ morbi eius tempestatis habebant, commemorat, quæ sunt omnia praua.

C 39 *Detinebantur, aut comate perpetuo, non somnolento: aut vigiles erant cum laboribus.*

Nec hoc quidem obscurum ei est, qui ea habet in memoria, q̃ in libro de comate tradita sunt & in prioribus commentarijs. Cum.n. vigilare ægri apertis oculis non ualent, sed conniuent spe somni conciliandi, & uigiles tamen manent, uocitamus illud, non somnolentum coma. Quibus siquis adsit dolor manifeste, uigilabunt magis, ita affecti, adeo ut ne in phantasiam quidem tenuis somni deueniant. Siquidem istis, qui eo comate tenentur, usu uenit eiusmodi quiddam, ut medij inter planè uigiles intercedant, & dormientes.

40 *Aluus his plerisq; turbata erat: atque deiectiones crudas excernebant, & multas, & tenues.*

Vel hinc liquet, non attendere Hippocratem in dignoscẽdis ardentibus morbis speciem deiectionum. Cruda itaque dicit, & tenuia, qui tum tenebantur febre ardente, deiecisse: nec uerbum fecit de meris biliosis, uel colliquationibus, quæ quidam indicia esse febrium ardentium maxima existimant.

41 *Vrina multa, tenues, nihilq; decretory quicquam, vel boni.*

Vbi de urinis agit, q̃ acciderunt his solet tradere, nec addere, bonum an malũ denunciẽt, nos D putans, q̃ in præsagijs didicimus in uniuersum de uitio, uel bonitate urinarũ, memoriam tenere. Hic adiunxisse puto, q̃q̃ eas prædixerat tenues esse, ꝙ illis adscripserit, multæ. Nam memor docuisse se multitudine urinarum interim iudicium fieri, indicauit hoc loco quãuis multæ essent, nihil tñ decretorij fuisse, neq; boni. Neq;.n. quò purgaret corpus, & infestantia amoueret, uidetur nunc molita natura multam urinam: sed quemadmodum didicisti sudores, & deiectiones interdum, ut superfluitatis humorum in corpore malorum symptomata, excerni: interdũ expurgante natura: ita nunc abundantis in corpore serosi humoris sunt urinæ symptomata. Ideoque eis addidit, nihil decretorij quicquam, uel boni, siquidem reddebãtur, quia ob nimiam copiam eas uasa sustinere non poterant: uel ꝙ mordacitate uehementi offenderentur, itaq; ad excernendum contenderent. Huiusmodi etiam hac ipsa tempestate erant, quæ per uentrem excernebantur, ut est supra dictum: & uerò etiam sudores illis erant consentanei.

42 *Nec uerò decretory aliud in ita habentibus ullum apparebat: neq; sanguis rite profluxit: neq, alius consuetus fiebat abscessus decretorius. Moriebatur quisque scilicet erratice: plerunque tamen circa indicia: quidam longius producebantur, qui largius sudassent.* †

Qui perniciose habebant, hæc iis accidebant, quæ tibi hic collegit, nimirũ symptomata eorum

† Adduntur in quibusdam cõtextibus Hippocratis hæc uerba. ÿs quidem qui perniciose habebãt, hæc accidebãt. postea sequitur, explanatio Galeni, qui perniciosè.

rum,qui febre ardente laborantes perniciose habebant. Quorum symptomatum quodque iam E
audiuisti ante frequenter,cur sit perniciosum.

43 *Similia & Phreniticis.*

Finita de ardentibus febribus oratione,transit ad ea,quæ phreniticis acciderunt. Itaq; & hic eius verba attendamus.

44 *Sanè hi nihil sitiebant.*

De phreniticis agit.Fuisse eos dicit non sitibundos, non tam, q illis multa humiditas in ore ventriculi afflueret,quàm q quæ patiebantur non intelligerent,& facultatem haberent stomachi appetitricem,quæ extinguebatur.

45 *Nec Phreniticorum ualde insaniuit quisquam,quod usu uenit alys: sed alia quapiam cataphora segni grauiter * peribant.*

* βαρέως i. grauiter est in impressis. Sed in antiquis legitur καρηβαρέως i. capite grauati, vide etiam prio prorreth. cõ. 1. cl 4. pag. 161. b. Et cõ. 33. pag. 168. a Et libro de comate c. 2. cl. 3. pag. 50.

1 Si non prædiceret,nec phreneticorũ valde insaniuit quisquã,sed simpliciter dixisset,præsentes phreniticos cataphora segni periisse,non erat absurdũ,accipere,eos cõuersione in lethargũ facta,ita defunctos esse. Nunc cũ sit pdictũ,nec ualde insaniuit quisquã, probabilius est periisse cum cataphora manentes phreniticos hoc est dementes: hoc.n. discrimine solo,cũ febre,phrenitim accipimus,nulla rẽ alia distantem a mania.i. insania,q̃ febre. Mentis siquidem vtraque noxa est: sed proprium insanientium est febre liberum esse,ut febricitate phreniticorum. Non est igitur mirum in corpore crudis collectis humoribus,ut excreta commonstrarunt esse, comatosos illos simul,& dementes euasisse: comatosos quidem ex multitudine, & frigore succorum crudorum: dementes,quòd putrescentes acredinem pariebant,& calorem. F

46 *Erant præterea aliæ febres, de quibus iam acturus sum.*

Reuocemus ad memoriam,q postquam supra dixit,febrium ardentium,quæ uigebant, hæc erat natura: vtq; hanc narrauit,& quæ illis acciderunt ordine omnia: & deinde rursus dixit,similia,& phreniticis: postea iam disputatione de his peracta intulerit,erant præterea aliæ febres,de quibus iam acturus sum. Nam his uerbis febrium esse species, febrem ardentem, & phrenitim ostendit: Febrem ardentem,q perpetuam habeat sitim cum perpetuo,& multo ardore: Phrenitim verò, vt quæ sit assidua,unaque dementiam perpetuam habeat.

47 *Os multis aphthis uitiatum vlcerosumq;, fluxiones ad pudenda multæ, exulcerationes, tubercula foris,& intus secundum inguina.* G

Et ante quidem de his sermonem habuit. Verũ,quia de unoquoq; seorsum agit, posteaquam ad autumnum vsq; generationem productam sacri ignis dixit,planè de ijs, quæ nunc post eum describuntur,omnibus idem ostendit. Hac ergo de causa eorundem iterum meminit.

48 *Lippitudines humidæ,longæ,diuturnæ,laboriosæq;: palpebrarum foris, & intus germina,quæ multorum perderent aciem,quæ uocant ficos.*

Abundãtis humoris superfluitas videtur duplicẽ habere speciẽ in crassitiei,& tenuitatis differentia,vt ferè in humidis,& tranquillis tẽpestatibus fieri semper solet. Nam nisi peculiaribus vtens exercitationibus ventiles corpus,& totũ lustres concitesq;,copiã aceruabis crassorũ humorũ,& tenuium: crassorũ, propter socordiam: tenuium,& aquosorũ,q vacuati non sint. Tenuitatis igitur eorum coniecturæ sunt,ea quæ per aluum excernũtur tenuia,similesq; urinæ: Crassitiei,q omne producitur, & plurimis est assidens coma. His ergo merito, quibus ad oculos affluentia vergebat,humidas lippitudines fecit ob tenuitatem,& palpebrarum germina,cã crassitiei. Nam quod ex humore in oculis manante humidi exiret,fecit lippitudines, hoc est cum fluxione humida & aquosa: Crassius verò partibus adhærescens affectus,tubercula excitauit, col- H
lium modo. Quod verò crassi humoris in profundo oculorum erat,dolores peperit.

49 *Expullulabant cum alys in ulceribus multa, tum in pudendis.*

Quæ materiæ crassitudine in palpebris excrescebant,non hic tantum,verũ in pudendis quoque extitisse ait,& siqua pars alia forte esset exulcerata: humorum crassitie, ut dictum est,eiusmodi efficiente excrescentias,quas fungos uulgo uocant.

50 *Carbunculi æstate multi, & alia quæ putredo uocantur.*

Atque q commoraretur in corpore prauus humor,putredo increscebat: æstate uerò excipiẽte, neque ipsa etesias habente, multo magis eualuit. Ideoque calidi morbi plures,& prioribus maligniores uiguerunt. Ostendimus enim carbunculum ex calido quidem feruore,uerum crassa materia constitui.

A 51 *Papulæ item magnæ.*

Apertum est ab ἐκθύειν, quod est ἐξορμᾶν, i.erumpere deriuatum esse ἐκθύμασι.i.papulis,nomē, in ijs quæ sponte extuberant in cute.Hęc constant superfluis.ſ.humoribus.Atque qualitatem etiam non iniuria subsequuntur, cum tenues humores exulcerationem potius, quàm tumores crcent: at crassi in tumorem pellem attollant. Liquet autem, quæ nunc in cute sponte sunt genita,eiusdem esse generis cum illis,quæ in palpebris,& vlceribus prædixit excrescere.

52 *Herpetes multis magni.*

Magnos,aut quòd multum occuparent loci,aut quòd adiunctam malignam exulcerationem haberent,appellauit:vtrunque autem succedit dicto humorum vitio.

53 *Quæ ad uentrem attinebant,multis multa incommoda euenerunt.Primum tenesmi multis cū dolore:plurimis uerò pueris,omnibusq; impuberibus:quorum plurimi peribant, multi lienterici erant.*

Tum humiditate ætatis,tum quia plus cibi sumentes pueri,nutrimenta sæpe corrumpūt,me-
B rito tenesmo corripiebantur.Qui,cum alioqui dolorificus est,& molestus affectus: dolorificus, propter tensionem:molestus,quòd assidue desidendum fit: tum uerò in hoc statu,quem plethoricum simul,& prauis* humoribus fuisse exundantem diximus, multi magis lienteria tenebantur.Nam debilitata facultate retentrice,fieri lienterias didicisti.Est porrò consentaneum, sicut extincta ferè erat facultas vcutris nutritiua,vnde cibos prorsus ait paulo post eos fastidiuisse,sic retentricem etiam fuisse læsam.

A.l.5.f.115.g c.5.301.f

54 *Dysenterici,neque hi admodum dolorosè.*

Consentaneum erat inferri hoc prædictis quibusdam,qui non dolorosè ægrotarant. Sed nullus is est prædictus.Immo verò contra magis,& priores oēs, & qui ante lientericos dicti sunt tenesmo laborasse,dolorosè ægrotarunt.Quare est fortassis scriptura corrupta:quo modo in multis libris aliæ mendæ multæ,a primo librario cōmissę,manserunt.Nā rectius scriptū fit,hiq; admodum dolorosè.Quidam verò dictum aiūt,neq; hi admodū dolorosè,perinde ac, multi dysenterici non fuerunt,volente indicare Hippocrate ex hoc,dolorosè,generationem morbi,nō modum. Quidam ꝙ dysentericis nullo dolore affectis adiunctum sit,ideo dicunt, neq; hi admodū dolorosè,ab eo esse adiunctum:vt intelligamus lientericos necessario esse dolore vacuos.

C 55 *Biliosa,pinguia,tenuia,aquosa:atq; ipse morbus multis eo decubuit citra febrem,& in febre:tormina cum doloribus,malignæ item reuolutiones: Multorum,quæ in corpore inerant suppressaq; erant, exitus: quæ autem exibant,dolores non soluebant:multaq; erant corporis partes affecta.*

Præsens sermo oē genus continet morbi,quatenus natura inter se hoīs,ætatibusq;,& victu distant.Ergo cū alijs alius abūdaret succus,a statu aeris hunc, vt demonstrauimus,auxit:tandē putredine excipiente,putrefactio pro humorū differentia collectorum variabat.Iā quia hæc in locū se cuiq; ægro natura imbecillimū conferebat,multis,quia satis multi hoīes essent,cōtingit partibus lædi.Proinde erat probabile natura biliosis,& ijs qui in ætatis erant flore, & sollicitis, ijsq; qui laboribus sese,& administrationibus conficerent,hæc abundasse.Pinguia colliquationis esse ipsæ signa docuit: aquosa,tenuis & serosæ humiditatis.Porrò multos dicit hoc morbo laborasse,hoc est,deiecisse talia:etenim ēt citra febres hoc dicit quibusdā accidisse.At exitus,hoc est uacuationes,illis ait cōtigisse multorū,quæ inerant in corpore,& suppressa erant:quod fortassis significat,cū etiamnū multa in corpore retinerentur,tū multa exijsse, quo minus excūtia dolores soluisse.Nam quō soluere illa,cum quæ supprimerentur essent etiam multa, possent.

D 56 *Et oblata ægre admittebant. Nam purgationes multos offendebant:quorum qui sic habebant, cito multi peribant: multis malum producebatur.*

Oblata potest dicere tum omnia in communi remedia,tum priuatim cibum & potionē.Purgationes,quarum fecit mentionem,vtrisque possunt annumerari.Nam nihil contulisse, ita affectis remedia,etiam si ille nihil dixisset,in aperto est.Siquidem cum multi morerentur, nullius erant vsus omnibus illis auxilia.

57 *Vnoq; verbo,qui longis morbis, vel acutis tenebantur, ventris vitio omnes præcipue morti sunt, cunctos nanque uenter sustulit.*

Et pestis quoque illa longissima, quæ nostra ætate vulgata est, ex ijs quæ per aluum vacuantur,omnes prope peremit.Quæ* euacuabantur,erat colliquatio: Quod quidem esse symptoma videtur in perpetuum febris,quam pestilentem priuatim vocitant,cum mortales, vel citra pestem corripiat.

A.l.4.f.1.4 c.2.434.d

58 *Omnesque,in quos equidem tunc incidi, cibum, quotcunque detinerentur prædictorum morborū, fastidiebant.multi autem,maxime ijs,& qui ex his erant,& qui ex alijs,perniciosè se habebant.*

Etiam hoc symptoma oēs cepit,qui in peste diuturna,q̄ modo viguit,laborabant: quare fa-

ctum est,ut multi morerētur.* Fortiores ergo,qui uim sibi ipsi afferentes, cibum oblatum assum E A Ibidem.
psērūt; omnes ferè superstites fuerunt. Plurimi uerò mori, quàm comedere quicquàm prius du xerunt: atque hæc ipsa accidisse illis videntur, qui tum ægrotauerunt, maxime uitio uentris: etenim & huius est opus ciborum appetentia.

59 *Erant hi sitibundi, illi non.*

De ijs hoc loco, qui ob alui turbationem, ut ipse appellauit, citra febrem afficiebantur, sermonē habet: quod est ex his uerbis clarum, q̄ subdit, ex ijs, quos febres tenebant aliaq;, nemo circa potum intempestiuus erat. Apertum est etiam ex illis, q̄ supra diximus, cur non essent sitibundi omnes, nec siti liberi. Crassitudo enim humorum, & tenuitas aquosa, erat aceruata, frigida illa quidem sua sponte vtraq;, sed acquisiritiū à putredine calorem muruans. Quare in quibus excellebat iam putredinosus calor, erant sitibundi: in quibus nōdum, hi cōtra merito nō sitiebāt.

60 *Ex ijs quos febres tenebant aliaq;, nemo circa potum intempestiuus erat.* †

† *In aliquibus cōtextib. Hippocratis hac adduntur. sed licebat circa potū diætā instituere, ut uolebas.*

Posteaquam priori capite dixit de ijs, qui ex ventre laborarūt, q̄ partim sitibundi, partim nō essent, hic nunc de ægrotantibus simul cum febre air, non magnopere vllum fuisse sitibundum, neque vt medicis non esset audiens. Quod hinc est factum, quoniam non perinde his tantum putredinosæ saniei in uentrem, quantum prædictis, conflueret.

61 *Vrina multa erans: neque erant illa ex potu ingesto, sed illum excedebant, multumque etiam uitio sę erant urina reddita: neque enim inerat crassitudo, uel concoctio, uel purgatio proba. Nam purgationes per uesiccam comodę, bonum multis portendebant: plurimis uerò colliquationem, turbationem, dolores, diuturnitates: & nulla iudicia.* F

Quæ sunt dicta, clara omnia sunt, & memoriam, non interpretationem postulant. Ipse nanq; superiori sermone, quem ego exposui, non obscure ostendit, quòd aliquando urinæ symptomatis ratione vacuentur, sicut sudores, uomitiones, & deiectiones.

62 *Comatosi erant in primis phrenitici, & qui febre ardente tenebantur, tum etiam in alijs morbis omnibus maximis, quòd febrem adiunctam haberent.*

Coma creauit materiæ crassitudo, & præter cæteros ijs, quibus erat affectum caput. Est autē phreniticis affectum per se, sed in ardentibus febribus per accidens. Nam febris calor prauos humores ad caput subuehit: abundabant autem tunc crudi & frigidi. A.l.3.f.r.4 c.r.100.f.

63 *Perpetuo plerisq; vel graue coma comes erat, vel tenues atque parui somni.*

Graue coma, à quo ægre quis excitetur, accipiendum est, cuius contrarium est, quod tenues & paruos somnos habeat. Quorum accidit primum ijs, quibus crassitudo & copia exuperabat G frigidæ materiæ: alteri quibus putrefacta tenuitas.

64 *Multa prętere a febrium alia genera vagabantur, tertianarum, quartanarum, nocturnarum, continuarum, longarum, fastidiosarum, inconstantium.*

Quia humores noxij erant diuersi, ideo cùm alij morbi, tum plura iam inciderunt febrium genera. Meminit autem intermittentium, quæ numero rres sunt, quotidianarum, tertianarum, quartanarum: tertianarum quidem & quartanarum nominatim primum: quotidianarum verò dicendo, nocturnarum. Nam earum, ex quo duplex est differentia, quarenus hæ interdiu accedunt, illæ noctu, inde diuersa nomina inuenerunt. Hippocrates earum, quæ tum vigebant, mentionem fecit, quæ erant nocturnæ. Memoria itaque repetamus etiam, quòd cùm & primo libro & secundo morborum vulgarium, tum multos sepaiatim ægros adduxerit, tum integras fit tempestates persecutus, nusquam nec quintanā, nec septimanam scripsit, uel aliam febrem multorum dierum. Nec verò etiam in tertio libro vulgarium morborum, neque anre, neque posthac H ad finem usq;. Vnde mihi in mentē uenit, illa, quę primo libro vulgarium morborū tradita sunt, infarcta ab alio suspicari, ubi alias esse plurium dierū q̄ sit quartana statuit. At in p̄dicta oratione intermittentium genus propria appellatione non nominauit, quemadmodum, continuarū, sed est tū oēs eius species persecut. Deinde cōmuni noīe continuas indicauit, quarū febres ardentes p̄dixit, & phrenitidas. Postea longarū nomen & uagarum prodidit: vbi mihi memor sis eius, quod est initio propositæ orationis dictū, ipsum omnia q̄ collegit, febriū species appellare.

65 *Omnes hę cum multa turbatione erāt coniuncta. Ventres enim plerisq; turbati, horrores, sudores non decretorij: & vrina ea, quas supra descripsimus. Hęc erant illorum plerisq; longa. Nā q ipsis ebscessus fiebant, nō iudicabāt, ut in alijs. Omnia quidem omnibus difficulter iudicabantur, vel omnino non iudicabātur, uel producebantur, his verò multo maxime. tamen horū pauci circa octogesimum diem iudicabantur. maximam partem temere reliquerunt. Horum pauci moriebātur ex aqua inter cutem, qua non decumbebant: multos etiam in alijs morbis tumores exercitabant, pręcęteris uerò tabidos.*

Prædictas dicit omnes febres adiunctam habuisse multam turbationem: mox ipse, quæ esset turbatio, exponit: describitq; earum symptomata. Reliqua, nisi priora exciderint, clara sunt.

Maxima

A 66 *Maxima erat & grauissima tabes, hacq́ plurimos peremit. Nã cum multi hyeme cœpissent, magna ex parte decubuerunt: partim recti esse* sustinuerunt. Verum ante ver, qui decubuerunt, ferè perierunt. Reliquorum tusses neminem reliquerunt, remißiores tantum æstate fuerunt. At sub autumnum omnes decubuerunt, atq; multi obierunt: quorum ægrotabant plurimi diu. Cœperunt igitur horum plurimis subito ex his esse deteriores, tum horrores crebri, sæpe febres continuæ, acutę: sudores intempestiui, frigidi, multi ꝑpetuo. Multũ verò erat frigus, & vix eis calor reuocari poterat. Ventres varijs modis substiterũt, rursusq; statim humectabantur.† Quæ pulmonem infestabant, per aluum omnia reddebantur. Copia Vrinarum non bonarum, colliquationes malę. Multę tusses tenuerunt perpetuo, & multa excreantes cocta et liquida, minus tamen cum labore: quæ etiam siquando essent difficiliores, rursus lenius omnibus purgabãtur, quæ pulmoni incommodabãt. fauces non admodum mordaces, neq; salsugines quicquam molestabant: Lenta uerò & alba & liquida, spumosaq́, multa à capite ueniebant. At multo maximum hos et alios comitabatur malum, fastidium ciborum, vt supra diximus: nam ne potum quidem libenter cum cibo sumebãt, sed valde citra sitim degebant.*

* ὀρθοὶ φέροντο.

† Additur in antiquißimis exemplaribus περὶ δὲ τὴν τελευτὴν πᾶσι βιαίως καθυγραινόμεναι, i. Sub mortem antẽ omnibus molẽter humectabantur.

Dixit etiam supra, repleto, in calida & humida uentisque vacua tẽpestate, capite, ex destillatione in pulmonem descendente tabidam affectionem constitisse: cuius etiam per stomachũ B portio in uentrem delata eum turbauit. Quæ deinde dixit de tabidis, etsi ijs, qui prædictorum meminerunt, clara sunt, faciam tamen, vt quæ uidebuntur referenda, hæc declarem. Primũ hoc inter ea est, ineunte uere plerosque tabidos obijsse, ex aeris immutatione. Dixit enim extremã fuisse hyemem asperã, & circa æquinoctiũ iã † Aquilone spirãte ninxisse: quæ tabidis mutationes infestissimæ sunt. Atque ob id autumnus ẽt perniciosus est: unde in Aphorismis |eum ipse dixit tabescentibus aduersarium esse. Et alioqui quidem Aquilo partibus thoracis officit vniuersis. Quare in Aphorismis ait |Tusses, fauces, laterũ dolores & pectoris existere, flante Aquilone: multo uero magis quibus iam sunt hæc uitiosa, & caput repletum destillationẽ transmittit. Vnde æstate tusses dicit remissiores fuisse, hoc est imminutas & moderatiores. Nam fuit, ut ipse scripsit, serena æstas & calida, ut è diuerso principium insequentis autumni tabidis inimicissimum. Dixit.n. |Sub Arcturũ rursus flante Borea multum pluuit. Quòd autem longo spatio produceretnon solum tabes, sed & alij morbi, in causa crassities fuit materiæ nihil habentis sua spõte acre" dinis & caloris, sed tempore à putredine mutuantis. Planissimum hoc fecit hisce verbis, fauces nõ ꝑinde mordaces, neq; salsugines quicquã molestabãt: lenta uerò, & alba, & liquida, spumosaq́; " multa à capite ueniebãt. Quod reliquum est huius capitis, omne memori superiorum clarũ est.

† βόρεια χιόνεσι.

3. Aphor. 10. Ex. ord. 20. h

3. Aphor. 5. Ext. ord. 20. c

1. Epid. cõ. 2. t. 60. 3. 113. c

" 67 *Grauitas corporis, {comatosi.}*

" Sæpe est dictum emoriente sustentatrice & motrice corporum facultate, quæ pridem ab ea C vt leuia ferebantur & mouebantur, grauia uideri.

68 *Quibus ferè omnibus œdemata fiebant, quę in aquam inter cutem eruperunt.*

Non mirum, si propter abundantiam inconcoctorum humorum ad hunc affectum quidam " deuenerunt.

69 *Horrebant, & sub mortem delirabant.*

" Cum prauitas humorum ex putredine parta increscerct, horrore corripiebantur & delirio progressu temporis, in quo etiam moriebantur.

70 *Genus erat tabidorum, glabrum, subalbum, *pituitosum, subrubicũdũ, cæsium, leucophlegmatia, ac quibus scapulę in morem alarum prominebant, mulierésque. Itidem melancholicum genus & subsanguineum. Febres ardentes hos & phrenitides & dysenterię tentabant: tenesmi iuuenes pituitosos exercitabant: diuturna alui profluuia, & acria excrementa, pinguiaq́, biliosos.*

D Corporis formas eorum, qui tabificis morbis corripiebantur, narrat. Glabrum igitur græce λεῖον; quod est depile, indicat iusto frigidius temperamentũ. Nec hoc ad pueros refertur, sem ꝑ sunt enim hi propter ętatem calidi: sed ad adultos, ut in commentarijs de temperamentis declarauimus. Itidẽ albus color: ubi quidẽ miror, quid ꝑpositionem, sub, addiderit, subalbũ dicens. Nã in rubicundo recte sanè dictũ est subrubicundũ. Didicisti nanq; rubẽtem colorẽ calidũ denotare temperamentum: subrubrum nõ perinde ac album frigidum, nõ tamen etiam calidum. Qui uerò alba pituia affluunt (quos Græci λευκοφλεγματίας appellant) si quam habemus traditorum in libris de temperamentis memoriam, citra cõtrouersiã sunt frigidi temperamenti. Est his molle corpus & tumidius quodam modo, propemodum ut aqua affectis inter cutem, quam Leucophlegmatiam appellant. Itaq; omnes hi sunt planè frigidi temperamenti: *pituitosi uerò ut audiuisti, temperamenti malorum pleni humorum. Præterea de cæsijs, semelq; de oculorum coloribus, in commentarijs de temperamentis didicisti non esse existimandum pro certo ex tali signo de totius temperatura corporis, nisi solorum oculorum, sed neq; quidem euidenter in ꝑdictis. Nam primum oculos, qui χαροποὶ hoc est cæsij uocantur, qui sint, considerandum, reuocandumque ad memoriam, Poeta quæ scripsit, ubi ait,

ἄρκτοι, ἀγρότεροί τε σύες, χαροποί τε λέοντες. id est ursique agrestioresq; sues, charopiq; leones.

A. l. 4. f. 2. t. 1. c. 33. 443. a

E Deinde vbi videris multos leones, ita memoriæ color oculorũ mandandus est, ut valeas, cum in hominibus conspiciatur, facile agnoscere: cũq; videantur illi tales esse, temperamentum quoq; quod ad oculos attinet, calidum & siccum dices. At huic non parũ multa in præsenti oratione repugnant. Primũ enim cum frigidiore temperamento cæsiũ collocauit. Postea picrocholos. i. biliosos appellauit, quasi ab his dissidentes, cum aperte sint hi temperamento calido & sicco. Immo uerò ipsi morbi, quos descripsit à corporis formis, significant primo loco prelatos esse oẽs frigidiores, rubicundos calidiores, biliosos abunde calidos. Nã hæc tempestas in corpore uidetur humores aceruasse, & replexe caput, idq; omnibus morbis commune fuisse, sed fuisse suo quẽq; morbo alium alio correptum, pro sua cuiusq; natura: Alui profluuijs, acribus prodiectionib' ”

In Prog. cõ. 3. t. 35 4 201. c

pinguibusq;, biliosos. Nã ipse in præsagijs dixit, ‖pinguitudines innatantes similes aranearũ telis reprehendẽdas' esse, indicãt enim colliquationẽ. Quare biliosi merito in febres colliquatiuas ”
inciderunt, offendebanturq; alui deiectionibus. Rubicundi uerò, & ad melancholiam appositi, & crasso sanguine calidoq; præditi, non iniuria phrenitide sunt & febre ardente correpti, & ẽt cruentis dysenterijs, ut par erat maxime. Duplices .n. eas scim' esse, intestinis exulceratione erosis, alteram differentiã: alteram, cum copiosus sanguis per venas, q̃ ad intestina pertinẽt, euacuatur. Quæ autem essent naturę uel calidiores tantum, uel frigidiores simul & humidiores, has F
par erat, ut & quæ nec facile febribus cedebant, nec biliosis affectibus, in solas incidisse capitis destillationes, ideoq; intabuisse. Quia uerò scripsit Hippocrates, gen' tabidorum erat glabrum, subalbum, pituitosum', subrubicundum, & sermoni etiam cęsios inseruit, dignum mihi hoc quęstione visum est. Cõsentaneum erat nõ cæsios, sed glaucos potius dicere, quòd hi frigidi, illi humidi, alij pariter frigidi & humidi temperamenti esse uideantur: quorum nihil cum præsente disputatione pugnat. Comparemus iam cum his infantes, Scythas, Gallos, & Germanos, qui planè temperamẽto sunt humidiore, frigidiore uerò non citra cõtrouersiam. Mihi igitur uisum est operæprecium, ut de colore oculorum cæsiorum haberetur quæstio. Interpretes libri huius Empirici quidem, unaque cum his Lycus, ut alia multa, sic hoc, missa causæ inquisitione, prætereũt: Hippocratici uerò quidam, temperamenti esse calidi signum cæsium, quidam sicci dicunt. Sunt qui neutrum iam addant. Sabinus quidem hoc demum satis habuit dicere: Cæsium uerò, q̃a est ualde siccum, oportunum est tabi, neque causam cur id scripserit, adducit: neque alia quib' hoc ”
est adiunctum, esse omnia frigidioris temperamenti & humidioris signa. Num ergo pro glauco Hippocrates cæsium falsus uocabulo scripsit? nam quid dicas aliud? Sed hoc in communi sit cõsiderare ꝓpositum. Ad reliquam iam orationis partem accedamus. Nã in morbis tabificis unà G
cum prædictis, etiam πτερυγώδεις, id est quibus scapulæ in modum alarum prominent, cõmemorauit: qui non propter temperamentum, sed propter uitiosam thoracis figuram, obnoxij tabi sunt. Probabile tamen est eius figuram natiuum calorem sequi. In fine, ubi de tabidis tractat, q̃ũ Hippocrates adiecit, & mulieres, animaduertendum est, utrũ hoc modo dixerit, quasi dicas, mulieres perinde ac uiros tabe fuisse correptas, quæ erat eorundem generum: an, licet his notis carerent, frequentes tamen dicat in hunc affectum mulieres incidisse, cum humidiores sint & frigidiores, ut, qui affectus quosdam uiros ex suo cuiusque temperamento tentauit, ille idem ꝑmultas mulieres ex communi. Equidem utrunque censeo consentaneum esse. Nam est uerisimile frequentiores uiris mulieres, propter temperamentum suum commune, tabe captas esse: ac præcæteris illas, quæ eius erant generis, cuius recensuit uiros. Quia uerò subdidit, melancholicum genus & subsanguineum, febribus ardentibus præcipue fuisse & phrenitide affectum, ad memoriam, quæ didicimus, reuocemus, Quibus multus sanguis & calidus generatur, prompte in melãcholicorum humorum hos uitium deuenire. Quare accipe non hos, qui atram iam multam bilẽ aceruauerunt, sed qui ad generandum eam essent appositi: qui sanè, calidis arriperent morbis, quòd natura essent calidiore, merito factũ est. Posteaquam autẽ supra dixit, pituitosos esset tabificis captos morbis, nunc addita his ætate dicit, tenesmi iuuenes pituitosos exercitabant: nẽ- H
pe quòd non tantum naturale temperamentum esset ad commitendum tenesmum pronum, sed ætas quoque calida esset; ut ex acri & putredinosa pituita tenesmum intelligamus ortum. †Siquidem meatum ad ieiunum intestinum ea pituita exulcerans, ad excretionem assiduam ęgros irritauit. Tensiones autem, & desidendi cupiditatẽ tenesmo laborantes uehementiorem habent, q̃ dysentierici, propterea quòd ægre pituita excerni potest: corporibus enim præ crassitie & uiscositate inhærescit, non ut flaua bilis, statim permeat. De naturis autem biliosis antea dicebam, merito illis acres deiectiones esse propter pallidam, flauam, & amaram, quam uocant, bilem: pingues uerò propter colliquationem, quibus deiectionibus, ob collectorum copiam uitiosorum humorum, longa successisse profluuia uentris.

† Siquidẽ, dũ ad rectũ intestinũ pertransiret ea pituita, lesionẽ ulcerosam partis efficient, ad excretionẽ &c.

71 *Omnibus, quos supra descripsimus, ver erat infestissimum, plurimosq̃ sustulit: æstas commodissima, paucissimiq̃ periere. autumno rursus, & sub uergilias multi interierunt τεταρταῖοι.*

Vitioso humore, qui collectus erat, in corporis profunditate retruso ab aeris frigore, quo extrema hyeme & ineunte uere erat infestus, haud iniuria maxime quidem tabidis, ut ante di-

A xit,& uero etiã alijs uere contigit perire: æstate, quę serena erat & sicca, oẽs releuari: iterũq; aere sub arcturũ in humidum uertente, merito multi toto autumno usq; ad occasum vergiliarum in fine præsentis status τεταρταῖοι i. quartani perierunt. Quædam exemplaria adscriptum habẽt τετάρτῃ i. quarto: alia τεταρταῖοι i. quartani: & quæ his sunt uetustiora, literam Δ quæ alijs literis est maior. Sunt quibus nihil est oĩno adscriptum. Qui itaq; cũ ι scribunt τετάρτῃ, hoc est quarto, quare datiuo casu esse id dictum iudicent, hoc modo interpretantur, multi die quarto perierũt: Qui sine ι, esse id additum: similem esse hunc ante expositis in primo libro vulgarium morborũ volũt, & quartum esse statũ, commemoratis scilicet cum eo tribus illius libri statibus. At quibus in exemplaribus pro quarto, Δ tantum est ascriptum, idem significatur ac quarto: quod quidem nõ aliter, atq; notæ à Pamphilo Mnemone scriptæ, symbolice uidetur positum esse: atq; hãc ueteres unam lectionem agnoscunt. Quidã qui hæc deflectere studebant, cõmutata scriptura fecerunt τεταρταῖοι, hoc est quartani: atq; hanc esse totã orationẽ statuerũt. Autumno rursus & sub vergilias multi quartani interierunt. Itaq; tantũ legit in suis exẽplaribus capito: cui tamen subesse uidetur mendacium, siue de ægrotantibus, siue de febribus accipias. Nã de ægrotantibus q dem prorsus est absurdum: † neq; enim probabile est, præsentẽ humoris statum adeo esse cõsecutos acutos morbos, ut quarto die perimerent ægros: de febribus uero uerisimile erat, tũ quoniam deustam diuturnitate crassam materiam probabile erat in melancholicũ transisse excrementum: tum ꝙ anni erat tempus autumnus. At febribus tamen uigentibus quartanis, non perijssent multi; securam etenim scimus esse per se hanc febrem, ut de ea Hippocrates dixit.

B

A.l.4.f.1.2. c.61.419.e

† [illegible]

De ijs quæ ad exitum libri sunt adscripta.

A pestilente tempestate sedecim narrat ægros ad finem usq, libri. Inde sunt adscripta q̃dã, de quibus uidetur recte Dioscorides statuere, qui vult ea statim tempestati subtexta: huncq; illis libri locum in sua editione attribuit. Itaq; ea hic nos exponemus, si prius hoc tantum dixerimus, ꝙ uidetur mihi hæc quoq; alius adscripsisse, non ipse scripsisse Hippocrates: ‖ Verum illa mihi æstas uidetur secundum rationem profuisse. Nam æstiuos morbos hyems succedens soluit: hyemales æstas insequens transmutat. Quanquàm ista per se æstas haud stabilis fuit: sed subito calida, austrina, & à uentis silens euasit: profuit tamen ad aliam tempestatem transmutata. Enimuero reuocemus ad memoriam, quæ de æstate in narranda tempestate scripsit in hæc uerba: æstas serena erat & calida, magni erant æstus: etesiæ parui dispersim spirauerunt. Quare par erat moderatiores æstate morbos esse, ex humorum, ut est dictum, ortos exuperantia, qui ineunte uere potissimum prodierunt. Quia illud frigidum humores in altum corporis repulerat: iam æstas, quæ illud squalida & calida excepit, simul & ad cutem malum traxit humorem, & digessit eius portionẽ non paucam. Quo t̃pe si Etesiæ spirassent, morborum humani corporis statũ oẽm abstersissent. Quia uerò eius supererat pars, moxq; sub Arcturum flãte Borea multum pluebat, humores qui nimis per cutem manabãt, rursus impediti sunt, & in profundũ corpus impulsi. Hinc de integro ægrotare, multiq; mori cœperunt. Hac ergo de causa ægrotantibus id t̃pis, æstas nõ nihil profuit: non quia morbos qui hyeme cœperunt, cessare sit probabile ęstate. Tametsi ita se habeat res, ut qui hyeme emerserint, æstate profligentur: & quos produxit æstas, hyeme. Aestiui siquidem & hyemales morbi intelligendi sunt, qui æstate, quę in natura sua cõstat, & hyme, præ cæteris existunt. Ita.n. in Aphorismis Hippocrates dixit: ‖ At morbi oĩbus oẽs temporibus anni & existunt & exacerbantur. Sunt tamẽ, qui certis anni temporibus præcipue emergãt, exacerbenturq;. Sub hæc, quæ uere regnãt ægritudines, quæ æstate, & autumno, hyemeq;, recẽsuit: nimirum ubi nihil in aeris tẽperamẽto innouetur. Nã si uere eodẽ die modo calor, modo algor intendat, morbos ait autumnales impendere. Neq;.n. temporum anni nomina, cæterũ temperamenta, certas morborũ formas committunt, quæ ubi uarient, non possunt nõ unà secũ morbos cõmutare. Iã uero proposita oratio morbos vult, qui hyeme extiterũt, æstate repelli, uel si uitioso sit æstas temperamẽto: cuiusmodi cũ aliqñ in Cranone fuisset, carbunculos statim excitauit. qualis si in p̃senti esset, plurimos, malorum succorum & putrescentium abũdantia aucta & iã putrefacta, peremisset. Quamobrem mendacium esse apparet, & præter Hippocratis mẽtẽ, hyemales morbos prorsus æstate discuti: cũ qui hoc ꝑposuit, nesciuerit quos uã morbos ducat Hippocrates singulis anni tẽporibus esse proprios. Nec uero ẽt est necesse, quæ post hæc deinceps ab ipso scripta sunt, hoc loco referre, cũ alibi ab ipso in uniuersum tradita sint. Quare illa omnino prætereo. Plana nanq; sunt omnia, & in libris, quos antehac enarraui, abunde de his disputaui.

Infra.t.88. 151.h

C

3. Apho. 19.Ex. ord.23.h

D

De ægris post tempestatem.

Sedecim post tẽpestatem ægros descripsit Hippocrates, qui, ut quidam censent, in ea laborauerunt: quando ipse, ubi finem facit de ijs, quæ tum acciderant, narrandi, sic dixit, omnibus τοῖς ὑπογεγραμμένοις ver erat infestissimum. Potest tamen de supra descriptis dictum esse uerbum hoc ὑπογεγραμμένοι; qui usus apud multos est. Nam sedecim hos ægros aliud tenebat morborũ genus, ac commemoratos ab eo in tempestate pestilenti. Verum quæ de his ægris prodidit, non fusam iam requirunt interpretationem, si memoria, quæ ante exposuimus, teneas. Nam omniũ propè symptomatum & signorum, quorum Hippocrates meminit in ægris, de quibus uerba

fient

fient,reliquum,quod non fit ante dictum,est nullum. Itaq; summatim percurremus ea,quæ in E
his sunt scripta:sicubi quid se offerat,quod antea non habuimus,illud solum elaboraturi.

AEGROTVS I.

72 *In Thaso Parium quendã,qui supra Dianæ adẽ decumbebat,febris corripuit acuta,primo continua, & ardẽs,in principio sitibũdus erat,& comatosus,rursusq; insomnis. Inter initia venter turbatus,urina alba. Die sexto erat oleosa urina,deiectiones biliosæ,pingues:deliravit. Septima oĩa[a] exacerbata fuerunt, nihil dormiuit,cæterũ similes erãt urinæ,& mens perturbata,ab aluo itẽ biliosa pinguiaq; reddidit. Inde die octauo parũ ex naribus stillauit,uomuit ærulenta pauca,parũ dormiuit. Nono nihil est mutatũ. Decimo cuncta fuerunt remissiora. Vndecimo sudauit,at nõ toto corpore:circumfrixit,statimq; recaluit. Duodecimo febris acuta:deiectiones biliosæ,tenues,multa:urina suspensionẽ habebat,deliravit. Septimodecimo grauiter laborauit:[a] † neq; enim uel somni,uel febris producebatur. Vigesimo undiq; sudauit,[b] insomnis,[a] deiectiones biliosæ,à cibo abhorrebat,comatosus erat. Quarto & uigesimo recidiua. Trigesimoquarto febre fuit liber,aluus nõ substitit,atq; calor redijt. Quadragesimo febre liber,[c] † aluus spatio paruo nõ substitit,à cibo abhorrebat:rursusq; leuior,rursus statim repetebat:ferculis etiam multis uitiosisq; utebatur. Circa recidiuas somni mali,deliravit:urinasq; tum reddidit crassas illas quidem, cæterum turbatas & malas:aluus astricta,rursusq; laxata:febriculæ continuæ:deiectiones multæ,tenues. Centesimo uigesimo die obijt. Erat huic aluus continenter ab initio ad finem usq; lubrica,exercuitq; biliosa,humida multa:cum subsisteret,feruidas,& inconcoctas:urinæ perpetuæ malæ:comatosus plurimum erat, cum doloribus insomnis erat,[d] † à cibo abhorrebat. Continenter ardente febre laborabat.* F

A.l.1.f.a.d.3. fu.2.c.a.32.c

A † Al. Neq; u. sõni aderant & febris intendebatur. et ita oĩno legẽdũ ẽ. uide etiã libro de comate. ca. 2. pag. 49. e

B ᵒ ἄγρυπνος i. insomnus. sed legendũ uidetur ἄπυρος i. a febre liber, cũ mox dicat, quarto & uigesimo recidiua.

C † Al. aluus nõ multo tempore substitit.

D † a cibo cõtinẽter abhorrebat. Febris ardens.

Curiose & hoc in loco rursus interpretũ q̃dã aiũt,ægri patriã nõ esse temere adiectã. Etenim dictũ esse ab Asclepiade,Parios maximũ consequi à sanguinis missione emolumentũ. Absurdũ vero sit,qñ nihil hic de sanguinis missione dixit Hippocrates,ideo ægro putare patriæ adscriptũ esse nomen. Multo iã faciunt absurdius hi interpretes,qui nunquã inuestigauerunt, cur in tãto numero ægrotũ semel Hippocrates sanguinis missionẽ meminerit, quod nos sumus cõmẽtati. Quare istis repudiatis,q̃ iuuenũ interest audiuisse,hæc referemus. Verbi gratia, quod de urina scripsit oleosa in præsente ægro sexto die. Nã quidã pinguem urinam ita censuit ab eo dictã esse,quæ liquescente pinguitudine per morbũ feruidũ & adurentem fit:non nulli colore & crassamento olei similẽ. Equidẽ talẽ sæpe urinã nullo ægri detrimento redditã conspexi, immo uero interim planè è contrario,ex morbi cõcoctione. Haud tñ est ita uisa prorsus,ut oleũ,pinguis urina. Nã ea,quam modo narraui,urina oleum & colore & crassamẽto repræsentans,minime pinguis uidetur. Et ipse autem in præsagijs Hippocrates dicit,‖Pinguitudines telis araneorũ similes innatantes esse considerandas,* nã colliquationis sunt signa. Nos uero pinguitudines fluitantes vidimus frequenter,uerũ nunquã excretam talem prorsus urinam,neq; in medio pinguia pẽdere,quo minus subsidere:nã ita est cõparatũ natura,omne pingue ut reliquis humoribus inuehatur. Ac ne in præsagijs quidẽ Hippocrates uerbum de his vrinis fecit,quamuis oĩa sit,quæ in acutos morbos cadũt,sedulo & aperte persecutus. Iam ẽt die eodẽ sexto ægrũ dicit, de quo hoc loco agimus,biliosa atq; pinguia deiecisse:quæ uidentur aperte liquanti pinguedinem febri esse consequentia. Atque uidebitur ijs,qui pinguem putant esse urinam oleosam,suffragari. Potest autem ad contrariũ etiam referri. Nã omnino Hippocrates urinas pingues diceret, † si quidem hæ quoq; oleo similes sunt. Iam cum diuersa in urinis & excremẽtis nomina usurpauerit,innuit videbitur,suam utrisq; significationem illum tribuisse. Mihi ergo probabilius uidet̃, urinas olei referẽtes colorem & crassitiem,hic oleosas dici. Explanationẽ uero utroq; modo faciã. Etenim si pinguitudinem quandam habuissent urinæ,quemadmodũ & deiectiones , sint illæ censendæ quidem prauæ,at non omnino exitiales tamen:ꝗ nõ perinde sit carnem colliquescere ac adipẽ. H Nam calor est feruentissimus, qui carnem fundit:moderatior,qui pinguedinem:nempe & colliquationes quæ per ventrẽ excernunt̃,putant omnes medici,à pinguibus deiectionibus distare. In peste quidẽ longissima nostræ ætatis,colliquationes cuncti propè excreuerunt,quidã mere fuluas,quidam moderatius,oẽs certe putidas. Verũ enimuero eæ excretiones lethales sunt, nec tempus perferunt. Parius aũt hic uiginti dies ultra centum ægrotauit, idq; cum malam haberet rationem uictus. Nam ipse de eo Hippocrates scripsit,& ferculis etiã multis uitiatisq; utebatur,quo est factum,ut pinguem urinam redderet die sexto & proximis. Nõ erat ergo eũ cito mori necesse. Quòd si non fuit pinguis urina,sed olei colore & crassitie assimilis,ut ab urina oĩno,erat ẽt probabilius hoĩem non moriturũ. Sed qđ in eiusmodi obseruaui urinis, rẽ multo utilissimã,iã ꝓferã. Nã ut nõ est ipsum oleũ exquisite unius neq; coloris,neq; crassitudinis, sic nec oleosa urina:pallida q̃dẽ oĩno existens,sed aut plus aut minus. Quicquid igit̃ ipsius ad cãdidiorẽ tẽdit colorẽ,exoluto colore pallido,humorũ denotat cruditatẽ:quod uero uehemẽter pallidum est,ut ad flauum accedat,biliosum calorẽ. Periculum igitur his urinis non ob malignitatẽ subest,sed ob uim febris. Eorũ aliqui,si reliqua sunt cũcta salubria,breui iudicãtur. Nihil habet ergo admirationis,si in talibus urinis quis longo tẽpore morbũ traxerit,utro modo oleosas accipias.

In Prog. cõ.2.t. 35.4 201.c

** Al. damnandas.*

† Al. εἴπερ ἦν κατ' αὐτὸν ἐλαίῳ παραπλήσια, idest si quidẽ ex eius opinione essent oleo similes.

A cipias. Non enim sunt illæ quidē salubres vrinæ, nō tamen magnopere perniciosæ. Porrò ex ijs, q̄ in exitu scripsit historiæ, prauitas humorū quædā tenebat Pariū biliosa, & uentris iecinorisq; extinguebatur facultas. Nā ubi finē imponit his narrādis, quæ illi acciderunt, scripsit, perpetuo vsq; ab initio turbatam aluum fuisse deiectionibus biliosis & humidis: interim etiam sup pressā fuisse, feruentibus inconcoctisq; deiectis. Hinc tibi humorum, qui morbū induxerunt, liquet uitiū. Itidē ex eo, q̄ toto ferè morbo comatosus fuit & in somnis. Iā q̄ extinguebatur naturalis falcultas, eius signū propriū est ipsa, q̄ in morbo euenit, inappetentia. Neque enim latet, Hippocratē ἀποσίτους, more antiquorū Grçcorum, eos, qui appetentia carent, appellare. Atqui videtur imbecilla fuisse natura, quæ iudicium sæpe moliretur, nihil tn̄ proficeret, sed morbo esset inferior: huc accessit malus hominis uictus, qui quidē nō leue affert ad exitium momentum. At uerò dierum decretoriorū ratio exactè, & hic obseruata videtur. Omnes enim decretorij motus, & recidiuæ in hosce dies ægro inciderunt. Etenim undecimi meminit, & quartidecimi, à quo decimi & septimi, postea uigesimi, & vigesimiquarti, & trigesimiquarti, atq; quadragesimi, postremi omniū cētesimiuigesimi, quo defunctū esse hominem ait. Quod verò dixi ante, nō pteribo hic. Si q̄s errores interpretū huius libri refutet, in crimē incidet loquacitatis. Itaq; ut illic quędā
B sum exempli gratia referre compulsus, ita hoc loco faciam. Sabinus ergo quid de ægri patria attulit, supra indicaui: Quæ verò de oleosa ille urina, hoc loco cōmemorabo: nō parū .n. refert hu
« iusce rei consideratio. Itaq; de ea in hæc uerba scribit: Oleosum igitur sunt qui bilē dicant esse,
« uerū nō est bilis, q̄nquidē nō ita esset perniciosum: nam bilis frequenter exit, neq; offendit quic
« quam. Alij neruorū, ossium, & chartilaginū dicunt liquationem esse, huius enim coloris oīa hęc
« esse. Sed falluntur ij, qui colorem oleosum ossibus ferunt & chartilaginibus, neruisq; esse similē:
« neq; enim tanta fuisset uitæ protractio solidis partibus marcescentibus. Vigesimo enim die su-
« pra centesimum uita excessit, neque perijt quisquam tali urina reddita. An uerò propterea po
« tius hic est æger descriptus, ut ideo ostendat, oleosa reddita urina nullā esse mortis expectatio-
« nē, sed aliquādiu sustinere potuisse acuitatem, deinde mortuū esse, itaq; salutis spem fuisse nullā
« superata morbi acuitate: Hic pdictis Sabinus mox adiūgit. Quid est ergo oleosum? Vt oleū ignē
« externū alit, ita nostræ naturæ, quæ assimilis est igni, alimentum est coctorum ciborum adeps.
« Proinde oleosa vrina nutrimentum est naturæ: ostenditq; naturam cibum non sentire, ideoq; iā
« interijsse, quia non nutritur natura. Lōgus uerò hic morbus iure erat, q̄ pars tantum detraheretur, non uniuersum naturæ alimentum. Hæc uerba sunt Sabini, cuius est sententia: Quemadmo-
C dum externus hic ignis oleo nutritur, sic insitum nobis calidum: itaq; aliquando oleum est ijs ex usu, qui corpus recuperare volunt. Ad hæc, ut colore & crassitie sit similis oleosa vrina oleo, non pinguitudine tamen, uel olfactu, uel gustu. Quare mireris sane hos, qui cum aliena male reprehendant, sua placita nullo iudicio literis produnt.

AEGROTVS II.

73 *Mulier quadam, quæ apud Frigidam aquam in Thaso ægrotabat, postquam filiam peperisset, nec esset purgata, tertio à partu die febre correpta est, acuta, horrida. Multo tamen ante partum febriculosa decubuerat, cibumq; fastidierat. Vt riguisset, febres fuerūt cōtinuæ, acuta, horrida. Die octauo, proximisque diebus multum delirauit, redijtq; statim ad mentē, aluus turbata multis tenuibus & aquosa bile mistis: non sitiebat. Vndecimo mentis erat compos, sed erat comatosa: urina multa, tenues, & nigra: insomnis erat. Vigesimo aliquantum circumfrixit, statimq; recaluit, non nihil delirabat, insomnis erat, aluus*
D *eadem erat: urina aquosa, & multa, mala. Vigesimaseptimo febre uacabat, substitit aluus: non multo post dextra coxendix grauiter diu doluit: febres rursus comitabantur, & urinę aquosa. Quadragesimo coxendicis dolor remissus fuit: tusses uerò assiduæ, humidæ, multę: aluus est repressa, cibum fastidiebat, in urinis nihil est innouatum: at febres uerò omnino non intermittebant, erraticæ, nunc accedebant, nunc non. Sexagesimo tusses sine signis euanuerunt: neque ulla enim sputorum erat concoctio, nec alius consuetus abscessus: dextra maxilla detracta est, comatosa, iterum delirauit, statimq; resipuit, sed ad cibos auerso animo se habuit, maxilla ad locum suum redijt: aluus biliosa, pauca reddidit: acutius febricitauit, inhorruit: sequentibusque diebus obmutuit, redijtque ad mentem, & est locuta. octogesimo obijt. Vrina huius perpetuo nigra erant tennesque & aquosa: comaque consequebatur: *cibum non sumebat: animo erat deiecto,* *ἄσιτοι. sed in antiquis ἀπόσιτοι. i. cibum fastidiebat.
insomnis, iracunda, implacida, animo melancholico.

Annotandum puto, qui factum sit, vt nihil de hoc, apud frigidam aquam, Sabinus dixerit: cū ille dicere posset, hac de re mulierculam refrigeratam in valetudinem incurrisse. Nam hoc multo erat probabilius ijs, quæ in Parium sunt dicta, & in eum qui in horto decumbebat, & q̄ ppe ædem Dianæ, eumq; qui propter nouum murum habitabat. Itaq; uidebitur, suppressa à partu purgatione, incidisse mulier in morbū: quippe menstruorum suppressio offendit, tn̄ nō perinde, ut si à partu supprimantur, officit: q̄ nō abundantiam modo, sed insignem etiam humorum pa-
A.l.1.d.f.c.1. 10.a riat prauitatem. Nam ' meliorem sanguinem ad se fœtus nutrimenti causa alliciens, reliquensq; deteriorē, causa est ut pgnātes prauis humoribus impleantur, quos à partu euacuat natura. Quod cum maiores animaduertissent, λοχίων κάθαρσιν, id est puerperarum à partu uacuationem, excretionem

tionẽ ſanguinis vocitauerunt. Eſt uerò etiã menſtrua vacuatio, nõ ſolũ vacuatio, ſed purgatio: E verũ non eſt æquabilis tñ multitudo nitioſorum humorum, neq; pari ſpatio menſtruis circuitibus congeritur, quanta dũ partũ gerit. In uniuerſum uerò melancholicus apparet ſanguis, quẽ à puerperio euacuant. Proinde etiã cõſpiciuntur urinæ omnibus infectæ eſſe, ut ſi fuligo q̃piam in eas incidiſſet. Quod utiq; Hippocrates & de hac ſcripſit muliere: undecimo die dicens, urinæ multæ, tenues, nigræ. Equidẽ quandam noui, q̃ talibus urinis magna copia euacuatis, auxilium percepit. Aliàs non eſt huic talis euacuata, nã in aquoſas cõuerſæ ſunt ei urinæ multæ, tenues, nigræ. Quare in uigeſimi diei ſcriptũ eſt narratione, urinæ aquoſæ, multæ, malæ, poſtea quadrageſimo die, in urinis nihil eſt innouatũ. Quin nec aliã eſt illa uacuationẽ cõſecuta, nec abſceſſum. Itaq; poſtquã diu laboraſſet, octogeſimo die obijt. Nã ipſe ſic Hippocrates ſcripſit. Neq;.n. vlla ſputorũ erat cõcoctio: nec alius ſolitus abſceſſus: licet ſtuderet illico natura redũdantiã ad coxẽdicẽ deponere, ſed hæc uideẽ reciprocata: nã ille dicit, quadrageſimo coxẽdicis dolor remiſſus eſt: tuſſes uerò aſſiduæ, humidæ. Enim uerò ſæpius iã audiuimus, ꝙ thoraci cõſortiũ cũ genitalibus ſit. Habes eotũ, q̃ huic mulieri acciderũt capita. De ijs uerò, q̃ in propoſia oratione ſunt ſeparatim ſcripta, alui excremẽta ὑδατόχολα, quidã ꝑ χ & λ ſcribũt, q̃dã ꝑ χο & λ: atq; eſſe illa quidem tenuia, ut aqua eſt (nã tenue utrunq; nomen indicat) cæterum colore diuerſo: ὑδατόχλοα τῆς χλόης i. graminis, reddere colorem, ὑδατόχολα τῆς χολῆς id eſt bilis. F Iã tertia etiam ſcriptura eſt per χ & ρ, ὕδατος χρόα id eſt aquæ color, quæ nec in antiquis & fidelibus exemplaribus, reperitur, eſtq; planè mendoſa. Nã aquoſæ urinæ ex nominis argumento & materiam repreſentant tenuem, & colorem aliũ. Porrò in hiſtoria huius ægræ Hippocrates eſt affectata quadam abuſus dictione alioqui clariſſime hoc libro omnia locutus. Scripſit ergo dictionẽ in hunc modum, πρὸς δὲ τὰ γεύματα ἀπονενοημένως εἶχεν, hoc eſt, ſed ad cibos auerſo animo ſe habuit, maximo appetitus defectu, & eorum odio ex uoce illa indicato: quod ſignum eſſe prauum, frequenter eſt dictum. Operæpretium eſt autem mirari, cur nihil Sabinus de notis cuiq; ægro ſubditis dixerit: de quibus quia ſecundo commentario ſatis diſputaui, nihil eſt etiam quòd hic de eis faciam mentionem. Atqui ille in ſingulis ægris inſtituit, & detegere conatur interpretum ineptias.

AEGROTVS III.

74 *In Thaſo Pythionẽ, qui ſupra Herculis fanum decumbebat, ex laboribus, laſsitudinibus, parum habita victus ratione, magnus cepit rigor, & febris acuta: Lingua inaruis, ſitibundus erat, bilioſus, non dormiuit: urina ſubnigra, ſuſpenſio ſublimis, non ſubſidebat. Altero die ſub meridiem extrema partes frigebant, præter cæteras manus & caput: obmutuit, uoce defectus eſt, diu breuiſpirus, redijt: Nocte quieuit,* G *circa caput modicum ſudauit. Die tertio interdiu quieuit: neſperi ſub Solis occaſum aliquantum frixit, turbatio: Nox laborioſa fuit, nihil dormiuit: ab aluo pauca, compacta ſtercora deſcenderunt: Quarto mane quieuit: ad meridiem omnia irritata ſunt, frigus, mutus, ſine uoce, in deterius, calor redijt: poſt paulo urinas nigras cum ſuſpenſione reddidit: nocte placide dormiuit. Quinto releuatus uiſus eſt eſſe, uentrẽ tamen cum dolore grauitas tenuit, ſitibundus: Noctem laborioſam habuit. Sexto mane quieuit: Ad ueſperũ dolores increuerunt, exacerbatus eſt: ueſperi indito Clyſtere commode aluus reddidit: nocte dormiuit. Septimo die faſtidioſus, implacidior erat, oleoſum minxit: nocte eſt multum turbatus, delirabat, nihil dormiebat. Octauo mane aliquantum dormiuit, moxq; frigus eum cepit, ac uox eum defecit: ſpiritus exilis et imminutus: Veſperi rurſus calor redijt, delirauit: Iam antelucano aliquanto leuius habuit: deiectiones mera, pauca, bilioſa.† nono cum excitaretur, comatoſus erat, ʒ non ualde ſitibundus, ſub Solis occaſum grauiter tulit, delirauit· noctem incommodam habuit. Decimo mane ſine uoce, multum frigus, febris acuta, multus ſudor, obijt. diebus huic paribus labores.*

† Al. Nono comatoſus erat, faſtidioſus cum excitabatur, uide et lib. de comate cap. 2. pag. 49. g

Vel huius offendẽs omnia ab initio ſymptomata & ſigna lethalia fuiſſe, & acceſſiones dieb⁹ paribus, ut ipſe indicauit Hippocrates, cũ in decimi diei narratione, quo obijſſe illum dicit, addidit, diebus huic paribus labores, etenim mortem generale iudicij ſignificatum amplectitur, ut H eſt oſtenſum. Iam ſeruatum in hoc etiam eſt ægro, ut iudicia ijs eſſent ferè diebus, quibus grauiores labores: nã cũ in dies pares inciderent, mors quoq; in die eſt conſecuta pari. Porrò in narratione ſymptomatũ huius duo ſunt, quæ interpretem requirunt, quorum in reſpitatione eſt alterum. Nam, βραχύπνους ideſt breuiſpirus, eſt in diei ſecundi expoſitione ſcriptus: & ſpiritus exilis imminutusque in octaui enarratione. Didiciſti autem tum in primo de dyſpnœa commentario, tum ſecundo in præſagia (ubi hanc dictionem ſumus interpretati: Spiritus ſi frequens ſit dolorem ſignificat, uel inflammationem ſupra ſeptum tranſuerſum) paruum eſſe quendam pariter » & rarum ſpiritum, qui cum refrigeratur, & emoritur iam uitalis facultas, fit: quod ſyptomate » quodam ſeparabili indicauit, hiſce uerbis: Si frigidum è naribus & ore expiretur, exitiale iam eſt admodum. Eundem puta eum hic dixiſſe, ſecundo die breuem, octauo exilem & imminutũ. » Nam quidam eſt alius præterea ſpiritus breuis ſimul & frequens dolorem denotans, ut demonſtrauimus, aut in reſpiratorijs partibus, aut illorum uicinis. Verum ambos ſi inter ſe compares, pauciorem multo foris aerem attrahi intrò in altero offendes, quem paruum ſimul & rarum dixit fieri. Nam frequentia ſi ad breuitatem accedat, aſſiduitate defectum cuiuſq; inſpirationis reſarcit,

A.l.1. f.2. d 3. ſu.2. c.2. 52. a

In Prog. con. 1. t.24 + 194. h

Ibidem

A farcit, ut qui assidue bibunt modicum: siquidem hos βραχυπότους id est modicum potantes, appellabis, qui & parum bibunt, & magno interiecto spatio. Nam si parũ quis & assidue bibat, hũc simpliciter non βραχύποτον † sed μετὰ βραχὺ πίνοντα. i. paulatim bibentem, appellaueris. Haud aliter qui proprie breuispirus uocatur, quoties spiritum trahit, non paruum tantum, uerum etiam interuallo lógo interposito externum per guttur aerem attrahit. Quęras ergo fortassis cur cum Hippocrates primo die febrem prędixerit acutam fuisse, altero die hominem breuispirum fuisse dixerit: nam nos in uehementibus febribus demonstrauimus magnum spiritum & frequentẽ esse. Respondemus, Primo quidem die calorem per putrescentes humores succẽsum febrilẽ, ipsum quidẽ digestũ esse, relictum uerò natiuum tãtum adeo iam infirmum, ut iam prius extingueretur, q̃ febrilis de integro accenderetur calor, ueluti feruefactis, qui computrescerẽt, succis: Alterũ uerò diẽ frigoris dominantis attulisse signum. Cuius quidem est maxima demonstratio, q̃ breuispirum dicat, tum hominem fuisse, & frixisse. Nam de secũdo die ita scribit, altero die sub meridiẽ extremæ partes frigebant, præter cæteras manus & caput, mutus, uoce defectus, diu breuispirus. Rursus de octauo die hæc tradit, octauo mane aliquantum dormiuit, moxq; frigus cœpit, & uox eũ defecit, spiritus exilis & imminutus: Vbi mihi hoc quoq; attende: Cum est re-

B frigeratus, unà cũ uitiata respiratione, uoce se eum defectũ dicit, qđ solet ẽt interim extinctionẽ naturæ comitari. In quarto die cũ scribit, frigus, mutus, sine uoce, in deterius, ostendit, adiecto, in deterius, etiam breuispirũ illũ fuisse. Reliquũ ergo est, hic ut declaremus cur post ἄναυδος. i. mutus addiderit, uoce defectus. Cuius hæc est ratio. Sermonẽ (græce αὐδὴν) nec oẽ qđ auditu ꝓprie sentitur, antiqui uocare uoluerunt: nec illud species eius sit sola, quod de industria per animantis emittitur os, in quo continetur fletus, sibilus, luctus, tussis; & id genus alia: sed unam hominis uocẽ, qua ĩter nos cõlloquimur, sermonẽ (gręce αὐδὴν) nominant. Itaq; ẽt Poeta, ubi suos equos alloquentem inducit Achillem, ibi alterum eorum ait respondisse lingua humana. Inquit enim,

Αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη, id est.

Hunc regina loqui fecit dea candida Iuno.

Nõ ꝙ antea uoce careret, neq; cõmunẽ equorum uocem haberet, cæterum ꝙ nõ illã, quẽ sermonẽ (græce αὐδὴν) appellant. Sic Deã dicit loqui, q̃ humana uteretur lingua: quòd eam etiam humana esse forma ferant, cum dij eius figuræ omnes non sint. Nam Sol planè & Luna, reliquaque sidera longius ab humana forma recesserunt. Vnde etiam Hippocrates obmutuisse quidem dixit, quòd loqui non ualeret: uoce defectum esse, quòd nec lugere, nec clamare: quod certe mul-

C to liquet esse deterius, quàm obmutuisse: Nam quibus sola est resoluta lingua, possunt interdũ clamare altissime, tamen loqui non ualent: qui sine uocem quidem mittere queant extremæ est hoc extinctionis facultatis signum: ubi, qui eo in statu sunt, neq; lugent, neque gemunt, neque sonare omnino possunt. Sabinus, ita ut alij, qui nullam omnino habet uocem, hunc arbitratur mutũ esse dictum: uoce uerò defectum perinde ab Hippocrate ait scriptum esse, ac attonitum: quasi uerò ita affectum, attonitum uocare non potuisset. Atqui nec reliqua, quæ in hoc sunt affectu dicta, consentiunt, præsentem ægrotum attonitum fuisse.

AEGROTVS IIII.

75 *Phreniticus primo, quo decubuit die, uirulenta uomuit, & multa, & tenuia: febris horrida: copiosus sudor, assiduus toto corpore: capitis & colli dolorifica grauitas: urinæ tenues suspensiones paruæ dispersæ, non residebant: aluus stercus affatim reddidit: multum delirauit, nihil dormiuit. Postridie mane uocem amisit, febris acuta, sudauit, non intermisit, palpitationes per totum corpus: nocte conuulsiones. Tertio die cuncta exacerbata sunt: † defunctus est.*

D Acutissimæ phrenitidis hic æger est exemplum, primo statim die vnà cum febre incessentis. Omnesque certe uidimus, qui quidem ita phrenitide perciti essent, intra septimum diem mortuos esse: Perpauci, hiq; rari, hunc superarunt. Est uerò eorum morborum admirãda generatio, quò nam pacto in commode ualentes subito inuadat. Neque enim sicuti ipsorũ generatio subita est, ita & generationis causa, ut si medicamentum homo lethale sumpsisset, uel bestia cum uirulentissima momordisset: sed pedetentim in corpore causæ, q̃ sunt excitandis huiuscemodi malis, crescunt: quod morsis usu uenit, à rabidis canibus. Nam apertum est, quòd canis uenenũ (licet in morsis non ocietur nec cõquiescat) nullam sui ipsius notam prodit multis interim proximis mensibus: Subito autẽ illis, cum uiderint aquam, formido incessit, posteaq; breui moriunt. Longo enim tempore causa, quæ rabiem efficit, augetur: quæ ubi eò tandem peruenerit, mortẽ affert repentinam. Item in hac phrenitide uitiosus in corpore humor coaceruatus fuit, ueneno lethali assimilis, in corporibus uicinis aliquid paulatim agẽs: quæ quando uitio iã aliquo pacto opportuna erant, humorque ipse euaserat malignissimus, lethale repente apparuit symptoma. Nãq; sic phreniticus initio statim uomuit uirulẽta: quod febribus adurẽtibus ferè est cõsequẽs. Itaq;, ut ueneno epoto lethali quidã postridie uel tertio die moriuntur, qualitate eius, nõ copia mortẽ afferente, & item hic quoq; æger statim tertio die cẽsendus est obijsse, à qualitate succorũ uirulẽtorũ, nõ à phrenitide, perẽptus: at phrenitis illũ cẽ subsecuta, symptomatis uice. Equidem

† Cod. non nulli græci habent ἀλλὰ συνεχῶς τι καὶ βραχὺ πίνοντα. i. sed assidue, & parum bibentem. Alij ἀλλὰ κατὰ βραχὺ πίνοντα. i. sed paulatim bibentem.

† Est quidem in oĩbus Hippocratis quos uiderim, quarto defunctus est. Galenus tamẽ in commẽto uidetur legisse, tertio.

dem quarto die & quinto acuta à primo statim correptos phrenitide uidi exanimatos esse, tertio non uidi: sic nec uigesimum diem attigisse. Quare hunc uidetur Hippocrates ut velocissime peremptum ob oculos nobis proponere: & alterum paulo post, qui præter omnium expectationem uitam prodixit. de quo suo loco disseremus. E

AEGROTVS V.

76 *Larissæ caluo dextrum femur doluit repente: nihil ex ijs, quæ offerebantur, iuuabat. Primo die febris acuta, ardens† paulatim, neque comitabantur dolores. Altero die femoris remissi sunt dolores, febris uerò increuit, implacidior erat, non dormiebat, extremæ partes frigidæ: multa urina, neque ea bona reddebatur. Tertio femur desijt dolere, mentis alienatio & turbatio, multumq́; sese iactauit. Quarto ad meridiem perijt. Acutum.*

† Aliqui cod. græci post dictionem ardēs interpūgūt postea sequitur ἀτρεμέως εἶχεν οἱ δὲ πόνοι παρῆσαν τοι, quiete se habuit, neque rum dolores comitabantur.

Hoc lecto ægro, si quidē animū dictis diligenter nō aduertas, in quouis dolore timidus eris: si uerò diligenter attēderis, nō precipitanter timidus eri, sneq; temere securus. Sed si qua forte pars doleat primum, nunquid ob externā quandam causam dolor euenerit, animaduertas. Nāque in motibus quibusdā imprudētes quidā læsi sunt: & dormiendo qui minus cōmode partē aliquā cōposuerint: in conuertendoq; & cōtorquēdo subito, partes rigentes, & ante refrigeratæ, cōuulsionibusq; & elisionibus correptæ, dolores maximos creant. Et uero rupturæ etiam quibusdā dolorē afferunt, præ cæteris, qui sicco sunt temperamēto, atq; adeo magis si inclinata ætate, uel senes sint. Quòd si nulla talis doloris uideatur causa esse, proximū est cōsiderare, q̄ præcesserit ratio uictus, ecquid ignauior præter institutū sit, aut eibo sit homo pleniore vsus magni nutrimenti, aut solitæ illi excretiones substiterint. Nā siquid tale sit, aut si oīno plenitudo causā doloris antegressa uidetur, q̄ primū hoīem uacuato: tum.n. securissime fluxiones reprimētia partibus dolentibus applicueris. Nā si ante vacuationem id tentes, humorum abundantiā ad maxime principes partes retorquebis. Immo ne calefacere quidē & lenire ante corporis vacuationē partes dolentes licet: nam sepe ad partem affectā omnino ob ea remedia allicitur humorum affluentia. Ita alterū homini discrimen accedit, ubi nimium fit inflammata pars. Etenim etiam ipse, ut iā nosti, verba fecit de istis abscessibus, quorū aut capax pars non fit, aut si sit, nō ferat. Sin nulla ex pcedente victus genere esse affluentia in corpore appareat, remedijs ad dolorem facientibus tutò utaris licet, fomentisq;, ac medicamentis humidis, & calidis facultate, quorū in commentarijs de medicamentis materiā didicisti. Qui si his nō cedat, relinquitur ut totū corpus uacuet. Etenim sæpenumero in eo abundantia paulatim est coaceruata, ubi apud se ciborum homo nō animaduertat neq; quātitatē, neq; qualitatē. Aliqñ uerò et cutis se ipsa dēsior reddita ab aliquibus causis hominē idiotam latētibus, pspirationē cohibens, causa euasit plethoricæ affectionis. Quare dolorē si remedia non sedent, æger primo quoq; tempore est uacuandus. Ego uerò in caluo hoc certe, detractus ei sanguis sit, nec ne, non habeo conijcere. Nam quatenus dicit Hippocrates nihil ex ijs quæ offerebantur, iuuabat, possit aliquis dicere, inter ea quæ offeranī, Hippocratē sanguinis missionē cōmemorasse. Alius dicat nō esse de oblatis illi auxilijs: uerū quæ mente excidit, in quatuorq; diebus obijt, relicta auxilia esse. Porrò ad finem in exemplaribus cōcinnatis, tū huic ægro, tū proximo, est adscriptum primum quidem, acutum, deinde uerò notæ illæ de quibus ut dixi, prudenter Sabinus nihil dixit. At Zeuxis in unoquoq; ægros malos interpretes reprehendit. Nobis uerò adscriptitia illa præsenti sermone uisum fuit præterire. Scribam enim, si uisum fuerit, ijs, qui in istis libenter curiosi sunt, separatim integrum librum, vbi de notis cuique additis ægro sermo habebitur, In præsenti utilibus admiscere non decet inutilia. F G

AEGROTVS VI.

77 *Periclem Abderæ febris corripuit. Acuta, continua cum dolore: multum sitiebat, fastidiosus erat potum non poterat continere, erat sublienosus, grauatoq́; capite. Primo die ex sinistra nare sanguis erupit *multus, tamen febris increscebat: minxit multum, turbatum, album: reposita urina non considebat. Secundo die omnia exacerbata sunt: ac urinæ crassa quidem erant, uerum magis subsidebant: fastidium leuatum est, dormiuit. Tertio febris emollita fuit: urina multa & concocta, in quibus multum subsidebat: Nocte quieuit. Quarto circa meridiem sudor prærupit toto corpore multus & calidus: sine febre iudicatus est, neque redijt: Acutum.* H

** Est quidē in græcis inmersis, & in manu scriptis, quos uiderim, πολὺς μὲν τοι ὁ πυρετὸς &c. i. multa tamē febris &c. Galenus tamen uidetur le isse πολὺ, & uertisse ad sanguinem.*

Exemplū hic æger est acutissimi morbi, horrendi illius quidem rudibus, cæterum breui iudicandi, prudentibus. Nam cum sublienoso primo statim die de sinistra nare copiosus erupisset sanguis: urinæ item crassæ essent, & non consisterent, & albo colore essent: tum altero die consisterent: melior erat de ægro spes. Ad hæc, ubi secundo die hominem fastidium reliquisset, & dormiuisset, certior iam breui fore hominem incolumem spes erat. At postquàm tertio die essent optimæ & copiosissimæ urinæ, clarum iam erat quarto die liberatum hominem iri morbo.

† ἐπὶ τῶν εἰσόδου Δ ... ἱερῶ οἶδ. i. in sacraria. parum tamen hoc refert.

AEGROTVS VII.

78 *Abderæ uriginē, quæ† in uestibulo templi decumbebat, febris cepit acuta & ardens: siticulosa erat,* &

A *& insomnis: menses autem ei primum profluxerunt. Eam sexta die multum cepit fastidium, rubuit † colore phœniceo, languebat. Septimo die eadē erant: urina tenues, sed boni coloris; uenter non uexabat. Octauo surditas, febris acuta, insomnis, fastidiosa, horrebatq́; mētis erat compos, urina similes. Nono nihil est mutatum, nec proximis diebus: mansit item surditas. Quartodecimo mens perturbata fuit, febris remissior. Septimadecimo multum fluxit ex naribus, surditas est non nihil imminuta. Sequentibus diebus eam fastidium surditasq́; tenebant, eratq́; delira. Vigesimo ei pedes dolebant, surditas & delirium eam deseruerunt, aliquantum è naribus erupit, sudauit, febre fuit liberata. Quarto & uigesimo repetijt rediJt surditas, pedes assidue dolebant, mente excidit: Vigesimoseptimo multum sudauit, febre caruit, surditas eam reliquit; restabat pedum dolor, catera fuit exacte iudicata.*

† Al. horrebat.

Ex humorum hæc abundantia uidetur ægrotasse; & quantum portendebant prima symptomata, mortem certe huic timeres. Sed bonus urinarum color in ijs, qui humorum copia laborāt, maximum est signum: quæ quia crassæ non erant, fore lōginquiorē morbum denunciabāt. Porrò ut in omnibus ægris, & ita etiam uidentur hic seruati decretoriorum dierum esse circuitus. Iam natura quoque in hac, decretoria signa & symptomata uidetur prætulisse.

AEGROTVS VIII.

B 79 *Abderæ Anaxion, qui ad Thracias partas decumbebat, in febrem acutam incidit: Dextri lateris assiduus eum dolor cruciabat, tussim habebat aridam, neq; primis diebus expuit: sitibundus erat, & insomnis: urina boni coloris, multæ, & tenues. Sexto die delirabat, & fotibus nihil remittebatur. Septimo magis laborabat: quippe febris intendebatur, nec imminuebantur dolores, simulq́; tusses infestabant, difficulter etiam spirabat. Octauo cubitum secui, multum, ut debebat, effluebat: leniores ibi euaserunt dolores, sed tusses aridæ permanebāt. Vndecimo febres fuerunt mitiores, aliquantum circa caput sudauit, etiamnum tusses durabāt, & quæ à pulmone exibant, liquidiora erant. Decimo, & septimo cœpit pauca concocta expuere, * leuatus* est. Vigesimo sudauit, febre liberatus est: à iudicia rectius habuit, siticulosus uerò erat, & à pulmone non bonæ purgationes. Vigesimoseptima rediJt febris, tussijt, multa excreauit concocta, in urina multa subsidebant alba, desiit sitire, * dormiuit. Trigesimoquarto toto sudauit corpore, cessauit febris, in totum est iudicatus.*

A * In antiquis codicibus græcis, quos uiderim, non habetur hæc dictio, leuatus ē. Nec ēt ī com. 12 primi aph. nec in 1. de crisibus pag. 18. dictio hæc examinatur, quāuis in quibusdam contextibus illic legatur. Addūtur præterea hoc ī loco in cod. græcis post dictionem leuatus ē, siticulosus uerò erat, et a pulmone bonæ purgationes. quæ tamen a Gal. lib. de crisibus referuntur ad uigesimum, & ēt in lib. apho.

In hoc uno, ægrorum primo & tertio libro descriptorum, de sanguinis missione Hippocrates fecit mentionem, nō ut solo, cui sanguinē misisset, sed ut octauo die solo. Nam tum etiam medici quasi lege certa, ultra quartum diem uenam nō secabant. Quando igit̄ huic octauo die missus sanguis est, multo certe plures censeas sanguinis missionē requirentes, secūdo, tertio, quarto die

C auxilio hoc esse usos. Reticuit aūt Hippocrates, sicut remedia alia oīa: tamē necesse interdū habuit scribere, nihil eos ab ijs, quæ offerebantur, adiutos fuisse, ut malignitatē suggereret morbi: neq;.n. lucubrationem hic curationis instituit, sed præsagitionis conscribere. Nō nullis etiam ęgris uidetur non fuisse ab initio pręsto: quare adscribit interim, Huic perpetuo, postquā ego ipsum uidi, hoc & hoc accidit exacte. Ego verò ignorantibus, † etiam horū ægrorum libro primo De iudicijs pręscripsi usum: vbi quo modo incōcoctum exquisite morbum cognoscas: quo modo eum, qui iam primum maturescit: quo pacto, qui progreditur in concoctione: quemadmodum qui iam perfectæ concoctioni proximus est: dilucide studui ostendere. Ideoque Anaxion hic, dū semper tussiret, nihilq; planè expueret, inconcoctissima conflictabatur pleuritide, Cum uerò die undecimo expuere cœpisset, morbum significauit concoqui: deiode pedetentim tempore progrediente, ita scripsit Hippocrates, in uigesimoseptimo die multa excreauit cōcocta, in urina multa subsidebant alba. Quam ob rem trigesimoquarto est prorsus iudicatus.

B * ὕπνος. sed Galenus cod. & in aphorismis, & in libro de crisibus habet εὔπνους, i. bene spirans.

C † Al. ex antiquis καὶ ἡ κατὰ τούτων τὸν ἀρ[illegible] ... &c. i. & quæ utilitas ex hoc ægroto capiatur, ostēdi lib. 1. de crisibus.

AEGROTVS IX.

D 80 *Abderæ Heropyto caput dolebat, nec decumbebat, quod tamen fecit paulo post. Hic ad superiorem uiam habitabat. Captus est febre ardente, & acuta. Primo uomuit multa biliosa: sitibundus, multum implacidus: urina tenues, nigra, suspensio sublimis interdum, interdum non: noctem habuit laboriosam: febris alias aliter exacerbabatur, sed ferè inordinate. Circa diem quartumdecimum surditas, febres creuerunt, urinæ eadem fuerunt, uigesimo multa delirauit, itemq́; sequentibus diebus. Quadragesima multū ex naribus sanguinis erupit, menteq́; constitit magis: surdus quidem, sed non perinde fuit: febres fuerunt remissæ. Proximis diebus crebro ex naribus sanguis & paulatim erupit. Circa diem sexagesimum è naribus quidē substiterunt eruptiones, sed dextera coxendix admodum dolebat, febresq́; increuerunt. Haud multo post partes inferiores omnes dolebant, fiebat autem, ut uel febres maiores essent, maiorq́; surditas: uel hæ quidem remitterentur, alleuareturq;, uerum partes inferiores ad coxendices sita uehementius dolerent. Iam uerò circa diem octogesimum cuncta remissa sunt, nihil tamen destitit: etenim urinæ boni coloris, & copiosiores subsidentias habētes exierunt, deliriaque imminuta sunt. Circa diem centesimum aluus fuit turbata multis biliosis, durabantq; diu multa talia, deinde dysenterica cum dolore. Reliqua leuia fuerunt. In summa febres eum reliquerunt, discessitque surditas. * Centesimo est absolute iudicatus. Febris ardens.*

D * Al. centesimo, & uigesimo, vide etiam lib. 2. de dieb. decr. cap. 4. el. 4. pag. 153. a

Hic uir memoratu dignus est, qui morbū grauem uirium robore excepit, alioqui tanto morbo futurus impar. Et omnino pulsibus eius inerat robur, simulque reliqua omnia secundum naturam

turam constabat. Dixi uerò & alibi Hippocratem prætermisiisse hanc partem in febricitantibus E
præsagitionis. Iam & respiratio uidetur, & appetitus laboranti inculpatus fuisse: quæ magni sunt ut ille ipse docuit, ad salutem, ponderis. At febris primo quidem acuta inuasit, uerum eius postea est acuitas retusa. De qua scripsit Hippocrates: febris aliâs aliter exacerbabat, sed ferè inordinate. Vnũ uerò habebat æger periculosum signum, urinarum tenuitatem, & nigritiẽ. Vnde natura uix longo tempore morbum debellauit, sanguinis concitata eruptione die quadragesimo ex decretorijs uno, coxendicisq; dolore, & omnium inferiorum partium, postea creato: Nempe enim magni morbi etiam quærunt, quę iudicent se, egregia. At neq; hoc planè est discussus morbus: sed circa diem octogesimum signa eluxerunt ex urinis eius maturationis: postea usque ad *centesimum diem paulatim concoctus, omnino est profligatus.

AEGROTVS X.

81 *Abderæ Nicodemum ex uenere & potu corripuit febris. Initio fastidiosus erat, cor ei dolebat, erat siticulosus, lingua exusta: urinæ tenues, ac nigræ. Postridie febris exacerbata est, horrebat, fastidiosus erat, nõ dormiuit: uomuit biliosa, flaua: urinæ similes: noctem quietam duxit, dormiuit. Tertio die sunt cuncta relaxata, & remissio fuit: sub solis occasum rursus grauius habuit: nox laboriosa fuit. Quarto rigor, febris multa, omnia dolebãt: urinæ tenues, suspensionẽ habentes. Sexto multum delirauit. Septimus dies lenis fuit. Octauo alia fuerunt omnia remissa. Decimo, proximisque diebus tenuerunt illum quidem dolores, cæterum omnes illi leuiores. Huic accessiones, & dolores præcipue diebus paribus semper incesserunt. Vigesimo albam urinam reddidit, quæ crassa erat, sed reposita non desidebat, multum sudauit: visus febre liber est esse: uespere rediyt calor, ijdemque dolores, horror, sitis, aliquantum delirauit. Vigesimoquarto multam urinam & albam reddidit, in qua multa subsidebant: sudor ei toto corpore copiose calidus emanauit. Sine febre iudicatus est.* F

* & ipse Hippocrates significauit dicens, Accessiones & dolores diebus paribus. Quare etiam à uigesimo die sudore est iudicatus. Sigillatim uerò qui omnia tenet memoria, quæ ante exposuimus hoc libro, & superioribus duobus, atque ante hos in præsagijs, & prædictionibus, inuenire omnia ipse poterit.

AEGROTVS XI.

82 *In Thaso mulier quædam morosa ex mærore cum occasione, rectè stans, insomnis est facta, & [b]*cibo abstinuit: eratque sitibũda & fastidiosa. Habitabat hæc prope filios Pyladæ in Leto. Primo die circa initium noctis, timores, uerba multa, mœstitia, leuis febricula: mane multæ conuulsiones: sicubi multæ illę conuulsiones desiderent, delirabat, & loquebantur [b]*contumaciter: multos dolores, magnos, assiduosq; habebat. Altero die eadem permanserunt, somnum non cepit, febris magna, acuta. Tertio conuulsiones cõquieuerunt: coma & in somnum inclinatio, rursusq; uigilia exercitauerunt eam: continere se non potuit, multum delirauit, febris acuta. Sub hanc noctem sudor multus toto corpore, & calidus prorupit †: liberata febre dormiuit, planè mente constitit, iudicata est. Circa* tertium diem urina nigra, & tenues, suspensio [d]*multum erat rotunda, non subsidebat. [e]*sub iudicium menses copiosi prouenerunt.* G

Quid dictio δυσάνιος, i. morosus, significet, docuit Critias: cuius sunt hæc uerba: Morosus est, „
qui uilibus de rebus stomachatur, & de magnis, plus cęteris mortalibus diutiusq; Erat ergo tri- „
stis uel tetrica, quam hic morosam Hippocrates uocat, quæ diu in tristitia persistebat: quod iterũ paulo post de ea dicit, q̃ Cyzici gemellas filias enixa erat: Tacita uerò & tetrica, nec ad animi æquitatẽ pduci potuit. Verũ non possum nõ mirari, cur in hac muliere nõ addiderit, uel cohibitos omnino fuisse menses, uel non perfecte profluxisse. Nam acute simul & ex humorũ abundãtia uidetur laborasse, atque tertio die sub noctem per sudores esse, & mensiũ excretionem iudicata. Quin etiam multi menses post iudicium euacuati, morbi decessionẽ cõfirmauerunt. Vrinę uerò color, licet esset niger, nihil attulit periculosi: quòd retenti menses essent magis melancholici; Vnde mulier merito morosa euasit, & timida, interimque delirauit, & comate est detenta. H

A ἄσιτος. sed legere ego ἀποσίτος, i. a cibo abhorruit. superius enim discrimen posuit Galenus inter ἄσιτον, & ἀπόσιτον.*
B Al turpia.
C † Galenus in cõm. addit & mensiũ excretionẽ, cuius tamẽ nullam in contextu Hippocratis mentionem uidemus.
D ἐπὶ πολύ, id est, diu.
E περὶ δὲ τὴν κρίσιν. Galenus tamẽ uidetur legisse μετὰ δὲ τὴν κρίσιν, id est, post iudicium.

AEGROTVS XII.

83 *Virginem quandam larissæ febris cepit ardens, & acuta. Insomnis: sitibunda erat: lingua fuliginosa, & arida: urina boni coloris, sed tenues. Secundus fuit dies laboriosus, non dormiuit. Tertio aluus multa reddidit aquei coloris, proximisque diebus talia commode. Quarto urina tenuis, & pauca, habebat suspensionem elatam, non subsidebat. Sub noctem delirauit. Sexto ex naribus largiter multum fluxit, inhorruit, ac mox sudauit toto corpore multum & calidum: sine febre est iudicata. Dum febricitaret, & iam iudicata esset, menses tunc illi primum prouenerunt, quippe virgo erat. Perpetuo autem fastidiosa erat, & horrebat, facies rubicunda erat: oculi dolebant, caput graue erat. Huic non repetiyt, sed iudicata est, dolores diebus paribus.*

Aetatem puellam attigisse mensium, ex ipsis liquet Hippocratis verbis, menses tum primum prouenerunt, & ipsum etiam fuisse morbum ex humorum copia, iudicatumq; die sexto esse, quod dolores in dies pares incurrissent, ut ipse scripsit. At mirum non reuertisse, cũ sextus dies nõ iudicet

A dicet vnquam fideliter. Quare nouū hoc & rarum illi accidisse indicauit, cū scripsit, huic non repetijt, sed iudicata est, tanquam debuisset repetere. At uerò causam etiā cur non redierit, scripsit addendo, dum febricitaret, & iam iudicata esset, menses primum illi prouenerunt. Nā uacuationis pseueratio diebus post iudiciū, satis erat, ut firmum seruaretur iudiciū, quod die sexto præcesserat per sanguinis eruptionē, & sudores, maxime ꝙ nulla esset princeps pars inflāmata, neq; maligna humorū abundātia. Ipse certe plethoricū uitiū esse significauit, cum dicit, perpetuo in facie ruborē infuisse, in oculis dolorē, in capite grauitatē. Planū ergo erat solā requiri vacuationē, quā natura tertio die incœpit, consummauit sexto. Nā ꝑ naturā, nō ut morbi symptoma, ventris vacuationē accidisse ipse dilucide his uerbis indicauit, tertio aluus multa reddit aquei coloris, proximisq; diebus talia cōmode: hoc adiectū denotat, quæ offendebant, excerni. Porrò ex ijs, q̄ sunt in eius historia exposita, ēt hęc duo ad prædicta, declarāda duxi, primū quod initio est scriptū, lingua fuliginosa & arida, alterum hoc, quarto urina tenuis & pauca, habebat, suspensionē elatā, nō subsidebat delirauit. Nā horū prius relatum, utile tibi est, ut ne oīno putes fuliginosam linguam esse exitialē: sic āt appellat tinctā quasi fuligine quadā, quæ sicca erat ex uaporibus: alterū, quia ēt in alijs ægris cū dixerit, suspensio elata, statim subiecit, delirauit, innuēs
B ꝙ eiusmodi suspensiones delirium comitatur: quanquam in præsagijs, ubi omnia, quæ accidūt urinis, est persecutus, nullum fecit præsagiū ex eis delirij. Quare signū hoc uidetur per se ipsum, delirium nunquam denunciare, sed casu nonnunq̄ commonstrare, quia flatuosiorem esse sanguinem indicat: Nam, nullus planè si flatus insit, deferuntur ad ima uasa suspensiones.

AEGROTVS XIII.

84 *Apollonius Abderæ* morbum rectus diu *sustinebat. Magna autem illi erant uiscera, ac circa iecur consuetus dolor multo tempore consequebatur: & sanè tunc etiam morbus cum regius cepit, euasitq; flatuosus, ac subalbidus. Cum* aquam bibisset: & edisset intempestiuius bubulam, cum paruus calor primum inuasit, decubuit. Deinde, cum lacte usus fuisset cocto crudoq; copioso, caprino, & ouino, uictuq; malo, omnia multum offensa sunt. nam febres exacerbatæ sunt: uenter nihil ingestorum effactu dignū reddidit: urinæ tenues redditæ, & paucæ: somni non aderant, inflatio mala, magna sitis, comatosus erat, hypochondrij dextri eleuatio cum dolore, extremæ partes undiq; subfrigidæ, aliquantum delirabat, omnium obliuiscebatur, quæ locutus esset, mente mouebatur. Circa diem quartum decimum cum à rigore incaluisset, decubuit & ualde insanijt: clamor, perturbatio, multa uerba, rursus quies: ac tum denique coma*
C *incessit: Postea aluus turbata multis biliosis, meris, crudis: vrinæ nigræ, paucæ, tenues, multum implacidus erat: deiectiones variæ erant, nam erant vel nigræ paucæ, & virulentæ, vel pingues crudæ, & mordaces, tandem etiam lacti similes reddere visus est. Circa diem vigesimumquartum leuius habuit, cætero nihil immutatum: aliquantulum mentis fuit compos, ex quo autem decubuit, meminit nullius: rursumq; subito desipuit, omnia in peius uergebant. a †. b † Circa diē quartum et trigesimum obijt. Huic semper, postquàm hominem ego uidi, aluus turbata fuit. Vrinę tenues, & nigræ: comatosus ipse, & insomnis: extremę partes frigidæ: delirus perpetuo, Phreniticus.*

οἰκωφέρετο.

** In græcis eo. quos uiderim, dictio hæc non habetur.*

A † Ex alijs cod. græcis hæc additur. Circa trigesimū, febris acuta, deiectiões multæ, tenues, delirus, extrema frigida, mutus.

B † Al. Quarto, & trigesimo obijt. Libro tamē 2. de dieb. dec. c. 4. cl. 4. pa. 153. b legitur primo & trigesimo, nisi illic sit mēda.

Iam in hoc etiam Hippocrates, ut in aliis multis, in fine ipse narrationis breuibus capitibus symptomata & signa quæ acciderūt, docuit: ex quibus instare mortem præuideas. Habet autē dictio sic: Huic perpetuo, postquàm hominem ego uidi, aluus turbata fuit: urinæ tenues, & nigrę: comatosus ipse, & insomnis: extremę partes frigidæ, delirus perpetuo, At singula clara sunt, si, quæ ante exposuimus, meministi.

AEGROTVS XIIII.

85 *Mulier Cyzici, quę gemellas filias difficulter peperat, & minus erat purgata, primo die in febrē inci*
D *dit horridam, & acutam: capitis suberat & colli dolorifica grauitas. Insomnis initio, tacita & tetrica, nec ad animi æquitatem potuit perduci: urinæ tenues, c †siticulosa, fastidiosa sępenumero: aluus erratice turbata, rursusq; constitit. Sexto die sub noctem multum delirauit, non dormiuit. Circa Vndecimum ualde insanijt, rursus ad mētem redijt: urinę nigrę, et tenues, deinde aliquanto post oleosę: aluus multa, tenuia, & turbata excreuit. Quartodecimo multæ conuulsiones, extremæ partes frigidę, nihil amplius sapuit, urinę restiterunt. d † Perijt. Phrenitis.*

C † Additur ī aliquib. cod. græ. κωμώδης, i. et dacolores.

D † Al. Decimosexto muta Decimo septimo perijt. Gal. ēt li. 2. de diebus dec. ca. 4. cl. 4. pa. 153. e dicit hāc mulierē decimo, & septimo die obijsse.

Non tantum, quia non probe fuit à partu purgata, supfuit mulieri huic sanguis magis melācholicus (quæ causa erat, cur initio tacita esset & tetrica, nec posset ad animi ꝑduci æquitatē: & postea multū deliraret, ut ualde insaniret) uerū ēt propter difficilem enixū inflāmato utero febris est aucta. In cōspicuo porrò est uitiosis humoribus ad caput sublatis, deliriū furiosum extitisse, simulq; conuulsiones consecutas esse. Decretoriorū dierū circuitus, ut in oībus ægris, ita & hic conseruantur. Sicubi uideatur raro quicquam esse labefactatum, illud solum adnotamus.

AEGROTVS XV.

86 *In Thaso Dealcis uxorē, quę in Lęuo decūbebat, ex mærore febris horrida acuta corripuit. Ab initio cooperiebatur & ꝑpetuo: semp tacita, nullos floculos captabat uellebatq;, & scalpebat: plorabat, moxq; ride*

bat, non dormiebat: aluus irritamento nihil deyciebat: admonita paululum bibebat: urina tenues, & pauca, non habentes subsidentiam: febres ad manum tenues, partium extremarum frigus. Nono die multum delirabat, rursusq; ad mentem redyt, tacita. Quartodecimo spiritus rarus magnus, per interuallum, rursusq; breuispira. Septimodecimo aluus irritamento turbata deiecit: postea ipsi potus non pertransibant, prorsus mente falsa est, nihil sapiebat, † nihil sentiebat, cutis distenta & arido fuit. Vigesimo multum est locuta, redytque ad mentem, muta, breuispira. Primo & uigesimo Defuncta est. Huic erat spiritus perpetuo rarus & magnus: Nihil sentiebat: Semper cooperiebatur: aut multum loquebatur, aut tacebat perpetuo, Phrenitis. E

† ἀναισθήτως εἶχε πάντων. & ita etiā paulo post. ut de Gale. li. 2. de dif. resp. c. 6. cl. 3. pag. 65. a. ubi hac uerba obiter declarat.

A primo hęc fuisse phrenitica videtur. Sunt autem tales, uti prius dixi, grauissimæ phrenitides: ac ocyssime quosquos inuadunt, tollunt: sed nunc quidem hæc febricitãs acute, ad diẽ vigesimumprimum se sustentauit, fortasse quia modice febricitaret. Proinde ut insinuaret hoc, scripsit in hac una ægra, febres ad manum tenues. Sanè uidetur hæc delirij speciem ex melãcholia & phrenitide habuisse mistam: nam hoc, aut multo loquebatur, aut perpetuo tacebat, ostendit eiusmodi mixtionem. At nescio, cur Hippocratis interpretes nihil scripserint in hæc uerba, ubi ait, spiritus rarus, quod est perinde, ac per interuallum: atque sanè videtur deinceps idem dixisse. Forte ergo aut ut raritatis augmentum indicaret, per interuallum, addidit: ac si ita dixisset, per magnum admodum interuallum: est enim interdum consuetum, ut magnum relinquat, solumque usurpetur per interuallum. At nõ perpetuo (quemadmodum in alijs) immo nec diu mulierem hanc ita toto morbo spirasse indicat. Itaque subdit, rursusque breuispira, indicans et hic, ut antea, ex frigore, nõ paruo tñ, sed magno interuallo etiam mulierem respirare: qui re uera est breuis spiritus. Nam rarus & magnus, quatenus rarus est, minor est frequente & magno: quatenus uerò magnus, hactenus pręstat paruo & raro. Secundum utrunq; igitur paruus est breuis spũs & rarus. Videturq; nunc quidem quasi etiam ea refrigeratione fuisse muliercula hæc, qua, quæ apnoea. i. suffocatione prehenduntur, tenentur. Itaq; de ea scribit, uigesimo die multũ locuta est, redijtq; ad mẽtẽ, breuispira. Vocis uerò defectus ferè adiunctus est cũ breui & raro spiritu. At uerò per interuallum cum raro scriptum, ꝑ longo admodum interuallo est accipiendum. Nã pauco morbi tempore significare nõ potest, quando in fine historię scripsit hęc, huic ꝑpetuo spiritus rarus & magnus erat, nam ꝑpetuo (græce διὰ τέλως) dicere pro toto morbi spatio ad finem usq; solet. Et quemadmodum hoc, perpetuo, sic illud dicit, semper cooperiebatur, aut multum loquebatur, aut tacebat perpetuo. Nam multum loqui phreniticorum est: tacere melancholicorum: & cooperiri est commune utrisque, nisi quando & ex frigore cooperirentur. F G

AEGROTVS XVI.

87 *Adolescens Melibœa ex nimio potu & uenere diu calfactus decubuit: horrebat, & erat fastidiosus; insomnis, nec sitiebat. Aluus primo die multa stercora reddidit cum multa offusione. Sequentibus diebus multa diluta, quæ bilem referebant: urinæ tenues, pauca, decolores: spiritus rarus, & magnus per interuallum: hypochondrÿ cõtentio submollis, ex vtrisq; oblonga: perpetua cordis palpitatio, reddidit oleosam vrinam. Decimo delirauit modice, modestusq; & tacitus erat, cutis arida et distenta: deiectiones uel multa & tenues, uel biliosa & pingues. Quartodecimo desipuit, cuncta exacerbata sunt, multum delirauit. Vigesimo valde insaniuit, sese iactauit, nullam urinam reddidit, modicum potionis continebat: uigesimoquarto obyt. Phrenitis.*

Multa quidẽ pocula neruis nocent, & origini eorum cerebro. Venus verò cum hæc satis lædit, tum uires elidit, & debilitat. Itaq; adolescens hic, uitiosa collecta humorum abundantia, merito a modicis febribus cœpit: qui cum in dies peius haberet, in phrenitim tandem exquisitam incidit. Nam oriri illam magnus & rarus spiritus indicabat: & eius modestia, & perpetua taciturnitas modice ægrum desipere. Nam leues & turbulenti homines, deliri leuibus de causis fiũt: qui cõtrarijs sunt moribus, de magnis. Cur ãt spiritui, ꝑ interuallũ, addiderit, in superiore ægro tractauimus. Et de hypochondriorum palpitationibus & alibi, & in præsagijs cgi: Itidem de submolli hypochondrij contentione, illum eam, quæ tumore caret, appellare: quæ fit, ubi nullo musculi in uitio sunt, sed offensæ sunt partes, quę intra peritonæum sitæ sunt. H

Hæ sunt quorum superius meminit Gal. pag. 147. b

88. *Verum illa mihi æstas videtur secundum rationem profuisse. Nam æstiuos morbos hyems succedens soluit, hyemales æstas insequens transmutat. Quanquam ista per se æstas haud stabilis fuit, sed subito calida, austrina, & à uentis silens euasit: profuit tamen ad aliam tempestatem transmutata. At in magna parte pono artis esse, recte posse de ÿs, quæ tradidimus, existimare. Is enim qui nouit, & utitur his, non magnopere mihi in arte falli videtur posse. Singulos autem temporum anni status perdiscere est operæpretium, & morbos: Quid boni habeat status vel morbus commune: & quid mali, statui sit, vel morbo commune: Et qui longus morbus & lethalis, qui longus & sanabitur: qui acutus & lethalis, qui acutus & sanabilis. Series hinc dierum decretoriorum obseruanda est, & prædicendi hinc facultas scienti datur. Hinc scire est, quibus, quando, & quæ sit uictus præscribenda ratio.*

GALENI IN SEXTVM HIPPOCRATIS DE MORBIS POPVLARIBVS LIBRVM EXPLANATIONES

a Iunio Crasso Patauino in linguam latinam versæ

Denuo rursus ab eodem diligentissime recognitæ.

TOMVS PRIMVS

ARGVMENTVM

Liber nihil ferè quod ad vulgares morbos attineat continens,sed multis quasi Aphotisinis ab Hippocrate forte ad memoriam collectis , per Thessalum vel alium quempiam conflatus .



C Extum Hippocratis librum de popularibus morbis multi explanatores corruperunt,alij aliter (vt quisq; se verisimiliter explanaturũ esse sperabat) ipsius verba permutãtes . Quamobrẽ & ꝑꝑ hoc ego veteres codices indagare, & eorũ cõmentaria,qui primi librum hunc explanauerũt,euoluere coactus sum . Inter quos & Zeuxis Tarentinus, & Erythræus Heraclides cẽsetur:ante quos etiam Bacchius,& Glaucias extiterũt.Isti sanè, si veterem prius scripturam edocentes,locum esse mendosum postea dicerent, consentaneũ esset ꝑpea &ipsos verã Hippocratis scripturã hãc aut illã esse cogitare:eorumq; mihi diligẽtia probaretur,si post loci castigationem,eos aliquid vtile vnà,& veteris magistri opinioni cõsentiens edocere perspicerem . Quapropter,cum illi non nunquam in utroq; aberrent,illud mihi longe satius fore uisum est, si antiquam lectionem seruans,eam semper interpretari studuero.Quòd si hoc interdum facere nequiuerim , ipsam aliqua uerisimili castigatione emendauero:quemadmodum Heraclides in secundo libro de morbis popularibus fe„cit loco illo,ubi scriptum est,ad Aphrodisium autem uræ (græce *οὐραὶ*)spectabant.Quoniam ab explanatoribus hæc dictio *οὐραὶ*, minime probabiliter declarata est , forsan (inquit) prius *θύραι*
D per literam *θ* scriptum erat : linea verò , quæ in ipsa media erat,abolita, librarius *οὐραὶ* scriptum fuisse existimauit . Fieri nanque hoc modo potuit , ut membrana tenui deleta simul, & hæc linea deleretur: & ab initio protinus ipsam debilius obscuriusq; scriptam temporis longinquitate prorsus euanuisse.Iter omnes autem,qui veteres scripturas peruerterunt,Capitonẽ & Dioscoridem ad hoc faciendum audacissimos inuenio . Ego itaque considerans,num omnium istorum,an eorum tantummodo qui recte scripturas commutarunt,an nullius prorsum,meminisse æquius foret,mecum ita constitui;si nullus eorum,qui commentaria hæc lecturi sunt , ipsorum longitudinem ægre laturus esset,omnium meminisse rectius fore : Sed, multi cum sint, qui non huiusmodi solum commentaria,verum etiam moderatiora uituperent , solumque utilibus studeant,mediam quandam inter vtraque hæc extrema explanationem facere.Atque id statim ab initio testatus sum,vt ab hisce commentarijs recedant, qui ipsis non delectantur . Ego etenim, quemadmodum alia multa rogantibus amicis obtemperans confeci,ita & hasce explanationes illorum causa facere aggressus sum. Ea uerò,q̃ à me scriberentur,in vulgus exire cõsiderans,his procemijs opus habui.Quemadmodũ igitur hęc præfatus sum,ita & istud præfari necessum est, locutionis videlicet genus hoc in libro lõge ab eo esse diuersum, quo in primo & tertio de morbis popularibus libro Hippocrates vsus est:quos ferè omnes cõsentiunt,solos ab Hippocrate,vt

emitterentur, fuisse conscriptos: ex alijs autem quinq; quintum & septimũ proculdubio spurios E
esse ac subditities. Sextum verò hunc, quem in præsentia habemus in manibus, & ante ipsum, secundum librum, ex illis quæ sibi ipse Hippocrates collegerat, Thessalum eius filium aiunt conflauisse: quin & non nulli ipsum Tessalum aliquid ex propria sententia adscripsisse opinãtur: nõ nulli verò post ipsum, alios. In primo sanè, atq; tertio libro quasdam aeris constitutiones Hippocrates exponit, post quas morbi in vulgus grassati enumerãtur: hanc.n. dictionem ἐπιδημήσαντα illis attribuere Hippocrates conspicĩt: & hanc ob causam librorum inscriptionem talem fecit, populares Ipsos appellans (græce ἐπιδημίους) quia de morbis in populum passim sęuientibus in ipsis agitur, non autem περὶ τῶν ἐπιδημιῶν, hoc est de ipsius Hippocratis peregrinationibus, quibus multas ciuitates peragrauit. In duobus autem his libris, hæc est exigua portio: sed plurima doctrinæ portio aphorismi quidam esse uidentur, singuli propria circunscriptione separati. Quare duo hi libri cum propria inscriptione carerent, aliorum communẽ suscepisse dicuntur, ut & ipsi uidelicet populares uocarentur, cum minimum in ijs contineretur, quod ipsi inscriptioni cõsentiret. Quartus autem liber istis locutionis forma persimilis, contemplationis utilitate longe superatur. Quicunque uerò librum hunc sextum Thessali constitutiones appellauerũt, manifeste falluntur. Hæc mihi prædixisse satis sit, cum & alia non pauca à quibusdam explanatoribus scripta F
fuerint, quæ, ne longior essem, congruens fuit prætermittere.

1 *Quibuscunque ex corruptione.*

Communem aliquem sermonẽ de re cõi semel tñ facere constitui: cuiuis aũt lecturo, sed'm propriam linguam, vt libuerit, scribere liceat. Nonnulli quidẽ ὅσοισι primã dictionẽ ex tribus syllabis constantem scripserunt, aliqui verò ὁκόσοισι ex quatuor: quidam non per κ scribunt ὁκόσοισι sed per π, secũdam syllabam: quemadmodũ Capito non in hoc modo, verum etiam in omnibus alijs huiusmodi nominibus fecit. Nihil autem artis operũ, hoc, an illo modo scripseris, interest. Quòcirca melius esse mihi persuasi, si eas solum scripturas in meis cõmentariis attulero, quæ sententiæ significationẽ permutant: quæ verò solis verbis, sententia minime violata, dissentiũt, eas cuiusq; arbitrio scribendas, ac proferendas permisero. Rursum igitur ab altero initio supra positam dictionem repetens, ad ipsius explanationem me conuertam.

2 *Quibuscunque ex deperditione circa vterum, & tumoribus in capitis grauitatem permutatur, in sincipite dolores, & quicunque alij ab vteris, ijstis, octo aut decem mensibus in coxendicem finiunt.* G

Quod Attici ἀμβλοῦν, idest abortum uocant, id Hippocrates ἀποφθορὴν, hoc est deperditionẽ, appellare consueuit: & uerba uerò huic appellationi congruentia, & à grammaticis uocata participia, ipsi proportione quadrantia scribit: ἀμβλώσκειν aũt, hoc est abortiri (fortassis.n. quispiam & id ipsum ignorat) de imperfecta fœtuum emissione, utcunq; facta fuerit, pronunciant: medicamenta quoq; id præstantia, amblotica.i. abortiuũ facientia, nuncupant. Significatũ quidẽ dictionis semel nunc dixisse abunde sit: mox vtiliora incipiemus. Illum tantum prius admonebimus, veteres explanatores dictionem illam in hac parte ita scripsisse, quibuscunq; à perditione circa vteros, & tumoribus in capitis grauitates conuertitur, perditionẽ, nõ deperditionem, uolentes ipsum abortum nominare. Alij uerò, de, præpositionem adiungentes, deperditionem scilicet ipsum appellare uoluerunt: atq; ita sæpius Hippocrates appellauisse deprehenditur: num uerò, & hoc loco ita fecerit, obscurum est. Quemadmodũ aũt in hac dictione, & si uarijs modis scribãt, eadem tñ orationis sententia retinetur, ita siquis uteros plurali numero, aut uterum singulari, & capitis grauitatem, aut grauitates dixerit, orationis sententiam minime uariat. Qua de causa & ego Galenus has in locutione dissensiones, quæ rerum significatarum nullam permutant, recensendas examinandasq;, nequaquam iudicaui. Quod igitur ab Hippocrate dicit, hoc est: Quibus H
mulieribus ex fœtuũ abortu œdemata.i. tumores in utero passis, per cõsensum grauitas capitis acciderit, his in sincipite dolorẽ excitari: nec non & alias capitis grauitates, quæcunq; ex uteri affectibus oriuntur, eadem ratione sincipiti inhærẽtes dolores concitare. Primũ igitur, q̃d œdematis nomen significet, considerare opus est. Videtur.n. semper Hippocrates (ut plerunq; ostensum est) omnes præter naturam tumores hoc uocabulo noĩare, siue dolore careant, duriq; sint, quos proprie scirrhos Greci appellant: siue dolorẽ inferant, quos phlegmonas.i. inflãmationes, ꝓprie uocant: siue absq; dolore laxi atq; molles sint, hos verò solos œdemata Græci noĩant. In pñtia sanè vr̃ eorum tumorũ meminisse, quæ diutius permanere, & capiti grauitatẽ inferre valent. Quòd in abortibus quidẽ id euenire soleat, res ipsa sensibus apparens testaẽ: verũ q̃d fit in cã, quare inter alias capitis partes sinciput magis dolore afficiatur, quidã huius libri explanatores indagare conati, inter se dissentiunt. Alij.n. sitũ è regione, quem Græci κατ' ἴξιν uocant, causantur: lumborum nanq;, & planè dorsi partibus affectu aliquo diuexatis in posterius cerebrum situs rectitudinẽ pertinere affirmant: nõnulli, & ipsius uteri posterioribus partibus affectis occiput, prioribus sinciput, affectũ participare testãtur. Verũ alij situs rectitudinem, quam & κατ' ἴξιν Hippocrates nominat, dimittentes, cerebrũ in cõsensum vteri affectuũ duci cõtendunt, utpote

quæ

A quæ neruosa particula sit, cerebrũ verò neruis originem prædicat, atq; ideirco capitis grauitates oriri: sed cũ plurima cerebri pars in sincipite locetur, propterea eo maxime loco dolorẽ sentiri; Alij partem hanc capitis infirmissimam esse dicentes, ideo & magis q̃ alias obnoxiam esse uitijs affirmant. Cæterum qui ex medijs cerebri partibus in sincipite positis in uterum neruos descendere aiunt, ne q;, ut ipsorũ mentio fiat, digni sunt: sicut neq; etiam illi fortasse, qui asserunt, quia neruosus uterus est, ideo ipso patiente, simul & neruorũ principium affici: cur namq; peritonæon vtero uicinius, intestina, uentriculus, & septum transuersum, q̃ & ipsa neruosa sunt, non in affectuum uteri participationem trahunt? Quàm isti, adhuc illi magis damnandi sunt, qui unà cũ testibus cerebrũ affici tradunt, qm̃ & ipsi ex eadem materia, ex qua & cerebrum, creati sint: atq; ideo nihil mirum, si & uteri affectus cerebrum sentiat, qñquidẽ & utero testes inhærescãt. Quòd * si adhuc rudiores istis recensuero, forsitan me quispiã increpuerit, & eorum, quæ supra posui, immemorem appellauerit. Satius igitur fuerit ipsorum nugis semel posthabitis, nequaquã amplius eorum, quæ dixerint, meminisse. At eorum sermo, qui neruosum esse uterũ prædicant, sed̃m aliquam significationem uerus, secundum aliquam falsus esse putandus est. Tria. n. † similarium corporum in animalibus genera sunt, quæ & exanguia & sinu carentia uidentur: horum aliqua ex B ossibus, aliqua ex cerebro, & dorsi medulla, aliqua ex musculis prodeũt. Horum primum genus ab Hippocrate quidẽ oĩno copula noiatur, secundum neruus & tonus, tertiũ uerò tendo. Sed certi quidã hoĩes omnia hæc neruos appellantes ob eam, quã dixi, similitudinem, primum ipsorum genus colligatoriũ esse aiunt, sed̃m aũt sentiẽs, atq; electorium, tertium aponeurosim, hoc est nerueam propaginem, cognominant. Ex nullo istorum trium generũ uterus neruos multos suscipit. Sed qm̃ ipsius corpus latissime distendi, contraq; in breuissimũ spatium contrahi cernitur (quod à nullo carnoso mẽbro, aut pingui, præstatur) hac ratione uterũ neruosum esse ex quadã similitudine dicimus, deriuatum à neruis nomen ei quoq; imponentes: quemadmodum sanè, & uesicam, & reliqua oĩa alba, & exangui materia, ita nuncupare soliti sunt, qñ plurimum extẽdi, rursumq; in seipsa retrahi, & subsidere uidentur. Hac eadẽ itaq; ratione, & uocatũ colem in marium genitalibus, & uteri ceruicẽ, neruosos esse confirmant: nõnulli uerò & cauernosum neruũ penis colem appellant, ab eoq; penẽ, & ipsum totum neruosum dicunt. In hunc itaq; modũ, non sed̃m proprie neruorum potentiã, uerum secundum corpoream substantiam similitudinem accipientes, deinde quærunt, quid est, quare colis affectus neruorum principia non simul uehementer afficit: principia neruorũ aũt cerebrum dorsiq; medullam appello. Atqui in uterũ nerui quiC dam planè inseruntur: alioqui. n. quo modo sentiret? sed admodum pusilli sunt isti, si cum membri magnitudine comparentur. Quamobrẽ non leui consideratione dignũ est, si quis ista physice speculari uoluerit, quidnã aliquæ ex istis mulieribus, quas ob frequentes uteri affectus uterarias uocant, contractionibus ac distentionibus neruorũ conuulsioni similibus corripiantur: cũ

« tñ in uteri phlegmone, haud ita multum id accidere cernatur, licet febres ualde uehementes, &
« calidę concitent, ob quas lingua (ut ipse deinceps hoc in libro narrabit) ueluti à fuligine denigre
« scat. Oportebat igit̃ eos, hæc prius explorare, quicunq; de capitis, uteriq; in affectibus societate dicere aliquid aggrediunt̃. *Calidas aũt uehementesq; febres ab utero prouenire neminẽ in artis operibus uersatũ præterit. Nã in Alexandria sophisticam artẽ edocentes, à quibus potissimũ libri longis falsisq; sermonibus referti sunt, inter adolescentulos à gregibus, & armentis uenientes, & ad ægros nunquam accedẽtes, ipsi quoq; hac in re minime exercitati plerunq; uersantur:
« ab omnibus. n. istic hominibus uictus ratio ualde neglecta est. Quisquis igitur ex uteri phlegmone laborantes mulieres conspexit, quo modo calidæ magnæq; febres omne corpus occupantes caput, haud aliter exurant, atq; illæ, quæ sine uteri uitio similes oriuntur, apprime nouit. Cæterum, etsi nec adhuc euidenter illæ febricitent, quibus menstrua purgamenta suppressa sunt, periD culum tñ impendet, ne citò in febrem incidant: istarumq; caput graue redditur, & halitibus † calidisq; humoribusq; repletur: quocirca & ipsarum nonnullæ, febrim habeant postea, aut non habeant, sopore opprimuntur. Hæc sanè ita fieri sensu percipitur. Quæ causa uerò sit, p̃ quam ab huiusmodi vteri affectibus caput repletur, postea quærere oportuit uotis quidem inuenire expetentem, sin minus, at illud saltem quòd experientia ostendit, obseruantẽ, memoriterq; tenentem. Igitur nos aliquas id genus effectuũ sensibus apparẽtium causas assignare conabimur, atq; hinc initium capere decreuimus. Inter oẽs corporis partes plurimas grandissimasq; uenas uteri habent. Cumq; eos aut menses, aut à partu purgamenta suppressa, aut phlegmone aliqua uterũ orta, male accipiunt, ipsos sanguine cõpleri necessum est. Quò deinde putrescẽte si febris excitetur, inter synochorũ species ipsam cõnumerari opus est, nã id genus febriũ ex putrescẽte sanguine accẽdi ostẽsum est: hæ verò calentiũ vaporũ vim haud paruã in caput submittunt. Verũ capite quauis de cã horũ vaporũ pleno, grauitates, maxime in sincipite hoĩem uexãtes apparere, illi q̃bus artis opa curæ sunt, prius q̃ à me audiuerint, notũ habuerunt. At q̃ huius euenti causa sit, forsã scire aues: tibi igit̃ eã, q̃ mihi uerisimillima uisa fuerit, exponã, neq; hãc unicã, sed plures. Primũ quidem uapores illos calidos proxime dictos, per arterias in caput subuolare ratio ostendit: ipsas quoq; arterias p̃ collũ ab utraq; uocati infundibuli, parte rectà in sinciput discurrẽtes,

† Al. neruosorum.

Omnibus hisce nominibus usus est Hipp. in lib. de natura ossiũ, & tum alibi, tũ in lib. de Articulis com. 1 t. 24. 47. 48 52. 53. 54 7. 256. c. 258. e. h. 259. a b.

* Al. conuulsiones.

† Al. tum calidis tum frigidis.

A. l. 4. f. 1. t. 2. c. 43. 424. h

videre licet. Præterea & omni sanitatis tẽpore tenuia & halituosa cerebri excrementa maxime E
per sinciput difflari solere affirmamus: siquidẽ in ipso suturæ laxissime sunt, & ipsa caluaria sub-
tilissima plurimisq; meatibus peruia: ad hæc & multa sentientia corpora iuxta suturas sunt: mẽ
branulæ.n. quædam crassum cerebri inuolucrum pericranio uocatæ tunicæ cõnectunt, & multi
tudo tenuium conceptaculorum per suturas exiliunt: æquos aũt magnitudine affectus magis
sensoria naturaliter corpora percipiunt, magis uero sentientia ab inferentibus dolorem causis
magis cruciant. His sanè de causis in sincipite dolores fiunt. Modo illa inuenienda causa super-
est, ꝑ ꝑ quã octo, aut decẽ mẽsibus mulieribus ita male habitis in coxendicẽ finit, hoc est, irruit
morbus. Verũ qm̃ nonnulli, nõ octo aut decẽ mensibus, sed octauo aut decimo, scribendũ cen-
* sent: dicuntq; in multis, & potissimũ uetustissimis codicibus, hoc græcum elementũ ι & hoc ι re-
periri, ι quidẽ loco huius dictionis octo, ι loco decẽ, scriptum esse: vlterius q̃ & in istis sit dr̃ia,
perpendamus. Si.n. ita legamus, octo aut decem mensibus in coxendicem finire, ab abortu, non
à conceptu menses numerabimus: si verò octauo mense, aut decimo, sic à conceptu tp̃s significa
ri affirmabimus. Mihi sanè id fieri posse vr̃, vt scd̃m utranq; lectionẽ, utroq; modo sn̄ia accipia-
tur. At huius, quod dr̃, iudicium experientię committendum est: quemadmodũ ego, & in oĩbus
id genus, & in eo, de quo nunc loquimur, semper feci. Atq; obseruanti mihi, nonnunquã quadra F
ginta diebus, nonnunquam duobus mensibus, aut quatuor, morbus finiri, atq; aboleri uisus est:
quibusdã uerò & in plures menses productus fuit: & nonnullæ re uera ad octauũ mensem, aliæ
& ad decimũ ꝑuenerunt. Vidi quoq; ex utero in coxẽdicem migrare colligiq; materiã: id uero
haud in multis, quãuis multas ex utero male hn̄te diu laborantes spectauerim. Eius itaq; inuesti
gare cãm grauabar, ꝙ nondum an re uera ita eueniret, certior factus essem. Aristoteles nanq;, an
est, prius firme cognito, deinde, ꝑ ꝑ qd est, quæri oportere præcepit: ꝙ siquis antequã, an est, fir-
ma notitia perceperit, ꝑ ꝑ qd sit, inuestigauerit, homo iste nugari garrireq; maluisse, q̃ ueritatẽ
explorare, aperte vr̃. Igitur qui & nunc propositæ rei causam reddere conati sunt, hæc in mediũ
afferunt. Quicunq;.n. à tꝑe abortus, usq; ad octo, aut decẽ menses numerare dignũ putant, ute-
rum duobus his tẽporibus, octauo scilicet mense & decimo, malis tolerandis assueuisse dicunt:
octauo.n. mense fœtum conuerti, decimo aũt in lucẽ ædi: sic igitur, & in pn̄tia ijsdem statis tẽpo
ribus contristantes humores excerni, q in locum uicinũ, susciperecq; transmissa potentem, irrue
runt, asseuerant. At, qui à conceptionis tꝑe numerandũ esse iubent, rationi magis cõsentaneum
esse dn̄t, vt, quemadmodũ, etsi tꝑe intermedio fœtus nullo uitio tentatus sit, nouum tñ aliquem
motum uterus circa ipsum temporibus istis, dum aut conuertitur, aut partu ędit̃ur, habuerit, ita G
& nunc habeat. Cæterum utriq; fallunt̃, qui fœtus motiones utero tribuant. Qñ.n. octauo men
se conuertitur, hunc sanè motum oĩno ex se ipso ciet, atq; tunc paritur, cũ uehementius commo
tus, aliquam ex continentibus mẽbranis effregerit: hoc.n. & in libro de pueri natura hisce uer-
In lib. de Natura pueri circa finem libri. bis testatum est: ‖Cum uerò mulieri partus tꝑa adueniunt, tunc puero cõmoto manibusq; & pe „
dibus sese agitanti aliquam intimarũ membranarum dirũpere accidit: una effracta reliquæ im- „
becilliorem facultatẽ habent: atqui prima fœtuũ ambiens laceratur, deinde ultima. Qñ igit̃, nec „
dum utero fœtus per abortum eiectus continetur, neq; ut motus ipsius incolumes seruentur, fie
ri potest. Perinde uero, atq; isti, neq; illi fide digni sunt, qui septimum mensem, ac nonum fętuũ
partus efficere: octauũ uerò, ac decimũ egressiones præter naturam uno mense naturalibus tar-
diores efficere asserunt: quod secundo populariũ morborum libro dictum esse uolũt in illis uer-
2. Epid. sect. 1. bis, vbi dixit, ‖Postero. ac si dixisset posteriore tẽpore, aut mense: sed hoc prius in eo libro decla „
rauimus. At ego si hoc dictum, ita se habere prius uidissem, perquisiuissem utiq; ipsius causam di
ligentius: sed, qm̃ per multa stata tempora uteri affectus iudicari, & iudicatoriorum dierum cir-
cuitibus consonare perspexi, vt ipse in libro de præsagiis docuit, causæ inuentionem relinquo,
cũ neq; semper, neq; plerunq; ita fieri uideam. Verum scriptorem hũc, siue Hippocrates sit, siue H
Thessalus, siue alius quispiam, in duabus forsan, aut tribus mulieribus, ita euenisse fortuito con-
spicatum, inconsultius de re neq; semper, neq; crebrius incidente (ut diximus) in uniuersum pro
nunciasse existimo. Sed de his hactenus à nobis dictũ esto. Eorum aũt meminerimus, qui in nar
ratione Hippocratis coniunctionem, &, interiecerunt, inter eã partẽ, in capitis grauitatẽ uertit̃,
& eam, in sincipite dolores: totamq; scripturã ita constituemus, Quibuscunq; à perditione circa
vterum, & tumoribus, in capitis grauitatẽ commutatur, & in sincipite dolores, & quicunq; alij
ab vteris, ijs octo mẽsibus, aut decem in coxendicẽ desinit. Medicinalem sanè quandam præscri
ptionem ad præsagiendum vtilem, non causas reddentẽ priori sermoni adiungunt, talẽ iudican
tes esse sn̄iam: quibuscunq; mulieribus in vtero, ex abortu tumoribus excitatis in capitis graui
tatem fit cõmutatio, & in sincipite ijsdem dolores fiunt, istis octo aut decem mensium spatio in
coxendicem vterum vexantia decũbunt: tanq̃ non oĩbus uteri tumoribus sincipiti dolorẽ infe
rentibus, neq; oĩbus in coxendicem abscedentibus, sed illis, tantũmodo, qui in sincipite dolores
creant. Verum cũ id quoq; ego obseruauerim, haud ita fieri compertum habui. Quin ẽt neq; ip-
si huiusce rei aliquam rationem afferunt: cur.n. soli illi uteri tumores, qui sincipiti dolores intu-
lerunt, in coxendicem ab his migrare putent̃, assignari causa non põt. Quamobrẽ neq; nos ipsis
crediderimus,

A crediderimus, vtpote neq; ab experiẽtia, neq; ex rei natura, indicatorie ſermonis huius affirma
tionem conſecuti. Illud quoq; in cõfeſſo eſt, eam partem, quam Ita ſcripſit Hippocrates, & quæ-
cunq; aliæ, ab uteris, duobus modis explanari. Quidam ſanè ad uteri affectus ſermonẽ referunt,
tanq̃ oĩbus ipſis haud minus, q̃ prædictus, capitis grauitates, & in ſincipite dolores euenientes
hñtibus. Alij uerò ad capitis affectus ſermonem referunt: ac ſi ita oẽm uerborum ſeriem ſcripſiſ
ſet: cuibuſcunq; à perditione & tumoribus in capitis grauitatẽ uertiſ, in ſincipite dolores ſunt,
& alij quoq; capitis affectus ab utero exorti, in ſincipite maxime ſeſe oſtendunt. Alios affectus
intelligamus capitis grauitati proportione reſpondentes: aliquos autem ex ipſis cephalæas uo-
cant, aliquos hemicranias, aliquos cephalalgias, i. capitis dolores ſimpliciter.

37 *Acutum habentes caput, ſi quidem ualida ceruice ſint, & alijs robuſti ſunt, & oſſibus, caput autem dolentes: quibus ẽtiam ex auribus ſordes manant, iſtis palatum concauum ẽſt, & dentes male poſiti.*

Hoc loco ẽt nihil refert, vtrum crateræuchenes græca voce per quinque ſyllabas, aut cratrau
chenes ꝑ quatuor, q̃ſpiã ſcripſerit: robuſtis. n. ceruicibus hoĩes utraq; vox ſignificat. Macrauche
nes uerò. i. longicolli, ut nonnulli ueterẽ ſcripturã permutantes ſcribunt, non eandem rem ſigni
B ficat. Valida. n. ceruix robuſta noĩatur, ob duritiam magnitudinemq; oſſium *pleruq; talis exi- * Al. omnino.
ſtens: ita quoq; ſe hñt ipſi circũpoſiti muſculi, tendones, & copulæ: at longæ ceruices, tñ abeſt,
ut ui aliqua polleant, ut etiam prorſus uitioſæ ſint, perinde atq; anguſtum longumq; pectus: qñ
quidem id amplũm eſſe, non latum duntaxat aut longum, oportet. Amplum aũt in lati profun-
diq; dimenſione, pectus, collum, & aliud quodque membrum conſiſtit, cum proportione inter ſe
congrua ea aucta fuerint: in ipſis uerò prorſus, & lõgitudo aut maior eſt, aut æqualis ijs, quę mo
deratẽ ſe habent. Hominum quidem nobis obuiam uenientium pectora non prius apparent, q̃
eorum corpora nudata fuerint: ſed caput illico aſpicimus, & quodnam in formatione, ac magni
tudine uitium habeat, cognoſcimus: in magnitudine, ſi minus ſit, aut maius q̃ conueniat: in for
matione, ſi exquiſite rotundum ſit, frontis occipitijq; prominentia carens penitus: aut acutum
productiores, q̃ deceat, eminentias habẽs, aut utraſq;, aut alteram tñ: aut una duntaxat eminẽ-
tia præditum, altera uerò priuatum. In maiore itaq; capite, & acuto & exceſſus quantitas conſi-
deranda eſt, & ipſius ceruicis excellẽtia, vt ipſis meliusne, an deterius caput formatum ſit, digno
ſcere ualeamus. Declaratum eſt. n. in libris De tuenda ſanitate, non mediocrem utilitatem me-
dicos ex huiuſmodi cognitione percipere, & ad ſeruãdam membri ſanitatem, & ad futurã uitij
C emendationẽ, ſiqñ didiciſſe prius acciderit. Sed in capite euidenter paruo paruitatem quidẽ no
uiſſe opus eſt: & ea præterea, quæ ad collum pertinent ex abundanti conſideranda: qñ perinde
ac truncus, dorſi ſpina ex capite tanquã ex radice progerminat. Alibi. n. didiciſti, medullæ dorſi
à cerebro, & ortus initium & facultatum copiam ſuggeri: hanc medullã uertebræ includunt te-
nuem quidem, puſillæ: craſſiorem aũt factam, ampliores. Quemadmodũ igitur magnum pectus,
ampla interius cauitate inane eſt, in qua duo magna uiſcera pulmones ſcilicet, atq; cor nulla ex
parte compreſſa continentur: perinde & exiguum pectus proportione ſibi reſpondentia hæc ui
ſcera continet, exigua uidelicet, & in anguſtijs uerſantia: haud aliter caput, & dorſi ſpina magni
tudine rñdentia, & cerebrum, & medullam includunt. Cum. n. membra hæc grãdiora ſunt, & ce
rebrum & medullam ampliores, latioresq; ſpiritus cauernas in ipſis efficiũt: at ſi puſilla fuerint,
contrarium euenit. Vis præterea cogitãdi ijs, qui aut nimis magna capita, aut nimis exigua eui
denter poſſident, oblæſa eſt. Sed exigua capita ſemper praua ſunt: magna uerò, licet raro, nonnũ
quam tñ, & bona fuerint, & ob facultatis eorum formatricis robur, & ex materiæ, unde creata
ſunt, ubertate: quali capite Pericles Athenienſis uir prudẽtiſſimus fuiſſe traditur: vnde & comi-
ci eius capitis magnitudinem dicterijs laceſſunt. Præterea uerò magis grande caput bonum ſit,
D ſi & naturalem figuram retineat, & ceruicem ualidam, & oculos acute cernẽtes habeat: tunc. n.
optime huiuſmodi caput ſeſe habere ſciendũ eſt. Verum acuta capita (nam & ex his quædã non
eſſe improbanda affirmauimus) optima figura aliquãtulum permutata fieri dicimus. Optima. n.
capitis figura oblongo orbi utrinq; compreſſo ſimilis eſt: deficit autem acuto capiti, aut occipi-
tij, aut frontis eminentia: aut ultra, quàm deceat, productam habet. Plerunq; igitur (ut dixi) quẽ
admodum magnum caput, ita & huiuſmodi acuta, mendoſa improbaque reperies: raro tamen
& ex his aliqua bona fuerint, facultate materiam, ex qua homo in vtero creatus eſt, efformante
admodum ualida, neque ſanguinis in uterum defluentis multitudine ſuperata: ſed contra eius
vim ſuſtinere, reſiſtere, eleganterq; effingere potens fuit. Quando igitur ob alterutrius eminen-
tiæ defectum, aut exceſſum acuta capita redduntur, primum quidem te illud animaduertere de
cet, vtrum aucta, aut diminuta prominẽtia, acutum caput euaſerit: uitioſum enim ſemper eſt ex
comminuta mucronatum caput: non ſemper malum ex adaucta. Verum autem præterea conſi-
derare conuenit, in primis quidem decoram incrementi formã: deformia enim incrementa pra
ua ſunt: ſecundo, vtrum capitis exceſſus, qui in occipitio eſt, plus quàm ea, quæ à facie eſt, pars
excreuerit: melius enim putandum eſt, occipitii eminentiam maiorem eſſe, ibi nanque & no-
biliſſimus cerebri ſinus, & dorſi medullæ exortus, locati ſunt. Poſtea deinceps ceruicem con-

fiderato,imbecillane fit an robusta:nam,si eminentia,neque indecora fuerit,neq; ultra modum B
grandis,ualidumq; eam collum sustineat:huiusmodi capitis acumen probato: hos enim homi-
nes & aliorum membrorum,sed ossium præcipue uiribus pollere comperies.Sed hoc loco,& il-
lud perpẽdito,quid sibi uoluerit cum dixerit,& alijs:num intellexerit pectus & iecur,ut eiusmo
di hominibus tria generosa principia insint,non solum cerebrum: an & alia,illa sola dicat , quæ
primum initium & ortum ex capite habent:ea uerò sunt dorsi medulla, & nerui,& cum ipsis os
sium musculorumq; materia,qui necessario unà cum capite augescunt & roborantur.Hęc mem
bra uerò plerunq; insimul augeri comperies . Quando enim sanguis,ex quo capitis partes crea-
tæ sunt,multus atq; bonus est,uitalem quoq; potentiam,quam ex corde prodire ostendimus,&
naturalem nutricemq; uocatam, quam ex iecore in uenas promanare didicisti , statim ab initio
robustas esse credibile est:atqui huiusmodi animali prima ueluti fundamẽta totius corporis ma
gnifica esse,ac generosa necesse est.At in capite contra deformi effigie,& exiguitate uitioso,prę
terea & in ore palati partes inspicito:ita uerò appellant in eo altioris spatij partem illam,quæ,su
pra foramina è naribus in ipsum pertinentia,sublimis est:inuenies enim,& hanc partem illis ca-
uam,quorum acutum ualde caput,ac deforme est: hos autem præcipue uocant homines φοξούς,
hoc est acuti capitis.In multis quoque dentes male positi uidentur,id est non rectè è regionẽ su
periores cum inferioribus committuntur,neque incisores cum incisoribus, neq; canini cum ca F
ninis,neque molares cum molaribus,sed ueluti reuulsum iuxta, atq; distortum in ipsis os appa-
ret.Hos igitur crebro dolore capitis uexari conspicies , ipsorumq; aures destillationẽ laborare,
non nunquam sanie quadam tenui & liquida,non nunquam ceu purulento humore, ac fœtido
emanante:imbecilla nanq; membra multum prauumq; excrementum colligere consueuerunt.
Igitur cum iam scriptoris sermo explanatus fuerit,paucis quibusdã additis,ad aliam partẽ tran-
sibo.Ea uerò pauca huiusmodi sunt,reminiscentia scilicet unius,quod à me huius sermonis ini-
tio dictum fuit:videtur.n.iam aperte liber iste commentario magis,quam iusto uolumini,simi-
lis esse,Hippocrate sibi ipsi,ut memoriæ subueniret,nonnulla scribente,prout unumquodq;,aut
experientia comprehendisset,aut rationali meditatione excogitasset.Nulla.n.cognatio,uel pro
pinquitas primæ parti,cum secunda intercedit,quemadmodum rursum neq; tertiæ cum istis .

4 *Quibuscunque os à palato recessit,his medius nasus subsidet:quibuscunque uerò inde, unde nascun-
tur dentes,extremus nasus simus efficitur .*

Os nasi duo foramina intersepiens,alio quodam tenui osse nititur, initiũ superius ab osse frõ G
tis sumente,& ad nasi finem,ubi pinnæ locatę sunt,desinente.Hac igitur in parte nasi interseptũ
locis illis incumbit,ad quæ dentiũ,qui incisores nominantur,extremitates perueniunt. Pars au
tem his superior palatum quidem nominatur,& ea medium nasi interseptum nititur.Vbi igitur
aliquod fulcientium ossium decidens perierit , ibi interseptum subsidens nasum eo loco cauum
efficit:atque id eius symptoma simitas appellatur.

5 *Infantium fulgores cum pubertate non nunquam mutationes habent et alias: & in renem dolor gra
uis , cum cibo explentur .*

Hanc omnibus explanatoribus scripturam agnoscẽtibus,& oĩbus antiquis codicibus eam ha
bentibus,nonnulli recentiores alius aliter eã mutare conati sunt. Quidam.n.epilepsies scribũt,
aliqui catalepsies,alij epilampsies,hoc est effulgescentiæ.Ipsorum aũt interpretatio ab ipso mor A.l.3.f.1.t.5.
bum comitialem significari vult, qui plerunq; ab infantia laborãtibus in ipso à puerili ætate ad c.8.209.d
pubertatem transitu euanescere consueuit.Etenim id ita fieri compertũ est,nisi quispiam eo tẽ-
pore uitiosa uictus ratione utens,sibi ipsi conseruandi morbi auctor fuerit.Oritur sanè plerunq; H
ob frigidam cerebri temperaturam,humiditate adiuncta frequenter:idq; sæpius accidit, quã ra-
ro ex alicuius membri uitio prouenit.Finitur autem,quo tempore pubescunt,si & in alijs ægro-
tus,ut decet,se gesserit, quia totius corporis temperamentum ad siccius calidiusq; conuertitur.
Quo.n.pacto iuuenis puero calidior sit,in libris de temperamentis didicisti: vbi etiã quo modo
puer iuuene sit calidior,declarauimus:iuuenis quidem absolute calidior, puer uero non absolu
te,sed eo,q plus innati calidi possideat.Illi itaq;,qui se ipsos Hippocraticos nominãt, ipsum ful
gores calidi dicere uolunt,per trãslationem ab externa flamma:quæ cum materiã uicit , eamq;
sibi ipsi omnem assimilauit,effulget,manifestaq; omnibus redditur , cum prius humidam mate-
riam exiccãs occultaretur.At Zeuxis,& cum ipso pariter nonnulli Empirici, fulgorem haud ita
interpretãtur,sed altero quodam modo : intelliges autem ex Zeuxidis sermone in hũc modum
descripto:Infantes usq; ad pubertatis annos appellat Hippocrates: isti autem pubescendi tẽpo- "
re effulgent.Atq; hic magnam uim exprimendi habente translatione usus est: tunc.n.magis car "
nosi fiunt,& adultiores,coloreq; & forma gratiores,uiribus ingenioq; præstãtiores.Repente au "
tẽ ac simul hæc oĩa eueniunt:eorumq;,qui natura formosi sunt, tunc magis effulget pulchritu- "
do.Idem iste aũt Zeuxis infantes appellari oẽs pueros inquit, quemadmodum & Herophilus ip
sos appellauit:de hac.n.re hũc in modũ scribit hisce uerbis : videt Hippocrates infantes noĩas- "

A se usq; ad pubertatis annos:nõ eos tãtũ,qui nuper nati sunt,ad quinq; usq; uel sex annos,ut ple
" riq; nunc intelligere solent.Cõtentus fuit autẽ & Herophilus tam grandes natu,infantes uoca-
" re per hæc uerba:Infantibus non erumpunt semina multa,neq; menstrua purgamenta,ijdẽ non
" concipiunt,non caluescunt.Neq; enim prædictã ætatẽ natis hæc accidere negat,hoc est à prio
" statim ortu(vt non nulli accipientes ipsum derident,tanquã res omnibus notas edocẽtẽ,e quo-
" rũ numero est etiã Callimachus)sed illis,qui ad pubertatem usque peruenerunt: ꝗ non nulli &
" in istis ea fieri opinarẽtur.Hactenus Zeuxis locutus est.At mihi quid ꝑ ĩfãtes significari uidea-
" tur,& antea quidẽ dixi,& nũc iterum manifestiori sermone repetam.Comitialis affectus aut à
naturali intemperie prouenit,cum humidũ ualde cerebrũ est , tuncq; morbus iste puerulus ap-
" pellatur,quemadmodũ ipse in libro de aquis,aere,& locis ita scribẽs significauit:|Pueris accide de Aere, aquis
" re conuulsiones,& suspiria,siue anhelitus:quę putant puerulum efficere,& sacrũ morbum esse. & locis, cap.a
In his uerbis clare patet illi dictioni,puerulum,subintelligẽdũ esse affectum, ut locutio ita se ha a.a.f
beat:quæ putant puerulum affectum efficere,& sacrum morbum esse. Accidit autem hic idem
affectus pueris etiam ob errata,medici curationẽ postulans.Quãdo uero ob humiditatem oritã
B plane infantes statim inuadit,definitq; ętatis cõuersione,† nullum nobis negociũ facessẽs.Qua † Græce
propter quoscunq; pueros non a prima statim ætate,cũ adhuc sunt infantuli, sed annorum pro
gressu uexare inceperit,proculdubio ob peccata in uictus ratione cõmissa , aut ob aliã quãpiã
externam causam,exortus est:in quibus ætatis conuersionẽ præstolari nõ conuenit,sed factum nobis operantibus.
morbosum affectum discutere.Illud utiq; non exigua cõsideratione dignum est,si secũdũ anti-
quam lectionem fulgores acceperimus,ut Hippocrates & Zeuxis accepẽrũt:oratio enim huius
modi est:Infantium,cum pubescũt,fulgores calidi , & alias quidẽ nõ nullas in ipsis mutationes
habent,quim etiam renum affectionem:quam ipse deinceps explanat.Prætermittetur enim & ĩ
hoc sermone epilepsiæ nomen.Atq; ideo nõ nulli haud absq; ratione scribere uidenť,epilepses,
quemadmodũ & alij,catalepses.At hos decebat tanquam non ita scriptũ inuenientes,sed ꝗ me
lius esset ita scribere dicẽtes,ad prædictam explanatiouẽ accedere.Cũ uero hæc uox,& appo-
sita sit,hanc rursum alij adimũt,duas orationes nullo uinculo inter se cõnexas esse uolẽtes:unã
hisce uerbis satis declaratã,infantium fulgores,simulatq; pubescũt,in nõ nullis mutationes ha
bent & alia:alteram hoc modo dicentes,in renem dolor grauis,cũ cibo replentur,& reliqua, ꝗ
sequuntur,de renũ uitijs ipso tradente,ab altero initio:nõ ꝗ in pueris,cum pubescũt,in hoc ui-
C tium comitialis morbus transeat,haud enim ea ætate renum morbus creari uideť,queadmodũ
uesicæ lapis:iste nanq; in pueris magis, renum autem affectus in declinante potius ætate cõtin
git.Adscribamus igitur ea deinceps,quæ de renum uitijs in hunc modum ab eo tradita sunt.

A.l.3.f.18.t. 2.c.17.361.b 6 *In renem dolor grauis,cum cibo impleantur. Vomuntq; pituitam:cum uero dolores abundauerint, æruginosa. Et leniores quidẽ euadunt:liberantur uero,cum cibis euacuati fuerint. Arenulaq; russa subsidunt,& cruentum meiunt. Stupor femoris è regione positi. Quiescere non conducit,sed exerceri,non repleri:iuuenes ueratro purgare,poplitem incidere:urinarios mundare,tenuare,ac mollire.*

Dolorem grauem,aut tanquam alicuius rei grauis loco incũbentis sensum inferẽtẽ,aut acer
bum,intelligere possumus.Siquidem utrunq; uerum est,diuersis tamen temporibus, in renibus
fieri:in calculorum enim creatione atq; exitu acerbissime dolẽt:reliquo autem tempore, ut rei
cuiuspiam grauis loco incumbentis dolorẽ percipiunt.Quicunq; igitur in renum cauis lapillos
concrescere arbitrãtur,in solo per urinarios meatus trãsitu laborãtes dolere aiunt.At,quicũq;
in ipsa renum carne calculos creari sibi persuaserunt,nõ solum inter exeundum, uerum etiam
D creationis tempore eo in loco dolorẽ ipsos inferre testautur: deinde & quando in renum sinus
peruadunt.Calculos autẽ in renum carnibus generari,proportione tophis in articulorũ morbo
genitis respondẽtes,orationẽ in testem adducunt ex libro de natura hominis,& uictus ratione
" ita se habẽtẽ:|Quibuscunq; arenosum subsidet,aut tophi in urinis,istis ab initio tubercula secũ de Natu. hom.
" dum uenã crassam orta sunt,& suppurauerũt.Postea uero non celeriter ruptis tuberculis,tophi cõ a. t. 18. 7.
" ex pure concreti sunt:qui foras per uenas cum lotio in uesicã traducũtur. Hæc est sanè Hippocra 180.f
tica narratio.Cæterum renũ calculi utroque fieri modo possunt,& nuper dicto,& eo,quẽ pau-
lo ante declarauimus,cum in ipsorum finibus temporis interuallo exustum, arefactumque cras
sum & uiscidum humorem,ad tophi spissitudinem redigi asserebamus. Eodẽ quoquo tempore
si obstructio aliqua in ipsis fiat,aut mediocris phlegmone,grauitatis magis,ꝗ; doloris sensus ef-
ficiť: queadmodum & in iecore,propterea ꝗ ut renes,ita & iecur,perexiguis neruis præditum
est.Dolores autem eo potissimum tempore in renibus excitari dicit, quo replentur cibo. Cũq;
duo ab hac uoce,cibus,apud ipsum significẽtur,in utroq; significato ueridica oratio est,siue de
assumptis cibarijs,ex quibus sanguinis multitudo creatur:siue de alimenti recrementis,ꝗ in in-
testinis colliguntur,intelligas:nõ nunquam enim & ista cibos nuncupat, ut in libro de ratione
" uictus in acutis,ita inquiens:|Quibus enim cibus in intestinis occlusus est, nisi quis aluũ prius di Vict. rat. in
" ducẽs,sorbitionẽ dederit,uehemẽter lædet.Dolor itaq; à cibo ita signante excitatus ĩ renibꝰ,ꝗ morb. acut. cõ. 1. t.32.7.114.a

multitudine

multitudine pondereq; excrementorum premantur,onerenturq;,simulatq; ista deiecta expul- E
saq; fuerint,remittitur atque planè finitur.At dolor ex sanguine in uenis conтacto proueniēs,
quando in renes incubuerit,etiam si uenam cæcideris,haud illico discutitur,& ob renū corpo-
ris densitatem,& quoniam ob multa ipsis superiniecta corpora , exterius appositorū remedio-
rum facultas ad renes iam debilior effecta peruenit.Soluit autem ipsorum dolores non id solū,
uerum etiam & per superiorem uentrem facta excretio:quæ tam coli,quàm renū dolore uexa
tis commune quoddam symptoma est:cōtinēter enim renes laxo intestino, & laxum intestinū
renibus,per tunicam peritonæum uocatam copulātur. Inter initia itaq; pituitosi uomitus fiūt:
huiusmodi ' enim succus in uentriculo creatᵣ plerunq; ex ciborū multitudine, ac multo magis, A. l.4 f.15.z: 1. c.16.a 86.f
si isti crassi naturaq; pituitosiores extiterint.Quòd si increscant perseuerentque affectus,his ita
patiētibus uomitus æruginosus superuenit,ob dolores ac uigilias corrupto sanguine,id q; ma-
xime,cū unà febricitauerint,& inedia macerati fuerint.Et melius quidem(inquit)à uomitibus
habent:ab accessionibus quidem liberantur,sed non ab affectu,cum cibis uacuati sint. Vtroq;
autem modo & nunc cibi nomen accipere possumus,sed potius de uentris intestinorūque ex-
crementis intelligere debemus.Arenulæ autē ruffæ(inquit)subsident,hoc est in urinis: id enim
accidere euidens est,si ruffum colorem talem esse intellexeris, qualis est & sandaracha q̄ uoca-
tur.Quapropter & non nulli in artis operibus diligenter uersati,subsidentias oroboides appel- F
lant,hoc est erui similes;alij sandarachodes,id est sandarachę colorem referentes:interdū & ro
vera ruffas nominant.Nempe duæ priores & iecinoris affectus comitantur:tertia renū morbos
sequitur:quemadmodum & quando ueluti arenæ colore subsidentiæ euadūt.Nā in urinis sub-
sidentium colores maioris minoris que ratione inter se differūt:uerum ex materia crassa tena-
cique modo crassitudinem maiorem,modo tenacitatem,modo utranque paribus oīno portio-
nibus habente,planè fiunt. Itaque si ex sola pituita crassa & uiscida subsidentia facta sit,color
cinereus erit,aliorum tophorū colori similis,qui in aquis sponte calidis multis in regionibus la
pidibus adnasci,accrescerèque cernuntur:& in uasis alioqui,ubi aqua calefit.Quin etiā in ani-
malis corpore ex purulento humore,aut ex purulento pituitosoq; cōposito,huiusmodi tophus
non nunquam creari potest:quemadmodum & in articulorū morbis accidere consueuit:eodē
enim prorsus modo in his & renum affectibus lapides concrescunt.At si quibusdam parum sā
guinis cum pituita crassa lentaq; mistum sit,urinarum subsidētiæ color pro succi maiore copia
euadet,non nunquam ueluti ex pallido alboq; mistus,aut ex rubro & albo,aut ex flauo & albo
Non nunquam uero & ruffus erit,& ipso sanguinis colore ad colorum differentias faciente:ne
que enim sanguis hominibus exquisite ruber semper est,sed interdum quidem ad atrius, inter- G
dum ad flauius & ruffius uergit. Aut igitur omnes,quas modo recensui, colorum differentias
præter cinereum ab hac uoce,ruffum,significari putandum est,ipso dicente arenulas ruffas sub
sidere:aut adiectam illam uocem, sanguineum , ex communi sensu dictam fuisse accipiendum
est.Dico autem,non nunquam:quemadmodū enim cruentum ipsis interdum lotium emittitur
non semper tamen,neq; in omnibus renum affectibus,pariter & interdum arenulæ ruffæ in uri
nis subsidētes apparent.In cōmētarijs nāq; De naturalibus potētijs,quicquid in uenis serosi te
nuisq; cū sanguine permistū est,renem ad se ipsum attrahere demonstrauimus: meatibus autē
id in renis uentriculū percolantibus latius patefactis,aliquid etiam ex crassioribus succis simul
illabitur.Quando igitur istud calefactum in renis cauo ad tophi consistentiā redactum fuerit, si
renum uis expulsoria omne id unà cū lotio extruserit,arenosæ in ipso subsidētiæ fiūt:quod si renis
cauo impactum tenacius inhærescat,aliquid aliud eiusdē materiæ ex uena caua suscipiēs,sibiq;
apponens,plus augetur:semper enim quod recens influit,priori circumaffigitur:atq; ita insigni
magnitudine tophus grandescit.Verum non nulli inquiunt , cur sanguinem meiunt ? quoniam
calculus egrediens cū angulosus sit,proximas particulas uulnerat,& cruorē euocat.Quòd si ex
vena caua in renem pertineus meatus patentior fiat,sanguis autē liquidus sit,neq; multus,neq; H
uiscidus,cruentū ita lotiū redditur.At dolorem stupidum in crus descendētem,propter uasorū
dorso incumbentiū,cauæ.s.uenæ,magnæq; arteriæ cū renibus & cruribus coniunctionem , or-
tum habere putandū est.Maximæ nanq; in ipsos renes expullulāt:post eas quædā haud magnę
in lūbos inseruntᵣ:postea utrunq; conceptaculum bipartito diuisum in utrunq; crus delabitᵣ , per
ipsumq; totum distribuitur.Quicunq; uero per meatus urinarios,aut quasdam membranas,aut
neruos,uel etiam peritonæum,renes cum cruribus sociari asseuerant,dissecandorū corporū pla
nè imperiti sunt.Quæ nam igitur renum uitio laborantibus accidant,hactenus narrauit Hippo
crates.Deinceps uero de ipsorū curatione hisce uerbis loquitur,quiescere nō cōducit,sed exer-
citationes,non impleri:iuuenes ueratro purgare,poplitē cędere:urinarijs euacuare,tenuare,&
mollire.Sibi ipsi formulam quandam renū curationis hisce uerbis per capita cōstituit, nō nulla
quidem omnis ætatis,corporisq; habitus cōmunia, non nulla iuuenum & robustorum proprie
scribens.Cōia sunt aūt quæ primo scripta sunt,& quiescere(quod ipse ἐλινύειν uocat,quod ociose
uiuere significat)quod ipsis non conducere ait:& exercitationes,has. n.cōducere arbitratᵣ tāquam
multitudinem euacuātes,& pituitosum,crassum,immaturumq; oē ad maturitatē ducētes & at

tenuantes

A tenuātes,& corporis omnes particulas roborantes.Sed te animaduertere oportet,ipsum nō prorsum magnas exercitationes in pſentia dicere,ueluti equitatiōes,aut armis,aut lucta,aut pācratio certare,aut humū fodere,aut id genus aliud facere,ſed oēm abſolute motionē,quæ pro ætatis,habitus,roborisq; renibus ægrotantis ratione,corpus exercere ualeat.Verū etiā nō impleri, cuiuſq; ætatis & corporis habitus cōmune documentum eſt.Quæ ſequuntur,iuuenibus,ut ipſe ait,cōgruentia ſcribit,ita dicēs,Iuuenes ueratro purgare,poplitē incidere.Veratro quidē purgare,ſi ualde antiquus affectus ſit,& ceu uectibus(ut ita dixerim)extrudēdus:ad huiuſmodi.n. morbos ueratro utimur:uenam autem cædere,ubi ſanguis multus aut craſſus in uenis abūdet. Quòd ſi utroq; auxilio ipſe homo indigeat,à uenæ ſectione incipiendū eſſe patet.Aliàs autē dixiſti,membra ſupra iecur,cubiti uenę ſectionē poſtulare:infra uero crurū,in poplitibus uenas nobis cædētibus,aut omnino ſaltē iuxta malleolos.Quod deinceps dixit,Vrinarijs mūdare oībus utile eſt:neq; ſimpliciter dixit urinarijs utendum eſſe,ſed hoc uerbū,mūdare,adijciens,modum adiumēti ab ipſis prouenientis declarauit,nō ſolū tenacia & craſſa renibus inhærētia purgantibus,uerū etiam cum ipſis & ea,quæ in uenis præter naturā ſanguini miſta innatāt,educētibus.Quod aūt in calce narrationis dictū eſt,tenuare,omnibus renum uitio laborantibus uſui eſt, & quos ad ueratri ſumptionē præparamus,& quos ſine hoc per ſanguinis miſſionem cura-
B mus,uel etiam poſt eius aſſumptionem.Dictū eſt autē,tenuare,de humoribus,hos enim tenuare conuenit:mollire,de membris ſolidis:ſiquidem utrunq;,ueratrum hauſturis percommodum eſt,ut tutò purgatio fiat.Igiť niſi humores prætenuati fuerint:& mēmbra, per quæ fit uomitus, mollia reddita ſint:& ad diſtētiones diſtractionesq;,antequam damus ueratrū, tractabilia eſſe ēta:in ſuffocationis diſcrimen ob humorū craſſitiem ægrum adducemus:aut neruorum cōuulſiones in uellicationibus,ob membrorum in dilatando duritiā,qui purgatur,capieť:aut uaſculū aliquod dirumpetur.Quin etiā licet ueratrum nō præbeatur, optima res eſt humores tenues eſſe,& renum ipſorum corpora mollia, ut per ipſa tranſire facile humores poſſint: nam ab initio neq; calculus in ipſis unquam generabitur,ſiquis hæc ambo diligenter obſeruet.

7 *Muliebria aqua laborantibus diu permanent:cum uero non celeriter ferantur, intumeſcunt.*

Aqua laborantes nō nulli intelligūt eas,quæ ut aqua inter cutem corripianť,idoneæ ſunt:nō nulli eas,q̃ tenuem naturaliter aquoſumq; ſanguinē habent.Poteſt aūt & de utriſq; dictū eſſe intelligi,ſed magis de illis quarū ſanguis natura ſubtilis eſt,nullo alio morboſo affectu corpus in-
C feſtante:in iſtis enim menſtrua purgatio,quā muliebria uocauit,diu pmanet.Dupliciter.n.& id ipſum,diu,intelligi pōt,aut de diebus,quibus huiuſmodi mulieres purganť,aut de ipſarū ætate: ſi de diebus intelligas,ſignificabit,pluribus deīceps diebus iſtas,q̃ alias mulieres,purgari:ſi de ętate,per plures annos mēſtrua excremēta durare:nā re uera ī iſtis multus tenuiſq; ſāguis colligitur,quēadmodū cōtrario modo affectis paucus & craſſus.Albę quidē ſunt priores & molles, nigræ autē duræ & graciles oīno eæ, quæ atrabilarium ſanguinem procreant. Clarūq; eſt iſtas ab initio cōtrarijs inter ſe tēperaturis conſtare:nā quæ ab ipſo nunc aqua laborantes uocātur, humidioris ſunt ac frigidioris tēperamēti:his cōtrariæ ſicci oris atq; calidioris. Quòd ſi ex morbo aqua abundauerint,nō oībus menſes pluribus diebus feruntur:interdū enim ipſa ſuppreſſio morbi earum cauſa eſt:rurſum ſuppreſſio ob oſculorum uteri obſtructionem,ſanguiniſq; craſſitiē efficitur.Quapropter non nulli arbitrantes dictū hoc de mulieribus ex morbo aqua abundantibus accipiendū eſſe,loco uerbi,permanent,permanere legunt,ſic,muliebria aqua laborantibus permanere diu,ſubintelligere nos,cōueniēs,iubētes:ac ſi &ita dixiſſet,muliebria aqua laborantibus diu cōuenit permanere:ut cōſultorius iuxta &curatorius ſermo ſit,eius tātū,quod
D ſit,narrationē in ſe contin ēs.Huic ſententiæ cōſentire aiūt id,quod in calce ſermonis dictū eſt, cum uero celeriter nō ferantur,intumeſcunt.Velle enim ipſum dicunt,ut pluribus diebus,ita& breui tempore,huiuſmodi mulieres expurgari,quoniā tarde exeuntibus mēſtruis purgamētis tumores fiunt.Atqui hoc etiam & in habentibus aquoſum ſanguinē contingere ait:iſtis etenim carnes aquoſiores generantur,haud ſtatis temporibus accedente purgatione.

8 *In Cranone ueteres dolores frigidi,recentes uero calidi,ſanguine autem plurimi, & quæ ex coxendice frigida.*

Hæc quoq; ſibi ipſi ſcripſiſſe uidetur Hippocrates reminiſcentiæ cauſa ſub breui compēdio propter quod & obſcurior oratio eſt.Dubium eſt enim dolores ne tantū in Cranone factos fuiſſe dicat,coxq; in uentrē ne,an etiā in alia quapiam parte:an uero affectus cum dolore cōiūctos Illud autē antiquos dolores frigidos eſſe, nouos autem calidos,& ſi clare dictum eſſe uideatur, obſcurum tamen nō nihil atq; ambiguum eſt.Aut enim antiquos dicit,qui iampridem excitati fuerunt,aut diu perſeuerantes:quēadmodū & recētes aut nūc excitatos,aut cito deſinētes: & frigidos,aut frigoris ſenſum inferētes,aut qui à calidis mitigātur:pariter & calidos, aut caloris ſenſum facientes,aut qui à frigidis ſopiantur.Quidā etiam dolores frigidos uocatos eſſe dicūt, qui leues ſint:calidos,qui uehementes:haud ſecundum uſitatum Græcis loquendi morē ſigni-

ficationes has accipiẽtes. Verum, quo anni tempore Hippocrates hæc facta fuisse scripserit nos B ignorãtes, neq; etiam qñ excitati sint, aut quo modo, aut quãdiu permãserint dolores, euidẽter inuenire possumus. Sed notos quidẽ dolores prorsus sanguine creatos esse idẽ est, ac si dixisset ex sanguine calido uidelicet ac multo: at de antiquis doloribus loquẽs, cum succũ nõ adiecerit signum est ab altero quodã succo frigido ipsos ortos fuisse: & ea q̃ ex coxẽdice frigida ipsis ob orta esse ait, aut affect⁹ dicẽs, aut dolores, frigido scilicet & istos humore cõcitãte. At multos explanatores demirari licet in huiusmodi locutiones, de quibus nihil affirmari potest, multa sine demonstratione scribentes: ubi uero aliquid demonstrari, & utiliter inueniri potest, aut nihil penitus aut pauca, & sine demonstratione, tanquam mandata scribentes.

9 *Qui in rigores ualidos tendunt, non admodum mitigantur, sed prope statum.*

Ita scriptum esse hunc sermonẽ antiqui explanatores agnoscũt. At recẽtiores ipsum in clariorem permutantes ita scribunt, rigores ualidi existẽtes nõ admodum mitigãtur, sed prope statũ: hancq; locutionẽ id nos docere uolunt, omnes ualidos in morbo rigores non admodũ ullo alio morbi tẽpore mitescere, præterquam cum prope statum est. Secundum priorem autem scripturam, qui in rigores ualidos tẽdũt, hoc est perueniũt affectus (subintelligẽdus est enim affectus) F oportet ipsum intelligere, hos ante statum non mitescere. Quidã sanè ipsum status, quę uniuersi morbi pars est, meminisse dicũt: alij uero eius, qui ĩ priuatis exacerbationibus inuenit̃: ut rigor cum uehemens est, antequam tẽpus status aduenerit, non desinat. Id quidẽ non nullis euidenter accidit: istumq; appellamus rigorẽ anecthermanton græco uocabulo, hoc est calefieri nequeũtem, non aũt ualidum. Contingit autem & ui rigorẽ ipsum fortẽ dicere: multo enim malignior est, quàm qui immodice uehemens sit & celeriter desinat. Quòd si uniuersæ ęgritudinis statũ intelligas, maxime in quartanis fębribus sermo iste utilis fuerit. Nã si cũ ualidis rigorib⁹ accessiones inuadant, si nihil remittantur rigores, fieri non potest, ut ad statũ morbus peruenerit: quĩ ẽt multo minus huiusce quartanæ declinationẽ fore sperãdũ est prius, quàm rigor sedatus fuerit: Quare sermo prognosticus est de febribus ad rigores uehementes ascẽdentibus, q̃ prius, quàm rigor sedatus sit, discuti nequeunt: id aũt prope statũ efficitur. At id genus rigores ex frigidissima pituita uitrea nominata, aut ex atræ bilis succo proueniunt: uerũ ex ꝑgelida pituita rigor fit nõ uehemens, sed ægre incalescens: ex succo aũt melancholico nõ nunquam utroq; modo, nõ nunquã alterutro: sed huiusmodi succus quarto quoq; die accessionem facit, uitreus uero quotidie. Nihil planẽ huiusce modi rerũ interpretes declarant, sed illa uberrime accuratissimeq; ꝓsequuntur, quę nullũ penitus fructum auditoribus ferunt: nam & in sequenti sermone, plurimum G medicinalis eruditionis continente, nullum ex celeberrimis præceptis scire deprehenduntur.

10 *Ante rigorem vrinæ suppressiones, si ex bonis fluxerint, & aluus excreuerit, & somni adsint: forsan vero & febris modus: forsan & una ex lassitudinibus.*

Per deos quid dicere debeã, nescio, quando utilissimum præceptum milliesque in laborantibus deprehensum, libri huius interpretes ignorãt. Sed alios quispiã minus demiretur: Sabinus vero, Ruffusq; Ephesius, uiri in libris Hippocratis diligentissime uersati, magna profecto admiratione digni sunt, nisi frequenter iudicatorio rigori urinæ suppressionem antecessisse uiderũt: de qua in præsentia Hippocrates meminit, nos iudicatoriũ rigorem in morbo futurum præsagire edocens. Si in acuta febre, & alia signa tibi salubria uideant̃, & iudicationem paulo post fore speres, te scire oportet suppresso, lotio, iudicatoriũ rigorem necessario futurũ. Quòd si & nox difficilis antecesserit, & dies iudicatorius sit, certius futurus rigor ꝓdici poterit. At si nota ex arteriæ pulsatu (vt didicisti) idem tibi ostenderit, non rigorẽ modo, uerum etiam acerbissimum rigorem, indubitanter fore expectato. Illud igit̃, ex bonis, aut urinis solis, aut etiã ex alijs bonis signis unà cũ ipsis urinis, te intelligere oportet. Tãra nẽpe signorũ ab urina in acutis febribus uis est, ut & soli ipsi credẽdum sit: alijs uero accedẽtibus ẽt diuinatio tibi erit firmissima ꝑpetuoq; veridica. Verũ urina etiam, aluo multa excernente, supprimitur: illuc enim serosam humiditatẽ vergere signum est: cuius redundantis triplicem euacuationem esse didicisti, per aluum, per lotium, per sudores. Igitur si aluus plura deiecerit, urinæ suppressæ ad futurũ rigorem præsentiendum fidere non cõuenit: at si aluus fluxa nõ sit, proximãq; esse morbi iudicationẽ prænoueris, ægrotum rigere sudareq; necesse est. Quid sibi uolũt autem uerba illa, & somni adsint? nam si ut vnum quiddam ex bonis signis adductũ est, maxime dictis in præsentia quadrabit. Illud uero, si ex bonis fluxerint, uelut exemplũ quoddam dictum est. Quòd si & hoc tanquã futuri rigoris signum sit, non simpliciter id à te intelligendũ est: plerunq; enim nox iudicationem antecedẽs, antecedens inquã rigori & iudicationi post ipsum factæ, molesta est: qñ firmissimã cũ antedictis rigoris futuri ꝑensionẽ habebis. Interdũ aũt, sed raro, cũ somnis placidis trãquilla nox est, atq; in istis nõ rigorẽ, sed excretionem significãs pulsus apparet. Sed de istis abũde in uoluminibus de pulsibus actum est. Te præterea iubet Hippocrates & modum febris contemplari, hoc est,

an calida

A an calida fit & biliofa & ardens,an ex alijs quæpiã:nam quicunq; in acutis & febribus & potiffimum ardẽtibus rigores iudicatorij fiũt, hos ex bile flaua extra uenas per fenforia corpora delata excitari didicifti.Propterea & febres ex laffitudinibus prouenientes temperatura biliofiffime, ad præfenfionem tibi & ipfæ conducent.Hæc itaq; eft ab externis caufis ad diuinationẽ percepta utilitas unico quidẽ ueluti exemplo explicata,tibi autem & in alijs externis caufis,quęcũq; biliofius corpus efficiunt,futura percommoda.Hæ funt autẽ,moræ fub Sole æftiuo,uigiliæ,cogitationes,angores animi,ira,alimenti inopia,biliofforum ciborum nimius ufus. Primam fanẽ tutiffimamq; naturę febriũ notitiam ex ijs,quæ in corpore apparent,acquires: quemadmodum in commentarijs de Differẽtia febrium didicifti: fecunda uero,& ab externis caufis notitia ad eorum,quæ inuenifti,certiorem fidem haud parum expediet.Mirandum eft igitur quò nam pacto hæc utiliffima contemplatio explanatores latuerit.

11 *Abfceffus non admodum,quibus rigores.*

Raro abfceffus illis,qui cum rigore febricitant, eueniũt: quemadmodum in quartanis,tertianisque febribus uidere licet.In iftarum enim acceffionum remiffionibus excretiones multitudinem educunt: propter quod permultam effe oportet uexantium humorum abundantiam, ut B naturæ abfceffum facere neceffe fit.

12 *Crurum effœminationes,ueluti aut ante morbum iter facienti, aut à morbo illico, eo quòd fortaffe id,quod ex laffitudinibus,in articulos decubuit:ex quo crurum effœminationes.*

Euidenter cognofci nequit,utrum folas imbecillitates effœminationes dixerit, an eas, quæ cum penuria nutrimenti omnium crurum fiant. Quantum enim ad prius ex antedictis exemplis pertinet,& eas,quæ per inopiam alimenti fiant,intelligere licet:quantum uero ad fecundũ fpectat,cum dicit,eo quòd fortaffe id,quod ex laffitudinibus,in articulos decubuit,extenuationes quifpiam recte intelligere nequeat,fed abfolute imbecillitates, quæ & citra maciem crurũ actiones debilitare,uel etiam abfceffus excipere queunt. Quod in calce autem fermonis adiectum eft,ex quo crurum effœminationes,dictum fuit & ab initio:quapropter non nulli eorum quæ deinceps fcripta funt,iftud antecedens faciunt,primum quidem hæc uerba,ex quo,auferẽtes,unaq; cum his aliqua ex fequentibus permutantes.Verum quod ab initio dixi,& nunc repetam.Hoc eft autem,huiufce libri fententias uarie ac multifariam fcriptas effe, quemadmodum & hanc:quarum præterea non nullæ haud recte difiunctæ funt: aliæ contra haud congrue copulatæ.Quorum omnium fi meminerim,fimulq; errantes confutare uelim,in immenfam longi C tudinem producetur oratio.

13 *Tubercula foras extumefcentia, & acuminata,in turbinemq; gracilefcentia, æquabiliter maturefcentia,non circundura,decliuia,& non bifida,meliora:contraria uero mala: & ,fi quàm plurimum contraria,peffima.*

Ab ijs,quæ ex terra progerminant,Græci homines phymata uocauerunt, hoc eft tubercula, eos præter naturam tumores,qui prorfus fine caufa externa proueniunt: fed potiffimum eos hoc nomine uocant,qui extra corporis fuperficiem extuberant.Verũ,ob nominis alterius inopiam,interdum & latos,paulò que naturalibus partibus elatiores,hoc eodẽ nomine appellant: quod & Hippocrates hoc loco fecit,bona effe tubercula extumefcentia dicens,hoc eft, quibus infignis tumefactio ineft,aut quęcunq; non introrfum,fed extrorfum uerfus augefcunt: quemadmodũ in libro præfagiorum fcribens dixit,|Quæcunque exterius uergunt,optima funt q̃ ma- In Prog.cõ.1.t.
" xime extrorfum fpectantia,& in aciem turbinata:fed quæcunque,ait,introrfum rũpantur,opti- 40.4.196.g
" ma funt,quæ externas partes minime attingũt.Melius quidem eft extrorfum uergere:fed fi in-
" trò declinent,melius rurfum in iftis omnibus eft ipforũ eruptionem in interiores locos fieri.Tu D berculorum fanẽ generatio in abdomine atq; etiam pectore eft:iftis enim inanes cauitates fub funt tuberculorum introrfum fpectantium præter naturam tumorem excipientes.Sed ex ijs, q̃ exterius intumefcunt,acuta ac turbinata latis meliora funt,utpotè ex calidioribus tenuiorisq; materiæ fuccis procreata,& iccirco celeriter fuppurantia:nam ex crafsis tenacibusq; conftantia,utpotè frigidis,& lata funt,& ægre coquuntur:quin etiam putrefcunt potius,quàm coquantur longiori tempore.Præterea laudat & æquabiliter fuppurantia.Nã quæ ex aliqua parte fuppurant,reliquum uero totum non fuppurans habent,primum quidem eo ꝙ alijs ftatim fuppurãtibus diuturniora funt,fecundo uero ꝙ difficilius curantur,peiora cenfentur:alijs enim auxilijs fuppurantes partes egent,alijs non fuppurantes.Nõ circundura autẽ circunduris mitiora funt. Circundura uocat autẽ,quæ in medio mollia fuppurantiaq; funt,circum uero dura,& ęgre aut nequaq̃ fuppurantia.Laudat præterea & tubercula decliuia:hæc funt autem deorfum uerfus aciem fuæ fuppurationis habentia.Hoc enim loco adaperta facile defluere materias finunt: nifi ea ex inæqualibus effe te latuerit,in ijs enim aliquid boni ineft,aliq̃d mali:uerum quæcunq; ęqualiter fuppurantia aciẽ in inferioribus habẽt,hæc omniũ optima.Non bifida etiã bifidis meliora effe nos admonet:in bifidis enim mediũ nõ fine uitio inuenitur,fed crudũ atq; durum. At clare patet,ex tuberculis,quæ diximus,cõtrario inter fe modo habẽtibus,quęcũq; plurimũ inter fe

ter ſe formis diſſident,hęc uiribus,ac moribus etiam longe diſtare.Nã ſatis magnam latitudinẽ E prædictis differentijs habẽtibus,aliquod inter cõtraria mediũ eſſe neceſſe eſt: & à medio aliud magis,aliud minus recedere:ut in duris ac mollibus(in una ſiquidẽ oppoſitione tanquam exẽplo ſermonem facere ſatis erit)durũ quidem molli peius eſt:inter dura,magis durũ : duriſſimũ verò peſſimum eſt. Ita ſanè medioeriter molle mediocriter bonũ eſt: & perfecte molle,eſt perfecte bonum.Quæ itaq; in hac oppoſitione audiuiſti ad prædictas omnes applicare poteris.

14 *Ferinum autumno,& cordis dolores,& horridum,& melancholicum.*

Seu uentris uermiculos,qui aſcarides dicuntur & lumbrici, ferinũ uocet:ſeu elephantem, & cancrum:ſeu phthiſin,ut non nulli uoluerũt:ſeu omne malignũ uitium:iure autumno hæc omnia procreantur, & ob mali ſucci tunc tẽporis abundantiã , & ob aeris inæqualem temperiem. Nihil igitur mirũ,ſi & cordis dolores,& horrores,& atrabilis autumnali tẽpore abũde generãtur:omnia enim hæc antedictas cauſas comitantur.Cæterũ in enarratione ſecũdi uoluminis de morbis uulgaribus latiſſime de omnibus autumno graſſantibus morbis diſputauimus.

15 *Ad initia exacerbationes conſideranda ſunt,& in omni morbo:veluti ueſperi exacerbari,& annus ad veſperam,& aſcarides.* F

2.epid. ſect. 1. nõ longe à prin cipio.

Et in ſecundo de morbis popularibus libro hoc modo ſcriptum eſt:|Ad initia morborum cõ „ ſiderandum,ſi confeſtim florent.vtitur enim interdũ Hippocrates hac uoce,ad initia,quẽadmo „ dum & hoc in ſermone uſus eſt:ad initia morborũ refert conſiderare,num ſtatim floreant.quẽadmodũ & in dicendo,quod & ad calfaciendum,& refrigerandũ,& ſiccandom , & humectandum,multa ſanè quiſpiam huiuſmodi inuenerit:neq; enim ut aduerſans,neq; ut cõtradicẽs,his verbis utitur,ſed ut ad calfaciendũ,refrigerandũ,ſiccandum,& humectandum iuuantia multa, inquit,huiuſmodi inuenire quiſpiam poſsit:id uero & à nobis in illis cõmentarijs declaratũ eſt quibus ſecundũ librum de morbis uulgaribus explanauimus. Quòd niſi quis ita uelit dictionẽ accipere,ita neceſſario intelligenda hæc uerba ſunt,ad initia,hoc eſt,ſecundum initia,aut,circa initia.Neq; tamen in ſolis initijs id conſiderandum eſſe nos admonet, ſed in morbis uniuerſis. Deinde exemplum adiecit,qđ bifariam legi poteſt,uno quidẽ modo,ad ueſperam exacerbari; & annus,deinde ab altero principio,ad ueſperam & aſcarides:alio item modo,ut ad ueſperam exacerbari,& annus ad ueſperam,deinde ab alio principio,& aſcarides.Diem nanque toti anno proportione reſpondere cenſet,ut matutino tẽpori uer ſimile ſit,meridiei æſtas,ueſperi au- G tumnus,nocti hyems.Dictum eſt autem & de his uberius,ubi ſecundi morborum popularium voluminis eam partem declarauimus,cuius initium eſt,Aſcarides ueſperi.

16 *Infantibus tuſsicula cum ventris perturbatione & febre continua ſignificat poſt iudicationem bimeſtri,prorſus vigeſimo & tumores in articulos.*

Omnes enarratores ſcriptis ſimiliter credunt,nec eorum,quæ laudant,quæpiã intelligunt,ſi quidem non nulla(& ſi affectate dixerim)ueluti artis nerui ſunt,alia perexiguam utilitatem afferunt,alia uero neq; exiguam: quemadmodum id,quod in præſenti parte proponitur. Etenim ego,quæcunq; in ægrotantibus eodem ſemper modo fieri uidentur , memoratu digna cenſeo, & ex his ipſis,ea potiſsimum,quę magno uſui ſunt:quemadmodum paulo ante de præſenſione ex rigore dicebã.Interdum nanq; in uehementiſsima ſebre adiuncta uigilia,faſtidio,ſiti,impatientia,non nnnquam,& delirio,omnibus ægrotantis domeſticis perterritis ac flentibus,quempiam licet rigorem & ſudorem morbiq; ſolutionem ſcienter prædicẽtem, Aeſculapium eſſe uideri.Sed in propoſita ſententia primum quidem quid dicat,obſcurum eſt:deinde & ſi omnes ipſius ſcriptoris uerisimiles intellectus habere quiſpiam ſe crediderit,nihil tamen ex ipſis prædi- H cere poterit.Eſto enim infans aliquis tuſsiens,uentre perturbato , cum febre perpetua : deinde vtcunque,quo quis uelit,die iudicetur,ſiue octogeſimo à partu,ſiue ſexageſimo: duobus enim modis ſermo iſte declaratus eſt,bimeſtri,prorſus uigeſimo,non nulli quidem ab ortu bimeſtrẽ eſſe uolentes,quo die infans iudicatur,uigeſimum autem à die,quo ægrotare incepit: at nõ nulli aiunt duos menſes nato morbum accidiſſe,atque uiginti dies poſt initium iudicatum eſſe:his que hunc in modum habentibus,nos prædicere poſſe,puerulo iſti à iudicatione abſceſſum aliquem in articulos impetum eſſe facturum . Atqui neque ſemper,neque plerunq; iſtud eueniet. Prædictiones autem aut veraces eſſe in perpetuum decet,aut raro mentiri:nam raro ueritatem aſſequi & plerunq; aberrare nequaquam artificioſum eſt.

17 *Si infra vmbilicum quidem ſuperiora conſtiterint in inferioribus articulis,bonum eſt: Sin ſupra, haud perinde morbum diſcutiunt,niſi ſuppurauerint ædemata.*

Quòd de pueris adhuc iſta loquatur,ex inferius dicendis conſtat . Verum ſermo iſte non de particularibus eſt,ſed de communibus,& in ſecundo de morbis popularibus,& in aphoriſmis, & in libro præſagiorum repetitus:quos omnes locos dudum explanauimus. Vult enim Hippo-

crates

A crates ex superioribus locis in inferiora umbilico factos abscessus salubres esse: non huiusmodi autem haud salubres, sed eorum malignitas aliquantulum obtunditur, si oedemata suppurauerint. Vsus est autem, & hoc loco oedematis appellatione in communi significato omnium præter naturam tumorum, ut & antea dictum est.

18 *In humeris autem suppurantia tantulis, eis breuiorem humerum reddunt.*

Quòd de infantibus adhuc disputet, ipse declarauit inquiens, tantulis, dignum censens nos, & modo dicta ad initium sermonis referre. Verum quomodo ‖ isti breuiori humero reddantur, in libro de articulis, nostrisq; in ipsum commentationibus didicisti. De articulis, com. 1. t. 60. 7. 259. h

19 *Soluerit autem & vlcusculorum in inferiora eruptio, nisi rotunda profundaque sint: huiusmodi enim & alioqui perniciosa sunt, & puerulis maxime.*

Ab hoc Græco uerbo ἐκθύω, quod erumpere significat, uocabulum ἔκθυον hoc est eruptionē deriuauit Hippocrates, media syllaba producta: perinde ac si cum impetu exitum dixisset. Ipsa uero affectus abscessu egentes discutere inquit, nisi rotunda & profunda sint, hoc est, nisi summopere maligna fuerint. Infesta † nanq; infantibus sunt, neq; dolores, neq; curationem ferre potentibus: quin & alioqui ægre sanabilia huiusmodi ulcera sunt. † Al. insanabilia.

B

20 *Soluerit autem & sanguis emanans, frequentius autem perfectioribus id incidit.*

Sanguinem profecto emanantem omnibus id genus uitijs prodesse sæpius iam didicimus: in infantibus autem, de quibus sermonem facit, ab initio neq; sanguis apparet, præterquam raro. Ideo & ipse addidit, frequentius autem perfectioribus id incidit, hoc est, ijs qui sunt adultioris ætatis. Qui affectus autem sint, qui per abscessus quos dixit, & sanguinis profluuia, & ulcuscula, in infantibus iudicantur, non clare admodum aperuit: initium enim sermonis erat, infantibus tussicula cum uentris perturbatione, & febre continente: potest autem ex ijs, quæ dixit, symptomatis, & de lateris, pulmonis, iecoris, atq; uentriculi affectibus intelligi.

21 *Lachrymæ in acutis male habentium spontinæ quidem bonæ: inuoluntariè autem defluentes malæ.*

De lachrymis huiusmodi dictum sanè est & in libro [a] ‖ præsagiorum, & in [b] ‖ aphorismis: sed A in Prog. cō. 1. t. 10 4. 192. e
« accuratius in primo uolumine de morbis popularibus ubi ait, [c] ‖ Quibuscunq; in acutis febri- B 4. Apho 52.
« bus, magis autem in ardentibus, inuoluntarie lachrymæ cadunt, his de naribus sanguinis pro- ex ord 11 d
« fluuium expectandum est, nisi alia perniciose habeant: in male autem habentibus non sangui- C 1. Epi. cō. 2. t.
C nis profluuium, sed mortem significant. Et nos in eius libri explanationibus hunc sermonem declarauimus. 80. 3. 116. a

22 *Quibus palpebra circuntenditur, malum est.*

« Idem affectus talem palpebram efficit, qualis in præsagiorum libro descriptus est: ‖ Cutis circa frontem dura & prætenta. Quòd autem de acutis morbis hoc, & alia deinceps in prognosti- In Prog. cō. 1. t. 7. 4. 191. b
« corum uolumine dicta sint, ab ipso declaratum fuit & hisce in uerbis dicente, Lachrymæ in acutis male habentium uoluntariè quidem emanantes bonæ sunt, inuoluntariè autem malæ.

23 *Malum est autem & inarescens ueluti spuma.*

Id quoq; in morbis acutis fieri cernitur, cum summe aridi sunt, & uires imbecillę, perexiguis lachrymulis * ab oculis excidentibus, deinde ibi inarescentibus. * Al. lippitudinibus.

D 24 *Et obscuratio malum est.*

A. l. 4. f. a. t. 1. c. 33. 443. a * In acutis morbis obscurari oculorum aciem infirmitatem & interitum uisoriæ potentiæ significat.

25 *Et squalidum malum est.*

Erat quidem & habens ueluti spumam squalidum: sed nunc, etiam si sine spuma sit, malum esse significauit.

26 *Et qui interius corrugantur.*

Quando membrana musculis oculum mouentibus agnata, ad circulum usq; coronam appellatum porrecta, dissoluta relaxataq; fuerit, tunc oculos interius corrugari accidit: nam, si exterius corrugati fuerint, erit sanè cutis ipsius hæc affectio. Imbecillitatis autem ac refrigerationis hoc signum esse testimonio est id, quod in ualde senibus contingit: ipsorum enim oculi rugosi esse cernuntur.

27 *Concreti, & vix versiles, & obtorti.*

De oculis hæc quoque disseruit. Nam concreti, hoc est immobiles, perfectissimam eius potētiæ extinctionem significat, à qua musculi, cum naturaliter affecti erant, mouebantur. Illud autem, & uix uersiles, proximum isti affectum declarat: obtorti autem oculi aut delirium, aut tremorem

morem ipsos mouentium musculorum indicant. Hæc omnia uero in acutis & periculosis morbis, ob principis membri noxam, oboriuntur. E

28 *Et quæcunq; alia omissa sunt.*

Quæ nam sunt hæc, quæ oculis euenientia omissa esse dicit? an scilicet ea, quæ in præsagiorũ „ volumine per hæc uerba enumerata sunt? Si lucem enim fugiant, aut lachrimentur, aut inuer- „ tantur, aut alter altero minor sit, aut alba rubra appareãt: aut in ipsis uenulas liuidas aut nigras „ habeant, aut lippitudines circum oculos, aut si suspensi uideantur, aut prominentes, aut ualde caui. Prius autem in eo libro cum alijs omnibus & hæc explanauimus.

In Prog. co. 1.4. 10.4.192.e

29 *Febres aliæ quidem mordaces sunt manui, aliæ uero mites: aliæ non mordaces quidem, sed post insurgentes: aliæ uero acutæ, sed quæ à manu uincuntur: aliæ statim perurentes, aliæ in totum debiles, aridæ: aliæ salsuginosæ: aliæ pemphingodes: aspectu terribiles: aliæ tactui humectæ: aliæ ualde rubræ, aliæ ualde pallidæ, aliæ liuidæ: & id genus alia.*

Rursum & hoc loco in fine sermonis adiecit, & id genus alia, quoniam ab ipso solæ febrium insignes differentiæ designatæ sunt. Primas itaq; differentias scripsit ab ipsa propria febrium essentia acceptas. Essentia uero febrium est, non secundum Hippocratem modo atq; praeclarissimos medicos, sed etiam secundum communem omnium hominum notionem, prçter naturam caliditas, maxime quidem in totũ animal effusa: sin minus, at omnino uel in plurimis partibus, F uel in nobilissimis, accensa. Sæpius nanq; uniuersa cutis nullam euidentem præter naturam caliditatem, neq; nobis exterius tangentibus, neq; ipsis laborantibus, præ se ferre uidetur: sed in profundo corpore ipsam ægrotantes sentiunt, uisceraq; sibi incendio flagrare aiunt: non nulli præterea & fastidio afficiuntur, & siticulosi sunt, atq; peruigiles. Nũc igitur Hippocrates febriũ differentias, quæcunq; à medicis dignoscuntur, nõ ex ijs, quę laborantes referunt, sed ex ijs quę ipsi tactu, uisuque euidenter percipiunt, enumerat. Primæ autem sunt & præcipuæ & ex propria (vt dixi) febrium essentia acceptæ, quæ per calorem traduntur: neq; enim arteriarum motu febriũ essentia continetur: hac in re nãq; quo modo Erasistratus & Chrysippus hallucinati sint, aliàs didicisti. Febrilis igitur caliditas febricitãtia corpora tãgentibus aut acre mordaceq;, aut mediocriter molestam, sese offeret; suaue enim illud atque familiare, quale naturali calori inest, nequaquam habet. Quemadmodum igitur & alia pleraq; maioris minoris que ratione inter se differentia adstantibus gratiora loquendo, quàm ueriora, explicamus: ita & caliditatem parum molestam interdum nihil molesti tristisq; habere dicimus, ipsam scilicet calori ualde infesto cõparantes. Itaque non nunquam caliditas plurima iuxta atq; acerrima uidetur: plerunq; uero nõ pauca quidem, sed ab acerrima differens: aut rursum acerrima quidem, sed non multa. Et hæ singulæ, quas dixi, interdum aliquo tempore post, non primo statim manus impositu apparent: G quemadmodum & quæ primo tactu magnæ acresq; uisæ sunt, tibi non nunquam per longum tempus, iniecta in ægrotantem manu, diminui uidebuntur. Igitur squalida interdum atque ualde arida caliditas apparet perinde, atq; si lapidem aliquem calefactum tangamus: plerunq; uero roridam se, humectam & halituosam repræsentat, ut halitus quidam permultus ex laborantium corpore emanans perspicue sentiatur. Atq; horum rursus ipsorum, quemadmodum & prędictorum, quædam statim ab initio apparentia perseuerant: non nulla uero aut augescentem, aut decrescentem, quæ ab initio apparuit, qualitatem habent: non nulla & alteram nequaquam à principio uisam, ac penitus ab ijs, quæ à principio apparuerunt, differentem. Differentiæ itaq; ab ipsa febrium essentia acceptæ huiusmodi sunt. De reliquis autem posterius uidebimus: prius enim bene est enumeratas differẽtias Hippocratis uerbis accommodare. Cum dicit igitur, febres quidem aliæ manui mordaces, aliæ uero mites, tibi significat ab ipso de febribus in totum mordacibus, aut mitibus apparentibus, sermonem fieri. Subijciens igitur inquit, aliæ non mordaces, quidem, sed post insurgentes, per hęc uerba significãs, febres initio mordaces non uisas, diutius inhærente manu, mordacitatis sensum inferentes: contra uero, atq; istæ, illæ se habẽt, de quibus H dicit, aliæ acutæ quidem, sed à manu uictæ, initio enim acutæ cum apparuerint, paulatim remittuntur. Eam autem dictionem, acutæ, de caliditate celeriter manui occurrente, suumq; ipsius uelocem motum ostendente, te intelligere opus est: quemadmodum acutos aliquos † & acres; nominamus, quod idem est, ac si celeres dixeris. Acutos etiã morbos dicimus, quicunq; propria tẽpora usq; in finẽ uelociter ptranseũt. Siue aũt manibus, siue manui dicas, ad cognoscẽdas pdictas differentias, nihil refert: qñdoquidẽ mentẽ sanã habenti clarum est, id genus differẽtias nõ oculis, sed manibus sensiles esse. Adijciunt autem & oẽs homines qñq; huiusmodi appendices, ad hoc natura ducti, quæ dictorum euidentiã augeant, & in illis rebus maxime, in quibus per cõicẽturas quasdam & signa, non per sensoriam cognitionem, quod quęritur, inuenire licet. Ita ergo & Hippocrates non solum sermonis initio manuũ meminit, sed etiam cum dixit, aliæ acutę quidem, sed quæ à manu uincuntur. At deinceps febriũ in magnitudine differentiam demonstrãs, inquit, aliæ statim perurentes, aliæ in totum debiles. Per quid igitur huiusmodi imago tangentibus sese offerat, ut multa, aut pauca caliditas uideatur, in posterum reijciamus: nunc solum, q ita appareat, dixisse abũde est. Quemadmodum enim in externis, si oculis quis uelatis flammã

† al. cursores.

tetigerit

A tetigerit,aut multam sentiet ipsius substantiam,aut paucam, nullā in caloris qualitate differentiam percipiens.Hoc itidem modo in febribus habet:interdum nanq; caloris secundum qualitatem dignotio eadem cum illa apparet,quæ in alio corpore fit,sed multitudine inter se differre uidentur.Ex uerbis autem sequentibus illud,aridæ,satis clarum est:sed illud,salsuginosæ,obscurum:neq; enim salsum tactu,sed tātum gustatu,sensibile est.Est uerò adhuc magis obscurū, qđ sequitur, cū dicit, aliæ πεμφιγγώδεις, aspectu terribiles: nā hoc loco diuersam scripturā reperimus.In plurimis quidem codicibus huic voci,πεμφιγγώδεις,adiacet hæc, aspectu : in paucis post hanc uocem,aspectu,& hęc,terribiles,adiecta est.Solum autem inter explanatores Sabinum inueni,qui exemplar ita scriptum agnoscetet:.quem Metrodorus secutus est,& quicūque ab ipsis vsq; ad † deriuati sunt:nihilo minus tamen in paucissimis codicibus simpliciter scriptū inueni, aliæ πεμφιγγώδεις,neq; hac voce,aspectu,neq; hac,terribiles, addita . Salsuginosas autem febres ad tactum aliquis redigens,eas esse dicet,q̄ pruritum aliquem, ac morsum tāgentibus inferunt, ut à muria,& reliquis salsis corporibus excitari solet.Pemphingodees aūt febres, hoc est,spiritibus affluentes interpretamur:sentimus enim plerunque per febricitātium cutem acreum quendā halitū effluentem.Quod nisi tales,sed eas,quæ cū pustulis sunt, pemphingodees febres quis

† Licet in Græcis lib. hoc loco nihil sit, tamen aliquid desideratur, qđ fortasse supplebis, si addas, hoc tēpus.

B esse uelit,aliquā ex necessarijs differentijs prætermiserit ex pdictarū uidelicet genere , quas ab ipsa maxime febrium essentia assumi diximus. Vnn.mordax valde,aut uehemēs,aut arida,aut squalens in multis febribus caloris species esse uidetur,ita etiam flatuosa, manu quendam in ipsam spiritū exilientē nō nunquam halituosum,nō nunquam aridum,percipiēte. Verum cū plura hoc uocabulum pemphinx significet,aliud alius explanator accipiens , tanquam unum illud solū,quod ipse posuit,significet,probabilis audiētibus esse uidet. Forsan igit satis esset dixisse , pemphingodees febres flatuosas esse:sicq; in genere hactenus dictarum differentiarum censeri: & cū qui nō ita intellexerit,hanc differentia ptermisisse uideri. At cum in plerisque exemplaribus hæc uox,aspectu,isti,pemphingodees,adiecta sit, necesse nobis est grāmaticam garrulitatē interdum,& ipsam ad hæc utilē attingere.Sed exactius quidem de obscuris apud Hippocratem dictionibus alibi proprio opere egimus. In præsentia uerò satis erit,me grammaticorū dicta sequutū secundum eorum placita de uocis huius,pemphinx,significatis aliq ddicere . Videtur.n.
« Sophocles ipsam in Colchis pro flatu accipere,ita dicens:Abduxit pēphixi,non prope venti se
« cundi.Et idem in Salamine satyris:Et fore utique*ceraunia pemphingibus tonitrui & tetri odo
« ris occupauerint.Aeschylus autem in Prometheo:Deuinctę recta,rependo aūt,& quam primū
« quidem boreæ veneris ad flatus,caue fremitum irruentem , ne te rapiat procellosa pemphinge
C cōuertens repente.Et pro radijs ipsis uti uidetur hac uoce,pemphinx,Sophocles in Colchis hi-
« sce carminibus:Et utiq; admiratus sum hàc contemplans pemphinga aureā intuitus. Ita & Aes
« chylus:Et aduersò neq; pēpbinx Solis aspicitur,neq; sydereū os Latonię puellæ.Pro gutta autē
« idem accepit in Prometheo:bene caue, ne tibi in faciē incidat pemphix:amara enim & nō pro
« uita halitus.In Pentheo quoq;:Ne sanguinis uero penphinga in solum sparseris . Pro nebula ēt
« posita esse uidetur hoc in carmine apud Sophoclem in salamine satyris:Pemphinge omnem tar
« de tidens ignis.Et apud Hibicum,densas pemphingas epoti . Dictus est autem ab eo sermo iste per quandam cōparationem de ijs,qui procella iactantur,dici solitam.Iccirco,& plurimi ex ijs, qui futura præsagiunt, de stillis,q̄ per imbres cadūt,dictas esse pemphingas aiunt . Sed Calima-
« chus hunc in modum ait:Ne per pemphingas inducētibus permitte.Sed Euphorion ita inquit:
« Floribus pemphinges admurmurāt mortuis.Pemphingis itaq; significata iam recensuimus: deque duobus ex istis supra mentionem fecimus,ꝙ omnes uidelicet optimi explanatores Hippocratē secundum illa sermonem suum fecisse voluerunt.At nūc modo dictis significatis, & aliud
D tertium adiecisse conuenit , ut pemphingodees febres eas intelligamus , quæ ueluti scintillarū exilientium manuiq; nostræ occursantium imaginem reddunt: atq; huiusmodi febres ex duabus simplicibus iā pdictis cōpositæ fuerint, flatuosis scilicet atq; igneis.Huic autē declarationi solum illud aduersabitur,si huic dictioni,pemphingodees,adijciatur hæc,aspectu.Nō immerito igitur quidam hanc abstulerunt.Qui non abstulerunt autem,aut febres cum tuberculis intellexerunt,aut eas,quæ animam uitiant. Et quoniam cū tuberculis febres à symptomate cognominantur,probabiliter sanè à symptomate ipsum pestilentes febres denominare intelligere possumus:est enim re uera,& hæc una febrium species.Quod autē in ipsa tubercula oriantur, & Thu
« cidides testatur,ita scribens:Et exterius quidē tangenti corpus, neque valde calidum erat,neq;
« uiride, sed subrubrum,liuidū,tuberculis exiguis & ulceribus efflorescens. At quicunque febres animā lædentes pemphingodees appellatas esse cōtendunt, longe à proposita febriū diuisione aberrant:non nulli enim ueteres medici & febrem quandam phreniticā appellauerunt:queadmodum sanè & lethargicā,& pleuriticam,& peripneumonicam.Sed febrium enumeratio nunc in præsenti sermone proposita à differentia caloris accipitur: sub qua & pestilēs febris putridū calorem habens contineri potest:Phrenitica non potest, cū non,ut aliis, ita & Hippocrati mos sit febris speciem phrenitim asserere:neque à symptomate nuncupata, qualis ea est,q̄ pustulas excitat,in dictis differētijs ab ipso includitur:quemadmodum neq; aliæ,quarum proxime men

* Al fulmina.

tio facta est. Phreniticorum nanque febris calorem habere mordacẽ inuenitur in omne corpus E
æquabiliter,& omni iniectæ manus tempore profusum : quare prima omnium ipsarũ dicta est.
Itaq; neq; eorũ interpretationem admittimus,qui falsas febres a qualitate in ægrotãtium ipso
rum ore sensu percepta nominatas esse confirmant. Hippocrates nanq; omnes , quæ ad tactum
spectant,notitias,secundum caloris differentiam,in quo genus febrium uniuersum atq; essentia
consistit,deinceps enumerasse uisus est. Etenim si pestilentem febrem pemphingodea nomina-
tam esse probauerimus,appellationem quidem ab accidente,speciem uerò ipsam secundũ pro-
priã febrium essentiam sortitia erit. Eadẽ quoque ratione,& falsas febres eas esse dicentes, quæ
omnia,quotquot gustet ægrotãs,falsa uideri efficiant,neq; isti propositarum in præsenti doctri
na febris differentiarũ meminerunt. Quòd si inter febrium differentias,& istas Hippocrates col
locasset,omnino & illas unà cum his enumerasset, in quibus & ipsa saliua,& omnia q̃ gustet fe-
bricitans,amara uideanẽ. Has quidem differentias non inter febrium,sed potius inter saporum
notitias collocare satius est: febres autẽ inter caloris differentias enumerandæ sunt: quẽadmo
dum enim sapores gustatu,ita & febres tactu sentiuntur. Verũ quòd neq; Sabinus rectè hanc uo
cem,terribiles,adiecerit,ita seriem uerborum scribens,aliæ pemphingodees aspectu terribiles,
antea dixi,& nunc in memoriam reuocabo,nẽpe terribiles aspectu ipsos dictos esse,à nobis qui F
dem,si cũ pustulis, & ulceribus sint: ab ipsis autem,si insaniant,& torue intueantur. De his autẽ
ambobus quid sentire oporteat,ante retulimus. Pari modo peccauerunt & illi, qui febres istas
*spirituosas dictas esse uoluerũt , nõ ad tactum notitiã referentes,sed ad difficilis spirationis spe A.l.4.f.1.t.4. c.2.418.a
ciem,in qua magnus creberq; spiritus redditur. Igitur uerisimillimum est febrem pemphingo-
dea dictam esse,aut spirituosam,quæ ad tactum referatur,aut pestilentem. In sermone autem cũ
huic uoci,pemphingodees,hæc, teribiles, adiecta sit, sola pestilens febris denotatur : cuius ab
alijs calor per putredinis excellentiam differt: sicut in hac nostræ tempestatis longissima pestilẽ
tia uisum est. Atq; iccirco neque calidi,& perurentes,qui peste laborabant,tangentibus uidebã
tur,quamuis interius magno flagrarent incendio: quemadmodum & Thucydides aiebat: Et *ex A.l.4.f.1.t.4. c.2.434.e
terius quidem tangẽti corpus,neq; ualde calidum erat,neq; uiride,sed subrubrum, liuidum,pu
stulis exiguis,& ulceribus efflorescens: interiora aũt ita urebantur, ut neq; ualde subtiliũ uesti-
mentorum,neq; linteolorum uelamenta, neque aliud quicquam præter nuditatẽ ferre possent.
Dicta est sanè pẽphinx,& in Gnidijs sententijs,quas Euriphõti medico attribuũt hisce uerbis:
Mingit parum subinde,& urit,& supernatat pemphinx,ut olei uiridis instar araneæ. Vidẽtur sa
nè isti pemphinga uocare non totã ampullam,sed solum id,quod ipsam exterius araneæ instar G
circumscribit. Cũ absoluisset igitur Hippocrates maxime propria,& principes febrium differen
tias,deinceps ad eas,quæ a colore sumũtur,trangressus, inquit, Aliæ ualde rubræ,aliæ valde pal
lidæ,aliæ uerò liuidæ. Valde rubras dixit,non simpliciter rubras: & post has deinceps iterũ,ual-
de pallidas,non,pallidas: liuidas uerò simpliciter,nihil ipsis incrementi significatiuũ adijciens,
vt si & ipsas liuidissimas dixisset: semper enim color iste malus est,sed ruber ac pallidus usitati,
& familiares sunt. Febres autem ualde rubentes uehementissimam caliditatem iudicant,& ma-
teriã esse sanguinẽ,quemadmodum ualdæ pallidæ, pallidam bilẽ testãtur. In ipsis verò deiectio
† Al. nã si eas sine bile inueneris. nes considera: † nam si eas bile tinctas inueneris,{ex eius effusione naturalem colorẽ permuta
† Al. si uerò cũ ea, pro differẽtia febris colorem ponito. tum esse cognoueris: † at si sine,* in differentia febris colorem ponito.} Huiusmodi febres pro-
fecto,nisi eum rigore atq; sudore aliqñ preiudicatæ fuerint, tabem inferunt. Valde rubræ autẽ
inter synochos numerantur, & uenæ sectione ad animi usq; defectũ ducente iuuantur,ut in uo
luminibus De arte curatrice didicisti: ubi & magna utilitas ex huiusmodi differẽtiarum cogni
tione percipitur,ipsis videlicet singulis propriam medicationem requirẽtibus. At liuidæ febres
à colore sanè & ipsę cognomen adeptæ sanguineũ succum deficere nunciant, & cũ ipso itidem
ingenitum calidum: atq; iccirco mortiferæ sunt: ex quibus non nullæ sycopas euacuationẽ se-
quentes efficiunt: de quibus in libris de arte curatrice notitiã accepisti. Id gen⁹ febres Euriphõ H
liuidas nominat ita scribens: Liuida febris habet,& sinciput aliàs & alias caput dolet: & uiscera ,,
dolor torquet,& uomit bilem: & cum dolor cruciat,intueri nequit , quoniã grauatur: & uenter ,,
siccus redditur,& cutis tota liuida: & labia,qualia exesis moris esse solent: oculorum alba liue- ,,
scunt: aspicit perinde ac si stranguletur,interdum uerò minus id patitur,sæpius etiã commutaẽ. ,,
Quin etiã & in libro De morbis Hippocrati adscripto,quem Dioscorides ab altero Hippocrate
Thessali filio scriptũ esse uoluit,de quodã morbo liuido mentio fit: libri autẽ initiũ tale est,mul
Libro 2. de Morbis. tã urinam facit,qñ caput excalfactum fuerit. Sed de liuido morbo ad uerbum hæc scribit: | Mor ,,
bum liuidum febris arida comitatur,& horror aliàs,& aliàs capitis dolor: & uiscera dolor male ,,
habet: & bilẽ uomitu reijcit: cũq; dolor uexat,nequit intueri,sed grauatur: & uenter aridus red ,,
ditur,& cutis liuida: & labia,& oculorum alba liuent , aspicitq; ac si stranguletur : interdum & ,,
colorẽ mutat,atq; ex liuido subuiridis efficitur. Alij uerò rursum hoc loco liuidam febrem male
interpretati sunt, eã scilicet,in qua liuidæ deiectiones apparent: istis nanq; pari ratione cõueni
ret,& nigrã febrem eam appellare,in qua nigræ materiæ expulsio fit. Superest nempe adhuc ex
tremum dictionis Hippocraticæ explanandũ,ubi inquit,& alia similia,prædictis scilicet similia.
Recensuit

A Recenſuit autem poſtremas ſcd'm colores dfias, non ſecundum ipſam ſebrium eſſentiam, alijs
tñ quæ ab aliquo accidente proueniunt propinquiotes: quemadmodum cum aut intermitten-
tes, aut continuas febres eſſe dicimus: & intermittentium hanc tertianam, illam quotidianam,
aliam verò quartanam: at continuarum aliam ſemitertianam, aliam ardentem, aliam gelidam,
aliam ſuccenſam, aliam peſtilentem, aliam paluſtrem, aliam hepialam. Cęterum Praxagoras in- • Al. elcoſam.
ter acutarum ſebrium dfias, & phreniticas, & lethargicas, præterea & ictericas quaſdam nun-
cupauit. At recentiores medici non ſolum continuam, ſed etiam ſynochum febrem quandã ap
pellauerunt: eiusq; dfias poſuerunt omotonam uidelicet, ſeu acmaſticam uocatam, & epacma-
ſticam, atque paracmaſticam. Item ſecundum aliam diuiſionem alijs quoq; morbis communẽ
nonnullas acutas ſebres appellamus, nonnullas diuturnas. Alia quoq; diuiſione boni moris fe
bres, & mali moris dicimus: quin etiam alias ordinatas, aut inordinatas: Præterea quaſdam ſta
tum circuitum ſeruantes, & erraticas. Quidam autem ueteres a diuerſis membris accenſas ſe-
bres ab illis cognominabant, lateralem ſebrem aliquam uocantes, & iecorariam, & lienariam:
alias uerò a ſymptomate ſoporificam, ſomnolentam, lethargicam, phteniticam, auriginoſam.
B De quibus omnibus in proprijs de ipſis libris late notitiam adeptus es: ſed in pręſenti ſermone,
quę ad explanationem pertinent abunde tractata ſunt. Non meam enim ſolum ſententiam pro
tuli, uerum etiam illuſtrium interpretum mentionem feci, alios omnes ſilentio inuoluens, qui-
cunq; de febrium differentia ſeorſum ab explanatorijs commentarijs aliquid prodiderunt: in-
ter quos eſt, & Archigenes: de quibus in alio uolumine ſermonem faciam.

30 *Contentiones corporis, & articulorũ duritia, & ipſe diſſolutus, & articulorũ confractiones, malũ.*

Contento rela[illegible] contrariũ eſt, duro molle: quare ipſe deinceps dicturus eſt, cutis duræ
mollitio, contentæ relaxatio. Siue cutẽ contentã, ſiue articulum, ſiue corpus dicat, ad naturali-
ter affectũ ipſum conferentes, ita dictum fuiſſe intelligemus. Secundum naturam aũt ſe habet,
quod neq; contentum, neq; laxatum, ſed mediocriter ſe habet. Contenta ſanè interdum ꝑ pro-
prium affectum contenduntur, interdum a quibuſdam alijs attracta: per proprium quidẽ affe-
ctum, cum aut vehementi frigore conglaciauerint, aut ab aliqua exiccante cauſa arefacta fue-
rint, ſunt enim, vt nouiſti, plures: diſtenduntur aũt quædam a continuis particulis, cũ are fiunt,
aut inflammantur, aut congelaſcunt. Contra quædã ultra naturales fines relaxanẽ multo humo
re, ſine frigore madentia. Obdureſcunt aũt, quæ dura fiunt frigore ſicceſcentia, aut ſcirrho, aut
C ſiccitate: phlegmone nanq; non durum, ſed reſiſtentem tumorem efficit, perinde atq; utres ſunt
liquidæ materiæ, atque aeris pleni. Quemadmodum autem renitens duro ſimile apparens ob
cõe accidens (nam durum quoq; renitens eſt) longe tñ ſcd'm propriam naturam differt, ita &
molli corpori exolutum ſimile cum ſit aliquantulum, quantum ad ſenſibilem apparentiã perti-
net, non eodem tñ affectu præditum eſt: ſiquidem ægrotantium corpora potentia muſculorum
motrice debilitata exoluta, & abiecta iacere cernuntur. Hunc itaq; affectũ manifeſtauit dicens,
& ipſe diſſolutus, deinceps uerò manifeſte ſubdidit, & articulorum cataclaſies, hoc eſt confra-
ctiones. Sed quidam tertiam ſyllabam nõ per a ſcribunt, cataclaſies, ſed per i cataclifics hoc eſt
decubitus. Vtro modo autem melius fuerit ſcribere, facile inueniemus, ſi eorum reminiſcemur,
« quæ in libro De præſagiis de decubitu per hæc uerba tradidit: | Aegrotantem uerò a medico — in Prog. cõ. 1. t.
« deprehendi oportet in dextrum latus, aut ſiniſtrum decumbentem, & crura manusq; paulũ in- — 13.4.193.c
flexas hñtem. Animaduerte uerò hic, crura, & manus paulum inflexas habentem, nam aut ne-
quaquam, aut pluſquã conueniat, inflexas eſſe, utrunq; malum eſt, quia præter naturam ſint. Ip-
« ſe igitur dixit, | Ita. n. & plurimi recte ualentium cubant. iccirco poſtea ſubiunxit. | Supinum au — Ibidem.
« tem iacere manibus cruribusq; extentis minus bonũ. Tibi verò declaratum eſt facultatis infir- — Ibidem. t. 14.
D mitatem ab hmõi decubitu indicari: & adhuc magis ab eo, qui deinceps his uerbis exprimitur:
« | At ſi pronus fuerit, è lectuloq; ad pedes delabatur, grauius eſt. Tales igitur decubitus in pſenti — Ibidem. t. 15.
ſermone per hæc uerba ſignificauit, & ipſe diſſolutus, ſiquidem manus, & crura parum inflexas
habere laudabile eſt: quod ultra hos fines tranſit, maiorem articulorum fractionem indicat: Ita
« nanque ipſam appellauit: at in libro De præſagijs in his uerbis, | Mortiferum eſt aũt ore aperto — Ibidem. t. 17.
« dormire, cruraq; ſupini iacentis inflexa eſſe, & explicita. quod ſignificat latiſſime diſtantia. Siue — & 18.
autem inflexa, ſiue explicita ſcribat, vtroque modo articulos confractos eſſe indicat. Atq; ideo
melius hoc loco fuerit cataclaſies articulorum per a ſcribere, hoc eſt confractiones: nam per i
ſcribere, cataclifies hoc eſt decubitus, non admodum recte articulis quadrat, uniuerſo corpori
huiuſmodi appellationes non articulis Hippocrate attribuere ſolito.

31 *Oculi audacia deliratoria: & abiectiones, & infractiones, malum.*

Audacia quidem nota eſt delirij, maximeq; cum impudens eſt, ſicuti pluries dictum eſt. Ocu-
lorum autem abiectio audaci inſpectui contraria eſt: declarat nanque præ facultatis palpebras
regentis imbecillitate oculos diutius apertos patere non poſſe. Infractionem uerò oculorum ap
« pellat cum palpebræ inuertuntur, vt in libro De præſagijs narrauit: inquiens, | Sin incurua fue- — Ibidem. t. 12.
rit, aut liuida palpebra, aut labium, aut naſus, malum.

GALENI IN SEXTVM HIPPOCRATIS DE MORBIS POPVLARIBVS LIBRVM EXPLANATIONVM.

SECTVM SECVNDVM.

Ilatare, constringere alia quidem, alia verò non.

Curationum,& isti modi sunt contrarijs affectibus conuenientes:dilatare nanq; densata oportet:densare aūt, quæ vltra decens amplificata sunt. Ideo secundā syllabam huius uocis συγχῶσαι cum tenui spiritu non cum crasso legendum est:neque.n.cum hac dictione ὑγρὸν, vt quis forsan putare posset,composita est: nam ignorat iste ab Ionibus angustum stenygron appellari. Huius autem rei testis locuples Simonides fuerit in his carminibus, ita scribens: Non sanè quisquam sic vmbrosis in montibus vir leonē „ timuit,neq; pardalim,solus stenygro.i.angusto,occurrens in tramite:idem.n.significat,quod ar „ cto.Arctantur autem & dilatantur vltra naturalem modum interdum uasculorum quorundam, aut membrorum sensilia oscula:plerunq; uerò,& ratione uisilia tam in cute, quàm in profundo F corpore posita:atque densata aperire,& rarefacere mediocriter calefaciendo:patentia verò cogere adstringendo,ac refrigerando opus est.Sed perfectum de his sermonem,sicut & de alijs curatiuis præceptis in libro De arte curandi faciendum habebitis.

2 *Succos hos quidem expellere,istos uerò exiccare,illos autem addere:ac partim quidem sic, partim uerò non.*

Et in libro de succis istorum doctrinā accuratius traditam didicistis.quemadmodū,& in nostris de curatione libris proditum est.Quòd uidelicet nonnunq̄ redundantes humores sensibiliter euacuare conuenit,aut uomitionibus,aut clysteribus,aut purgatorijs medicinis,aut per lotia,aut per sudores,aut per uenæ sciffionē,aut per ani sanguifluas uocatas uenas,aut per uterū, aut scarificando:interdum uerò digerere exterius adhibitis medicamētis oportet: ex qbus modis hunc exiccare appellauit, priorē uerò expellere. Cumq; vtriq; cōe fit euacuare,quod tertio contrarium erat , scripsit, ipsum addere, vel imponere nominans , hoc est deficientes humores creare.Clarum est autem nos per cibos potusque,ipsorum qualitates idoneas,& modum seligētes, vtq; concoquantur,digerantur,corporibusq; apponantur,procurantes, istos reparare.

Illud autem,partim quidem sic,partim uerò non,& si non dictum fuisset,manifestum erat:in G terdum enim uno in homine aliquæ particulæ in tumorē elatæ euacuationis,aliquæ nutrimento carentes replerionis indigent.

3 *Extenuare,crassum facere,uas,cutem,carnes,& alia:Et hæc quidem,ea uerò non.*

Per uas totum corpus intelligendū est:nā ipsum immodice crassum extenuare, & emaciatū plenius reddere,haud raro nobis propositū est: plerunq; uerò non totū,sed aut carnes aliquas, aut cutem solam:interdum, & humores,quos significauit illa uerba adiiciens, & alia. Illud uerò,& hæc quidem,ea uerò non,eo modo intelligendū est,quo proximum sermonē explanaui.

4 *Complanare,exasperare,obdurare,mollire,aliqua quidem,aliqua non.*

Commune & in uniuersum medicaminum propositum cū ab ipso didiceris,singula oīa curationis præcepta consequi poteris. Nā si contrariorū contraria sunt medicinæ, præter naturā exasperata complanare,læuia exasperare opus erit.Asperantur sanè fauces plerunque sensibiliter, & aspera arteria,& os,& uniuersa cutis in scabiosis leprosisq; affectibus:& pustulis quibusdam milij granulorum instar,aliquibus minoribus,aliquibus maioribus.Asperātur quoq; & uē H tris partes plerunq;,cum per ipsas biliosus succus merus copiosusq; excernitur, interdum uerò & ex acribus erodentibusq; alimentis id sequitur. Atq; hinc euidens est per medicamina asperitatem tollentia curationem esse faciendam:quod ipse complanare,appellauit. Contra āt,atque hæc,se habent,quibus exasperatio conuenit. In cute quidem,& circa barbæ capitisq; pilos id accidit:circa pilos quidem capitis,ut in alopecijs uocatis,& ophiasi,& mydriasi:in barba uerò, cum tarde uixque pili exoriuntur, in quibus & ipsis omnia medicamina ad alopecias facientia experti sumus.At in alijs corporis particulis,†ubi sunt caua ulcera,& integri sinus,abstersorias medicinas infundentes,locos illos exsperamus.Et uentriculum tenaci pituita refertum exasperantibus medicamentis non nunquam deteregemus. Eiusdem generis sunt, & pessi per sanguifluas uenas purgationes proritantes. Quin etiam palpebrarum tubercula,græci sycoses uocāt, prius aliquo exasperantes,ita detractorijs medicamentis oblinimus:idque facimus,ut ulcerata tubercula in profundū uires medicaminum accipiant. Nouistis sanè in istis me marinarum bestiarum,

† Al ubi agglutinare ulcerum labia, aut integros sinus volumus.

A ſtiarum,quæ cete uocantur,corijs aſperis,& ſepię teſtis,& pumice vtentē:hisq; non pñtibus ipſo paruo cyatho ſcalpelli anguſtum non latũ extremum hñtis. Verum ēt achoras,& uocatos fauos,& myrmecias verucas, & q̃cunq id genus alia medicamentis diſcutere volumus, aut nr̃is vnguibus,aut duriorę linteolo,aut aliquo ex antedictis prius mediocriter fricantes,deinde ipſis medicamina ſuperdamus. Obdurare,mollire: hæc nobis quoque vſu veniunt, plerunque in omni corpore,nõnunquam in parte una. Nam eos,qui uniuerſo corporis habitu ſubtumido, & in hydropem vergente ſunt,duriores reddimus linteis prius fricantes,& aſpera frictione vtentes,atq; in puluere exercentes: hæc aũt non ferentes medicamentis emplaſticis arefaciũt medici,& lauationis abſtinentia,& dictis frictionibus,pro uiribus.ſ.atque paulatim eas augentes. Verum vnam interdum particulam ita affectam ſecundum ea,quę dixi,curabimus. In extremis autem membris potiſſimum id fieri aſſidue cernitur. Vlcerum quoq; omnium, cum carne repleta ſunt,cicatricem boc modo facimus,dureſcens.n.caro cutis naturam induit,cicatrixq́; efficitur. Iterum per contraria,calloſa,& in ſcirrbum verſæ phlegmonæ molliuntur: quemadmodum,& obdurati lienis medela perficitur: Et craſſeſcentem cutem in affectu, quem elepbantem uocamus,& cicatrices,quàm conueniat duriores,remollimus: ſicut molliores induramus.

B

5 *Excitare, ſtupefacere.*

Excitare ſenſum,& motum in ijs,qui eos debilitatos habeant, nõ mediocrem vſum medicis præbere omnibus notum eſt. At ſtupefacere in ſolis vehementibus doloribus interdum ex vſu fuerit,cum medicamenta ex opio,mandragora,& alterco exhibemus: nam ipſe dixit,ſtupor uerò moderatus dolorem ſoluit. Quòd ſi quis potentioribus,aut pluribus medicamentis ſtupefactorijs utatur,refrigerantur, extinguunturque corpora.

6 *Et alia, quæcunque huiuſmodi ſunt.*

Illa dicit,quæ per contrarietatem antedictis ſimilem fiunt,aut refrigerando, aut calefaciendo,aut humectando,aut exiccando,† aut intruſa expellendo: ‡ aut illud excidendo,quod toto genere inimicum eſt corpori: aut abſcidendo,quod magnitudine naturalem modũ excedit: aut † Al. aut elapſa reponendo.
contortum dirigendo,aut obſtructum recludendo, aut reliqua quæcunque in arte curatiua dicta ſunt: Quorum omnium communem propoſitum eſt contraria affectibus adhibere.

7 *Deriuare.*

C Curationum modos ad ſuccos pertinentes hic docere incipit, in libro De ſuccis accuratius deſcriptos: ſed nunc quoq; reminiſcentiæ cauſa narrabuntur. Deriuationem ſanè appellare conſueuit Hippocrates,quando ſuccus aliquis euacuationis indiget, neq; per conuenientem regionem ferri inceperit,neque tamen ualde procul a conuenienti,neque ad remotiſſimum locũ: Vt ſi per lotij uias exire tentauerit uitiata ueſica,aut renibus: tunc.n.per aluum deriuare ſatius fuerit. Quemadmodum etiam ſi per aluum uitiatis inteſtinis ferri inclinauerit: contra.n.in iſtis ſuccum euacuandum ad urinarios meatus dirigemus. In mulieribus verò nonnunquam ad uterũ, aut è contrario interdum vteri profluuium ad vrinę uias,ac aluum,deriuabimus. At ſi in aliqua id genus euacuatione uomitum citauerimus,reuulſionem hanc nominat: ut ſi uomitus etiã tetraxerimus,ad uterum,aut ueſicam,aut ſedem incitantes.

8 *Deriuare, cedentem retrahere ſtatim, renitenti cedere.*

Conſentaneum erat,ut deriuationi reuulſionem ſubiungeret, ſicque deinde quo modo quis optime reuulſionem faceret,edoceret. Sed Hippocrates reuulſionem ſilentio præteriens, illico ad illud ſe contulit, quod,bene reuulſuris humores male in membrum aliquod irruentes utiliſſimum cognitu erat. Neque enim ſemper in retrahentibus auxilijs permanẽdum eſt,ſed aliquod
D tempus,quod retrahentibus uacet,interponere oportet: ut ſuccum, qui in affecto mẽbro prius inhæſerit,excerni permittamus: in membro enim remanens,ipſum bifariam cõtriſtabit, & multitudine diſtendens,& qualitate diſcrucians. At ſi humores in particulam prius illatos exire per miſeris,ipſam dolore liberabis, faciliusq́; reuulſoriis auxilijs aliquid proficies, non amplius in ſeipſum membro propter dolorem ſuccos proritante,ultra eam,quam a principio non recte acceperant,inclinationem.

9 *Alium ſuccum, non qui exeat, ducere: Exeuntem verò unà effundere. Facere ſimile, ut dolor dolorem ſedat: Diſsimilia ſi ſurſum vergant elata, per inferna ſoluere: Et contraria itidem, ut capitis purgatio, uenæ inciſio, quando non temere detrahitur.*

Alium quidẽ ſuccum nõ exeũtem ducere,ex ijs patet,quæ in Aphoriſmis,& in libro De ſuccis tradita ſunt. Nã ſi humor infeſtans excernať,cum moderata eſt euacuatio, id nihil aliud curantem admittere oportet: quẽadmodum ſi immodica fuerit,ipſum medicum aliquid facere neceſſe eſt,nonnunq̃ euacuationis redundantiam ſupprimentem,nonnunquam eius defectũ incitantem,quod ipſe nominauit exeuntem συνεκχεῖν,hoc eſt unà effundere. Conſueuit enim ecchymoſes appellare ex vaſculis effuſiones, & inanitiones: facere autem, idem, quod permu-

tare,aut miscere,significare didicisti.Ambiguum uerò est,utrum antedictis connectendũ sit, an E
deinceps dicto applicandũ:utroq;.n.modo non proprie dici videtur: atq; ideo non nulli ipsum
tanq̃ consequens antedicta,cum illis coniunxerunt:deinde ab altero principio posuerũt,simi-
le,ut dolorem dolor sedat.Verũ alij sequentium principium hoc fecerunt,facere simile.Quoniã
uerò(ut dixi)utroq; modo dictum neutro uerisimile est, multi ad ipsius scripturam permutan-
dam se conuerterunt: quemadmodum & alia,quæcunq; vno in nomine obscuritatẽ cõtinẽt.Et
non nulli quidẽ per ο & ρ primam syllabam, secũdam uerò per γ & ι scribunt, ὀργίασθαι.i.irasci:
alij primã syllabam per ε & ρ secundam per γ & α, ἐργάσασθαι hoc est facere.Deinde aiunt,dein-
ceps loco exempli additũ fuisse illud,ueluti dolorẽ dolor sedat.Sanè ita in multis codicibus scri
ptũ reperitur:sed recte in Dioscoridis exemplaribus scriptum non est : uidetur enim ab aliquo
explanationi adiectum fuisse,postea uerò inter auctoris ipsius uerba ab libri scriptore fuisse in-
sertũ.Verũ,qđ per γ & ι scriptum est,ὀργίασθαι,id est irasci,affectatum admodum, & ab Hippo-
cratis elocutione lõge alienum est,siue de nobis ipsis,siue de ijs,quæ curantur,membris,siue dè
humoribus dicatur:nam ipsa ueluti ad iram concitare , & ad expulsionem stimulare significari
aiunt per hoc uerbũ,ὀργίασθαι.Sed hæc contẽnenda exiliaque sunt, quemadmodum & reliqua
omnia,quæ incolumi rerum ueritate de uocabulis disputantur. Quòd si & ipsæ res labefactẽtur,
huiusmodi à nobis scripturæ fugiendæ sunt:sicut hoc loco omnibus ferè interpretibus curatio
nes quasdã interdũ per similia fieri concedentibus, & non semper à contrarijs , quod ipse Hip- F
pocrates suspicatus aliqñ quosdã opinaturos, unico exemplo eorum deceptionem indicauit in
ʒ Aph.21.Ex. ord.39.b Aphorismis scribẽs: Quãdoq; in neruorũ distentione sine ulcere iuueni carnoso,æstate media;
frigidæ multæ infusio caloris reuocationem facit: calor autem hæc sanat. Frigidum nanq; affe-
ctum neruorum distentionẽ simili auxilio se curare quispiam putauerit,si frigida ipsum aqua cõ
sperserit:id uerò haud ita habet,nam retractionẽ caloris efficiens iuuat,quã nisi efficeret, sum-
mã noxã inferret.Atq sicuti hoc auxiliũ frigidum esse cum uideatur, calfaciendo nõ nũquã fri-
gidũ morbũ neruorũ distentionẽ tollit,ita alia cõtra calefaciẽtia ex accidẽti refrigerant, igneũ
calorem digerentia:de his uerò mihi in omnibus de methodo curatiua libris late disputatũ est,
per auxilia affectui aduersantia semper curationem fieri declaranti . Sed qui maiori dolore mi-
norem curari arbitrantur,mirifice falluntur:neq;.n.dolor dolorẽ curat,sed remedium, quod cũ
dolore affectum doloris auctorẽ delet. Nã alibi didicisti,nulli symptomati primario, sed ipsum
creanti affectui,curationẽ semper deberi.Quòd si quis neutiquam primò,sed interdum ex acci
denti similia similibus curari ꝑ media illa,q̃ primò contraria sunt,dixerit,iste vera dicit:idq; ita
esse, & ex libro De ratione curãdi per scientiam didicisti,& adhuc ex nostris in Aphorismos cõ
mentarijs.Quod uerò aliqui dicunt quempiam coxa adusta, ut in coxendicis morbo cõtingit,
dolore dolorẽ sanauisse,nimirũ perspicue absurdũ est:neq; enim à dolore, sed ab exustione,cui G
forte dolor adiunctus erat,ægritudo sanata fuit.Nam si quispiam contudisset,aut secuisset , aut
quocunq; alio modo dolorem membro intulisset, nequaquam ipsum sanare potuisset: atq si do
lor sanitatis auctor esset,undelibet excitatus coxendicis morbũ tollere debuisset . Eodẽ modo
& dentem dolore uexatũ siquis euellens hominẽ dolore liberet, non per dolorem in extrahen-
do dente cõcitatum,sed per extractionẽ,cui dolor cõiunctus erat,id assecutus fuit, quoniam si
citra dolorẽ etiam dentem eximere potuisset,pariter ægrotans à dolore liber euasisset:quemad
modũ si & absq; euulsione quis dentem premens,aut quatiens dolorem irritet , dolorem quidẽ
acerbiorem reddiderit,nihil tamen leuamenti attulerit.Vtrinq; apparet igitur,quantum in ipso
est,inutilem dolentibus esse dolorem.Etenim per auxilia anodyna vocata, hoc est dolorem se-
dantia,multa dolentia membra sanantur:in alijs uerò plerunque dolores magni per exteriꝰ ad
hibita illati ex aliquo affectu dolentibus nullum laxamentum præbuerunt : unum.n.solum est,
quod medeatur,quod affectum utcunque,siue citra dolorẽ,siue cum dolore excindit:dolor ue-
rò suapte natura non dolorem sedare,sed cõtra omnino irritare idoneus est. Hoc igitur exẽplũ
euidenter falsum est:uerũ ad alterum quoddam eorum,quæ isti dicunt, transeuntes,illius quo-
que absurditatem contemplemur.Dicunt igitur uomitũ vomitu,& acri clysteri mordaces deie
ctiones sæpe curari.Est uerò,& in hoc casu una sanè curatio affectũ excindere, ob quem uel nau H
seabundi sunt,uel crebro intestinorum morsu stimulati ad exonerandum uentrẽ consurgũt. Id
autem,ut didicistis,bifariam fit,uno quidem modo nobis eos humores euacuãtibus,qui & nau
seam stomacho,& intestinis morsum inferunt: altero autẽ eos cũ coquentibus , & in optimam
qualitatem mutantibus , aut contemperantibus . Ostensum uerò est,& in his medicationem ꝑ
contraria fieri:nam prorsus euacuare alienum naturæq; inimicũ humorem,eiusdem retẽtioni
contrarium est:& qualitatis mutatio per contrariã qualitatem fit. Cæterũ huiusmodi quæstio-
nis agitandæ hic locus nõ est,cum in omnibus curatiuæ methodi voluminibus semper à cõtra
rijs curationem fieri demonstrauerimus.At quoniã sæpius Empiricorum Methodicorumq; ra-
tionibus adducti quidã hoc medicinæ fundamentum impugnare,atq; euertere conantur,ratio
nes ꝓxime dictis similes afferentes,fortasse melius fuerit,postquam ꝓsentis libri explanationẽ
absoluero libellum aliquem componere,in quo apertissime demonstretur, cõtraria sola,primo
atque

A atq; per se, contrariorũ esse remedia: ex accidenti namq; caluus medicus caluũ ægrotãtem, similis similem medicari potest, & oblongi, acutiq; capitis medicus, oblongi acutiq; capitis ægrotantem, & claudus claudũ. Futuri ãt libri inscriptio talis erit, Quòd recte ab Hippocrate dictum sit ‖contrariorum cõtraria esse remedia. Nũc iterum ad propositę uocis declarationẽ reuertamur, in qua per ι & ε primam syllabã in ueteribus codicibus scriptam esse: & hãc uetustissimos interpretes agnoscere dicebamus. Hãc uerò & Dioscoridis sectatores seruauerunt, quamuis multas ex antiquis scripturis ꝑmutarẽt. Hippocrates igitur ut per commẽtarium sibi ipsi, quemadmodum & alia multa coniecturaliter ac breuiter, ita & hoc forte scripsit, facere simile, cũ prædixisset, nõ nunquam melius esse ijs, quæ uacuantur, auxiliari, subdidit, efficere simile, hoc est, cõmiscere cum eo, qui bene euacuetur humore, alium similem. Possumus autem & quod sequiẽ, dissimilia, in eandẽ sententiam interpretari: etenim dissimiles quoque humores vnà cũ ijs, qui congrue euacuanẽ, exhaurire conuenit. Siquis autẽ, operari, uel efficere ita explanare uelit, hoc est, mutare, & alterare, & concoquere, ita quoq; medicinalẽ sentẽtiam sermo habuerit. Si enim succus aliquis merito excernantur, συνεχυμῶσαι τοῦτο, i. isti similes reddere, unàq; euacuationis indigẽtes succos excernere conuenit, siue ipsi aliquo modo similes, siue dissimiles sint. Possumus B quoq; & sermonẽ diuidẽtes, finẽ prioris facere, efficere simile, posterioris aũt rursum principiũ hoc statuere. dissimilia si sursum uergant elata per inferna soluere, ut huiusmodi sentẽtia sit, Humores mẽbris in totũ dissimiles sursum uersus petentes deorsum trahere: si uerò deorsum uergant, sursum reuellere: nobis ea dissimilia dicta esse intelligentibus, quæ à locis aliena sunt. Eodẽ modo & alterã scripturã explanabimus, ubi prima dictionis syllaba per ε & ε scripta est. Nã, irritare simile, id significare dicemus, ut. s. unusquisq; nostrũ ut humores effundantur æque, atq; ij, qui euacuantur, efficere debeat: pariter aũt & dissimiles similes reddẽdi. Sed forsan (ut nõ nulli crediderunt) hoc uerbum, irritare, per translationem ab aĩalibus turgentibus, hoc est in uenerẽ cõcitatis dictũ esse poterit: ita enim ipse uti videtur, cũ dixit in aphorismis, ‖Medicari in ualde acutis, si turgeat, eodẽ die. nã in humoribus ad exitũ paratissimis, & ad euacuationẽ properantibus, in proxime dicto, & in alijs aphorismis hac uoce, turgere, uti vr̃. Ita igiẽ & hoc loco, aiũt, par est ab eo de humoribꝰ, irritare, dictũ esse, hoc est, ad expulsionem habiles ipsos efficere. Rursum itaq; ab altero initio ad aliquod utile, quoad eius fieri potest, orationẽ cõuertamꝰ. Postquã. n. dixit sursum elata deorsum soluere, & contraria itidẽ, elata quidẽ idẽ, qđ concitata significare putandũ est: ut de primo affectꝰ exortu ipsi sermo fiat, iubẽti ad cõtraria loca statim C retrahere, deorsum quidẽ in ijs, q̃ superius ortũ habẽt, sursum uerò in ijs, q̃ inferius: ut eadẽ regula utentes opẽ feramus, & ad differentia loca abducamus. Igitur ‖si in pedes & crura fluxionẽ decũbere senserimus, ex cubiti uenis sanguinem mittemus, aut uomitu purgabimus: nõ (ut q̃dã putãt, nequaquã sursum retrahendum est, licet ad inferiora proruentibus succis, magnus aliquis in ipsis morbus futurus sit. Potest ãt intelligi & illud, sursum elata, de humoribus superiora petẽtibus, ut ea uox, elata, magis proprie dicta sit: sententia uerò & nũc eadẽ remanet. Humores nãq; sursum elatos, hoc est, sublime petentes, deorsum uersus retrahere haud recte impetũ faciẽtes oportet, & cõtra decurrẽtes in oppositũ ducendi sunt: ut in capite uitiato purgatione ꝑ aluũ, & sectione uenæ cubiti utendũ est: utrunq;. n. euacuat, retrahitq; deorsum. Verisimile aũt fuerit & cõtraria ab ipso in hmõi sensum dicta esse: Superius elatos humores & creatos affectꝰ ad inferiora statim ab initio retrahere cõuenit, & cõtraria his deinceps facere, qđ est à loco euacuare: ut in capite, posteriora capitis dolẽtẽ recta frõtis uena incisa iuuat: q̃ locale remediũ est.

in li. de Flatibus.

4. Aph. 10. Ex ord. 18. c

‖A. l. 3. f. 13. 1. 1. c. 8. 303. c

10 *Abscessus veluti bubones, signum quidem sunt germina habentium, tum aliorum, tum præcipue uiscerum: maligni autem sunt hi.*

D Galeni explanatio desideratur.

10 †*Spiritus parui, crebri: magni, rari parui, rari: crebri, magni, extra magni intꝰ parui: intus magni, extra parui. Hic extendens, ille urgens: duplex intro reuocatio, ut superinspirantibus. calidus, frigidus.*

† Sententia hæc diffuse explicatur in 3. lib de difficul. resp c 3.

« * * ‖Spiritus autem creber phlegmonem in partibus supra interseptum significat.
« Magnus uerò, & longo temporis interuallo post rediens delirium ostendit. Frigidus uerò si ex
« naso & ore prodierit, iam ualde perniciosus est.

‖ In Prog. cõ. 1. t. 24. 4. t. 194. h

10 *Medicatorum oscitationum continuarum longa spiratio est:*

Hunc sermonem etiam in secundo de popularibus morbis libro declarauimus.

11 *In abstinentibus à potu & uix breuis spiratio.*

Quemadmodum in secũdo de popularibus morbis plurimi codices uerba ita scripta habẽt, in abstinentibus à potu & uix longa spiratio, ita hoc loco, scriptum est, breuis spiratio. Satis autem à nobis de utraque lectione in commentarijs illius secundi libri actum est.

12 *Secundum rectum & costarum dolor, & praecordiorum contentiones; & Lienis elationes, & ex naribus eruptiones, & aures secundum rectum: Horum plurima huiusmodi & in oculos.* E

In plurimis exemplaribus lectio, vt nunc scripta est, reperitur. Raro autem & hanc inueneris, secundum rectum & costarum doloris, & praecordiorum tentionis, & lienis elationis & ex narib⁹ eruptionis, quā & ego lectionē & medicinalē & dilucidam approbo. Nihilo minus tñ & quod ab altera lectione significatur, idem est: & antea in secundo de morbis popularibus hunc sermonem enucleauimus. Hoc loco quidem abūdat id, quod de auribus & de oculis additū est, utpotè & his partibus regulæ, secūdū rectū, dicenti subiacentibus, quemadmodū & alia mēbra, dupliciter: interdū.n. ex se ipsis in alias quasdā partes materias secundū rectam regionem propellunt: interdum uerò ab alijs membris patientibus in aures aut oculos humores transmittuntur.

13 *Vtrum igitur omnium, aut quæ quidem ab inferis sursum, qualia quæ iuxta maxillas, aut etiam oculum, aut etiam aurem: Quæ uerò à superis deorsum, non secundum rectum. Atqui & in Angina rubores, & costarum dolores secundum rectum.*

In secūdo de morbis popularibus non est adiecta hęc dictio, per quam dubitat, utrū ex inferioribus in superiora abscessu facto, semper membri rectitudo vtiliter seruetur: ex superioribus āt in inferiora corrumpantur, ac fiant quidam nō secundum rectam regionem abscessus. Ignotum uerò est, utrum secundi de popolaribus morbi libri sententiæ prius, an istæ, scriptæ fuerint: F neque.n.q ille secundus, iste verò sextus liber inscriptus sit, ex eo illius sententias prius scriptas fuisse putandum est. In illis enim, quæ ab ipso, ut diuulgarentur, scripta sunt, rationabiliter huiusmodi ordo apparet: in commentarijs āt non itidē, Scripta nāq; ab Hippocrate in diuersis uel chartis uel tabulis eius filium Thessalū collegisse aiunt, duosq; hos libros, secundū uidelicet, atque sextum integrasse: non nulli & quartum addunt. Primum uerò atq; tertium, ut ederent, cōpositos esse constat. Atq; ideo quidam dicunt, si quę in secundo libro continentur, prius: ea, quę in sexto, posterius scripta sunt: Hippocratē par est, cū postea abscessum in inferiora non è regione utiliter factum, uidisset, ita p̄sentē sententiā cōscripsisse: sin autem hoc loco dubitans, posterius ea, de quibus dubitauit, dijudicans, constanter in secūdo de morbis popularib⁹ libro sententiā tulit, illis potius credendū est. In his igitur, q̄ nunc scribit, atqui & anginæ, rubores, & costarum dolores secundum rectū, de transmutatione non ex costarum morbo in anginā, sed ex angina in costarum uitium, sermonem esse intelligendum est. Hæc enim à superioribus in inferiora fit, de qua ambigens prædixerat, q̄ à superis in inferiora, non secundum rectum. Hæc itaque cum sibi ipsi obiecta subintulisset, postea ea infert, quæ in sequenti oratione ita se habent.

14 *An & ea, quæ infra Iecur, aut supra distribuuntur, ut quando in testes & uarices.*

Angina laborantibus costarum dolores secundum rectum fieri præfatus, deinceps quærit, in G abscessibus ad inferiora corporis depulsis semper sit⁹ rectitudo seruet, nec ne, quemadmodū in p̄ximo ante hūc sermone in dubiū reuocauit. Sed ibi dixit, abscessus, q. ad inferiora, nūc dixit, abscessus infra iecur, superiorum inferiorumq; omniū corporis partiū, iecur, ut uidetur, terminū statuens. Ipsius.n. deuexum transuerso septo adnexum est, quocirca & q̄cunque supra iecur sunt, hæc eadē & supra septum extant, cor scilicet, pulmo, & hæc ambiens pectus, adhucq; multo magis collū & caput: reliqua oia in inferioribus corporis esse dicuntur. Eorum etiam, quæ superius sunt, si inter se conferant, aliqua magis supra sunt, aliqua minus. Nobis uerò est consuetudo in oībus ita dictis, interdū, qd̄ minus supra est, infra esse dicere, ut ad superius ipso comparātibus: quod āt minus infra est, & id inferioribus cōparātes, superius esse diximus. Ac p̄p huiusmodi locutionis incuriā cōsuetudine lōginqua cōfirmatā, nois ambiguitas q̄dā atq; cōfusio in sermonibus oritur: quam memoria cōplectētes, cum Hippocratem dicētem audiuerimus, ab scessus in inferioribus corporis partibus obortos meliores esse considerare debemus: secūdum

2. Epid. sect. 1. quē significationis modū, inferius esse, acceperit: simulq; mēbrorū dignitates definiemus. Ideo namq; ut plurimū abscessus in superioribus excitati difficiliores sunt, quòd mēbra illa maius, q̄ H inferiora discrimen afferunt, cum utraq; eodem affectu vexata sunt. Siue enim cerebrū, siue guttur, aut gula, aut pulmo, aut pectus, aut cor inflāmata sunt, mortifera ægritudo: mēbris infra iecur inflāmatis pauci admodū pereunt, potissimū si recta curatio adhibeatur. Quin ēt iecoris ipsius deuexum concauo longe periculosius est: & non nulli ipsum inter superiores corporis toti⁹ partes, quemadmodum & os uentriculi, reponunt. Hæc itaq; à nobis obiter dicta sint, & si non præter propositum sint: reliquum verò explanationis in propositum sermonem deinceps absoluamus. Quærere nanque uidetur Hippocrates, utrum q̄ infra iecur ex superioribus delabuntur ut in testes & uarices, è regione fieri melius sit: aut, licet non è regione fiant, superiorum tamen partium uitijs æq; auxiliari queant. In nō nullis planè neq; an è regione facta sint, dignosci potest, ut quòd uarices è regione facto abscessu furorē curauerint: neq;.n. perspicere licet, in dextris ne cerebri partibus, an in sinistris, affectu oborto, in furorem acti fuerint: quemadmodū neque si diutius tussientibus sine lateris dolore abscessus in testiculum fiat. Atq; forsan & in his lo-

A ci recta oppositio seruatur, etsi vtra pulmonis, aut cerebri pars affecta sit, haud certo sciamus:
quin & melancholiam, sanguinis, per uenas sedis effusio plerunq; sanare pōt, neq; tunc nobis lo-
ci passi rectam oppositionem cognoscentibus. Sanguinis quoq; ex utero copiosum profluuium
multos curare morbos oībus in aperto est: sed neq; hic an ex dextri uteri uenis, an ex sinistri, an
ex utroq;, excretio facta sit, agnoscere possumus. In his itaq; affectibus cognitu difficilis est, aut
omnino ignota languentis membri recta oppositio: in quibus uerò ipsam dignoscere licet, & in
ijs Hippocrates, ut uidetur, considerandum esse ait, nū semper ex abscessibus ad inferiora trans-
mutatis meliores illi sint, qui secundum rectam oppositionem fiunt.

15 *Consideranda hac, quò, & vnde, & propter quid.*

Solisne ultimis, an oībus antedictis de abscessibus è regione, & non è regione factis hoc sub-
iunctum sit, in incerto est. Quod dicitur autem, ipsum huiusmodi est: Considerandū esse inquit,
& locum, in quem abscessus decubuit: hoc enim ex ea uoce, quò, significatur: & membrum, ex
quo, & hoc ea uox, unde, significat: præterea causam, propter quam abscessus oboritur, hoc rur
sum duæ illæ dictiones, propter quid, ostendunt. Scire nanq; oportet, nunquid a natura conco-
B cto morbo, aut uexante humore adhuc crudo ex uno mēbro in alterum delapso, abscessus ob-
ortus sit. Posset item aliquis, & hunc sermonem ab antedictis separare, & deinceps dicendorum
initium facere hunc in modum.

16 *Consideranda hac, quò, & unde, & propter quid uena temporum non firma, neque uiriditas splen-
dida.*

Dicebam, & hunc in modum totum sermonem diuidi posse, quemadmodum & alio quodā
modo, eo uidelicet, uenæ temporum non firmæ, neq: uiriditas splendida, si spiritus in ipsis relin
quatur, & alia deinceps. Nisi.n. uiriditas splendida, in oratione interiecta esset, multiformiter di
uidi posset, quippe quod commentarius, non liber sit: superius.n. intellexisti de hoc. Hoc autem
interiecto, uiriditas splendida, adhuc etiā magis obscura oratio reddita est. Alibi.n. ēt superius
diximus, ubi hæc uox, uiride, scripta est, qualisnam per ipsam color significetur, non posse mani
feste intelligi, quemadmodum, neque si, chloasina, scriptum sit, ut non nulli scribere consueue-
runt. Videmus.n. etiamnum hac tempestate, vt in Co ipsa Hippocratis patria, ita & in tota no-
stra Asia uiridia quidem appellari olera, & arbores, & stirpes, ueluti χλωρά, i. herbida: & pecudes
Græci χλωρίζειν dicunt, ꝙ significet herbas uerno tempore pabulari. Dicunt quidem & homines
C quosdam uirides, non ꝙ herbæ similem colorem habeant, sed potius pallidum. Incertum est igi-
tur, utrum Hippocrates subpallidum colorem uiridem atque herbaceum dixerit, quod permul
tis accidere conspicitur: an herbæ coloris similem, quod perraro accidisse uisum est. Igitur, cum
uox hæc per se obscura sit, adiecta hac dictione, splendida, maior adhuc obscuritas oritur: diffi-
cile nanque est excogitare, quidnam per hæc uerba significare uoluerit, uiriditas splendida. At-
que iccirco non nulli interpretes hanc omnem obscuritatem euitare cupientes, hoc modo scrip
serunt, neque color splendidus: intelligendumque esse aiunt splendidum, de ægrotantis natiuo
colore: ita quoque & Sabinus opinatus est.

17 *Vena temporum non firmata, neque uiriditas splendens, si spiritus intus relinquitur, aut tussis ari
da, non ferina, in articulos decumbere. Expectare secundum dissentionum rectum incessum, quæ in uen
tre fiunt.*

Iam dixi & sine prima huius sermonis parte, istam per se hunc in modū legi posse, si spiritus
intus relinquitur, & quæ deinceps scripta sunt. Spiritum uerò nunc intelligemus eum, qui, q̄ na-
D turaliter conueniat, maior sit, ut oratio in hunc modum se habeat: Si in morbo aliqui subleuati
temporū uenas habeant non firmatas, hoc est latius distentas, & non genuinus color sit, ac reli-
qua deinceps enarrata, istis in articulos abscessus expectandus est. Quæ sequuntur uerò hmōi
sunt, primum quidē hoc, arida tussis: scd'm autem illud, non ferina. Aridam tussim eam, per quā
nihil expuitur, appellare mos est. Istud sanè, ita in libro accurate composito conscriptum, aucto
rem ænigmatica locutione gaudere aperte demonstrat: at sibi ipsi adumbrationē q̄dam per cō-
mentarium scribentē nullus iure utiq; reprehendat: multa.n. sic nobis ipsis per quasdā notas de
signare consueuimus. Forsan igitur & nunc sibi ipsi hæc scripsit Hippocrates de pluribus affecti
bus sermonem faciens, hoc quidem loco de tussi arida in pulmonem & costarum inflammatio-
nibus: nam & hæc uox s, piritur, illis astipulatur: sed superius dicta, cum de ijs, quæ in facie con-
tingunt, scriberet, de febribus calidis, & perurentibus intelligenda sunt: cæterum & illa de pe-
ctoris pulmonumq; affectibus dicta eē possunt. Integra igitur oratio talis erit: Si diutius unà cū
antedictis tusses aridæ sint, abscessum in articulos expectare conuenit. Sed conditionē quandā
tussibus obscuram adscribens, qōnem alteram excitauit, quęnam sint ferinæ tusses. Non nulli sa
nè lumbricos intestinorum, cum ad ostiolum uentriculi repentes ipsum mordeant, aridas tusses
excitare aiunt: quod si re vera ita accidere compertum foret, nulla prorsus qō esset: sed millies
absq; ulla tussi lumbricos os uentriculi infestantes vidimus. Quocirca plures explanatores ad
alias interpretationes se conuerterunt: Quidam hanc uocē, ferinæ, de phthisicis dictam esse uo-
lentes,

lentes,quoniam ipsorum ungues,ut ferarum,incuruantur: non nulli de maligno morbo: in iudi E
catorijs nanq; abscessibus,ut crudum,ita & sanabilem esse morbum oportet:concoctus.n.citra
abscessum solutionem nunciat:perniciosus autem neque ullũ iudicatorium abscessum fore pro
mittit.At si diutius,& crudus morbus perduret,neq; malignus sit,tunc aliquem fore abscessum
expectandum est. Quòd autem crudus unà, & malignitate carens diutius morbus perseue-
rare debeat, ut abscessum fore sperandum sit, manifeste ipse in libro de Præsagijs,ita scribens
a Prog. cō. 2. t. 54.4.201.b declarauit : | Quicunque sanè lotia tenuia, & cruda multum temporis fecerint, sin alia per- "
durationis signa adsint,in istis abscessum ad partes intersepto inferiores expectare oportet.Erit "
itaq; tota oratio hmôi:Si aliquis pectoris,aut pulmonis morbus crudus permaneat,nihilq; ma- "
lignitatis habeat,abscessus expectandus est.Quòd crudus sit,signum est arida tussis: nam siquid
expuant,concoctionis indicium est.Id autem,quod expuitur,si liquidum, ac tenue sit, medio-
cris:si crassum,perfectæ concoctionis nota erit. Verum de his,& in commentarijs librorum De
ratione uictus in acutis,& in libris De iudicationibus,uberius disputatum est,neque minus etiã
in libello de quatuor morbi temporibus.Sed quod in calce huius partis adiecit dicens,distétio- .·.
num,quæ in uentre,plurimi quidem cum antedictis copulant:non nulli uerò,& per se solũ pro- F
priam habere sententiam asserunt. Igitur si quidem cum antedictis coniungentes legerimus,ser
mo talis erit:Cum ex antedictis abscessum fore speraueris,uentris distentiones præterea cõspi-
ce:ex his.n.comprehendere poteris,utrum in dextram corporis partem,an in sinistram, morbi
abscessus futurus sit : huiusmodi nanq; distentiones secundum ipsarum rectum situm abscessus
fore nunciant.Quod si iterum istud per se aliquis legat,secundum earum,quæ in uentre fiunt,di
stentionum rectum situm,sententia hæc erit:Quemadmodum in spirabilibus instrumentis cru-
do morbo,& sanabili laborantibus,abscessus fieri cernimus, ita & in uentris partibus incidere
comperies:erunt autem,& ipsi è regione passorum membrorum.

18 *Ita uerò se habent ex his plurimi,& ualde rubentes,& naturaliter albioris modi : Neque de naribus sanguis erumpit, aut paucus erumpit.*

Subintelligendum planè est,ipsos in morbis facies valde rubicundas habere,ac naturaliter al
bioris esse coloris: siquidem multi in morbis salubriter lõgis,cum futurus abscessus est,facie diu
rubescunt,præcipueq; si secundum aures excitari debeat. Quibus uerò,ita se habentibus facies
valde rubescat,declarauit,inquiens huiusmodi homines albioris esse coloris:nigrioribus.n.na- G
tura,& si non nunquam sanguis in facie exuberet,non tamen euidenter apparet : at in alba cor
pora,& in ista externa cum exiguum quippiam alterius coloris inciderit, statim omnibus con-
spicuum est.Hoc quidem ipsi adiectum est.Sed orationis continuitas talis fuerit : Istis ualde ru-
bentem faciem habentibus,cum salubris ægritudo perdurat, per abscessus iudicationem fore
sperandum est, nisi de naribus sanguinis profluuium redundãtem sanguinem euacuatione præ
uertat,qui in aliquem articulum impetum facturus erat.At quibuscunque ita habentibus, ut di
ximus,aut nihil penitus sanguinis,aut modicum, neq; morbi magnitudine dignum effluxerit,
hunc in modum abscessus eueniunt.

19 *Atque si quidem effusis intus relinquitur,paratus est.*

Nisi ea coniunctio,quidẽ,scripta fuisset,perspicua narratio esset.Nã cum dixisset,faciẽ valde
rubicundam hñtibus non effuso de naribus sanguine,aut pauco effuso,abscessus excitari,meri-
to subiunxit,si effuso aliquid relinquitur,ad abscessum morbus paratus est.At qm̃ ea coniũctio
quidem,adiecta est,subintelligere pterea conuenit,sin aũt intus aliquid non relinquitur,abscef-
sus non erit.Non solum aũt in commentarijs,quos sibi ipsi hoĩes conscribunt,hmôi locutiones H
inuenire licet, sed etiam in libris accuurate scriptis, ut coninnctione,quidem,præposita, nihil
præterea ipsi respondens subiungatur.Id autem maxime Dioscoridis sectatores animaduertisse
nouimus:quippe qui se magis,q̃ alios, grammaticæ peritos esse iactant: & ueterem lectionem
tuentur,quam omnes explanatores agnoscunt, & omnes codices retinent.Aut si coniunctio,
quidem,planè superuacua uisa fuisset,ipsam expungere quàm in hanc uocem,non,conuertere
maluissent.Hæc enim locutio,& si non effusis intus relinquitur, paratus est,secum ipsa pugnat,
hac uoce,intus relinquitur,ea, quæ nõ in totũ,sed ex parte euacuata sunt,significãte:ea uerò,&
si non effusis,cõtrarium indicante,sicut & hac,copiose fluxisse.Quẽadmodũ igitur hoc loco,in-
tus relinquitur,dicere nõ conuenit,ita & neq; ubi nihil prorsus effluxit.Nam nisi de uexãte hu-
more, intus relinqui,dictum esse, ut non nulli uoluerunt, acceperimus, (isti enim ad morbum
orationem referunt)quòd in sanguinis parcis effusionibus accidere solet,hæc pars, intus relin-
quitur, insinuat.Effuso enim sanguine,sed non quantum satis est,imperfectæ morborum iudi-
cationes fiunt,in quibus istud,intus relinquitur,dicere conueniens est.

20 *Sitis intus relicta, & oris exiccatio,& insuauitas,& inappetentia eadem ratione.*

Quando finita febre aliqua symptomata remanent, aliquid intus relinqui morbi reliquiarũ
dicitur.

A dicitur. Hippocrates igitur eorum exempli causa meminit, quæ inter remanentia principatum obtinent, sitis uidelicet, & oris siccitatis, & insuauitatis, & inappetentiæ .i. priuationis appetitus. Quare huiusmodi sermo id, quod in antecedente comprehensum est, enucleat, ubi aiebat, & si quidem effusis intus relinquatur. Bifariam enim intus relinqui intelligimus, vno quidem modo humorem morbi auctorem, altero autem morbosum affectum: nunc morbosi affectus intus relicti signa explanat.

21 *Febres autem non acutæ eiusmodi sunt, sed reuertentes.*

Et hoc unum ex ijs est, quæ ad futurorum abscessuum præsensionem faciunt: siquidem acutæ febres cito iudicantur, & per excretionem ex toto consumuntur: non acutæ autem, quæ reuertentes nominantur, & diuturnæ sunt, & imperfectas solutiones habent: postea rursum exoriuntur, & per secundam in abscessum expulsionem integre soluuntur.

22 *Quæ relinquuntur post iudicationem, recidiuam facere consueuerunt.*

Hic idem sermo, & in secundo de morbis popularibus libro scriptus est, & post hunc alij ad eum vsque, quæcunque tertianæ naturam habent, quos supra declaratos præteribimus.

23 *Quæcunque tertianæ naturam habent, his nox ante accessionem molesta est.*

B Quas nam febres tertianæ naturam habentes intelligar, explanatum fuit, † semitertianas videlicet, & extensas tertianas. In uno .n. solo recentiores medici concordant, dum prædicta uocabula enucleant, in exquisitis .s. tertianis, quod intra duodecim horarum spatium tertianæ exacerbatio circunscribitur, reliquæ autem horæ febre uacant: de methodicorum nanq; monstroso semitertianarum nominis abusu, neque ulla mentio facienda est. At si exquisita tertiana minorẽ, quàm duodecim horarum, accessionem habet, cuius accessio quindecim horarum spatio continetur, ea tertiana simpliciter absq; ulla adiectione uocabitur: ac, si quis accuratius loqui uelit, tertiana non exquisita. Atqui si ipse Hippocrates pronunciauit, ‖ Febres, quæcunque non intermittentes tertio quoque die vehementiores euadunt, oẽs malæ: quocunque aũt modo intermittant, nullum instare periculum signum est. oẽs tertio quoque die exacerbatæ, in integritatẽ aũt desinentes, discrimine uacabunt. Quòd si mentem Hippocratis sequentes has discrimine uacare dixerimus, semitertianam uerò ipse non sine discrimine esse cognouit, ex intermittentiũ numero febris ista non fuerit: Sed febres, quarũ integritatis tp̃s non breuius horis uigintiquatuor est, oẽs simpliciter tertianæ uocabuntur: quibus uerò integritatis interuallum hoc tp̃e breuius est, exacerbationes uerò longiores, istæ protensæ tertianæ dñr. Verum cum quatuor oĩa interualla sint, oĩno ad tria vsq; perueniunt scd̃m eum, qui tertio quoq; die fit, circuitum. Duo nanq; dies duæq; noctes inter duas accessiones interponuntur in omnibus illis, q̃ tertio quoq; die exacerbantur: raro aũt febrem ultra tria interualla exacerbatam, & ad integritatem finientem reperies: quam Agathinus magnam semitertianam appellare consueuit, quemadmodum illam mediam, cuius accessionis integritatisque tp̃a æqualia sunt: cuius accessionis tp̃s breuius est, & cui intra quatuor & uiginti horarum spacium accessionis tp̃s concluditur, hanc paruam semitertianam uocat: quare neq; tertianam, neq; protensam tertianam, unquam noĩat. Nam si exacta tertiana duodecim horas non superat, has aũt superans illico † longa tertiana est, nulla erit tertiana simpliciter: adhuc uerò magis, neq; extensa tertiana: quibus haud positis, neq; exactam tertianam noĩare necesse fuerit: cum nulla .n. sit nõ exacta, adiectio hæc uana erit. Quonam igitur pacto ‖ exquisitam tertianam Hippocrates appellare consueuit, cum tertianã simpliciter appellare liceret, siquidem ea sola tertiana est, quæ duodecim horis breuiorem accessionem habet? Constat igitur hanc ab eo exquisitam tertianam esse uocatam, adhucq; magis eam, quæ & alias

† Al. ubi & de semitertianis, & de extensis tertianis, dictum est. uide hac pag. d, & supra pag. 110 e. f. & 119. d

4 Aph 41. Ex. ord. 32. a

† Al. parua semi tertiana.

4. Aph. 59. Ex. ord. 33 g

D notas a nobis in commentarijs de indicationibus scriptas habeat: simpliciter uerò tertianã ultra duodecim horas extensam accessionem habentem: quod si quatuor & uiginti horas excesserit, tertianam longam, aut extensam hanc appellabimus. Quæ uerò ultra tria interualla exacerbationem producat, raro in uocatam integritatem desinere inuenietur: uerum neq; semitertianã statim istam vocabimus, si neq; repetitiones horridas faciat, neq; altero die accessionem alterã sine repetitione habeat: hanc quidem semitertianam appellabimus. Sed si qua febris tertio quoque die exacerbetur, neq; per minimum interuallum, ita mitescat, ut in eo febricitãs prope synceram integritatem esse uideatur, hanc acutam febrem noĩabimus id ipsum, quod est, de ipsa dicentes, quod videlicet tertio die exacerbatur. Sola igitur adhuc ex his, q̃ tertio die exasperant, tritæophyes, hoc est tertianæ naturã sapiẽs, noĩabitur: quæ fermè in integritatem remittitur. Si quis uerò, & alias oẽs acutas febres, quæcũque alternis diebus irritantur, tritæophyes noĩare uelit, forsan & ipse non sine ratione in hanc sñiam descendisse uidebitur: non tñ quampiam ex febribus in integritatem desinentibus ab Hippocrate semitertianam uocari concedemus: istæ nanq; securæ sunt, semitertiana uerò periculosa: inter quas tritæophyes appellatæ mediæ sunt, quas noctem ante accessionem molestam habere dicit: prorsus .n. hoc ipsis proprium est: extensis uerò tertianis non omnibus. Cæterum, ut ne molestia afficiar sæpius de semitertianæ significato scribens, interrogantibusque respõdens, unum hac de re libellum separatim composui. In libris sanè aphorismorum nullam de febribus, tritæophyes, quæ uocantur, mentionem Hippo-

crates

2. Aph. 13. Ex. ord. 12. e crates facies absolute dixit,|Quibuscunq; iudicatio fit,his nox molesta,quę ante accessionem: E
subsequens autem,tolerabilior plerunq;.Iudicationem uerò aliqui eam intellexerunt,in qua re
pentina quædam atq; insignis mutatio fit: aliqui simpliciter accessionem significari uoluerunt.
In omnibus autem fermè tertio quoque die accessionem habentibus febribus,pręter exquisitas
tertianas,nox ante accessionem re uera molesta esse solet. Quòd si & in exactis tertianis id non
nunquam eueniat,iudicationem sequenti die futuram portendit, potissimumque si & reliqua
futuræ iudicationis indicia consentiant.

24 *Tusses aridæ parum irritantes in febribus ardentibus,& si non secundum proportionem,siticulosæ, neq; linguæ ualde torrefactæ,non ferino,sed spiritu.Cõstat autem.Quando enim loquuntur,aut os hiat, tunc tussiunt.Quando non loquuntur,neque hiant,non tussiunt:hoc uerò in febribus laboriosis maxime euenit.*

4. Aph. 54. Ex. ord. 33. e Et in aphorismis de ijsdem hoc pacto scripsit:|Quoscunq; diutius tusses aridæ parum irritãt A. l. 4. f. 1. t. 2. c. 41. 424. f
in febribus ardentibus,non admodũ siticulosi sunt.Id igitur,non admodum siticulosi,idẽ signi-
ficat,quod non secundum proportionem siticulosi.In ardentibus nanq; febribus sine arida tussi F
magnopere sitiunt:ꝙ si tussis arida accedat,siti q̃dẽ carere nõ possunt,sed ipsorum sitis acrimo-
nia retunditur,ut aliquantum planè, sed nõ secundũ febris magnitudinem sitiant. Illud autem,
parum iritãtes tusses excitari,nõ frustra adijcitur:nam uehementes si fiant, pectoris pulmonis-
que partes calefaciũt,atq; inde febrẽ sitimq; adaugẽt:ac,si pusillæ tusses sint,& per longiora in-
terualla excitentur,tantisper mẽbra cõmouẽt,dũ in ipsa humor aliq̃s delabatur: atq; ita euenit
neq; tusses uehementer agitare,neq; febrem accendere,humoreque particulas irrigare,ad ipsas
modica tussi cõmotas defluente,propter quem laborantes minus siticulosi reddentur.Siccis au
tem tussibus ex aliqua etiã morbi malignitate nascentibus,quam deinceps qualis nã sit dicam,
ab eis has,de quibus nunc loquitur,distinguens ait,nõ ferino,sed spiritu. Aliqui verò non sim-
pliciter ipsum omnem malignitatẽ,ferinum,vocare arbitrantur,sed alij quidem phthisim,quo-
niam curuescẽtibus unguibus,feris,quantum ad hoc attinet,similes esse uidentur:alij uerò pul-
monum ulcus,therioma proprie vocari contendunt:alij uerò,cũ in os uentriculi lumbrici ascẽ
derint,tunc ipsos tusses excitare aiunt:neq; tamen ratione hoc, neq; experientia demonstrare
possunt.Ferinum igiẽ satius est malignũ intelligere,siue ex capite humore destillante,siue ex ali
cuius spirabiliũ viscerum vlcere,siue ex aliquo in ijsdem orto abscessu,siue ob ea, quæ uocãtur G
empyemata,tussiant:aliæ uerò tusses sunt ab eis diuersæ * * quæ malignæ non sunt,aut
ex instrumẽtorum spirabilium intemperie,aut faucium,arteriæ ve asperitate obortæ, non nun-
quam etiã ex alimentis, potionibusve exasperantibus,aliàs uerò & ex ambiẽtis aeris qualitate
cõcitatæ.In aphorismis enim ipse scripsit,|Si uerò aquilonia tempestas fuerit,tusses,fauces,uen
5. Aph. 5. Ex. ord. 20. c tres duri,difficultates urinæ,horridi, dolores costarum, pectorũ.Aer nanq; admodum frigidus
inspiratus interdum fauciũ,asperæq; arteriæ loca exasperat atq; refrigerat,non nunquam & to-
ti pulmoni pectoriq; intemperiẽ affert, sæpius uerò & ambo hæc contingunt,modiceq; ex his
arida tussicula uexantur.Quòd hæc ita se habeant, signum est, ipsos cum spiritum attrahunt ad
tussim prouocari,cum multus simul aer ipsis loquẽtibus,& hiantibus,& ore spiritum ducentibꝰ
intrauerit:sed cum per nares attrahunt,& aerem externum quispiam in ędibus ipsorum calefe-
cerit,tũc aut oĩno parum,aut nequaquam tussiunt. Quo circa & ob nares quidã panniculũ po-
nẽtes,ita inspirãt, exacerbari tussim experti,cũ aer externus frigidus multus simul mẽbris priꝰ
refrigeratis atq; exasperatis obuius fiat.Maxime autem laboriosis febribus id accidere inquit:
quas aũt laboriosas febres uocet,ignotũ est,nũ eas,q̃ ex uehementibus motionibus accẽdunẽ:
an eas, quæ spõte lassitudinis sensum inferentes exoriuntur:Huiusmodi sanè differentias nullꝰ H
ferè aut nostræ tẽpestatis medicus,aut antiquus obseruat, etsi exemplum Hippocraticæ diligẽ
tiæ habeant:quã imitari eos deceret,qui veritatem ipsam propter se,non gloriæ aut lucri causa,
conseq. studẽt.Ego uerò,quod dictum est,experientia examinare satius esse animaduerti.Labo
riosis q̃dẽ febribus ab externis fatigationibus ortis huiusmodi tussiculas accidere cõspexi,alijs
uerò nõ oĩno.Quin & ipsis febribus ab externis laboribꝰ ortis nõ simpliciter,sed ꝑ frigus aut ve
hementem æstum,& maxime in uia puluerulenta laborantibus. Quamobrem & ex accidente
quodam potius,quàm ex laborioso affectu,tussire mihi uidebantur. Nam propterea,ꝙ faucium
loca,ob frigus(ut dixi)aut puluerem,aut immodicam ariditatem ipsis ab aere circunfuso geni-
tam,exasperati sint,ad hæc etiam propter ipsorum instrumentorum intemperiem,isti tussi diue
xantur:siquidem & propter intemperiem tusses existere alibi didicistis.

25 *Nihil contemnere,nihil temere.*

Id quidem & ipsum per se dictũ & scriptũ nullo alio ex ꝓdictis,aut ex subsequẽtibus indiget,
ut intelligatur,aut ipsi fides adhibeaẽ:hoc uerò loco oĩno appositæ ad id,de quo agiẽ hęc sentẽ
tia collocata est.Huiusmodi nãq; ꝓcepta plerisq; exigua,uilia,nulloq; pretio digna uidenẽ, atq;
propterea ab ipsis contemnuntur,ut neq; ratione,neq; experientia, harum rerum naturam con
templentur.

A templentur. Quemadmodum uerò, quòd nihil despicere oporteat, prædictus sermo exemplum est, ita etiam quòd nihil temere, nihil inconsiderate affirmandum sit, ut ego ipse in oratione, quæ ante hanc est, & in alijs omnibus feci. Neque id in Hippocratis solum scriptis, sed & in alijs omnibus antiquorū libris obseruo, ut non temere, quæ quisque ipsorū dixerit, approbem: sed experiētia, & ratione, ue rumne, an falsum sit, quod scripserūt, examino. At, qui se unius auctoris doctrinæ ueluti seruos, aut libertinos addixerunt, simulatque ab eo scriptum aliquod inuenerunt, inconsiderate, ac teme re credūt: Vt in hoc dicto maxime, in laboriosis febribus aridas tusses excitari, neque in quibus laboriosis id fieret, quæsiuerūt: nunquid ab fatigationibus, & externa uexatione, an & citra hæc eun dē affectū habentibus: neque utrum simpliciter, an ex accidenti, *lassitudo ipsis euenerit. Quod uerò in his, id ēt in alijs infinitis cōtingere sciatis, & ipsis, qui libros cōscripserūt, & ijs, qui eos interpretati sunt, & adhuc multo magis illis medicis, qui quotidie in ciuitatibus circumcursant, sola irrationabili exercitatione utētes. Multa. n. isti ut exigua despiciunt, nescientes multis interdū exiguis coniunctis unā ex ipsis summam haud contemnendam integrari: temereque alicuius uiri scriptis assentiunt, cui ipse se ipsum unusquisque seruū tradiderit. Sin āt quis id non fecerit, at alio certè modo ei nonnunquam, quod primo imaginationis captu uerisimile uisum fuerit, absque lōB gioris temporis, & per se, & unà cū aliis contemplatione assentiens, rē raro uisam, perinde ac si plerūque, aut assidue conspiceretur, temere celebrat. Atqui sectarum dissidia hinc maxime orta esse par est, hominibus sapientiæ opinionem affectantibus, sibique nimium tribuentibus, quæ uerisi milia uisa fuerint, nō sæpius unà cū multis considerata, uera esse credentibus. Quemadmodum uerò nunc de significatiuo præcepto exempli loco sermonem fecimus, ita quoque in curatiuis nullum eorum, quæ pusilla esse uideantur, spernendum est: neque temere atque inexplorate dictis ipsorum facultatibus credendum, ut in libris De methodo curandi percepimus.

* Al. tussis.

26 *Per adiectionem contraria adhibere, & interquiescere.*

Curatiuum consilium atque salubre hoc tibi appellare licet, Hippocratemque illud, quod pri' di xerat, nihil negligere, & nihil temere, in hoc sermone ueluti exemplo declarare. Cōsuetudines igitur, ut rem pusillam nō nulli medicorū despiciunt, nullam ab ipsis indicationem, quæ medelā commutet, oriri arbitrantes. At alij non contemnunt quidem, à prauis uerò consuetudinibus quosdā ad cōtrarias repente traducere conantes nō modico errore tenentur: quinquidem neque ipsas negligere, neque statim traducere eōuenit, sed paulatim, & ipsos interquiescere permittēdo. C Bifariam autem uerbum, interquiescere, intelligere possumus, Vno quidē modo, ut non solum in contrariam consuetudinem paulatim aliquos transferamus, sed & antequam uniuersa mutatio facta sit, inter mutandum quiescamus: ut quando ex ocio ad exercitationes conuertimus, primum quidem à breuissimis incipiemus, atque paulatim has adaugebimus, deinde non nunquam unum, uel etiam duos ociosos dies interponemus: Altero modo hæc uox, interquiescere, intelligenda est, tanquam illi uerbo, adhibere, contraria sit: ut in quos, quæ prius haud inerat, consuetudinem inducere uolumus, ipsam paulatim inducamus: à quibus uerò prius seruatam remoue re, paulatim rursum, & istos quiescere, hoc est, desinere iubeamus.

27 *Posteriora capitis dolentem in fronte recta uena incisa iuuit.*

Veteres interpretes hoc uerbum, iuuit, in tempore præterito scriptum agnoscunt, dicuntque in Aphorismis iuuat, in præsenti tēpore scriptum esse, antiquo magistro in eo uolumine cōmunem sententiam pronunciāte. Hoc autem loco eum ad propriæ memoriæ præsidiū de uno quo dam, iuuit, scripsisse, ut postea, cū in multis hoc remedium expertus esset, ipsum in uniuersum D promulgare auderet. Constat autem remedium hoc locale esse, & ad contraria reuulsorium. Rectam autem in fronte uenam, & ante dissectionem euidenter conspicere licet: istam uerò una cum ijs, quæ utrinque adiacent, confluentem esse dissectio ostendit. Haud bene igitur quidā hanc uocem, recta, de incisione dictam esse autumant, neque enim propter sectionis figuram, sed propter sanguinis effusionem, dolentibus utilitas affertur.

5. Aph. 68. Ex. ord. 45. c

28 *Exceptiones præcordiorum, ex qualibus, & aliæ, & uiscerum inflammationum, qualia possunt, siue ex iecore lien, & è contrario, & quæcunque huiusmodi.*

Non solum, ex qualibus & aliæ, scriptum inuenimus, sed etiā, ex qualibus qualia alterant, & ex qualibus qualia faciunt. Ac primam quidem lectionem ueteres enarratores agnoscūt, & Ruf fus: hāc uerò, ex qualibus qualia alterant, Sabini, Dioscoridisque sectatores: Lyci autem discipu li, ex qualibus qualia faciunt, legunt. Sed antiquæ lectionis sententia cōmune quoddā edocet. aliæ uerò priuatū: de exceptionibus. n. solum, quæ in præcordijs fiunt, non de omnibus, loquūtur, Satius est autem, ubi fieri potest, uerumque est, arbitrari Hippocratem commune potius, quàm priuatum documentum tradere. Communis itaque sermo talis est: Exceptiones autem considerare conuenit, & in præcordiis, & in aliis omnibus membris ortas, ex quibus affectibus aut locis, in quos affectus, & loca fiant, ut in iecore, ac liene. Ipse enim istorum exempli causa meminit, nobis

nobis ſciētibus ex liene in iecur exceptiones periculoſas eſſe,diſcrimine autē uacare , potiusq; E utiles eſſe,q̄cunq; morborū tranſumptiones ab iecore in lienē fiunt.Oia uerò,quæ ad abſceſſus pertinent,& quos natura ſola per ſe,quosq; nos aut unà cū ipſa,moliri cõſueuimus , & in libro De ſuccis,& in ſecūdo De morbis popularibus ſuperius explanauimus.Aliæ quoque lectiones ſunt p̄ter eas,quas in hoc,& in alijs multis locis aſcripſi : ſed ego initio ſtatim me paucas interpretationes lectionesq; memoraturum eſſe promiſi , ne huiuſce libri multa fierent cõmentaria.

29 *Reuellere,ſi, quò non oportet,uergat:ſin autem , quò oportet, his oportet aperire , quemadmodum ſingula uergunt.*

In lib. de Humoribus ſtatim in principio.

Aliàs iā & hæc didiciſti, ducenda planè eſſe quò uergunt,per conuenientes regiones:auertēda āt,atq; reuellenda,quæ non bene uergant . Aperire autem dixit nunc, non ut in abſceſſibus dicere cõſueuimus,pro eo,quod eſt ſcalpro diuidere,ſed in cõmuniori ſignificato accipitur,ſub quo & recludere continetur,& uenas nobis in mariſcis,& uenas naſi atq; uteri,cū per hæc itinera euacuamus,reclud̄etibus,& fiſtulas aliquas ſatis longo tempore patere conſuetas, ſed aliqua de cauſa obſtructas. Et aliquo per aures cerebri purgamenta eijcere ſolito,ſi tepente euacuatio F ſuppreſſa ſit, ac proinde uertigo oculorumq; tenebræ ſuperuenerint , ſi ad aures materiam per aperientia medicamenta incitemus,ſtatim hominem ſubleuatum nouerimus. A.l.1.c.4.c.3. 73.e

30 *Latæ puſtulæ non admodum pruriginoſæ,quales Simon hyeme habebat:qui cum ad ignem inungeretur,aut calida lauaretur,iuuabatur.Vomitus non iuuabant.Puto,ſi quis calida fomenta adhibuiſſet,utilitatem percepiſſet.*

Vt de tuberculis dicebamus,q̄cunq;ex calido humore naſcūtur,celeris uidelicet ea iudicationis eſſe,ac minime lata:ex frigido verò,lata atq; diuturna:eadem ratione,& de puſtulis differendū eſt,neque.n.toto genere,ſed humoris ipſas generātis qualitate à tuberculis differūt.Egerminät āt,natura corporis altiores ſedes repurgāte,ut nō nunquā per excretionē,ita & per depoſitionē ad cutaneas partes.Subtiliores ſiquidē dilutioresq; ſuccos extenuans natura diſcutit:craſſioribus āt cuti,ſed potius pelliculæ,epidermis, q̄ uocatur,utpote denſiori inhęreſcentibus puſtulæ exoriunt: idq; magis illis incidit,q̄cunq; dēſiore,ac duriore cute ſunt,difficilis eſt enim p̄ ipſam pinguiorū tenaciorūq; ſuccorū tranſitus.In hunc modū igitur & Simoni hyeme latas puſtulas effloruiſſe narrat, quo tempore corpus lauationibus uſo , aut propè ignē perūcto inſigniter calefactū fuit: alio tēpore āt ſucci,id genus puſtularū auctores interius latitabāt.Deinde inquit ipſum nullum ex uomitibus fructū percepiſſe.Vtrū uerò ipſe Hippocrates an alius quiſpiā uomitionibus uti cõſuluerit non declarauit:uerū neq; id ſcire nobis neceſſe eſt:tātum illud nouiſſe ſatis ſit,ſuccos ad cutem uergentes per eam eſſe euacuandos : nā iterū ad intima corporis reuulſio ipſis ualde longinqua eſt,ut per aluum,aut vomitum euacueutur.Sed forſan me dicere putabis nunquam purgatione per aluū in talibus utendū eſſe . Ego uerò non id dico:nam in libris de arte curandi,in quibus corporibus permulta humorum copia eſt,ijs utiles eſſe purgationes didiciſti:priuſquā.n.ita redundantē materiā,aut uenæ ſciſſione, aut purgatione quis eduxerit,ſi fouens,hoc eſt calidis utens ipſam diſcutere conetur,plus attrahet,quàm per cutē euacuabit.Sed cuti inhærentium ſuccorū curatio prorſum p̄ ſotus & calida medicamenta p̄ſtatur : ac p̄cipue ſi latæ puſtulæ fuerint:ſignū eſt.n.earum ſuccum nō calidum non tenuem , ſed admodū craſſum,ac frigidum eſſe.Iam verò & tuberculorum ſuperius notitiam habuiſtis, q̄ uidelicet in acutum faſtigiata,& ueluti turgentia calidorū ſuccorum germina ſunt,cõtra ſeſe habentia,frigidorum.Ipſa uerò turgere ex prurituatque dolore dignoſcere licet:moderate enim calida prurituſ ſolum excitant,ſed uehementius calefacientia ſtatim mordent,atq; contriſtant. G H

31 *Quæcunque concoqui opus eſt,occludi conuenit:contraria uerò exiccare,atque aperire.*

Et de his ſæpius noſtram ſnīam audiuiſtis, & maxime ubi de ducētibus ad ſuppurationē medicamentis locuti ſumus,nō oportere.ſ.eorū facultatem diſcuſſoriam eſſe,ſed retētoriā,atq; inhæſoriam,à Græcis emplaſticā appellatam:hæc.n.impediūt,retinent, atq; occludunt inſitū calidum,ipſum diſſlari nō p̄mittentia:abhoc uerò excrementa concoquuntur.Cęterū ne rurſum hoc loco obaudite,ac nolite putare me oīa concoctu difficilia nullumq; pus habentia,ita curari dicere.Nōnulla.n.ex his ab emplaſticis iſtis medicamentis putrefiūt,aut p̄p humorū ipſa creātiū prauitatem,aut ob affecti mēbri imbecillitatem ingenitū calorem,ita puſillū ęgrumq; habētis,ut neq; humorum in ipſum delapſorum concoctionē aggrediat̄.Porrò in horū curatione ſcarificationibus altiſſimis cutē reſcindimus, & plerunq; uſq; ad profundum in multis affecti mēbri partibus diſſecamus,medicaminibusq; ſiccātiſſimis utimur . Hmōi nāq; inflammationibus grangræna impendet,ab ipſis deuicto iā ac propriè ad perfectam extinctionē accedente calore ingenito.In quibus igit̄ inflāmationibus , aut omnino quibus in tumoribus,innatum calidum, non ut extinguatur funditusq; aboleatur,p̄iculū ſubit,atq; ideo remedio adhibito uincere humores poteſt,ad id genus uitia medicamētis emplaſticis utimur:q̄ per hæc uerba manifeſte de-

A clarauit inquiens, q̃cunq; concoqui opus est. At quæ ad id deuenerunt, ut mox in gangrænam casura sint, & q̃ iam computrescunt, statim neq; concoctionem postulanr. Iccirco alia quidem (ut dixi) euacuationibus ꝑ scarificationes, & incisiones, medicamentisq; ualẽtissimis curamus: alia uerò iã putria recidimus, atq; perurimus. Rectè itaq; adiecit, contraria verò exiccare, ac aperire, hoc est, suppuratione non egentia: opus est. n. in non admittentibus suppurationem omnes exitus recludere, affectaq, membra arefacere. Ex his itaq; patet, non rectè a quibusdam scriptũ esse, quæcũq; exiccari opus est, iacere oportet, hoc est, iacentia quiescere: præter id. n. ꝙ exiguũ quoddã est, ac manifestum, ut accurate de ipso Hippocratem scribere opus non esset, & opposi tio ipsa declarat, q̃ non uerbo, iacere, sed uoci, occlusa esse, respondet: occlusis nanq;, & cohibitis contraria sunt, quæ digeruntur atq; siccantur. Huic sermoni quidam sequentem copulant, & maxime qui post hunc uocem hanc, quemadmodum, scriptam esse uolunt, ut tota oratio, ita se habeat, quæcunque concoqui opus est, occludi conuenit, contraria uerò exiccare, atq; aperire, quemadmodum oculis fluxione laborantibus, si aliter uidetur conducere, in fauces retrahere conuenit. Atqui quod hæc uerba docent ꝓdicto simile non est: siccare enim & aperire aliud est, quàm retrahere. Quomodo igitur, cum prædixerit, contraria exciccare oportet, & aperire, poterit exempli loco de oculis fluxione uexatis dicere, retrahere in fauces?

B 32 *Sicut oculis fluxu laborantibus, si aliter uidetur conducere, in fauces retrahere conuenit. Et ubi eructatio confert, & quæcunque alia eiusmodi.*

Auxiliorum reuellentium hæc vna quædam species est, ipso nobis consulente diuturnas oculorum fluxiones traducere, ad fauces uidelicet per acria medicamenta retrahẽtibus: quibus palatum inungere, vtq; gargarizent, iubere conueniet, si nihil ex hoc peius effecturi sumus. Nã in quibus suspicamur, ne forte in asperam arteriã, & pulmones fluxio diuertat, tũc ab hmõi reuulsione cauemus. Quemadmodum igitur hoc loco consuluit, ita & in aliis te aĩaduertere iubet, ne qđ ex membris, ad quæ materiam retrahis, magnum detrimentũ subire periclitetur. Aliqui uerò de oculis uitio, quod rhyas uocatur, laborantibus ab ipso sermonem hunc factum esse aiunt, quemadmodum & Lycus uoluit: qui longam orationem contexens, ab oculis in palatum usq; meatum quendã pertinere dicit, illorum excrementa per hanc regionẽ euacuantem: hunc meatum aũt prope maiorẽ angulum situm esse: Ac morbum eum, rhyada quem noĩant, tribus modis suboriri, aut foramine aliquo modo clauso, aut obstructo: aut multo excremento in oculo collecto, adeo vt effundatur, nequeunte meatu ob naturalẽ angustiam ipsum totum continere: alio item modo, cum cicatrix in angulo effecta meatum obcæcauerit: quã & post encanthidum vocatarum excisionem, & aliter vlcerato loco, obduci ait: hanc insanabilem esse, alias uerò curabiles, nobis ad fauces materiã retrahentibus. Illud aũt, & ubi eructatio confert, adiectum est,
C Hippocrate per notas quasdam sibi ipsi conscribente. Quòd. n. ubi eructatio cõducit, ibi ructus citare conueniat, satis constat: quibus aũt conducat, non dixit. Sed neq; in oculis rhyade laborãtibus quicquam huic simile est: ꝑpera, & sine ordine interpositum obscuritatem peperit: ad oculos. n. rhyade uexatos reuulsiuum auxilium scripsit. Hæc aũt uerba, & ubi eructatio confert, aut de oculis rhyade tentatis dicta esse conuenit, (sed nihil ad ipsorum medicationem eructatio cõferre uidetur) aut alterius esse orationis initium. Propterea & nonnulli coacti sunt, ipsa a superius dictis separantes, alteram locutionem hunc in modum instituere, & ubi eructatio confert, & quæcunq; alia eiusmodi, transitus aperiri. uerum neq; item hæc, quæ subiiciuntur, ut nares, & alia, quibus opus est, & reliqua, isti locutioni respondere, ac propria esse uidẽtur. Itaque quicunque Hippocratem istud solum per se sibi ipsi notasse aiunt, ubi eructatio confert, ipsum censere putant, ut interdum ructus mouendos esse consulamus: hosq; illis, quorum uenter inflatus est, conuenire affirmant, atque illis potissimum, in quibus flatuosus spiritus per inferna exhalare nõ potest. Quin etiam, & os ventriculi infirmum per eructationes, tanquam per propriam exercitationem corroborari aiunt: eructationesq; citare consulunt non per medicamina solum, sed et
D ipsum assidue ructare studentem, cum quemlibet exiguum spiritum in ore uentriculi sentiat. At Sabinus ex vasculo angusti oris bibentem ructus mouere iubet. Alij verò flatuosi spiritus expulsiones vndecunque sane, & uteunque fiant, eructationem ipsum appellasse contendunt: secundum quorum sententiam tussis, sternutatio, singultus, uentris crepitus, atque per omne corpus spiritus difflationes, eructationes uocabuntur. Non nulli autem, & omnem excretionem nõ spiritus modo, uerum etiam aliquorum humidorum, eructationem appellatam esse dicunt, poetæ verba in testimonium recitantes, vbi inquit. Eructante * mari foras. hãcq; ue uitiosam explanandi uiam aperiunt. Nam si a poetis raro, & quodam poetico modo dicta, ut proprie accepta quis interpretetur, etiam omnia dilucide narrata peruertere poterit. * Al. eructato.

33 *Transitus aperiri, ut nares, & alia, quibus opus est, & ut conuenit: & qualia, & ubi, & quando, & quantum oportet, ut sudores, & alia planè omnia.*

Id per se quidem memoratu dignum est: conducit enim omnes superuacuorum exeretorios meatus

meatus aperiri. Et cum ſuperioribus uerbis coniungi poteſt, duplicem ſic utilitatem pbens, pro E
priam quidem in oculis rhyade morbo uexatis: cõmunem uerò omnium, in quibus retrahere,
aut deriuare conuenit. Nam ſi reuulſione quidẽ opus ſit, ipſam autẽ facere uereamur, deriuare
ſanguinẽ, ac totum corpus inanire conuenit: ſed quæ deinceps ſcripta ſunt, perſępe iam ab ipſo
in omni euacuatione commoda eſſe didicimus. Oportet enim, cũ euacuatio requiritur, non ſim
pliciter ad ipſam accedere, ſed prius definiẽtem qua ratione facienda ſit, & quę debeat eſſe eua
cuanda materia, per quã regionem, quo tẽpore, & qua menſura. Nunc uerò etiam reminiſcẽtiæ
cauſa de ſingulis breuiter agamus. Iſtud quidem, ut conuenit, tale quoddam ſignificat: Trãſitus
recludendi ſunt, non ſimpliciter quidem ac utcunq;, ſed ut conuenit: id verò modum ſignificat,
quo euacuationes facimus, ut in ijs, quæ in uentre ſunt, per clyſterem, per glandulã, per ſubdu-
cens medicamẽtũ: & in horum ſingulis per quædã certa: nam & clyſteres, & glandulæ, & ſubdu
centia uocata medicamenta multiformiter componuntur. Eæ igitur particulæ, vt cõuenit, tale
quiddã ſignificant: hæc uerò, qualia, euacuandorum qualitatem innuit, hoc eſt nũquid aquoſa,
& tenuia euacuare melius ſit, an pituitoſum ſuccum, an bilioſum, an melancholicum: & horum
num aliquẽ, an & oẽs. Ea uox, ubi, partem corporis, per quam euacuare oporteat, indicat. Etſi
nanq; per inferiora faciendam eſſe euacuationem cognoſcamus, nihilominus, per quã ex infe-
rioribus partibus faciẽda ſit, definire opus eſt. Propterea & quidam loco huius uocis, ubi, quà,
ſcripſerunt, per quã partẽ ſignificantes, utrum per ueſicam, an aluum, an uterum: itẽ per ſuperio F
ra, utrũ per nares, aut os: eſt quædam etiam per omne corpus euacuatio, & q̃ per ſudores, & q̃
per latentem uocatam tranſpirationem. Ea uox, quando, euidenter tẽpus quo ſit euacuandum,
declarat, utrũm. ſ. ab initio, ante morbi concoctionẽ, quando, ut ipſe inquit, materia turget, &
natura animalia regens ad humorum excretionem compellitur: an poſt uexantium humorum
concoctionẽ: nã & hoc ipſe, quemadmodum & prius dictum, in aphoriſmis docuit. Illud uerò,
& quantum conuenit, in calce ſermonis dictum, materię euacuandæ quãtitatem oſtendit, quã
ſibi proponere & coniectura percipere, medicum oportet. Deinde loco exempli illud ponitur,
ut ſudores. Quamuis enim ægrotantibus conducere ſudor uideatur, attamẽ & ipſe modo eget:
immodicus enim uires debilitat. Cum in ſudoribus uerò exceſſus multitudinis noxius ſit, mul
to ſanè magis in ijs, quæ euomuntur, aut deijciuntur, aut per mariſcas, aut uterum euacuantur.

34 *In ingentibus malis facies ſi ſit bona, ſignum optimum: In paruis autem contraria bona ſignifica-
tioni ſignificans, malum.*

Et iſtius orationis ſecundam partem ex libri enarratoribus alius aliter ſcribit: at ſi quis ipſi
articulum, τῇ, addiderit, oĩs quæſtio tolletur, hunc in modum, in paruis autẽ cõtraria ſignificãs
τῇ εὐσημίῃ, hoc eſt bonæ ſignificationi, malum, ut & integra oratio talis ſit: In ingentibus malis, G
ſiue affectibus, ſiue ſymptomatis, ſi ſit facies bona, hoc eſt naturali ſimilis, bonum eſt ſignũ: in
paruis uerò (rurſum & hic affectibus, aut ſymptomatis intellige) ſi facies fuerit ſignificãs cõtra-
ria pdictæ bonæ ſignificationi, malum aliquod ſignabit. Non nulli quidem palã, tãquã ab initio
lectio articulum, τῇ, haberet, ita explanauerunt, non edocentes, uetera exemplaria cum articu-
lũ bonæ ſignificationi adiectũ nõ habere, fortaſſe primo libri ſcriptore decepto. Alij nõ ſolũ ali
ter ſcripſerunt, ſed etiã abſurdam explanationẽ commenti ſunt. Ego uerò, ut ab initio dixi, ca-
uens ne longius commentaria producerem, multa minus recte dicta ſilentio præterire decreui.
Satis nanq; congruens explanationis propoſitum mihi eſſe uidetur, ſi & uera quis in ipſa, & ad
ueteris mentem edoceat: quemadmodum & nunc facienti à loquacitate diſcedere licet. Nam ſi
in magnis affectibus pro eorum magnitudine facies collapſa non ſit, bonum ſignum eſt: in par-
uis autem, è contrario malum quoddam ſignificat. Licet igitur & his, ſi cui placeant, uti: ego ue-
rò ad ueterem lectionem, & ab omnibus alijs explanatoribus conceſſam me repiam.

35 *Apud magnum, ubi mulier poſt heroum, arquato ſuperueniente.*

H

Siue ſuperioris locutionis finis eſt, hæc particula, apud magnum, aut loci alicuius index, illis
quærendum relinquam, qui medicinalia prætereuntes, ut grammatici quàm medici interpreta
ri maluerunt. Satis eſt enim de his uocibus, apud magnum, illud tantum dixiſſe, qđ ueteres in-
terpretes dixerunt, aut theatrum, aut odion, id eſt locum ubi poemata recitabantur, aut gymna
ſiũ heroum, aut domum aliquã, aut quodlibet aliud huiuſmodi, ab hac uoce, magnũ, ſignificari.
Trãſgreſſum aũt deinceps ad artis opera, illa conſiderare utile eſt. Quòd poſt Heroum, aut poſt
Menelaũ (quidã. n. ita ſcribunt) ægrotus ille iaceret, nihil quicquam utilitatis habet: quemadmo
dũ neq; quod deinceps dictum eſt, arquato ſuperueniente, & ſi q̃ maxime ipſi Hippocrati ad re
miniſcentiã utile foret, fortaſſe quidẽ prędictorum: forte uerò & ipſum per ſe, affectus enim aut
coloris arquati mulieri ſuperuenientis memoriam reuocat. Et hoc loco apud ueteres explanato
res, & in uetuſtis codicibus, verba hæc in margine ſcripta ſunt: ſcđm alios quoſdam ẽt intepre-
tes his uocibus, arquato ſuperueniente: hæc adiecta eſt, permanſit, quemadmodũ & apud quoſ-

dam

A dam alios cũ negatione, nõ permãsit: non nulli verò & hanc vocem, ipsi, apponũt. Sed istud qui
dem in locutione differentiam, non in sententia facit: at priora sensum in cõtrariũ mutãt: nã cũ
arquatum affectũ, aut colorem altera lectio permansisse significet, altera non permansisse affir-
" mat. Per se igitur pñs sermo scriptus neq; si, permansit, dicat, neq; si, nõ permãsit, quicquã utilita
tis nobis afferre potest, quo modo ægrotaret, aut quo modo affecta esset ignorantibus. At si su-
* pra scriptis annectatur, prorsum superuacuus est: satis est enim solũ hoc dictũ esse arquato sup-
ueniente, hoc exẽplo circa faciẽ apparente, tanquam alia exigua esse, si sola dicta forent, viderẽ
tur: at ipse contrariũ significauit, qm̃ ualde à naturali statu mutata est. Quod enim infertur hoc
me testàri docebit, ad quod, alias p̃sentis sermonis explanationes dimittentẽ, transire iam tẽpus
est. Fortassis enim, & ea, q̃ nunc dicta sunt, præter nostrũ propositum longiora fuerunt: cum p̃-
termittere decreuerim, quęcunq; legentibus ipsa adolescentibus nihil ad artem profutura sunt.
" Neque enim ad sophisticam facultatem, quam prorsus odio persequor, eos præparare cõstituo,
sed artis opera in præsagiendo atque curando, in quibus etiam me semper exercui.

36 *Qui apud timenei neptem, iste nigro uiridiq; colore suffusus.*

Si ad ea, quæ de facie dicta sunt, & hoc q̃s refert, aliquid vtilitaais percipiet, ac si loco exẽpli
B dictum sit. Par est enim, & hunc, cum alia essent exigua, corpore à naturali statu longe permuta
to, propter id solum aut mortuum esse, aut in mortis discrimine uersatum, Quòd si μελάγχλωρος,
scriptum sit, pro eo, quod est μελάγχροος, hoc est nigræ cutis, ut in quibusdam codicibus reperi-
mus ad huc etiam magis solus iste color magnam quandam noxam significare uidebitur, quam
uis alia in ægrotante exigua forent.

37 *In perintho seminis speciem referens, tale indicatorium: Et quæ circa abdomen talia, qui amictus liberant: quoniam neque flatu multo, neque stercore multo tenaci deiecto euacuabatur: neque enim magna erant præcordia. Braßicam septimo die comedit adhuc ægre spirans, partes circa abdomen purgatæ sunt, recte spirans effectus est, aluus ipsi expulit.*

Non præsentis sermonis initium, sed prioris finem has uoces, in Perintho, Sabinus esse cen-
set: hunc enim sermonem communem, illum priuatum esse dicit: consueuisse autem Hippocra-
tem, priuatis sermonibus, aut locorũ, aut ægrotantium nomina adijcere. Atqui præsens sermo
quod in parte sit, ex his constat, quæ ipse Hippocratres subdens ait, quod neq; multo statu, neq;
stercore multo tenaci deiecto euacuabatur. Multa uerò in voluminibus de morbis popularibus
in quibusdam particulatim uisa scripta sunt, uniuersalibus autẽ p̃ceptis, aut perpetuo, aut plerũ
C que ueris subiecta sunt. Sic igitur & nunc gonoides, hoc, est seminis speciẽ referens, siue lotium
siue alui recrementum eiectum, in Perintho iudicatorium apparuit: Vtrum paucis, an uni, istud
acciderit, non est ex ipsius Hippocratis uerbis definitum: sed verisimilius est istud ea tẽpestate,
qua hæc Hippocrates scribebat, in multos grassans apparuisse. Qñ enim aliquod in uno quopiã
fieri scribit, aut locum ciuitatis, in quo hominem decumbentem uidit, aut ætatem, aut nomen
apponit. Ciuitatem autẽ nomine proprio meminisse il illis narrationibus solitus est, in quibus
multos eadem passos conspicatus est: hoc uerò, quantum ad artis opera pertinet, non multũ re-
fert: & hoc, in Perintho, cum quibus velit quispiam, coniungito. At seminis speciẽ referens lo-
tiũ, uel ẽt deiectio, fuerit sanè iudicatorium, qñ humor à Praxagora uitreus noĩatus euacuat᷒
est. Sed hoc, & quę circa abdomen talia, ad autedictum sanè referri debet: talia enim ad alterum
referri dicuntur, nihil autem de abdominibus prædictum est. Fortassis igitur cum primum exẽ-
plar ex Hippocratis cõmentarijs describeretur, aliquod huiusmodi scriptum omissum fuit: aut
ipse sibi ipsi hoc, quod ad primum ægrotum referatur, memoriæ causa scripsit, de quo id solum
prædixerat, qui apud Timenei neptem, iste nigræ cutis erat. Verum non nulli propter hanc am-
biguitatem sic sanè † duplicem lectionem; explanabant, iudicatorium, & q̃ citra abdomen, perin † *Al. dupliciter hanc partem.*
D de, ac si ita scriptum esset: Seminis speciem referens vrina, iudicatoria est, & ab affectibus abdo
" minis extrahi oportet: iterũq; ab alio initio dicatur, talia quia mictus sanant, ut intelligamus, ta
lia, quæ in abdomine fiũt. Atq; huius rei testimonium deinceps scripsit, ꝙ neq; multo flatu, neq;
stercore multo tenaci deiecto euacuabatur, hoc est, nullo alio affecto quod abdominis tumorẽ
dissoluere posset, per sola seminis similia lotia morbus iudicatus est. Forsan enim tale quoddam
" abdomen erat, quale in in præsagiorũ libro ipse per hæc uerba narrauit: ‖ Ex p̃cordijs dolores, In Prog. com. 2. t. 25. 4. 100. a
" & tumores, si recẽtes sint, & absq; inflãmatione, soluit strepit᷒ in p̃cordijs ortus, & maxime qui
" dẽ cũ stercore, & lotio, & flatu egressus: si uerò ipse non transgressus sit, iuuat saltẽ & in inferio-
res partes descẽdens. Neq;.n. phlegmonẽ, aut aliquod aliud ipsa ẽt contumacius in iecore, aut
intestinis, aut uentriculo conflatum, seminis simile lotium solum redditum discutere potuisset.
Propterea igitur ipse intulit, neque enim magna erant pręcordia, quoniam si magna fuissent, nõ
utique p̃ vrinæ semini similis excretionẽ dissolui atq; attenuari potuissent. Cæterum quoniam
quod subditur, cũ ita prædictis nõ admodũ concordare uidetur, iccirco non nulli ab alio initio
ipsum legebant, hãc uocẽ, ὧν, cũ spiritu crasso scribentes, & articulũ masculinum genitiui casus

facientes, ut si & eiusmodi oratio esset, Cuius.n.hominis magna erant præcordia, brassicam is septimo die comedit adhuc ægre spirans: postquam uerò abdomen purgatū est, recte spirans fuit, hoc est, bene spirans, & naturaliter spiritum ducens. Non scripsit tn̄, utrum ducens aluum brassica subsidio fuit, †an digestionis ratione. Sed quidā hanc uocem, recte respirans, explanauerunt, orthopnoicon vocatū difficilis spirationis modum ab ipsa significari dicentes. In ænigmaticis n.sermonibus quicquid libuerit quisq; dicere potest, nullam insignem utilitatem nobis ex illis percipientibus, in quibus neq; certam Hippocratis mētem, sed explanatorum, perdiscere licet. E

† Græce ἢ κατὰ τὸν τῆς ἀναλώσεως λόγον. i. an ratione dissipationis.

38 *De sanguine ichoroide, quòd in pauidis talis, aut in uigilantibus, & siue malus, siue bonus.*

Non simpliciter tenuem, & aqueum sanguinem ab ipso ichoroidea uocari suspicandum est, sed eū, qui uenenosa aliqua & maligna facultate præditus sit. In secundo nanq; de morbis popularibus ipse scripsit, Et sub cute ichores creabantur, inclusi autem calescebant, & pruritum excitabant: deinde pustulę, vt ambustis, exurgebant, & sub cute uri se putabant. Cōstat igitur, ut ex ichoribus haud exigua symptomata oriri dicat. Plato etiam in Timæo per hanc uocē, ichores, tale quiddam significat hæc inquiens: Ichor autem sanguinis quidē serum, mitis: nigræ uerò bilis, sed acidę, serus. Ichoroides itaque sanguis vocatur in se prauam, ac tenuem humiditatē continens, non aqueā & morsu carentem, sed mordacem, & erodentem. Dicente āt Platone, Ichor verò sanguinis quidem serum, mitis; nigræ uerò bilis, sed acidæ, serus, nobis declaratū est, quēadmodum in lacte serosa quædam humiditas est, ueluti colamentum & circunfluitans crassiorē eius partem, eodem sanè modo in omnibus succis & humoribus serosum quendam, ac tenuē liquorem reperiri. Different autem inter se secundum eorum scilicet humorum naturas, quorum serum esse diceretur; & erit infestissimum atræ bilis serum: minus infestum flauæ: minus item, q̄ hoc, pituitæ: sed omnium mitissimum est sanguinis serum, & ichor, nihil enim in præsentia refert hoc aut illo modo dicere. Verum quoniam bifariam sanguinem appellamus, interdum eum à nuper dictis humoribus distinguentes, interdum à superante omnes in uasculis succos sanguinem uocantes, ichoroides sanguis nunc in secunda significatione accipiendus est: quemadmodum & oēs medici in uenæ sectione dicere assolent, interdum serosum, interdum melācholicū, aut pituitosum, aut biliosum, non nunquā & naturalem sanguinem effluxisse dicentes. Omnino quidem pauidos, hoc est cum terrore perturbatos, prętera etiam uigiles, ichoroides sanguis efficiet: ꝙ si uitiosi alicuius succi non modo sanguinis serū in sanguinarijs uasculis cōtineatur, & deliria, & phrenitidas, & furores pariet: sed hoc loco sanguinei seri meminisse uidetur, quodam sibi ipsi memoriæ subsidium scribens. Timiditatem quidem, pituitæ serum facere par est, nō tn̄ uigiliā, aut perturbationem, aut animi motum cū terrore: torpor enim ipsi & frigus inest solum, non mordacitas atque malignitas: nisi forte & ipsa planè uitiata, acida aut salsa euaserit. Sed illud profectò quæsitu dignum est, quod ipse inquit, & siue malus, siue bonus, nam si quis absolute malum esse ichoroidea sanguinē asserat, recte dicere uidebitur: oīs.n.sanguis ita vocat⁹ naturali comparatur. At si quispiam aliorū succorum ichoribus sanguineum comparās, nō prauum eum, aut bonum esse dicat, iste quoque uerum dicere haud iniuria putabitur. Plerunq; autem & nostræ tempestatis homines, & antiqui, minus malum, bonum, aut probū, aut laudabile, aut aliqua id genus uoce appellare cōsueuerunt, & p̄sertim cum magnus quidā excessus fuerit, ualde praui ab eo, quod modice à naturali statu discesserit. Quare, & ichoroides sanguis quærēte Hippocrate, malus ne an bonus sit, possumus nos ita ferre sententiam. Optimo quidem sanguini cōparatus, malus est: alijs uerò omnibus, quibus alterius cuiusdam uitiosi succi ichor admistus fuerit, longe melior, & optabilior, atq; iccirco bonus est. F G

2. Epid. sec. 3. statim in prin.

39 *Quibus lienis est decliuis, pedes, & man⁹, & genua calida: nasus, & aures frigidæ semper: num propter hoc, quòd sanguis? num & natura talem isti habent?* H

Quòd decliuis lienis deorsum uergens dicitur, & ex ipsa uoce discere licet. Vtrum autem ob ipsius tumores in partibus inferioribus excitatos, an cum in ipsas inferiores corporis partes uitiosos in se contentos humores depellit, iccirco decliuē lienem appellauerit, hoc nō item ex uoce hac percipi potest. Possumus quidē, quantum ad rerum naturam pertinet, secundum utrūq; dictum modum, decliuem lienem ab ipso nocatum esse intelligere: pedes enim inquit, & man⁹, & genua calida: nasus autem, & aures frigidæ. Genua quidem, & pedes decliui liene calida apparere rationabile est, quemadmodū, & nares, & aures frigidas: manus autem in decliui morbo calidas esse nulla ratio demonstrat, potius enim quispiam ipsas inter superiores partes collocauerit, sin minus, at saltē, neq; inter inferiores. Quòd igitur aures, & nasus frigidi sint, inferiores uerò partes calidæ, causam speculās Hippocrates inquit, utrū propterea, ꝙ tenuē habent sanguinē, cū lienes decliues sunt? Aliqui uerò nō lienis cōtra respondere istud aiunt, nū & natura talē isti habent? sed illi, quod postea scriptum est: totumq; sermonem, ita constituunt, num, & natura talem isti habēt, ut suppurationibus? Cōsiderādū igitur deinceps exquisitius de ipso erit, an, ut suppurationibus, cū istis p̄dictis ita scribētes copulēt: sed qui hoc deinceps scriptorū initiū

esse

A esse uolunt,hanc vocem,vt, auferunt,ac talem orationem faciunt,suppurationibus terminus, suppuraturis ventres perturbantur,suppuraturorũ indiciũ ventris perturbationẽ statuẽtes.Nõ de oĩbus autem suputantibus, sed de ijs solis,quæ per intestinorum excretionem erumpunt,signum hoc scribit Hippocrates.Quòd uerò sine distinctione,de quibus intelligat, narrationẽ fecerit,nihil mirũ,si eius,quod à principio dictũ est,meminerim*,ipsum uidelicet sibi ipsi hæc vt materiam quandam ad libros conficiendos perscribere : solum enim ad eorum,quæ significare sibi ipsi vult,reminiscentiam pertinet in scriptura positum , istud scilicet,uentres perturbantur, ipso dicente, ventres in huiusmodi suppurationibusperturbari,quæ cũ erupturæ sunt,ichor quidam tenuis ex pure prius exudat, à quo intestina demorsa conturbationem ventri inserunt, hoc est,morsus,& assiduas excernendi cupiditates.Aliqui uerò & hanc lectionem agno scunt.

40 *Suppurationibus umbilicus terminus:quibus suppuraturis uentres turbantur.*

" Voluit breuibus docere,quod in præsagiorum libro clare dictum fuit:[Minime uerò,quę infra vmbilicum,in suppurationem uertuntur:at quibus eruptura est supuratio,uentres prius cõ turbantur.Verum & aliter multis modis scribunt,ac diuidunt non hæc solum verba , sed etiam alia plurima huiusce libri interpretes, ut quis ad artis opera festinãs multum tetardetur:ac non nulli id facere uidentur,quod Timon per similitudinem dixit,Quid uis?pauca caro,ossa multa. in Prog. com. 1. t. 37. 4. 196.

B Quidam autem & sequentem sermonem,cuius initium est,lienis durus non superius,cum præsenti coniungunt,ut de lienis differentijs oratio ipsi habita sit.Transeuntes igitur ad ipsum,differentias istas videamus, aliquid enim utilitatis continent.

41 *Lienis durus non superius,inferius teres,latus,crassus,longus,tenuis.*

Tumorum lienis pter naturam differentias his uerbis scripsit, sibi ipsi fortasse designans,quoniam decliuis lienis paulo ante meminerat.Prima igitur differentia huiusmodi lienis est,cũ durus fuerit,sed non superius,manifestũ est,ꝙ in ima parte durus est . Secunda verò ex ijs,quas in propositis uerbis recensuit,differentia iterum ipsorũ decliuium lienum propria est.Istorũ enim decliuium lienum commune cum sit,superiores partes nõ duras habere, sed imas, aliquis teres est:aliquis latus:aliquis in longitudinem excreuit,aut cũ tumore pter naturam, aut sine eo,solũ lõgitudinis incrementũ habens.Priorẽ quidẽ differentiã innuit dicens,crassus,longus:secundam verò cum dixit,longus,tenuis.Nam cũ uox hæc,longus,bis ab Hippocrate, ut quis conijcere potest,scripta foret,alteram exemplaris scriptores ademerunt, talemq; orationẽ, qualẽ nu

C per ante scripsi,reddiderunt. Rationi autem consentaneum est ipsum primæ differentiæ meminisse,vbi inquit,lienis durus non superius,hoc est ab ima parte durus,quemadmodũ & decliuis est.Deinde rursum ipsius quatuor differentias enumerauit,unam per quam teres est:secundã,per quã latus:quibus ambabus cõmune est,in longitudinem protensum non esse lienem: Duas reliquas differentias ponit, unam quidem longi & crassi lienis: alteram lõgi,& tenuis. Cũ bis enim ut dixi,hæc vox,longus, scripta esset,par est eum,qui ex ueteribus codicibus descripsit, hanc, ut supernacuã omisisse.Vetus quidẽ lectio talis est,in qua vocẽ hanc,longus,ab Hippocrate bis positam,semel à librario fuisse descriptam,ego cõtendo. Forsan aũt,& si ab ipso Hippocrate semel inter has voces,crassus & tenuis,scripta esset, à cõmuni sensu intelligi posset,& cum prædicta,& cum sequenti coniũgi:nam & multa id genus alia apud ueteres reperiuntur. Verũ explanatores ego demiratus sum,hæc uerba multis modis aliũ aliter transcribentes. Siquis enim prorsum à ueteri lectione discedere audeat,aliqua uerisimili de causa id facere debet,sicut ego nunc rationabile esse dixi,cum dictio hæc,longus,bis scripta foret,alteram esse omissam.Quòd huius modi autem lectionem omnes ueteres explanatores agnoscant,& Zeuxis locupletissimus testis

D est. Ipse nanq; Glauciã utpotè male præsentia uerba interpretatum , nihil quantum ad lectionẽ pertinet,reprehendit,quãuis & ista locutio ipsi ambigua videatur:sed ꝙ dictis negationes addiderit, vitio uertit:ipsum.n. hæsitantem,& proposita uerba enucleare nequeuntem,omnibus prę dictis negationes adiecisse inquit,perinde ac si ita scripsisset Hippocrates,inferius teres,non latus,non crassus,non longus,non tenuis . Glaucias nanq; lienem omnia hæc uitia suscipere non posse arbitrabatur,quæ unà consistere minime valerent: quasi in uno homine omnia hæc intelligẽda esse necesse foret,& non sibi ipsi deinceps differentias memoriæ causa Hippocrates perse cutus esset,vt antea difficilis spirationis & febrium,ita & nunc tumorum præter naturam in decliuibus lienibus. Quòd si affirmatiue dictis negationes addere licet, hoc modo aliquis omnia placita deprauabit,nullamque veterum sententiam stabilem conseruabit.

42 *Minus capitis grauedine laborantibus.*

Nihil aliud intelligere possum*,quã ꝙ uitia lieni accidere dicta minus capitis grauedine laborantibus eueniunt.Huius uerò causam & Ruffus & Sabinus dicunt, quia sanguis per grauedinẽ repurgatur:propterea.n. putant nihil in lienẽ descendere. At satius fuerit ad communem rationem,non ad priuatam,hæc uerba redigere,Perrarũ.n.est in omni corpore duo aliqua membra

æqualiter esse debilia. Nam in plurimis vnum planè eiusmodi esse deprehenditur, in quod, seu E
plenitudo, seu vitiosi humores in corpore contracti sunt, omnia superuacua feruntur: vnum autem si hæc præoccupauerit, reliqua membra in naturali statu permanent. Non solum itaque capitis grauedine affectis, sed etiam aliquam spirabilium partium, aut secundum renes, & iecur, & ventriculum, infirmam naturaliter habentibus, cam magis, quam lienem uitijs obnoxiam esse reperies. Hoc uerò commune cum sit, & uniuersale, proprium eorum, quæ nunc dicuntur, aliqs adijciat. In quibus pituitosus humor, aut tenuis & aqueus colligitur, quales profectò & illi sunt, qui capitis grauedine uexantur, istis haud ita sæpe præter naturam tumores, qui ex crassis melancholicisque humoribus constant, in liene procreari.

43 *Circa ægrotantem administratio, & de morbo interrogationes. Quæ narrat, qualia, ut accipiendi sermones. Quæ ad ægrotantem, quæ ad astantes, quæ ad externos.*

Proprium dicendorum nomen inuenit, œconomiã.i. administrationem inquiens. Neq;.n. vt in alijs ferè oĩbus libris, aut affectuũ notitias, aut curationes, aut futurorũ præsensiones scripsit, ita & in præsentia fecit: sed quo quis modo medicinalibus, quæ didicit, pceptis cõmode uteret, in proposito sermone declarat, nõ ipsa singula, sed cõmunia tm̃ capita describẽs. Atq; inter hæc primo de interrogationibus, qbus medicus f. ægrotantem interrogat, mentionẽ facit: secũdo de F
laborantis sermonibus. Multa.n. laborantes dicere cõsueuerunt, q̃ dicẽtis mẽtẽ patefacere possunt: ut, nisi prius ipsum nouerimus, ex ijs, q̃ narrauerit, qualecũq; sit ipsius ingenium, ita nos ipsi accõmodare sciamus. Nã si prudentem hominẽ hunc, præterea non timidum esse cognoueris, uera ipsi dicere conaberis, nihil eorum, q̃ in morbo futura sunt, subtrahens, neq; dissimulans: at si stultum atq; timidum, oĩa ea, quib⁹ ipse meliori aĩo futurus sit, dicito, neq; tñ magnopere mẽtiaris. Quòd si interdum ob extremam laborantis formidinẽ ipsi certã salutem polliceri coact⁹ fueris, egressus saltem, eius curã gerentibus uera dicito. Ipsis quoq; laborãtibus, & si maxime timidis, ne, ut aperte mentientes faciunt, salutẽ polliceri tentato, nisi illud addideris in primis, Sanitatẽ quidẽ affuturã, oĩa ipso rectè agente, & medicorũ præceptis obtẽperante. Ita.n. neq; ille animũ despondebit, & tu plerũq; uera retuleris: nã plurimi periculosi morbi ægrotos medicis morẽ haud gerentes necant: quandoquidem perpauci admodũ prorsus mortiferi sunt, si neque medicus erret, neq; ęgrotus, neq; ministri, neq; aliud quicq̃ extrinsec⁹ fortuito noxiũ inciderit. Quicunq;.n. in periculosis morbis plus, quã deceat, ægrotantes hilares & bonæ spei plenos reddunt, in multo maiorẽ conijciunt tristitiam sequentibus diebus, cũ aut in peius morbus ceciderit se vt, aut ultra promissa medicorũ producit. Quin ẽt plures hoĩes confisi, perinde ac si sine periculo ægrotẽt, medicis nõ obtẽperãt. Itaq; laborãtis ingeniũ prius, cũ rectè ualebat, expertos scire melius est: at, si nũc primũ ipsi occurrim⁹, de eius locutione, qualis nã sit, pcipiem⁹. Ex iis uerò, q̃ pscimus, aliqd ad morbũ utile inuenire licet: nã si natura modestus audacter r̃ndet, prudẽs itẽ natura in loquẽdo imprudẽs deprehendit, hinc eius mẽtẽ læsam esse nobis indicabit: quẽadmodũ ẽt si sobrius & cogitabũdus, aut puigil, & natura loquax, in locutionibus atq; respõsionibus tard⁹ torpẽsq; appareat. Itẽ ex ipsa voce aliqd de morbo cõiectura deprehẽdi põt: qdã n. uix uocẽ edũt, aliq raucã, aut acutã ipso morbi tpe, nõ nulli balbi ac blæsi sũt: hæc singula qd significẽt, alibi didicisti: Ex his planè medicus aliqd ad ęgroti notitiã ptinẽs elicere poterit, qualis uidelicet sit eius mens atq; mores, & ipsius morbi q̃ species sit. Rursum verò ipse & ægroto & astantibus, qualis in arte medica sit, ex ipsis interrogationibus demonstrabit. Nã quispiã in acuto morbo nasum acuminatũ, oculos cauos, tẽporaq; subsidẽtia intuitus, interrogat, nũ euacuatio aliqua ipsi acciderit, aut uigilia, & mœror, num ciborum abstinentia, & fatigatio magna. Sin autẽ faciem minime contabuisse inspexerit, sciscitabitur, nũ aliqua ex usitatis excretionib⁹ suppressa sit, nũ pter morem ociose & largo cibo usus vitã duxerit. Poterit item & de frigore, æstu, nimio uini potu, & id genus aliis oĩbus apposite pcunctari, ut in hoc ipso primũ à præsentibus laudetur. Etenim si præterita & ægrotanti astantibusq; pi æscita medicus interrogãdo uestiget, H
statim ipsum admirãtur: queadmodũ cõtra dãnare solent, qñ aliqua iis, quæ facta sunt, cõtraria perquisiuit. Verũ etiam si eorum aliqua, q̃ ægrotis acciderunt, priusquam ab ipsis audiuit, in media locutione in interrogando, ac respondendo ipse forte dixerit, magnã sui admirationem citat. Hæc sanè oĩa à nobis alibi tradita sunt: & hoc loco, ut dictũ est, hæc sola primaq; capita recẽsẽte Hippocrate, nos quoq; secũdũ primã quandam diuisionẽ ipsa narrauimus: ꝙ si omnia singulatim dicere uoluero, & in prognostica explanationes, & de iudicationibus commentaria huc transferre coactus fuero. Sed præterea ad œconomiã usumq; conducunt quædam ab Herodoto scripta in libro, quẽ ipse Medicum scripsit: à nobis uerò, & ubi de præsagiendo sermonẽ fecimus, dicta sunt. Igitur rursum ab initio orationis nostræ capita repetentes, ad aliquod eorũ, quæ primo scripta sunt, transeamus. Quemadmodum in uita omnia opportuna possidere, uestes dico, ut ensilia, seruos, iumenta, & alias pecudes, ædes item, frumentũ, legumina, bellaria, uinum, oleum, aliaq; id genus omnia, ab eorum conuenienti usu, quem œconomiã uocant, longe differt, Sic & in medicina artẽ didicisse, & iis, quæ qs didicit, apposite uti haud idem est: ut ipse in tẽpore interrogare & dicere sciat: in tẽpore aliquid ab ęgrotãte, aut eius familiaribus audire,

A ipsosq; edocere, ut ad seruitia utilissimi sint, & extrinsecus incidentia animaduertat, quæ a medicis, & ægroti domesticis negliguntur. Inter quæ maxime utilia sunt, quæ ad decubitus pertinent: vel ad ædes prorsus malas: uel ad cubicula, in quibus ęgroti iacent, propter odorem tetrũ, aut aerem calidum, seu frigidum ualde, aut situ & putredine vitiatum. Præterea molestiæ, ac uexationibus, quæ a uicinis, aut ijs, qui in publicis uijs uersantur, ægrotis exhibentur, medicũ prospicere conuenit, ac de his omnibus cum familiaribus amicisq; ægrotantis disserere. Hæc est enim, atque huiusmodi circa laborantes uocata œconomia, id est administratio.

44 *Quoniam in calidiore firmiorum, in dextris & nigri. Iccirco & extra uena, & longe biliosiores.*

Hoc quoq; loco id, quod maxime totã orationẽ continuat, omissum esse nihil mirũ esto: neq; enim liber iste cõpositio est, ut diuulgetur, edita, sed apparatus quidã, uel annotationes, quales nobis ipsi conficere solemus. Nam, si integer liber esset, ita sanè incipiens, ut in Aphorismis scri
" psit, q̃ consequuntur adiecisset, totã orationem talem reddens: [Fœtus masculi quidẽ in dextris 5. Aph. 48. Ex. ord. 41. h
" uteri partibus consistere magis inueniuntur, fœminæ in altero eius sinu, sinistro uidelicet. De-
B cens. n. est in calidiore vteri parte calidiorem fœtum coalescere: calidior est aũt masculus, ut ipsius venarũ magnitudo, & color indicat: nigriores. n. plerunq; uiri mulieribus sunt: Ita nanq;, si exactũ opus scripsisset Hippocrates, quale est de fracturis, de articulis, de plagijs, atq; id genus alia, locutione vsus fuisset: qm̃ uerò, ut dixi, hæc sibi ipsi ueluti delineauit, iccirco orationis caput omissum est, ipso non signante de masculis utero contentis hæc dicta esse. Marẽ sanè in dex
" tra vteri parte cõcipi, & alij uetustissimi uiri testati sunt. Parmenides. n. ita inquit: In dextris qui dem pueros, sinistris uerò puellas. At Empedocles sic: In calidiori, n. parte terre masculus fuit: &
" nigri iccirco, & nitiliores uiri, & hirsuti magis. At opinionẽ de matris tẽperatura, ut calidiore ue ram esse exquisite in cõmentarijs de tẽperamentis explicauimus: Nunc verò, ut sæpius repetiui mus, Hippocratica decreta, nisi obiter, rõne confirmare nõ decreuimus, sed eius tm̃ uerba inter pretari. Verũ & hanc lectionẽ non nulli recentiores explanatores immutare ausi sunt, hanc dictionem, firmiorũ, in hanc, firmius, conuertentes: istis nanq; * rõnabile esse vr̃ dextram partem • Al. irrationabile.
uteri, ut calidiorem, ita & firmiorẽ esse debere: similiter. n. quãtũ ad firmitudinem pertinet, se se habere vr̃. Atq; ideo scribendum esse aiũt, qm̃ in calidioribus firmius in dextris, & nigri, hoc significantibus uerbis, in calidiore uuluę sinu conceptum esse firmius, quod idem sigñat, ac ualentius, & robustius, quandoquidem & calidius est natura. De ueritate aũt huiusce placiti, in præ-
C sentia (ut dixi) non est tempus disserendi. Cæterum qm̃ non nulli aduersus dicentes oẽs dextras partes sinistris ob iecoris situm calidiores esse ac ualentiores, contradicentes inquiũt, At in læua parte cor ponitur, neq; dexter oculus exactius quã sinister cernere, neq; dextra auris audire, aut dextrũ crus melius ambulare, cognoscitur: sed in dextra manu solum id uerisimile esse uidetur: Iccirco pauca in istos dicenẽ: maxima nanq; demõstratio, q̃ plurimi mares in dextra parte cõcipianẽ, illud est, qđ ex animaliũ dissectione cõspicitur. Duos quidẽ sinus habente utero per ceruicẽ ambob⁹ communem copulatos, mares sanè plerunq; in dextro, fęminæ uerò in altero, concipi deprehenduntur. Quare satius erat huiusce rei sensui apparentis causam explorare, & non ueritatem subuertere, causæ ignoratione, conati. Sed uos & causam in libro De dissecandi arte didicistis, ad dextrã uteri partẽ per renes sanguinẽ repurgatum, ad sinistrã uerò immundũ adhuc atq; serosum, descendere intuiti: cor ẽt in medio pectore non in sinistris collocatum esse uidistis. In hac autem parte quidam ipsum magis situm esse hand iniuria crediderunt, quoniam pulsus hoc in loco percipitur, nempe sinistro cordis uentriculo se se in ipso commouente.

45 *Concretũ est, constitutũ est, citius motũ est, inquinatũ est, & tardius augetur, & per longius tẽpus.*

D Crebrius dixi, hoc in libro mille esse lectionum modos, propter obscuritatem alii aliter ipsas cõcinnãtibus, ut cuiq; explanatio uerisimilis fore uisa fuerit. Sed ego ueteres scripturas ppono, etsi minime uerisimiles esse uideantur, maiorẽq; legentibus ambiguitatẽ præbeant. Ob id enim ipsum quispiã eas, ita dictas fuisse credat, quoniã, licet sit explanatio dubia, nihilo minus inter uetustissimos interpretes de his conuenit: sin ipsas autem mutare ausi essent, in clariorem locutionẽ permutassent, ut ipsa interpretatio uerisimilior foret. Propositis igitur uerbis ita nunc in antiquis codicibus scriptis, & uetustis explanatoribus huiusmodi lectionẽ agnoscentibus, plurimi recentiorum hanc uocem, inquinatum est, exemerunt: aliqui uerò ei uoci, motum est, eam tardius, addiderunt, ut locutio eiusmodi sit, concretum est, constitutũ est citius, motum tardius augetur. Item alij has uoces, & propter hoc, orationi præposuerunt, ut talis fiat, & propter hoc cõcretũ est, constitutum est. Sententia quidem in omnibus his lectionibus haud ita multũ diuersa est: uolunt enim interpretes marem, quam fœminã, citius cõcrescere atq; constitui, eo quòd calidior sit: atq; ob hoc idem, ipsum citius moueri aiunt: qnin etiam inter omnes ferè medicos marẽ quam fœminam non solum conformari, sed etiam moueri citius constat. De his autem & in libro De natura pueri aperte narratũ est, quemadmodum & apud Dioclem in uoluminibus de mulierum morbis. Ruffus autem solũ Appolloniatem Diogenem in contrariam abire sentẽ-

tiam inquit, in secundo libro De natura: sed liber ille in manus nostras non uenit. Quin et & ipsę uterum gerentes, mares & citius moueri incipere, & pluribus ualidioribusq; motibus agitare apparere, testantur. Dicitur aūt in propositis uerbis, quod citius concretus est, & cōstitutus est, hoc est, compactus, & firmus factus est. Postea uerò mas, quàm fœmina, tardius crescit: incrementum autem, utrum id, quod in utero solum fit, an quod a partu, in pſtia dicat, in obscuro est: sed illud uerum est, quod a partu fœmina cum uelocius adolescit, tum prius incrementum in ipsa finitur. Quòd celerius augescat, corporis mollitudo in causa est: eiusmodi nanque corpora in tres distātias, longum. s. profundum, ac latum exporrecta, facile incrementum suscipiunt. Verum quod incrementum in ipsis prius, quàm in maribus desinat, ac finem sumat, non item ob corporis mollitudinem, sed propter imbecillitatem id accidit: facultas est. n. in animantibus naturalis, quæ ipsorum incrementi effectrix est, propter quā imbecilliorem quidem plus angescunt, sed citius crescere ob eius imbecillitatem desinunt. Si quidem igitur ipse Hippocrates hanc uocem, inquinatum est, scripsisset, tale quiddam significare uideretur, quale & in secūdo de morbis uulgaribus, E

2. Epid. sec. 2. nō longe a prin. ubi ait, | Secundum aurem sinistram tumor, postero autem die, & secundum dextram, minor ,, uerò iste: & complanabantur hi, & inquinati sunt, & non suppurauerunt: nā a celeri motu trans ,, mutationeq; desinens, ac refrigeratum, ita nominauit.

46 *Iccirco solidus factus est, & biliosior, & magis sanguinosus, quia iste calidior est locus animali.* F

Propter hoc inquit, marem solidiorem, biliosiorem, & sanguinis pleniorem creatū esse, quoniam locus, in quo gignitur, eiusmodi est: dicit autem dextrum uteri sinum. Hæc quoque uerba alius aliter scribit: omnes tamen eundem sensum seruāt: quādoquidem & accurate nimis, quænam sit uera Hippocratis dictio, inquirere superuacuum est: melius est enim, non hoc speculari, sed an id, quod dicitur, uerum sit. Veritas autem, ut diximus, per dissectiones exploratur, maribus plerunque in dextra uteri parte conceptis. Causa quoque, quod hæc pars calidior sit, tradita est & ipsa, per dissectionem cognita.

GALENI IN SEXTVM DE MORBIS
POPVLARIBVS HIPPOCRATIS LIBRVM
SERMO TERTIVS.

Vtis raritas, uentris densitas. Cutis colligatio, carnium incrementum. Ventris torpor, omnium confusio, Vasculorum immunditia. Cerebri consumptio, ideo & caluities. Instrumentorum attritio. G

Non nulli hanc a medicis dignoscendorum enumerationē esse putant: sed potius quædam res inter se iunctæ coniugatim dictæ esse uidentur. Prima autem coniugatio dicta est, ubi inquit, cutis raritas, uentris densitas: nō nulli enim propterea uentrem deusum, hoc est suppressum, & astrictum habent, quoniam per cutem euacuantur multa: sicut contra alteri per superficiem ægre difflabiles multam vrinam faciunt, aluumq; exonerant. Item altera deinceps cōiugatio scripta est, cutis colligatio, carnium incrementum, unde innuitur cutis coitionem adstrictionemq; immodici carnium incrementi plerunque causam esse: Tertia huic proxima coniugatio per hæc uerba scripta est, uentris torpor, omnium confusio: torporem autem intelligemus in cōcoquendis cibis uentriculi infirmitatem omnium planè corporis uitiorum causam esse. Sed quod deinceps dictum est, uasculorum immunditia, potest quidem & cum modo dicta coniugatione coniungi. Quod enim in uentriculo male concoctum est, plerunque uasorum immunditiæ causa fit: potest uerò etiam præterquam quòd cum uentris torpore coniungatur, & de uenarum de prauata concoctione intelligi, ut, quemadmodum uentriculi non rectè cedens cōcoctio, multa H in toto animali confundit, sic & in uenis non ad bonum finem perducta, primum in ipsis immūditiam contrahit, hoc est uitiosorum succorum copiam, deinde & magnam noxam affert. Quare quod est inter hanc clausulam, uentris torpor, & hanc, uasculorum immunditia, cōmune ambabus est, quod ipse appellauit, omnium confusionem. Quod deinceps autem dictum est, cerebri consumptio, ideo & caluities, mihi quidem istud significare uidetur. Cum cerebrum se ipso longe minus euadit (istud uerò ipsum naturaliter siccius habentibus euenit) tunc ab ossibus superiacentibus recedit, quæ ab artis dissectoriæ professoribus græco nomine bregmata nocantur, Latini sinciput dicunt. Hæc uerò duo sunt, utrunque rectis quatuor lineis circunscriptum, vna quidem per suturam in lōgum porrectam vtrique ossi communē, posterius autem lambdalis suturæ lateribus, anterius uerò coronariæ uocatæ, utraque autem parte squammosis commissuris. Verum ab alijs caluariæ partibus potissimum quidem cerebrum non admodum recedit. Quòd si & quandoque recesserit, at saltem ob carnes ossibus subiectas haud prorsum cutis

humiditas

A humiditas exarescit: quocirca neq; crines defluunt, quandoquidem in cōmentarijs de tēperatu ris didicistis, neq; ex præhumida cuti, neq; ex ualde arida pilos enasci. Capitis sanè cutis pueris, mulieribus, & eunuchis humida est, sed caluis immodice arida. Cerebrū q̄dē in iuuenibus molle cum sit, atq; humidum, caluariam tangere, omnemq; interiorem inanitatem complere, in senibus uerò siccescens subsidensq; ab ea distare, sæpius in animalium dissectionibus cōspexistis. At nunc Hippocratis decretorum ostensiones afferre, nisi obiter, non est propositū, sed obscura verba illustrare, simulq; per capita interdum causas adijcere, demonstrata placita consequētes. Cōsumptionē aūt cerebri, hoc est perfectū interitū, ut ipsum ex toto absumptum sit, neque cogitari posse in uiuo animante fieri oībus in confesso est. Quamobrē si id nō sit, hoc superest intelligēdum, consumptionē cerebri, cōminutionem esse, quam ex siccitate in caluescentibus fie ri diximus: ut sincipitis ossa alijs fistulosiora & molliora, ac super incumbentia ob cerebri defectum exarescant, cum ad ipsa usq; non pertineat, neq; ea attingere possit: subsidet enim in suāq; ipsius basim depressum cadit. Cōsequenter igiē ossibus istis resiccatis, & ipsis p̄tenta cutis in arescit, atq; ipsi sensui valde sicca in caluis apparet, ut rationali demonstratione non egeat. Quando igitur ualde cerebrū exaruit, ut quibusdam in extrema senecta contingit, tunc & neruorum exortus inarcescere necesse est: quare neq; perinde, ut prius, uidere licet, neq; audire, neq; aliud B quicquā per sensus, & voluntarios motus ualenter perficere: sed omnia istarum actionū instrumenta, per quæ illę fiebant prius, exoluta, infirma, atq; debilia redduntur: quod par est ipsum instrumentorum attritionem appellasse, per translationē à uestibus attritis, & uasis appellationē accipientem: & hæc.n. post diuturnos usus se ipsis aridiora euasisse cernuntur, qn̄ ipsa attrita esse dicimus. Quidam sanè hæc scripta coniugate intelligi nequaquam putantes, & singula prædictorum separatim accipientes, hisce uerbis Hippocratē consulere aiunt, ut ipsorum facultates per se cōsideremus. Vt statim cutis raritas (prima enim hæc scripta est) cognoscere quid ualeat, cōuenire aiunt, ut ipsam, cum usus postulat, faciamus cumq; opus nō fuerit, amoueam*. Scriptū est quidem, inquiūt, & in libro De alimento, ‖Raritas corporis ad difflationem: quibus plus adi- In libro de Alimēto, post principiū interpositis ferè quadraginta uerbus.
« mitur, salubriores: quibus verò minus, morbosiores. Sed his repugnat, quod inter hæc scriptum
« est, ventris densitas, cutis colligatio, si quidem erat rerum medico scitu utilium enumeratio. Quin etiam & quod posthęc ita scriptum est uentris torpor, omnium confusio, ipsum omnia ea scribere indicat, quæ in vnum natura corire apta sunt: & non simpliciter qui sint in corpore affectus orientes, quos cognoscere opus sit. Istud enim, omnium confusio, non est affectus ullius, sed malorum ex affectu prauo nascentium indicatorium.

C 2 *Detractio cursibus, luctationibus, quiete, multis ambulationibus, uelocibus: ouibus, elixa maza, plerunque panis paucus.*

Euacuationis nomen de solis liquidis dicitur: Detractionis, de solidis quidem magis, interdū uerò & de liquidis: nēpe modo dicta liquidorum solidorumq; minutionis communia sunt, cum sine purgatione, aut sanguinis euacuatione, ipsam facere in sanis scilicet voluerimus. Aegrotū enim nullus cursibus & luctationibus curauerit: nā his alijsq; similibus exercitationū genus cōmune est, discorum, telorumque iactus comprehendēs, item saltus, halteras, armatorum certamina, & omnia uitę munia, pręsertim quæcunq; in agri cultura exercent arantes, metētes, ac fodientes. Omnes igitur exercitationes & carnium, & adipis, & succorum abundātiam minuunt. Vnum autem corpus omnibus istis uti nō potest, sed secundum habitus, & ætates, & uires, & cōsuetudinem, singulis idoneā exercitationem inuenire conuenit, ut in libris De tuenda sanitate didicistis. Nunc enim ex Hippocratis uoluminum explanatione medicinæ præcepta non disci tis, cum hæc prius ordinatim in proprijs libris didiceritis: in quibus omnibus, & ipsius placita cum demonstratione cognouistis, & placitis consentanea particulatim omnia habuistis. Cęterū uos dictorū ab ipso seriem assequi studentes, hęc me uobis commentaria cōficere, etsi id facere D non statuissem, rogatum voluistis: obscuræ nanque dictiones scientificam explanationem non admittunt. Nunc itaque statim hac uoce deinceps scripta, quiete, aperte cognoscere non licet, quid per ipsam Hippocrates significare uoluerit: sed quemadmodum in aliis obscuris locutionibus, ita & in ista, per coniecturas agere opus est, ut hoc isti, illud alij uerisimilius videatū, quēadmodum, & visum est: & alius aliter quietē interpretatur. Potest.n. & de cessationibus, quæ exer-
« citationibus interponuntur, dicta esse: sicut in aphorismis dixit. ‖Cum inceperit lassescere, quietem agere, statim lassitudinem tollit. Potest etiā & de cessationibus per integros interiectos dies futuris intelligi. Potest autem & integram quietem aliquibus corporis cōsulere. Nam si ipse ita a. Aph 48. Ex. ord. 19. a
« dixit, ‖Motus roborat, ociū tabefacit. posset sanè & ociosa uita corpus attenuare: ita enim quibusdam ab exercitationibus ad ocium traductis euenire conspeximus. Sed certas distinctiones statuere opus est, ut sciamus qui nam sint, qui istis extenuandi causa indigeant: neque enim abū dantium humorum euacuatione opus est: nunquam enim id præstare ocium potest. Iure itaq; non nulli de carnium detractione sermonem ipsi nunc esse aiunt, non de humorum inanitione, ut in plenitudine, & aquosis habitibus fit. Potest quidem de ambabus ipso sermonem faciente, de iis quæ in medicat hunc cō. 3. t. a. 8. 7. z 19. a etsi ibi legitur vlus non motus.

omnium auxiliorum enumeratio esse,& quæ utriq; detractioni communia sunt, & q̃ alteri ipsa- E rum propria. Potest autẽ & post exercitationes quietẽ scripsisse, de singulorum dictum exercitationibus,quiereq; ipsis succedente sermonem faciẽs, ne exercitati cibaria(ut moris est) illico assumant,in corpore adhuc ab exercitatione calorem seruantes, sed postquã exacte refrigerati sunt:nã & hoc in libris salubribus,& ab alijs,& ab Erasistrato recte dictũ didicistis. Quare & ex hoc constat,multũ cõiecturæ in dictorũ ob breuitatẽ obscurorum interpretationibus inesse: p̃terea cũ uerba,ut lubet,scribere liceat,longe sanè obscurior ueteris sentẽtia redditur. Nunc q̃dem in proposito sermone aliqui scribunt,quiete multa,neque uetustis codicibus,neq; illis,qui primum uolumen hoc interpretati sunt,huiusmodi lectionem agnoscentibus. Siquis uerò hanc nos explanare cogat, quietẽ post exercitationes multã interponi debere ip̃m p̃cipere dicemus. Verũ hęc omittenda est: & ab omnibus cõcessam scripturã declarantes,ut ambulationibus multis,ac celeribus quis utatur,ipsum consulere affirmabimus : tarde enim , quemadmodũ & tardę exercitationes,corpora pinguiora efficiunt. Atqui demiror , cur de illis loquens,omisit hanc particulã,uelocibus,si quidẽ ueloces cursus,exercitationesq; similes, & carnium molem detrahunt,& succorum exuperantiam inaniunt,fereq; ab omnibus hoc & exercitatoribus, & medicis cõceditur. Hippocrates igiẽ deinceps detractione egẽtibus aptã alimoniã descripsit,ab uno exẽplo(ut solitus est)eius,quod communiter omnibus conuenit,sibi ipsi commentariũ faciẽs. F Istis autem in uniuersum alimenta multum nutrientia non danda sunt,qualis est suilla caro,sed parũ nutriẽtia,qualis est ouilla caro,quæ sanè pecudis est:& placenta sanè, q̃ gręce maza dicię, inter modice alentia reponitur:quocirca ipsius q̃dem plurimũ,panis uerò exiguũ accipi iubet.

3 *Detractionis signum, eandem horam diei seruare: repente enim trahitur.*

Præsentia uerba cũ ante scriptis,ubi detractio ut facienda esset,edocebat , cõiungi clarũ est. Vt igitur cognoscamus,num eius modũ recte coniectura assecuti fuimus,huiusce rei signũ nũc tradit. Sed iste sermo propter eam,quam sæpe iã diximus causam , nobis obscurus redditus est, quòd uidelicet non emitteretur , hunc librum scripsit, sed ut formulam quandam & apparatũ sibi ipsi moliretur:ad editionem enim scribens utique omnino declarasset, quam diei horam eã dicat,in qua detractionis signum obseruare oporteat. Cum igitur ipse non scripserit,quid aliud quisquam probabilius intelligere possit,quàm quòd eadem diei hora eum ducentes ad exercen G dum,qui detractionis indigeat , obseruemus , ut iussit nunquid de repente subtrahatur,hoc est, moles q̃dem corporis concidat,cadat autem & debilitetur facultas:nam haud dubie hæc uox ὑφύεσθαι trahi significat. Potest autem & ab illo ad hæc transferri, propter rerum naturã,de quibus uerba fiunt:quibus,ut sæpius dixi,in obscuris narrationibus,quæ prius ipsi nouimus , adaptamus. Atquidã loco huius vocis ὑφύεται hoc est trahiẽ, hanc scribunt ὑφίπτεται hoc est cadit, rei declarationem ex hac voce magis lucidam fore sperantes : sed antiqua scriptura hanc uocem ὑφύεται,hoc est trahitur,habet.

4 *Remittito labores,aut defluet.*

Et hoc loco non nulli scribunt,subtrahito ex laboribus,aut defluet. Orationis autem uis hæc est, oĩs euacuatio nisi paulatim fiat,uires prosternit , & corporis habitum subito valde digerit. Propterea igitur quiddam scripserunt,submittito labores,aut defluet,copiosam repẽte euacuationẽ per hoc uerbum,defluet,significare uolentes. Alij uerò scribunt ᾗ ὑφύεται.i.quatenus consumitur,literam η addentes,& circunflectentes,atq; item iota subscribẽtes,ut significetur,ita ex laboribus subtrahere,vt homo consumitur. Hoc uerbum autẽ ὑφύεσθαι de corporis consumptio H ne,niriumq; casu ab ipso dictum fuisse,aiunt: ut eiusmodi oratio sit , Minuas labores cum uires prosternuntur, & corpus digeritur . Quin etiam & qui ὑφίζεται hoc est labetur,scribunt,ad uirium casum orationem referunt .

5 *Similiter enim totum concidit.*

Hanc partem post superiorem in antiquis exemplaribus omnibus inneni:quam ita se habere ueteres etiam explanatores asserunt,nec non & ex recentioribus Sabini sectatores : nullam tamen eius interpretationẽ attulerunt . Totam enim antepositam dictionem cum adscripsissent, deinde singula eius uerba interpretati,huiusce partis explanationem non dixerunt,quẽadmodũ neq; Zeuxis ex antiquis interpretibus unus & ipse. Quidam sanè aiunt ab Hippocrate dictũ fuisse,similiter enim totum concidit,tale quid innuere uolente: Vt repletio nocet,ideoq; ipsam detrahere oportet,sic & præter modum euacuatio æque, ac repletio , noxia est:ob ipsam enim corpus detrimentose tabescit,sicut ex plenitudine mole nimia turget. Sed quidam hanc interpretationem,ut incredibilem uituperantes,aut nullo pacto hanc partem scripserunt, aut in hæc uerba transmutarunt,subito enim ualde fluet ,Hippocratem nobis præcipere uolentes, ut diligenter corporis detractionem obseruemus. Repente enim ipsis magna digestio ac defluxio

in

A in exercitationibus accidit,cum deinceps pluribus diebus aliquis ipsos valdè exercuerit,tenuiterq; cibos exhibuerit.

6 *Cum uerò iam contabuerint,præbere suillas assas oportet.*

Per antedicta immodicam detractionem cauere nos iubet.Sed,quoniam interdum inuitũ in eam incidere contingit,vult & ad ea medicum paratũ esse debere,siquando repente magna detractio facta sit:tuncq; suillas carnes tostas exhiberi cõsuluit:suillas quidem carnes, ꝙ multum nutriant:tostas uerò,ꝙ solidam,& in exiguam molem astrictam, non humidam laxamq; carnẽ creent.At quidam loco huius verbi,præbere,offerre suillas assas,scribunt,eandem quidem sententiam seruantes,sed vt magis proprio uerbo,offerre,loco istius,præbere,vtentes.

7 *Cum replentur autem,signum rursus,floridum corpus est.*

Et idipsum breuibus descripsit omnis refectionis commune signum. Floridum enim corpus euadit,& in exercitationibus,& illis alioqui,qui ex bono sanguine instaurantur.

B 8 *In exercitationibus signum,sudor stillatim,vt ex aquæ ductibus exit,aut depreßio ex elatione.*

Et hoc loco sermoni deest casus,aut detractionis,aut id genus aliquid. Quocirca ipsum nonnulli addentes tanquam principio,ita scriptum non dubitarunt interpretari, talem orationem reddentes:In exercitationibus collapsionis signum,sudor, vt ex aquæ ductibus effluens: deinceps autem signum aliud est,depressionem magnam subito ex elatione: oportet.n.& hic subintelligere, subitaneam,ac magnam, licet modo scriptum non sit, ipso superius dicente,repente nanque trahitur.Hæc autem corpore immodice digesto euenire palam est.

9 *Mulier,quam primo in Cranone curaui,lienis magnus natura,febris ardens,ualde rubra,spiritus decimo die,sudor multus superius,verum etiam inferius decimoquarto die.*

Nihil notatu dignũ ex his verbis discere nobis licet.Admiratus autẽ essem si & ipse Hippocrates omissa urinæ mẽtione,ita scripsisset:quoniam si eam adiecisset,aliquid plus ad reminiscẽtiã lucratus fuisset,ac nobis etiam eadem ratione profuisset.Et hoc quoq; dictionis huius initio scriptũ obscurũ est,quã primo curaui:nã q̃stione dignum est,utrũ sua ipsius causa,ut nominum & locorum,in quibus ægroti iacebant,meminisse consueuit,ita & nunc adscripserit,quã primo C curaui,quò nominis mulieris memor esset: an nunc ex recidiua hominem ægrotasse significet. Ita verò & spiritus,qui decimo die accidisse scriptus est, obscuritatem parit,nũ quãlibet simpliciter spirationis difficultatem,an solum incitatam & ualde crebram ægre spirandi speciẽ significet.Sed quidã & in uẽtre multũ spiritũ collectũ esse per hæc uerba significari putant. Hæc quidẽ,quantũ ad uerba pertinet,obscura sunt.Alia uerò quantum ad solã sententiã,nõ minus difficultatis continent. Vtrũ.n. ex solo male affecto liene mulieri acciderit & ardenti febre, & spirationis angustia,seu uentris inflatione laborare,& colore perrubro esse:an & alius quispiã febrilis affectus ipsam uexauerit,ob quẽ in hæc mala inciderit, incertũ est.Sed permagni(ut dixi)inter est,nos lotia,qualia usq; ad iudicationẽ fuerint,& cur decimo die sudores apparuerint, ignorare.Ipse nanq;,quibus diebus accessiones uehemẽtiores sint,ascribere solitus est:ut ipsum sciamus ex multa in singulis experiẽtia peritiã acquisiuisse, ex qua in uniuersum sñiam hãc de omnibus morbis protulit.‖Quorum accessiones imparibus diebus fiunt, eorũ & iudicationes imparibus diebus absolui.Quod omniũ uerò in proposita parte absurdissimum est,id utiq; dicã, mortuane,an sanata sit mulier, prætermissum esse. 1.Epid.cõ.3.t.13 3.120.c Iccirco & eã uocẽ,minus,q̃ inter hunc & sequẽtem sermonem scripta est,quidam sanè huic adijciunt,alij sequenti præponunt.Profectò si scri D ptum fuisset,decimoquarto die mulieri bonam iudicationẽ factam esse,rationi cõsentaneũ utique foret huic orationi eam uocẽ,minus,non adijcere.Cum dixisset enim, decimo die sudores mulieri emanasse maiori ex parte superi⁹:ac postea deinceps subiecerit, uerũ & inferi⁹ decimo quarto,quo modo profectò,si omnino liberata est mulier,hanc particulã,minus,adscribere potuit?Igitur uerisimile magis est bona iudicatione facta,per oẽ corpus effusos esse sudores. Rursum siqs mortua muliere pniciosos fuisse sudores crediderit, iure propositi sermonis calci hãc uoculam,minus,adiecerit,ut oratio talis sit:Sudauit quidẽ, & decimo die superius magis,uerũ ẽt inferius:sudauit autem & decimo quarto,inferius minus.Ad sequentem igitur dictionem iã descendamus:in ipsa enim fortasse aliquid clarius inueniemus,unde,quo loco eam pariculam, minus,ponere debeamus,an in propositæ calce,an in sequentis initio, percipere ualeamus.

10 *Minus ijs,qui ex capite grauedine laborant,& raucitate,cum febre correpti sunt,ut puto,recidiuæ fiunt.*

Subintelligere oportet,finita febre:qui enim aliter ipsis recidiuas minus accidere putabim⁹, nisi pri⁹ febris desierit?Quòd si hãc uocẽ,minus,ab his uerbis abstraxerimus,ut qbusdã eã su-

periori orationi subiungentibus visum est, huic cõtraria verborũ sñia erit, ijs videlicet, q ex capite grauedine laborãt, & raucitate, cũ febre correpti sunt, recidiuas fieri nobis intelligentibus. Igitur qđ in oĩbus facimus, non orationis verisimilitudine, sed ijs, q̃ euidẽter in ægrotis cernuntur, q̃sita diiudicantes, sic nunc faciemus, hãc particulam, minus, verbis istis rectè fuisse ꝓpositã inueniemus. Febris nanq; post grauedines, & raucitates ueniens, ipsas firmius, & certius concoquit: vt non iterum facile reuertantur, etiam si aliquid erroris commissum sit, alijs † sine febre ob aliquam eiusmodi causam affectis; post commissos errores in morbum recidentibus. Sed cur in sermone hoc additum est, ijs, qui ex capite grauedine laborant? neq; enim ab alio membro grauedines oriuntur? An sermo iste ita dictus esse potest, vt in his verbis ẽt dictum fuit, vertebræ autem, quæ in *dorso? Potest quoq; has particulas, ex capite, addidisse, quoniam raucitate laborantium in ipsis verbis meminerat: nam & alia ratione raucitates fiũt. Potest quoq; ex capite, adiectum esse, ipso sibi ipsi reminiscentiæ causa breuiter scribente, quo a grauedinibus, quę ab externa aliqua exigua causa proueniunt, ipsas distingueret, vt indicaret de illis a se sermonẽ fieri, qui ob naturalem capitis imbecillitatem eo vitio facile caperentur: hos enim quispiam iure ex capite grauedinosos appellet, non a frigore, aut æstu, aut aliqua simpliciter externa causa. Illud autẽ verbum, puto, in quibusdam codicibus additum est, significans, ipsum, de quibus rebus loquebatur, ambigere: sed consentaneum est, & sine illo verbo, puto, scribi posse, cum verum sit id, quod dicitur. In sequentibus autem verbis ea, quæ rectè dixerat, ratione corroborat. Ad ipsa igitur iam transeamus.

† *Febricitantibus absq; eiusmodi causis.*
* *Al. spina.*

E

F

11 *Quicquid suppurat non recidit. Ipsamet enim concoctio, & indicatio, simul & abscessus.*

Haud obscura oratio est memoria tenentibus ea, quæ sepius iam de concoctione dixit. Nunc vero & eorum (vt dixi) superiorum verborum causa meminit: vt integra oratio talis sit: Et grauedinosis, & raucis ob destillationes ex capite, cum superaddita febre, frigida iuxta atq; humida fluxio concocta fuerit, & concocta fuerit expulsa, firmam morbi iudicationem fuisse, neq; hominem denuo ægrotaturum spera.

12 *Aliquibus, cum uenere utuntur, inflatur uenter, ut Damagoræ. Aliquibus uerò in eo strepitus. Arcesilao tumebat.*

Hęc quoq; verba alius aliter scribit. Et quidam ipsis hęc addunt, cum incipiunt, dictionem, aliquibus, initio positam adimentes, & narrationem talem facientes, cum incipiunt venere vti, inflatur venter. Voluntq; isti incipientibus venerea, hoc est primum aggredientibus opus illud, ea quę in sermone deinceps traduntur, accidere: tametsi lectionẽ hanc neq; liber aliquis antiquus, neq; explanator agnoscit. Nihilo minus Sabini sectatores de coire incipientibus ipsi sermonem esse aiunt, quamuis Hippocrates nomine proprio hominis vnius Damagoræ meminerit. Id autem facere consueuit, cum paucis res, quam narrat, acciderit. Atqui præterquam q de his quicquam Hippocrates scriberet, experientia oportuit, quid appareret, addiscere: neq; enim primũ venere vti incipientibus ventrem inflari, aut strepitum in ipso personare contingit Sed quibusdam potius raro, iã inclinante ætate & affectu flatuoso vocato, præcordiali, & melancholico vexatis, cum venere vtuntur, inflari magis ventrem contingit: ijsdem quoq; ipsis, vt assidue coitũ appetant, euenit. Quod igitur plerunq; iam antea dixi, siue scripturas varias, quas in his verbis fecerunt, omittam, siue omnes recenseam, vtrunq; multi reprehendẽt, ex suis ipsorum cupiditatibus, non ex rerum natura, modum in orationibus æstimantes. Quin ẽt si quædam ex dictis, & scriptis dixero, q̃dam ꝑtermisero, sic ẽt nonnulli, qui accusent, inueniunt, q aliqua dixerim prætermittenda, ꝑsertim cũ nugatoria sint: aliqua dicenda subticuerim, q̃ dictis deteriora nõ essent. congressibus vtiq; quotidianis q̃cunq; explanationẽ, qui intersunt, audire uelint, ab eis ipsis ꝑcunctati eorũ uoluntatibus nos aptare, & assentiri rñdentes conamur, at in libro id facere nõ licet: ꝓpea mihi constitutũ est in plurimis quidẽ Hippocratis sermonibus, aut nequaq̃ meminisse veterẽ scripturã ꝑmutantiũ, aut absurde ꝑrsus interpretãtiũ. In quibusdã uerò, q̃ dicta sunt, non oĩno a ueritate abhorrentia, eorũ cõmentaria legentibus mẽtionẽ facere oportet: in singulis.n. partibus eadẽ repetere pergraue est. Qđ igitur dicebant Sabini sectatores, q primũ uenerẽ expertis, in ꝓpositis uerbis dicta eueniãt, ut uerũ credẽtes, ipsius cãm afferre conanẽ. At alij cõtra, q̃ hi, uerborũ lectionẽ hanc faciũt, sunt, quibus, cũ uenere utunẽ, inflatur uẽter. Sabini quidem sequaces non ꝑter rõnem coire incipientibus id accidere asserunt, primũ quidem qñ magna innouatio, ac ꝑmutatio in corpore fit (scribit.n. sic ipse,) ob quã immutationẽ, flatus, comitialis morbus, renũ affectus, aliaq; longa uitia procreantur: postea uerò qñ & Democritus inquit, homo ex homine in coitibus proseminatur: quin ẽt qñ, inquiunt, multum pruritũ, ac morsum ob seminis salsuginem atq; crimoniam patiuntur. Cumq; fœminarum (ut aiunt) & marium cõis ratio sit, in fœminis euidentem causam esse dicunt: utero nanq; intestinum subiicitur, uesica superiacet: par est itaq; ipsum distentum, & in uenerem concitatum utriusque excretionem retinere: flatu igitur incluso assidue inflari, atq; lotio retento abdomen intumescere. Hæc sanè a Sabini sequacibus haud uerisimiles causas eorum, quæ non fiunt, assignantibus referunẽ: neque enim hæc adolescentulis coire incipiẽtibus, sed atra bile uexatis, & flatuosis noĩatis, eueniunt:

G

H

qui

A.l.j.f.13.c. j.c.1.301.h A qui quidem,& post declinantem ætatē huiusmodi uitijs afficiūtur: prorsus.n.flatu repleri ab in geniti caloris debilitate prouenit,eo nanq; recte ualente horum nihil exoritur. Nam Aristoteles in libro suo De Quæsitis & causam qrit,ob quā melancholicis libidinosis esse cõtingat: dicitq; in ipsorum pcordijs haud paucum spiritum flatuosum excitari,atq; ideo eiusmodi uitia spirituo sa,præcordialiaq; nominari. Diocles etiā & Plistonicus alijq; multi medici sic ipsa uocari dicūt.
" Verum haud malum fuerit quædā uerba ab Aristotele scripta retulisse. Hæc ita se habent: Cur
" melancholici libidinosi sunt? an q spiritus abundant? semen enim spiritus excretio est: cum iste igitur copiosus fit,necesse est ipsius purgandi sæpius incessat cupiditas,leuātur enim. Propterea & Ruffus * pro hac uoce,strepitus,maluit scribere,timor,ut Hippocrati de melancho licis sermo sit,quorum maxime proprius timor est. Aliud.n.alij formidolosum uidetur,unū q̄dam saltem ipsis singulis omnino, qsi planè modice contristantur: Si uerò immodice,& duo, & plura,& permulta: quibusdam ēt ipsorum oīa. Erit itaq; secundum Ruffum lectio huiusmodi, quibusdam,cum uenere utuntur,inflatur uenter,ut Damagoræ,unde his timor. Verū secūdum ueteres interpretes ita se habet,ut ab initio scriptum est: illorum enim scripturā semper adijcio, & si ab illis primis librarijs corrupta fuisse uideatur: satiꝰ est enim,ut iam sæpius repetiui, lectio nē,ut inuenta est,enarrantes,ita deinde ipsos aliquid vlterius excogitantes addere, idq; ipsum nos facere admonere. Hactenus Sabini explanatio tradita est. Capito autem ita scripsit, Aliqui
B bus non nunquam,cū uenere vtuntur,inflatur uēter,ut Damagoræ, aliquibus uerò in his strepi tus. Dioscorides uerò sic, Aliquibus quidem,cum uenere utūtur,inflatur venter,ut Damagoræ, aliquibus in his strepitus: iste enim cā particulam,uerò,abstulit. Quin & in nomine hoc,strepi tus,explanando,inter ipsos explanatores non conuenit. Non nulli quidē murmur significari di cunt,quidā ructū,alij flatus per sedē exhalantes: itē alii quodlibet istorum simpliciter, qualiscū que in intestinis motus sit,qui ab auribus sentiatur: sunt enim & alii quidā pter murmura in in testinis motus,ac strepitus,non nulli quidē sonis persimiles,aliqui uerò sibilis, aut alicui alij hu iusmodi uoci. At Arcesilao,inquit,nō modo uenter inflabatur,sed etiam tumebat,hoc est, œde ma.i. tumore,habebat. Dixi autem aliās sæpius œdema ab ipso uocari omnē præter naturā tu morē,siue phlegmonis,siue erysipelatis,siue scirrhi naturā sapiat, cū recentiores medici solū la xum tumorē œdema uocent. Cæterum qualemnam Arcesilao tumorem excitatum esse dicat, q̄stio haud parua est. Mihi sanè œdema proprie à iunioribus acceptū dixisse uidetur: non tñ in-
• credibile est aut erysipelas,aut phlegmonem,aut scirrhū,aut eiusmodi aliquid coitus tempore, uel paulo post,exortū fuisse,rursumq; haud ita multo post,id resedisse: ab interpretibus autē to
C ta hæc speculatio silentio pterita est. Huius quidē Arcesilai,& alio huius libri loco mentionē fe
" cit Hippocrates,ubi ait, In accessibus quibusdā strepunt,ut Arcesilaus. Manifestū est igiē huius-
" modi hominibus uentrem flatu esse repletum,huncq; præ cōtētione in coeundo facta,excerni
" cōtingere. At Dioscorides ita hæc uerba scripsit, Arcesilao autē male olebat flatuosum, pro eo,
" quod est,malum odorem exhalabat flatuosum,ita enim scriptum esse uoluit. At reliqui omnes hanc uocem,flatuosum,sequentis partis initium esse uoluerunt,ut deinceps scriptum est.

13 *Flatuosum in furfurosis simul causa est. Etenim flatuosi sunt.*

Quos furfurosos dicat,inuentu difficile est,modo quis ne, uelut Herodoti & Ctesiæ tanquā historiam,ueterū medicorum libros euoluat,sed quò ad artis opera magis proficiat. Multi autē interpretes id negligunt,& maxime quicunque sophisticam doctrinæ spēm æmulati,ad eam ex planationem deueniunt,quæ ad manum est,quāq; uerba ipsa præseferūt: neq; præterea in ægro tantibus dictorum ueritatis periculum faciunt. Igitur ita quoque nunc eos furfurosos dictos es- se intelligentes,quibus assidue in capite furfures creantur,istius rei causam referre conantur,di
D centes,ab excrementis caput subeuntibus furfures prouenire, excrementaq; in sublime à calido spiritu ferri, ob idque istos flatuosos esse. At ipsorum improbus fermo est, Primo quidem quoniam euidentis rei testimonio caret: mille enim minime flatuosos nouimus, quibus in capite perennis furfurum prouentus est: Secundo,& si res ipsa testimonium ipsis fauens præberet, omnibus calida excrementa contrahentibus communis hæc ratio esset: Et tertio ad hæc,quòd ipsius capitis plerunque ob propriam eiꝰ temperiem symptoma est furfures creare, & si humores naturaliter affecti sint. Iure igitur quidam ueterem lectionem cōmutantes scripserunt, flatuosum causa simul est alatis: medicis autem consuetudinem esse eos alatos nominare, q scapulas eminentes,auiū alarū instar,retrorsumq; productas habent,uos nō latet. Istis igitur inquiūt flatuosum simul esse causam, ut in affectum incidant,quemadmodum incidunt,hoc est eiectionem sanguinis,ipsos enim flatuosos esse: Quod quidem ad frangendum aliquid in pulmone, adiuuans causa sit flatuosum, neminem præterit: an uerò & angusti pectoris homines flatuosi sint, id experientia nobis curiose inuestigandum est. Mihi quidem ferè omnes eiusmodi uisi sunt, & forsan ob uitalis caloris penuriam, quem ex corde emanare didicistis. Igitur alati exiguum cor habentes, secundum quoque huius proportionem,& calorem ab ipso in omne corpus

corpus emanatem imbecillum habent:ob huius nanq; ab ipsa origine infirmitatē cor(ut didici E stis)exiguū creatum est.Quidam autem non,alatis,sed febriculosis, scribunt,locutionem huius modi facientes,flatuosum simul causa est febriculosis,etenim flatuosi sunt: uerum neque ipsi recte sentiunt,oēs febriculosos flatuosos esse arbitrantes.Dioscorides sanè,ut paulo ante dicebā, in calce præpositæ sententiæ hanc uocem, flatuosum,collocans,ita proposita uerba scripsit, simul causa alati:ut tota ipsa continuata locutio,ita se habeat, Arcesilao autem male olebat flatuosum:postea deinceps ab alio initio, simul causa alati,etenim sunt flatuosi. Abunde igitur de flatuosis iam dictum esto:ne oratione in præsentia,& semper multa scribere deuitem, re autem uera nimis uerbosus esse deprehendar.

14 *Frigidum ualde uenas frangit,& tussim citat,ut nix,glacies:& contrahit,ut pherea,& gongrona. Simul causa duritia.*

Et in libro De liquidorū usu,& in aphorismi,fusius disputatum est,qualis nam frigidi facultas sit: nunc quoque aliqua ipsius opera per quandam ueluti designationem relata sunt, ad eius cōmunem uim explorandam utilia futura.Quantum enim in ipso est,omnia,quæ attingit frigidū, F cogit,densat,stringit,coarctat:quocirca & sensum latentes corporum difflationes,& sensiles ef- „
5. Aph. 23. Ex. ord. 39. f fluxus intercludit.Sic igitur & in aphorismis scripsit:|In istis uerò frigido uti,cum sanguis eruptūrus est,non in ipsa,sed circa ipsa,unde effluit.& quęcunque deinceps opera propriæ frigidi „ facultatis,quando nullo intercedente medio agit,enumerauit : item cum dixit, Frigida,ut nix, glacies,pectori inimica,tussium excitatoria,sanguinis profluuij prouocatoria , & destillationū inductoria.Illud quidem,pectori inimica,secundum ipsius frigidi facultatē dixit:Illud aūt,tussium excitatoria,sanguinis profluuij prouocatoria,per interuentum aliorum.Quoniam.n.in se ipsa compinguntur,atq; coarctantur uasculorū sanguinem continentium corpora , propterea nō nūquam ipsorum tunicas frangi cōtingit,ut quod à cōtento in laxis receptaculis fit, id à nō multo distentis eueniat.Ideo igitur in propositis uerbis non absolute frigidum venas frangere,
Ibidem Apho. 24. f sed ualde frigidū dixit.Eandē sentētiam innuentia uerba & in aphorismis scripsit inquiens,|Fri „
Ibidem Apho. 20. a gida,ut nix,glacies.per exempla,quæ nam sint ualde frigida,interpretatus. Item cū in aphoris- „ mis dixerit,|Vlceribus frigidū mordax, cutem obdurat.nunc dixit,Frigidum contrahendi uim „ habet,quod idem est, ac copulandi. Sic igitur & in neruosis mēbris tumores creat , & in neruis ganglia q̄ uocantur, & alias quasdā tentiones,alias oblongiores,alias rotundiores.Mihiq; uide G tur oblongiores uocasse pherea,rotundiores autem gongronas , Pherea quidam eas uocans , q̄ φηρῶν similitudinem habēt : ita enim quidam Iones satyros appellarunt, quos pingunt finguntque oblongos apud aures excessus habentes: Gongronas uerò rotundiores cum duritia excessus,quales in quibusdā arboribus appendices sunt,quas gongros uocāt: ut etiam Theophrastus in primo De stirpib⁹ ad uerbū ita scripsit:Nō nullæ uerò habent & uocatos à qbusdā gongros, „ aut ipsis proportione respondentia,ut olea.Dicunt & aliqui nunc etiam in Thessalia se quosdā „ audiuisse tales duritias,cum in collo creatæ sunt,gongronas appellantes. Verum quenquā pherea dicentem,neq; ipse usquam gentium audiui:neq; aliquem, qui audiuerit,noui: quamuis nō nulli explanatores Hippocratem dicant pherea uocare , quæ Pheris Peloponnesi ciuitate abundant.Alij per ι psilon primam sillabam scribētes unà cum ph scilicet,pherea,dicunt ipsum appellare q̄ Pheris Thessaliæ urbe plerunq; oriunt. At q̄ ipse longiores excessus pherea nomininet,
7. Epid. circa finem libri, uersibus, ferè 90. illud ēt quod in septimo De uulgaribus morbis ad uerbum ita scriptum est,|In uulgus grassabā „ tur tusses,maxime uerò in pueros,quæ secundum aures multis,qualia satyris, testimonium di- „ ctis nostris præbere uidetur.Sed quod in calce propositi sermonis scribitur, simul causa & duritiæ,id significat,dictorum uitiorū à frigore creationes adiuuans causa,& corporis , in quo affe- H ctus oriuntur,duritia,id est cum homo dura naturaliter cute sit:eadem enim ratione & frigidū, & dura cutis,positotum affectuum originis causæ sunt.Nam quoniam(ut ipse inquit)frigidum cutim obdurat,ideo huiusmodi affectus creat, succis sub cute contractis per ipsam transire nequeuntibus.Quibus igit̄ natura cutis dura est,istis & ipsa adiutrix causa fuerit,ut ne crassi lentique humores digerant̄:sub ipsa uerò congesti duros uocatos, & scirrhosos tumores efficiant. Quòd ēt venarū diruptio ob frigidi uim natura durioribus euentura sit,nemini dubiū est.Nā si à sanguine in uenis incluso effractio uasculorū fit , in illis plus fiet , q̄cūq; præ duritia ægre uixque dilatantur,Quæ.n. latius extendi apta sunt:& si,quod in ipsis continetur,multū sit,id tamē citra scissuram includunt & cohibent.Item & tusses in natura durioribus corporibus iure excitantur:siquidē dictū est,ea facilius,q̄ mollia,exasperari . Cum quidā verò in hoc sermone pro hac uoce βηχώδης,id est tusses excitās, φυσώδης, id est flatuosum,scripserint,aliquid & de hoc dicere conuenit:quotidie nāq; refrigeratis corporibus flatuoso spiritu uentrem repleri cernūtur, Verū antiqua lectio nō φυσώδης,id est flatuosum,sed βηχώδης, id est tussiculosum(ut uerbū uerbo reddā)agoscit.Atq; in aphorismis(ut paulo ante retuli) frigidissimarum rerum,loco exempli,
5. Apho. 24. Ex. ord. 39. g mentionem faciēs,ipsis non addit,flatuosum:|Frigida.n. inquit, ut nix, glacies,pectori inimica, „ tussium excitatoria,sanguinis effluuij prouocatoria,& destillationes commouentia.Ac propo- „

sitis

A ficis in uerbis, & in narrato aphorismo, non simpliciter, quæ a frigido, sed quæ a ualde frigido fiant, edocet, hoc loco dicens, frigidum ualde uenas rumpit: in aphorismis, ut nix, glacies. Quòd autem aliquam caliditatem participare debeant, quæ inflantur, sæpe didicistis, sicut & quæ.

Deficiunt aliqua.

25 *Post mictum concretio puerulis magis. Num quoniam calidiores?*

Quòd de calculosis pueris hic sermo sit, oēs libri explanatores asseruerunt: sed cur, post mictum, adiecerit, cum simpliciter scribere liceret, concretio puerulis, haud perinde contemplati sunt: sicut neq; illud ēt, cur dubitatiuam coniunctionem adiecerit, non simpliciter dicens, concretio puerulis, qm̄ calidiores: iste.n. loquendi modus, num quia calidiores: pro certo affirmare " non audientis indicatiuus est. Atqui in aphorismis absolute protulit, | Augescentes plurimū ha " bent insitum calidum. Nomen quidem concretionis, in solo septimo De morbis vulgaribus libro inueni, eius libri scriptore dicente, Et concretio apparebat in aqua, qua manus lotæ sunt. " Sed quare, post mictum, aut quare, num, adiecerit, deinceps cōsiderabimus. Ac primum de dubitatione, etsi secunda scripta sit, uideamus. Aut igitur adhuc dubitans hæc scripsit, tēporis aūt B spatio aliqua demonstratione comperta firmam de crescentium temperatura sententiam tulit: aut, quod & melius est, & a nobis in cōmentarijs de temperamētis, & in aphorismis decretum fuit, non absolute puer adulto calidior est, sed insito calore calidior. Calidum aūt non ingenitū eo absolute calidius esse monstratum est, quo adulti plus abundant: quocirca par erat ab eo potius calido in uesica lapidē concrescere. Propterea igitur haud iniuria anceps est. Veritas autē est, calculos pueris in uesica ob urinæ crassitudinē procreari. Porrò vrinas crassissimas a pueris reddi, & ab oībus ante nos medicis concessum est: sed cur tales reddantur, ipsum quidem per se speculatione dignum est, ad rem aūt propositam nihil facit. Crassas.n. urinas excerni, & euidenter apparet, & rerum testimonio declaratū est: hmōi nanq; crassitudo multa collecta, & in vnū coiens, cum semel aliqū non opportune excreta, intus diutius manserit, coagmentandi concrescendiq; initium capit. Eo uerò principio facto, facile postea quicquid iterū reliqui crassi in uesi " cam delabitur, priori agglutinatur, maiorq; inde tophosus calculus redditur: quēadmodū extra & in calidis aquis sponte nascentibus, & in vasis, vbi calefit aqua quotidie, lapis coalescere " cernitur. Igitur urinarū crassitudo creandorum calculorum prima potissimaq; cā est, caliditas verò ēt mediocris ad huiusmodi materiam spissandam satis est: nempe & in calidis aquis scaturientibus, & si moderatis tepidiores sint, tophi concrescentes apparent. Hac itaq; rōne Hippo- C crates eam uocem, num, adiecisse mihi vr̄, qm̄ & tanta caliditas, quam ingenitam pueri habent, ad coagmentandum aliquid facit: uerum non ipsa præcipue, sed materiæ, ex qua fit lapis, qualitas, ipsius compactionis causa existit. Cæterum cur, post mictum, adiecit, & non absolute dixit, concretio puerilis? qm̄ de calculis in uesica, & non in renibus, nunc sermonem facit. *Fit autem lapillorum in uesica concretio post mictum, in renibus ante mictum. At pueris in uesica, iam declinanti uerò ætate hominibus in renibus lapillos prouenire nos haud præterit. Ergo (quod dudum dicebam) rem ita se habere, quod sensibus apparet, manifestat: quænam uerò causa sit, per ocium quærere licet. Quare explanationi iam finis factus est: cām aūt, ut in superioribus, ita & modo quasi superpondium afferemus, si prius illos reprehenderimus, qui ꝓpea in pueris calculos gigni asserunt, ꝙ itinera ob uasculorum exiguitatem angusta sunt. Oporteret.n. si id ita eēt, in renibus potius calculos pueris creari, angusti.n. per illos transitus sunt: uesicæ aūt ceruix lata adeo in pueris est, ut cuiusque materiæ crassitudo per eam facile transmitti possit. An forte, neque in illis, qui iam progressa ætate sunt, meatuum per renes angustia gignendis lapillis in causa est, sed & actionum infirmitas, & crassorum succorum cruditas? quandoquidem in pueris omnes naturales actiones ualidæ cum sint, humorum crassitudo funditur, atque dissoluitur: in de- D clinantis autem ætatis hominibus compacta est. Quin etiam in exterioribus, quæcunque natura crassa per aliqua angusta transfundere uolumus, quæ calore eliquata sunt, facile peruadere: quæ non fusa, neque eliquata sunt, transire non posse cernimus. Huius materiæ exempla sunto pix, resina, seuum, cera, & mel. In pueris, itaq; cum multus sit insitus calor, & actiones robustæ, materiæ crassitudo attenuata, in renes fertur, atque ideo facile in uesicam percolatur, haud parum, & actionum ui ad egressus celeritatem conducente: utpotè autem uesica frigida, quippe quæ & neruosa sit, & pauci sanguinis, & amplissima interius concauitate inanis, crassitudo in ipsam transmissa ibi iterum cogitur, & conspissatur, ut prædiximus, initium huius conspissationis accipiens, quando in uesica diutius commoratur. Quin etiam hanc crassam materiam in pueris tenaciorem esse, quoniam magis ab insito calido elaborata est, rationi congruit: nam quæcunque a calore in concoquendo mutantur, temporis processu lentorem quendam acquirunt, & si ab initio nullum habuerint: quocirca planè magis in unum coeunt, consistunt, atque coagmentatur: nam inter æque crassa, quod tenacius est, ad coitionem, coniunctionem, & concretionem aptius habetur. Quam ob rem cum causæ quædam præsenti sermoni haud necessariæ traditæ sint,

Margin notes: 1. Aph. 14. Ex. ord. 7. a — A. l. 3. f. 18 c. a. c. 16. 160. g

sint,de urinæ præterea puerorum crassitudine causam adijciam: est autem cũ ipsorum edacitas, E
tum ꝙ a cibo ludentes prosilientesq; mouentur. Lactentibus uerò, & materia ipsa occasionem
præbet: lac enim natura crassum est,& ad calculos creandos aptissimum.Porrò & in adultis ca A.l.1.f.12.a e.16.360.e
sto frequentius uescentibus lapillos in renibus crebro suboriri cognouimus.

16 *Figura subleuantes,ut sarmenta manu plectens,& contorquens,præ dolore procumbens,paxilli extremum supra defixum corripiens inhæsit,& subleuatus est.*

Id,quod dr̃, admodum patet:sed ipsius cãm inuenire difficile est,qñ & Hippocrates, cùm tñ
posset,non scripserit,aut repente ipsi dolorem coortum esse dicens, aut paulatim incrementum
cœpisse,atq; in sarmentorum plexu occupato initiũ habuisse,aut post ipsum illico,aut alio quo
piam diei noctisve tp̃e.Sed nec quæ esset particula dolens, dictum est:manum autem fuisse exi
stimant,eo ꝙ ipse paxillo apprehenso dolore leuatus est.Quòd si ipse sarmenta intorquens fati-
De fracturis.cõ. 2.t.16.7.216.g Et de ijs quæ in medicatr. fiunt. cõ.3.t.19 & 20, 7.316.d.g. gatus esset,haud incredibile foret ex hmõi figura ipsius dolorem fuisse mitigatum. Manus.n.fi
gura dolorem sedans in libro De fracturis,& in libro De agendis in medicatrina,qualisnam sit,
descriptũ fuit.Siqua uerò in uersanda manu tortura musculi in homine facta esset,aut & flatuo-
sus spiritus inter duos musculos exitum non habens, inclusus foret, par erat in figura decẽti po
situm,ob quam spiritum exhalare contingeret,dolentem hominem subleuari. F

17 *Quem ex oritypia circa pontem uidi ego iactantem crura, altera tibia minime extenuabatur, femoribus autem ualde.Vrina,ac genitura non retentæ sunt.*

Oritypos Græci nolant quodlibet ex montibus in ciuitatem deferentes,ut ligna, & lapides,
& id genus alia.Scribente aũt Hippocrate non simpliciter sic,oritypon vidi iactãtem crura, sed
orationi p̃positionem,ex,addente,& scribente,quem ex oritypia,apparet quodam modo ab ip
sa in mõtanis negociis actione,a principio dorsi circa lumbos,hoĩs medullam,a qua nerui cru
ra mouentes egerminãt,offensam accepisse.Illud aũt,circa pontem, scriptum esse satis ipsi fuit,
solum quò ægrotantis reminiscatur, ut nulla arte indigeat. Verum forsan superuacuum fuerit
quærere,qua de causa homo ille ex cruribus laborauit:quemadmodum & illud,quid per ea ver
ba significetur,crura iactantem, vtrũ ægrotans crura immobilia doluerit nihil patiens: hoc.n.a
quibusdam fide oĩ carens dictum est.Illud quidem uerisimilius fuerit,impotentia crura cum es-
sent,ipsorum in ambulando motionem talem fieri,qualem ipsa extrorsum non uehementer ia-
ctantes faciunt.Sed neq; ꝙ tibia utraq;,aut altera,minime attenuabatur, femora aũt ualde, au-
dientibus nobis ullam utilitatem afferunt,sicut neq; Hippocrati ad memoriam faciunt:haud ra
ro nãque, sed crebro hæc fieri,& ab oĩbus medicis aperte cognosci vñr.Quidnam igitur sit, cur
ita scripsit,ego declarare tentabo,si totam rem prius alijs verbis clarioribus,ac paucioribus, de G
tractis superuacuis,pronunciauero.Quidam resolutis cruribus sec̃m femora emaciabatur ma-
gis,q̃ secundum tibias:vrina quidem,ac genitura ipsi non suppressæ sunt. Hoc igitur nobis vti-
le cognitu est:sed forsan quispiam interrogauerit,quid sibi vult illud,quod in libro De articulis
scriptum est, Qm̃ multo pluribus crura,& manus debilitantur:& corpora torpescunt, & vrina »
de Articulis,cõ. 3.t.53.7.274.g supprimitur ipsis,quibus uertebrarum præter naturam inuersio,neq; introrsum, neque extror- »
* sum excesserit,sed valde concussi fuerint sec̃m spinæ dorsi rectitudinem. Ex his uerbis non nul »
li persuasi, ob neruorum resolutionem ex medullæ dorsi affectu hæc symptomata cõtingere as-
seruerunt:neq; aĩaduertunt,uertebris ex naturali sede transmutatis,& affectus communicati ra
tione,phlegmonas primo,postea,& præduros tumores excitantibus circa vesicam, & rectũ in-
testinum,quod vocant,naturales horum instrumentorum actiones deprauari: vnde quæ prius
ab ipsis excernebantur,supprimuntur:neruis verò solis læsis,nullo prædictorum instr̃orum per
consensum affecto,non actiones naturales, sed voluntarias, vitiari contingit. Quocirca & ipsis
contra voluntatem vrina decurrit,& stercus,cum eorum neruorum, qui ad musculos in finibus
vesicæ,atq; intestini recti positos,protenduntur,& a quibus vtriusque instr̃i osculum clauditur,
atq; constringitur,resolutio perfecta fuerit Sed monticolæ illi vrinæ exitum obstructũ non fuis H
se proposita verba declarant: vtrum aũt inuito ipso,an volente excerneretur,non item adiecit.
Porrò si liber iste accurate compositus ad editionem foret,ex eo,ꝙ adscriptum non esset,consta
ret quoq; non factum esse,prorsus.n.ipsum indicasset: sed eo modo scriptus non est,uerum (ut
sæpius dictum fuit) per quasdam annotationes reminiscendi causa.Nam de deiectionibus quo-
que nihil scripsit,cum tñ & has necesse sit,aut nequaquam suppressas esse,sed perinde, atq; uri-
nam,præter voluntatem effluere,aut voluntate iubente excerni.At ipsum par fuit ad eorum, q̃
viderat,reminiscentiam,eo,quod de vrinis dixit,fuisse contentum, alui.s.excrementorum eua-
cuatione ita,vt vrinæ, sese habente:nam si contrarium quid circa alterutram ipsarum factũ es-
set,omnino significasset: eisdem autem eadem consequentibus vtriusq; meminisse necesse non
fuit.Verum neq; genitura,inquit,suppressa est.Naturalis.n.est,& ipsius euacuatio, quemadmo-
dum & vrinæ,& stercoris:sed,quare venere vti volẽtes ad hanc deueniunt, nolentes autẽ non,
longiore oratione,& in libro De dubijs motibus disputatum est.

A 18 *Quæcunq; alatæ naturæ laterum, propter impotentiam occasionis. Et in destillationibus malignis. Et si excretio fit, & si non fit, malum.*

Quoniam medici alatos vocent, superius dictum est. Didicistis & ex tertio de morbis vulgaribus, eiusmodi hoïes ad tabem esse expositos. Occasionem aũt Hippocrates dicere cõsueuit, & oẽs ferè antiqui medici, oẽm rei materiam, ex qua initium motus ad sequentes actiones ꝓdit, siue argentũ, siue aliqua alia suppellex, siue potentia q̃dam sit, siue locus, siue fides, siue actio, siue cã, siue quicquid aliud simpliciter. Sed quidã putãt ipsum locos prius affectos aliarũ occasiones appellare: idq; ex eo sermone demonstrari aiunt, Occasiones, unde incepit laborare, considerandæ. Si uerò & hoc signatũ (vt supra dixi) est, cum sit cõe, multa sub ipso erunt singularia. Oratores quidem, quemadmodum & historici, & philosophi, occasiones hoïum actiones dixerunt, vtpote & qui de illis disputent: ab Hippocrate aũt nomen translatum est, quemadmodum & alia multa naturalium actionum, atq; affectuum: in quibus omnibus cõe est hoc, unde incepit fieri: nunc.n. in proposita parte Hippocrates dixit, unde incepit laborare. Posset aũt similiter dici, & hoc, unde incepit nauigare, bellum gerere, pacem agere, pugnare, inter se amare, odisse, B tyrannidem exercere, & oĩa id genus alia. Nunc itaq; primum initium, quo quis alatus euadat, ab Hippocrate dictum est, occasionẽ uerò quispiã non ab re dixerit. Quænam igitur hæc est? ingenitę caliditatis, q̃ ex corde habet originem, imbecillitas. Didicisti.n. quemadmodum cerebro magno caput una augetur, paruo existẽte, minuitur: eadem rõne, & cum corde augeri pectus, & minui: uerum cor ipsum exiguum ob uitalis potentię infirmitatẽ creari: cuius potentię essentiã ingenitum calorẽ esse dicimus. Quando igitur imbecilla hæc alicui natura fuerit, hoc est ab initio, à prima formatione, & cor, & pectus parua generari necesse est. At ꝙ tria sint animal gubernantia principia, demõstrationes didicisti in volumine de Hippocratis Platonisq; decretis. Eos verò, qui occasiones dici putant prius affectos locos, multũ & in explanãdis propositis uerbis delirare inuenies: & in eo, ꝙ nos nõ dictionẽ aliquã unã, sed integrã orationẽ ꝓtera, subaudire debere iubẽt, ac si, & hoc modo sentẽtia dicta sit, Quæcunq; alatæ naturæ laterũ, ob impotentiã occasionis in destillationibus malignis, maxime phthisi capiũtur, & si excretio fit, & si nõ fit, malũ est. Cũ multa ab horũ uerborũ explanatoribus dicta sint, satis esto, quod uerissimum mihi, & artem medicã discentibus vtilissimũ esse uisum fuerit solum, q̃ fieri potuit breuissimis designas se. Destillationes igitur à capite in pulmonem descendentes tunc maleficas esse putandũ est, si C defluẽtia subtilia, & corrodentibus viribus prædita sint. Hæc sanè, neq; in pulmone morari tan diu conuenit, quoad concocta crassescant, quemadmodum alias fluxiones ex tenui quidem materia, sed nõ corrosiua, & ęgre maturescente constantes: neq; rursum statim expelli. Intus.n. morantia non facile concoquuntur, uiscusq; ipsum lacerare deprehenduntur: si excernantur autẽ tusses uiolentas cõmouent, ob quas caput repletur, ipsumq; rursus in pulmonẽ materias depellit: atq; ob tussis uehementiam, ne aliqnod in ipso receptaculum frangantur, metus est: Qualis planè tussis illis accidere solet, qui humores tenues, & aqueæ substantiæ difficulter ex pulmonibus reijciunt: ascendunt.n. isti à spiritu per tussim emisso sublati: ꝙ si tenues, & aquei sint, dispergũtur, & contra spiritus motum prius delabuntur, quàm totam asperam arteriam egressi sint. Verum est igitur noxam sequi, siue in pulmone humores isti remaneant, siue euacuentur.

19 *Rigores incipiunt mulieribus quidem magis à lumbis, & per dorsum, & tunc in caput: Verum, & uiris posterius magis, quàm à priori parte. Horrent exteriora magis quàm interiora corporis, ut cubitorum, femorum. Sed etiam cutis rara: id uerò pilus indicat. A quibus autem alÿs rigent fortasse ulceribus, incipit ex uasculis.*

D Reliqua huius sermonis uerba, & in aphorismis, & in secundo De popularibus morbis declarauimus. Sed quod in calce adiectum est, haud parũ negocij libri huius interpretibus facessit: si quidẽ alius aliter ea uerba scribit, oẽs innuentes sermonem uerisimiliter interpretari non posse, si antiqua lectio seruetur. Ea uerò huiusmodi est, ex qua nõ nulli eam partem mutauerunt, fortasse ulceribus, scribentes, ut ulceribus: ut id ipsum aliorum sit exemplum: Neq; enim ab ulceribus solũ, sed ẽt abscessibus suppurantibus rigent: quin etiam non nulli vsti & secti, ex ustione, & incisione riguerunt: uidimus præterea non nullos ob acre pharmacum ulceri superpositum riguisse. Verum omnes id genus rigores externam causam euidentem habent: alij uerò sunt in tertianis, & quartanis febribus, & plerunque unà cum indicationibus citra manifestam causam exorientes: de quibus dictum fuisse aiunt, rigores incipiunt mulieribus quidem magis, & reliqua deinceps posita. Et quidem illud ipsum primo quispiam miratus fuerit, quo modo in aphorismis, ubi maxime suam ipsius sententiam explicat, & de rigore sermonem fecit, in uniuersum illũ protulit sine ea, quã in propositis uerbis edocet, definitione. Videtur nanque, si ea quis consideret, Hippocrates opinari, non oẽs rigores uno tantum modo fieri, cum dicat, à quibus autẽ alijs rigent, fortasse vlceribus, incipit ex uasculis, ultra id, ꝙ hoc ipsum, ex uasculis incipere rigorem, dixit: e, nullam oppositam antedictis diuisionem habet. Licet itaq; dicere, ex uasculis rigo-

res oēs ortum habere,i.malis succis intra nascula contentis:sed primum quidem lumbi,& dorsi E
partes horrent,deinde & reliqua.Propterea non nulli ueterē scripturā permutantes,ita lectionē
instituerunt,a quibus aūt alijs rigent,ut ulceribus,incipit ex uasculis,ut hmōi oratio sit:Quicū-
que sine loco passo rigores fiunt,a lumbis,& dorso initiū sumunt, alij uerò ab affectis particulis
exoriunt̄,q̄ planè,& ipsius rigoris causæ sunt.Aliqui uice huius dictionis,uasculis,cōtrariis,scri
pserunt:ut in quibus affectus locus rigoris auctor est,ad se ipsum,ut aiunt,eo quo rigent tp̄e,ab
oī corpore sanguinē attrahens,tunc rigor ex locis,qui passis sedibus cōtrarij sunt,prouenire vi-
debitur,ipso superioribus inferiora,sinistris dextra contraria dicente. Iā igitur aīaduertentibus
palàm est,ex his,q̄ isti in scriptura transmutant,in maxime contrarias sn̄ias orationē trahi,non
nullis ab affectis membris,alijs ab istorum contrarijs,rigores oriri asserentibus: contraria uerò
sunt,ut ipsi dicunt,q̄ longissime distant.De causa quidem,ut sæpius dictum est,licet uolenti , ut
lubet,dicere,sed de ijs,q̄ euidenter apparent,non licet:ita.n.oēs artes,hoīumq; uita funditus o-
5. Apho. 69 Ex ord. 45. d. Et 2. Epid. lect. 3. uerterentur.Verum,ut in aphorismis prodidit,oēs | rigores ex lumbis, & dorso initium capere
dignoscuntur.Atq; istud in pn̄tia in fine propositi sermonis adiectū,libri auctor(ut aiunt)Thes-
salus Hippocratis filius,si in patris commentarijs repertum descripsit,& libro interseruit , male
fecit:nam a patre longo tempore diiudicata , & per aphorismos in cōem enunciationem reda- F
cta firmiora ipsum putare oportuit,q̄ illa,quæ dum quærerentur antea, nondum cognosceban-
tur.Quòd si ipse ex se id ascripsit,longe maius peccatum commisit,patris cōem enunciationem
inuertens,atq; deprauans. At si quispiam alius Thessalo posterior librum hunc scripsit , male &
ipse fecit.Vt.n.sępe iterauimus,experientia rerum euidenter apparentium iudex est,non ratio,
quam sibi unusquisque verisimiliter commentus fuerit.Nam cum aliquid fieri fama sit,ratio in-
uestigat,atque id ita esse contendit:cum quid autem planè fieri cōspicitur,nugatoria , & super-
uacua oratio est,quæ ipsum fieri,causam afferens,dicat.Cæterum & alia quædam ab interpreti
bus in hac parte dicta sunt:sed ego iam sępius omnium meminisse recusaui,& maxime cum ea,
quæ uerisimilia esse uidebantur,ad examen redacta, falsa esse deprehenduntur.

20 *Caput ex ortu,& occasione,& plurimis sermonibus,& paulatim cognitis colligentem:& perdiscen
tem,an similia inter se sint.Et si non similia inter se sint,ex dissimilitudinibus similitudo fiat una. Sic v-
tique fit uia.Sic & recte se habentium probatio:& non recte,redargutio.*

Non,q̄ nunc dixit,p̄cipere,sed ea in ęgrotantibus exequi difficile est:prorsum sanè artis sum
ma in ipsis est.Nā si quis accurate laborantis naturā a primo ortu cognouerit,& ex qua nunc cā G
laboret,& per multos sermones paulatim cognitos euidentes similitudines,& quæ dissimilitudi
nes esse uideantur speculans,alia quoq; in p̄positis uerbis enarrata bene inueniat,iste sanè opti
me curare poterit.Oīa itaq; contēplemur singillatim,ea, q̄ per alia uolumina vberius pertracta-
uimus,in memoriam reuocantes:& ipsi,si quid deficiat,adiicientes.Igitur cuiusq; corū, qui cu-
rentur,naturam a primo ortu sciri debere p̄cepimus,sæpiusq;,ut optime quispiā id faciat oñdi
mus.Ostensum est aūt haud minus,quę de primario affectis locis,& per uitij cōicationem læsis,
scire & exquisite dignoscere in ægrotis oporteat:quemadmodū,& de causis,quas ante incipien
tes uocant,& quas antegressas,& quas contentrices.Ostensum est p̄terea,& in hoc libro, cū tra
dita est circa ægrotantem æconomia, q̄ utiliter quispiam ex ægri sermonibus ad artis opera col
ligere possit.Quin ēt q̄ ex singularibus in ipsa consideratis speculantem dissimilitudines ad unā
uniuersalem cōemq; similitudinem redigere oportet.Plurima uerò eorum, quæ in his libris scri
pta sunt,usu uenire solent.At qđ deinceps scriptum est,rursum dissimilitudines his, ab uniuersa
libus,cōibus,& similibus in d̄rias partitionem significat. Ostensum est aūt hoc a nobis in oībus
partibus artis,in libro De d̄ria symptomatum,de cōis symptomatis diuisione: ita quoq; & in li
bris De pulsuum differentia,de pulsus in uniuersum distinctione actum est . Verum & inter has
differentias rursum similitudo est: iterumque singulæ differentiæ , ut edocuimus, in alias magis H
particulares differentias distinguuntur:item & istæ quasdam habēt similitudines. Iccirco igitur
cum dixerit,rursum dissimilitudines his,subiunxit, & an similia inter se,vt intelligamus defice-
re hæc verba,per quid.Vult enim nos cognoscere dissimilitudines,quæ quidem sunt differētiæ:
per quid iterum similes inter se sint:ut ex dissimilitudinibus una similitudo fiat: etenim ipsa per
se unaquæque differentia cōem similitudinem habet,omnesq; generalis complectitur.Recte igi
tur dixit,hæc enim uia recta,in omni scilicet artis constitutione,ut didicisti.Appellauerunt au-
tem hanc uiam posteriores Hippocrate non uiam,sed methodum,ex qua recte inuentorum, &
factorum in artibus probatio est,non recte autem se habentium,redargutio .

21 *Sanguinis de naribus profusio, aut ijs,qui subuirides nigriq; sunt:aut ijs,qui rubri, & uirides : aut
subuiridibus.*

Non est huic sermoni additum, utrū magis in morbis fiat sanguinis è naribus profusio dictis
hoībus,an magis,q̄ alios,istos iuuet.Sed neque quos intelligat subuirides,& nigros,clarum est. ☙
Nam ,

A Nam, ut sæpius iam repetitũ est, in stirpibus τὸ χλωρὸν, id est uiride, ἀπὸ τῆς χλόης, id est ab herba, eiusq; colore, Græci plerunq; dicere consueuerunt: abutentes autem, omne uigens, & boni habitus, ita nominant. Interdum verò, & pallidos virides appellant: atq; nunc ita explanatoribus videtur Hippocrates uirides, & nigros accepisse, tanquam si pallidos, & nigros dixisset. Hos ipsos uerò non nulli sanguinis profluuio magis obnoxios esse contendunt, q pallida billis cũ sanguine permistat sit, quæ uasculum possit acrimonia sua recludere: alij istos magis iuuari, qm̃ prauis humoribus euacuationẽ requirentibus affluant. Pariter, & de rubris, uiridibusq; uocatis dissentiunt, aliqui ad sanguinis effusionem aptiores ipsos dictos esse asserentes, aliq ea re iuuari magis. Sed vtrisq; cõe quidem est bile pallida abundare: non cõe autem, magis melancholicum succũ ipsi admistum esse in uiridibus, & nigris vocatis, magis sanguineũ uerò in rubris, & viridibus. Non nulli sanè scribunt ἐρυθροχρόους, per hanc literam ρ, rubrum habentes colorem significari uolẽtes. At tertio dictos subuirides, & hoc loco intelligunt subpallidos: sed, cum uox indicet modicum ipsos habere pallorem, cui nam permistum illum esse uelint, silentio transcũt: nã, si nigritiæ, hos primos ab ipsos dictos esse aiunt: si rubori, secũdos. Forsan igitur, cum albori mistus est pallor, istos subuirides vocat: uerum albi coloris homo haud ita multum sanguinis è na-
B ribus profluuio ob noxius est, neq; magis, quàm prædicti, ab eo leuatur.

22 *Parum remittentem, crassum facere oportet aride.*

Hæc quidem uetus lectio est. Sabini autem discipuli nõ legunt βραχὺ.i. parum, sed βραχίονα.i. brachium: dicuntque retractionis causa in sanguinis de naribus eruptione uenæ brachij sectionem prodesse, nõ solum propriam scripturam interpretantes, sed ẽt verisimiliter nos intelligere posse uolentes, brachium remittẽtem, de uenæ in cubito solutione dictum esse. Ego verò huiusmodi uenæ sectionẽ sanguinis de naribus immodicc profusioni prodesse satis noui: retrahit.n. ipsam, & ne fiat, impedimento est. Atttamen Hippocratis locutionẽ id exponere nõ video: sed hæc uerba, parum remittentem, in eum sensum (ut plurimi interpretes acceperunt) dixisse uidetur, ut scilicet sanguinis fluxui parum cedentes, sic deinde, & ad ipsum crassiorem efficiendum trãseamus. At quia nõ simpliciter dixit, sanguinẽ crassum facere, nõ cũ humiditate, sed cũ siccitate, aliqui, crassum facere arido, in ablatiuo casu scribẽtes, subintelligi oportere aiunt, medicamento: id .n. & ex ijs, q̃ subnectuntur, declarari. Sed qui uolunt in præmissis uerbis, ijs, qui sanguinis è naribus profluuio continenter laborant, non in morbis, sed cum non decumbuot, con-
C silium dari, his de uictus ratione sermo intelligendus uidetur, iubente ipso, ex crassum reddentibus cũ siccitate bonis succis corpus replere. Halicã, & amylũ huiusmodi esse aiunt, & recentem caseum, & suillas carnes, & agnorum maxime lactentium, & hœdorum præterea. Alij de fluxu sanguinis in morbo uexatis sermonẽ factum esse uolentes, consulere ipsum aiunt, ut sanguis sine cibis crassus fiat: id.n. significat ea uox, aride, qm̃ malos succos vult concoquere: ad concoctionem autem bene facit inedia. Concoquentium etiam medicamentorum usus est idoneus, quando ipsa adstringentia sunt: nam, & hæc sanguinem crassum faciunt, sicut, & cõcoctio. Deinceps ab ipso huiusmodi medicamentorum exemplum positum est. Quidam autem non scribunt, aride, uoce in e desinente, sed in o, arido, Hippocratem iubere dicentes per nares exeuntem in profluuio sanguinem arido medicamento crassum reddere.

23 *Alij uerò minus crassitudinem facere.*

Alios aiũt ipsum dicere, eos scilicet, qui sine prauis succis sanguinem assidue profundunt, q̃bus, neq; pallida, neq; atra bilis cum sanguine mista est. Aliqui, & hic scribũt, non, crassitudinẽ, sed, crassum facere, locutionem magis dilucidam reddere uolentes. Sentẽtiam quidem eandem
D planè seruant, siquidem, & isti ipsum iubere volunt, alijs ob copiam mali sanguinis eius profluuio laborantibus minus crassum facere, Hoc uidelicet, crassum facere, iterum bifariam accepto, non nullis quidem ratione victus: alijs uerò per medicamenta naribus adhibita: quibusdam prçterea vtroque modo, sanguinem crassum reddere prçcipientibus. Sed nullam firmam cognitionem ex his uarijs lectionibus haberi iam sæpius à me dictum est.

23 *Arido autem oportet albo, ut galla, alumen.*

Hçc est sanè antiqua lectio, quam difficulter explanabilem non nulli permutarunt, hi minus, illi magis: magis quidẽ hoc pacto scribentes, arido aũt albo ex naribus, ut galla: alumen. Ipsius uerò sententiã hãc esse uolunt, ĩmoderate sanguinẽ è naribus profundentes, ultra p̃dicta adhuc & localibus remedijs curandi sunt: localium verò auxiliorum exemplum dictum esse aiũt aridũ medicamentum album naribus iniectum. Sed galla cum alba nõ sit, non nulli ipsi adiecerunt, & alumen, scribentes, ut galla, alumen: eas autẽ uoces hic, aut ibi, expunxerunt nõ iniuria, tanquã exile quoddam atq; indignum Hippocrate: quippe significari hoc aiunt, per utram narem sanguis eruperit, in illam aridum medicamen esse inijciendum. At seruata ueteri lectione magnopere obscura locutio reddiẽ. Nã quç ex naribus alba euacuare uelit, aut purgare, aut cõcoquere,

aut sponte descendentia contemplari, obno inuentu dubium ancepsq; est, cum ipse Hippocrates huic voci, albo, nihil planè adiecerit. Iure itaq; in hoc ipso primum interpretes discordes fuerunt, alius aliud subintelligendum esse existimantes: & quoniam omnibus illis, istud, vt κηκίδι, i. galla, aduersatur, conueniens enim erat dicere, vt κηκίδι, i. galla, in ablatiuo casu, non in recto casu. Hoc igitur communiter omnibus repugnat, neq; euitare quis potest orationis incongruum, neq; emendare, licet scripturam mutet. Sed non nulli dicunt etiamnum ipsi de sanguinis è naribus fluxu totum sermonem esse, consulereq; in huiusmodi astringenti medicamine vti, in narē sanguine manantem id immittentes, vsque dum sedato sanguinis cursu, alba exiuerint. Multa alia quoque perperam dicunt in verba (vt mihi quidem videntur) corrupta, & ab aliquo forsan interposita. Cæterum mirari licet, vt alijs multis, ita & hoc loco eos, qui valde audacter Hippocratis verba in quicquid ipsis uisum fuerit, transmutant. Cum omnes enim interpretes in sermone Hippocratis scriptum esse sciant, ex naribus alba, ipsi mutātes scribunt, ex naribus albo. Mul toties autem dixi, in perobscuris locutionibus verisimiliter verba mutare fas esse: sed prius id ipsum dicentem tunc lectionem mutare decet. E

25 *Cum uenere uti incipiunt, aut hircire, sanguinis profluuio laborant.*

Sanguinem de naribus facile profundunt non solum ægroti, verum ēt sani, qui eam ætatem agunt, in qua illud ipsis euenit, quod hircire vocant. Isti iā & uenere uti planè possunt. Ac prius quidem, cùm essent pueri, sanguine copioso abundabant, uerum ratione incrementi haud ēt pariter copioso. Sanguis aūt ipsis calidior est, propterea eius profluuio tentantur. At uos meminisse puto, ex alijs membris sanguinis profluuia cum loci appellatione semper dici: ex naribus uerò, non nunquam, & sine particulæ appellatione, sanguinis profluuium simpliciter nominari. F

26 *In accessibus autem quidam perstrepunt, ut Arcesilaus. Aliqui accessuri horrentes, rugosi. Alijs verò post inflatur uenter, quam accesserint, ut Damagoræ.*

Sæpius repetiui, si ualde male a multis interpretibus dicta redarguam, ægre oēs ferre cōmentariorum longitudinem: si uerò non reprehensā dimittam, mediocria tātum memorans, eos qui haud tardo ingenio sunt, ab illis excitatos, & reliqua diiudicare posse: & nunc igitur ita faciam.

Hanc quidē uocem, accessibus, oēs ferè de coitu cum muliere intelligunt, quemadmodum & eam uocem, perstrepunt, de emittendis per anum flatibus: atq; de hoc ēt paulo ante dictum est. Sed quod deinceps scriptum est, accessuri aūt horrentes, rugosi, quiddam tale significat, Aliqui venerea aggredientes, cum incalescunt, horrore tentantur: qua rōne iam sæpius didicistis, eos mali succi plenos, cum vehementius repente calefiunt, horrore uexari. At non nulli pro hac uoce, horrentes, rigent, scribunt: qđ mihi perrarum esse vr̄, & maximæ succorum prauitatis indicium: quare neq; vllum initio coitus rigore affici cognouimus. Verū & hanc uocē, rugosi, aliqui in hāc uocē, κακώδεις, cōuertunt. Alij uerò interpretantur ob malè habitum corpus κακώδεις dici; alij q̄ tetrum odorem spirent. Quòd quibusdam aūt venter infletur, supra positum est. Sed Dioscorides hanc partem, vt & alias multas, prout ipsi libitum fuit, commutauit, vt tota oratio huiusmodi sit, In accessibus sunt aliqui perstrepentes, quemadmodū Arcesilaus: vt fœtidos ipsius crepitus esse intelligamus. Capito quidem & ipse in valde multa sermonem hunc conuertens talem fecit, In accessibus aliqui perstrepunt, vt Arcesilaus, aliqui accessuri rigent rugosi. G

27 *Mutationes cauendæ.*

Et in alijs quibusdam, & in aphorismis id cautius dixit, his uerbis præpositis, multum, & repente. Neq;.n. quæ aeris mutationes, neq; q̄ a nobis ipsis paulatim fiunt, periculosæ sunt, sed tūm magnæ, ac repentinæ sanitatis amittendæ periculum inferunt: quocirca & ab his cauendū est. Euitabimus autem ambientis cœli mutationes, domi nos plurimum continentes, & contrariorum vsum adhibentes, in humidis quidem mutationibus corpus siccantes, in siccis humectantes: eadem quoque rōne, & calefacientes, & refrigerātes, cum huius vtriusq; occasio fuerit. Sed in victus rōne mutationes cauere in nobis ipsis est, neq; ab exercitationibus subito ad ocium, neq; ab ocio ad exercitationes, transeūtibus: sed neq; a lauādi insuetudine ad lauationes, neq; a lauationibus ad oppositū: neq; ex aquæ potu ad uinum bibendum, neq; ex uini vsu ad aquæ potum: & in aliis omnibus similiter. Hic sermo plane verus est iuxta, & ab Hippocrate sæpius repetitus. Cæterum ignoro, quidnam aliqui sentientes dicant, subintelligēdū esse huic orationi, mutationes cauendæ, hanc uocem, ætatum: in aphorismis.n. ipse inquiens, | Multum & repēte euacuare, aut replere, aut calefacere, aut refrigerare, aut aliter utcunque corpus mouere, periculosum est: & omne multum naturæ inimicum. ætatum nullam mētionem fecit. Neq;.n. in ipsis paulatim labentibus nimium naturæ inueniri potest: neque aliqua curiosiore obseruatione indigent, quantum ad communia tuendæ sanitatis præcepta pertineat: quemadmodum, neq; cum anni tēpa paulatim mutationem suam faciunt. Verum hæc interdum videmus magnas repen- H

2. Apho. 51. Et. 01. d. 19. c

A te in contrarium mutationes pati: at ætatem nullam repente elapsam nouimus, ut puer die postero in virum euaserit, non paulatim per pubertatis, & iuuentæ annos transitu facto.

28 *Cibi paucitas lassitudinem non faciens, nec sitim accendens.*

Cum in uniuersum mutationes esse cauendas dixerit, unum quiddam, †ad naturalem statum tuendum conferens deinceps scripsit, ut memoriæ propriæ cõsuleret. In vtraq; enim mutatione † Alia lectio, ad cautionem.
cũ circundãtis aëris, tum nostrorum studiorum, & uniuersæ uictus rationis, cibi paucitatẽ, & sitis, & lassitudinis priuationem, in omnibus quæ agimus, nobis esse proposita iubet. Sed explanatores cibi paucitate, & sitim, & lassitudinem tolli dixerunt. Verùm id si ita uniuersim proferatur, falsum est: nam pituitosos succos, aut multũ, & bonum sanguinem habentibus, cibi paucitas lassitudinem tollit, & sitim extinguit: sed biliosis, aut inopia sanguinis laborantibus, neq; lassitudinem sedat, neq; sitim extinguit, ut ipse in libro De victus acutorum ratione edocuit. Adhuc verò peius illi senserunt, qui ita scribunt, inedia lassitudinem tollens, sitim extinguens: at isti planè in extrema inscitia uersantur, ea q̃ neq; vulgus hominum latere solent, ignorantes. Alij præterea fini sermonis hanc uocem, esurienti, adijciunt: aiuntq;, cibi paucitatem esurienti lassitudinem, & sitim eximere: esurientem uerò eum dictum esse volunt, qui indigere cibo se sentiat. At
B qui melius esset dicere, famem sentienti paucitatem cibi haud in tempore adhiberi, non sentienti autem conducere: signum est enim, ipsius corpus multitudine redundare.

29 *Omnis extenuatio laxat cutim, deinde distenditur. Refectio contraria facit, cutis corrugatio concidentis, extẽsio refectæ. Horrens, leue, utrinsque signum, subbiliosum subrubrum. Sic detrahi mãmas, graciles autem sursum trahi, aut circunuelli. Etsi quispiam non arbitretur ꝑ hoc, sed carne creata id fieri.*

Demiror explanatores, obscuras locutiones, quas nemo intelligat, solos se intelligere profitẽtes: quęcunq; uerò nobis omnibus perspicuæ sunt, solos ipsos non intelligere. Propositũ igĩ sermonem minime ambiguum multifariã distrahunt, alius aliter ipsius enunciationes scribens, atque cõmutãs; & contrà ea, q̃ omnibus euidenter apparẽt, interpretantur, quæ maxime omnium ipsos obseruare oportebat: est enim Hippocrati sermo de ijs, q̃ in corpore nostro conspiciuntur per tenuationes, & enutritiones. Sed non nulli, neque quid sit tenuatio, nosse uidenĩ: tãtum abest, ut omnia in istis euidenter apparentia, aut ipsorum causas percipiant: sed tñ fieri tenuationem per euacuationem prædicant. Aliqui siue euacuationem, siue tenuationem dixeris, nihil interesse opinanĩ. Verum hoc dignoscere, ut diximus (non est magnę cuiusdam scientiæ. Iã multi haud modica sanguinis copia reddundãt, gracilissimi tñ sunt: sicut alij è contrario crassi, sed pau
C cũ habent sanguinem. Atqui ego cuidam mulierculæ iam octo menses purgationis menstruæ suppressione laboranti, extenuatissima cum esset, haud exiguo detracto sanguine, breuissimo tẽpore proprium habitum restitui: sicut & alias non paucas eodem modo ad sanitatẽ reduxi. sed quod illi mulieri accidit (neq; enim erat ignobilis) fuit ualde celebre, ipsi quidẽ rescissa uena, & medicis ex eo remedio futurã utilitatem constanter polliceri uerentibus. Quin etiam non nulli mihi aduersari audebant, non solum propter mulieris maciẽ, sed etiam propter inappetentiam, ex uenæ sectione secuturam esse noxam affirmantes. Profectò hæc melius est longiori sermone persequi, q̃ utrius Prodici Hippocrates mentionẽ fecerit, diligenter inuenire conari. Verum, ut supra iam dixi sæpius, recentiores medici ad magis sophisticam doctrinæ speciem deflexerunt. ęgrotis euenientia diligenter obseruare, & ipsorum affectus, causasq;, ex quibus curationis inuentio acquirĩ, indagare negligentes: quæ & ipsa per experientiam dijudicatur. In muliere sanè quam memoraui, primo die sanguinis sesquilibrã detraxi, rursum postridie libram, tertio uerò nõ multo plus selibra, erant enim unciæ octo. Sophista quidem hæc legens quærere incipiet quis ex Græcis vnquam libras, aut quis uncias nominauit. Medicus uerò, & quæ alia signa præter cohibitos menses, uenæ sectionem indicent, scire auebit. Illa igitur, & ego recensebo, sophi
D stis, ut ualeant nuncians, Scilicet ipsius venæ eminebant sanguinis plenæ, colore liuidæ: rescisso autem uasculo, liquidę pici, & colore, & crassitudine similis sanguis emanabat: ob id ipsum sanè multo magis uisus fuit largiter esse euacuãdus. Hęc quidem à nobis obiter recte mederi cupientibus dicta sunto. Rursum uerò ad propositum me recipiens, non recte dicam interpretes affirmasse, attenuationem corporis simpliciter ob inanitionem fieri: distinctiones enim dixisse oportuit; quòd scilicet attenuatio totius molis detractio q̃dam est, & collapsus, aut subsidentia, uel vtcunq; ipsam nominare uelint: crassitudo uerò è contrario in tumorem elatio est. Nõ nunquã igĩ debilitata carnosi generis facultate, & uitioso sanguine in arterijs uenisq; incluso, attenuatio fit: plerunq; uerò ex contrarijs crassitudo, ut in uasculis quidem paucus sanguis remãserit in carniũ nutricationẽ distributus, illæ uerò bene habitæ sint, & per eas totius moles corporis increuerit. Nouerunt aũt uel omnes id quoque mangones, cutim scilicet carnosis particulis prætẽdi: & naturas quasdam corporum agnoscunt, quæ in molem excrescere prætenta cute non ualeant. Nam ipsam summis digitis sursum trahentes, quousq; à subiecta carne discedat, considerãt, & eousq; singula emaciata corpora se reficere posse sperãt, quousque cutis protracta fuerit:

laxa.n.cutis in extenuatis,extenta in craſſioribus effectis apparet. Porrò extenuationes multis E
de cauſis proueniunt,ſiquidē alimenti penuria,exercitationes plures,& uigilia,& cogitationes,
& dolores,& morbi colliquantes,& diſcuſſorij·prętcrea euacuatio multa per aluum,uomitum,
per ſudores,per ſanguinis profluuium, extenuationum cauſæ ſunt. Inſtaurationis autem unns
modus eſt,omninm uidelicet,quibus ſani egemus,cōueniens modus:iſta uerò ſunt,ut ipſe in ſe
quentibus dicturus eſt,labores,cibus,potus,ſomnus,venus.Itaque cum multi modi extenuan
di corporis ſint,omnium cōmune eſt primum quidem cutim laxari, poſtea uerò perdurāte ma
cie diſtendi.At ſi illi ſuccedens inſtauratio facta fuerit,contrarium accidet:diſtendetur enim cu
† Hæc deeſſe uidentur, quæ adieci, ſiquis inferiora recte conſiderabit.
tis† primum,deinde laxior fiet.¦Cauſas uerò iſtorum iam quidem ſæpius audiuiſtis, ueruntamē
& in præſentia ſummatim perſtringentur. Quapropter uobis in memoriam reuocantibus , quæ
ſępius in utribus,& ueſicis conſpexiſtis:repleto enim interiore cauo,circuntēditur corium,eua
cuato, relaxatur : eodem modo, & in animalibus bene ſaginatis diſtenta cutis,in macie confe-
ctis laxa conſpicitur.Nam ſicut liquor in utres infuſus eorum tergora contendit,ita carnes mul
tæ procreatæ cutim noſtram circum ſe ipſas obtendunt:atq; id euidenter intueri licet, pingues
ſcilicet oēs adeo tenſam cutim hñtes,ut eam quis apprehendens nec minimū quidē à ſubiectis
carnibus auellere poſſit:macros aūt adeo laxam, ut lōgiſſime quis ipſam protrahens acu traijce F
re ſine ullius ſubiectæ partis vulnere queat.Hactenus quidem omnes ferè orationem recte intel
lexerunt,ſed in eo conturbati ſunt,ꝙ ſequitur hæc uerba,omnis extenuatio laxat cutim,contra
rium enim ab ipſa fieri negant.Quocirca non nulli de refectione uerba illa , poſtea circuntendi
tur,dicta eſſe exiſtimant:neque animaduertunt,quod ſubſequitur,ipſis aduerſari , ubi ait,refe-
ctio contraria facit.Erit enim,ſiquis ipſorum explanationis intellectum ſequatur, talis oratio-
nis ſententia:Omnis extenuatio laxat cutim,circūtendiř contra refectis , refectio uerò contra-
rla facere apta eſt.Sed primum quidem ipſum dicere par erat , refectionem non contraria , ſed
contrarium facere:nam cum unum de extenuatione dictum ſit,& refectionē uni contrariam di
xiſſe ratio poſtulat.Igitur ſi extenuatio cutim laxat,eam diſtendere refectionem oportebit:po-
ſtea uerò deinceps hoc dixiſſe manifeſte uidetur,cū explicatior,apertior,ac breuior ſit talis ora
tio,omnis extenuatio laxat cutem , re ſectio circuntendit . Quid igitur , eſt quod ab ea parte ſi-
gnificatur,quæ dicit,poſtea circuntenditur?nihil aliud ſanè,niſi id,quod ab omnibus intelligiř,
ꝙ primo ſcilicet in extenuationibus cutis relaxatur:extenditur poſtea extennatioue manente,
& non in refectionem tranſmutata:At in refectione contrarium euenit , ab initio quidem cutis
obtenditur,tempore autem ſuccedente laxior euadit . Hæc profectò ſi adeo curioſe, vt Hippo- G
crates,ſenſui apparentia obſeruaſſent,ita fieri uidiſſent.Primū igitur uobis in memoriam ea re-
uocans,quæ ſenſu conſpexiſtis,poſtea & apparentium cauſas explicabo.Illorum itaque remini
ſcamini,qui in morbis cōtabuerūt,præſertim in tabe,quæ retorrida uocatur:in quibns memen
tote cutim æque ac aridum corium fuiſſe diſtentam : ſed quid mirum in illis longiori tempore
tabeſactis cutim diſtentam apparere?quandoquidem , & non nunquam primis diebus id eueni
re ſoleat. Dicit ergo Hippocrates ipſe in Præſagijs,de ijs, quæ morbis initio eueniunt,ſermonē
in Prog. com. 1. t. 7 4 191. b
faciens,inter alia faciei ſigna,& hoc enumerans,|Cutis circa frontem dura,& contenta. Quod ››
Ibidem t. 8. e
autem ob inanitionem id fiat,docens ipſe deinceps ſcripſit,|Interrogare oportet,num vigilaue ››
rit homo,an uentris deiectiones ualde ſuerint copioſæ,an fames ipſum uexet.Cæterum id qui- ››
dem ab omnibus medicis Hippocrate poſterioribus tanquam uno ore loquentibus conceditur
ob immodicam euacuationem non nunquam ſenſibilē,non nunq̄ ſenſus latentem , ſolere eiuſ-
Ibidem t. 6. & 7
modi faciem euadere,qualem his uerbis pinxit Hippocrates:|Naſus acutus,oculi caui,tempo- ››
ra collapſa,aures frigidæ,& contractæ,& aurium pinnæ inuerſæ,& cutis circa frontem dura,& ››
diſtenta . Quocirca ſenſu nos aperte docente,nimiam euacuationem contra quàm moderatā ,
in cute affectum parere,ipſorum ratio ueriſimilis quidem,non tamen uera comprehenditur,cū H
dicunt,Manentibus affectum producentibus cauſis ipſam ad contrarium trāſmutari uon con-
tingit.Euidenter enim tranſmutari in immoderatis euacuationibus cernitur,ſiue ipſæ longiori
tempore ſenſibiliter perdurare noſcantur:ſiue per vias ſenſibus occultas,per eliquationem ſcili
cet,aut digeſtionem ægrotantium,efficiantur . Ante quàm igitur ad ipſam cutis propriam ſub-
ſtantiam exhauſtio peruenerit,perinde atq; euacuati utres,& ſacci,& ueſicæ,cutis laxior reddi
* Al. pelles.
tur:inanitione autem perdurante talis efficitur,quales aridæ* ueſicæ atque coria, quæ præ duri
tia extendi non pñt : talis uerò,& in utribus,& in ueſicis,cutis affecta uidetur,cum exiccata ad
modum fuerit.At uſque dum humida ſit,& mollis,& in interno cauo aliquid ſuſcipit, iterumq;
dimittit,ſuſcipiens quidem cum ſatis expleta fuerit,diſtenditur:cum inanitur autem relaxatur.
Recte igitur Hippocrates dixit,omnis extenuatio laxat cutem,poſtea circuntenditur:ſic enim,
& fieri uidemus,& iam cauſa dicta eſt.Ac bene illud quoque adiecit, refectionem cōtraria face
re:nam ab initio extēditur cutis,interiecto deinde temporis interuallo efficitur laxior.Cū enim
ſubiectis ipſi carnibus durior natura ſit,atq; aridior,tardius quàm illæ, & in extenuationib⁹ ob
duteſcit,& in refectionibus remolleſcit.Quando igitur ipſam duram,& iam exiccatam refectio
exceperit, primum carnes adaugens , ipſam iure protendit : procedente uerò tempore , & ipſa
cutis

A cutis nutrimentum suscipies, humidior, & mollior fit, proinde & iterum laxior redditur, quemadmodũ arida coria, & pelles aqua madefactę, & oleo ac seuo delibuta. Hæc itaq; uere iuxta atq; aperte ab Hippocrate enarrata, male interpretati sunt, ob earum, de quibus est psens sermo, rerum ignorationẽ. Sed quæ sequuntur haud æque nota, & fortasse adiectitia, manifesta esse arbitrantur, quamuis in ipsis explanandis haud minus, quam in prædictis dissentiant, & antiquas lectiones permutent. Verum, vt dilucidior oratio sit, singulas ipsius cõtextus particulas separatim explicabo. Cutis corrugatio cõcidentis, extensio refectæ. In extenuationibus quidẽ laxari cutẽ prius, quã ipsa in propria substantia quicquã perpessa sit, in refectionibus autem extẽdi, & exiccatam temporis interuallo in contraria permutari, supra comprehensum est: sed in hac parte ipsius concidentis corrugationem fieri inquit, refectæ uerò extensionem. Rugosum quidẽ corpus * & cutem Græci nominant, q̃ in rugas, & plicas contracta sunt, ut uidemus in senibus: & ipsorũ affectum corrugationẽ. Corrugatio uerò aliqua & in iuuenilibus corporibus apparet, cũ uenæ *occultæ sunt, & maxime cum dissipato in ipsis abundante sanguine, medicamen austerę adstringentisq; naturæ quispiã superdederit. Hic autem, & cute collabente, affectum creari dicit: idest cum ea, q̃ intra ipsam cutem habẽtur, minora effecta sunt, tunc decidit, in se ipsam residens: sed contrarium eius affectum, cum in lõgum latumq; excreuerit, extensionẽ homines vocant, licet non nunquã eueniat, vt tantummodo in longum aut latum extendatur ac resideat. Verum in p̃ B sentia de extẽsione, & cõtractione in utrãq; cutis demẽsionẽ factis sermo intelligẽd9 est. Quod siquis p̃positam particulã recte intellexerit, non admodum hac egebir. Horrens, læue, utriusque signum, subbiliosum, subrubrum. Nõ nulli legunt, rugosum, læue: utriusq; signum. Sed quoniam in antepositis verbis de corrugatione scripsit, rationi magis consentiens esse uidebitur, ut nũc, horrens, dictũ sit, vt Hippocrates speciẽ in corrugatis factã horrentibus similẽ esse demõstret. Similitudo aũt in cutis inæqualitate, ac ueluti asperitate cõsistit, nõ nullis eius particulis depressioribus, nõ nullis extantioribus apparentibus. Qñ.n. per exigua ualde interualla in tota cute id factum fuerit, id symptoma horror nominatur: tuque illud mente concipito, exactæ maris tranquillitati lęuis corporis statum assimiliari, & proxime inceptæ eius inæqualitati horrorẽ. Ita sa« nẽ, & poeta inquit, qualis aũt Zephyri cõfundebar mare horror, nuper concitati. Læuitas igitur * recreatis corporibus inest, sed uelut horror cõtra sese habentibus: alterutrũ uerò ipsorũ alterutrius signũ est: nõ alterutrũ amborũ, neq; ambo simul alterutrius. Eodẽ quoq; modo, & subbiliosum, subrubrum alterutrum alterutrius signum est, subbiliosum extenuati, subrubrum refecti. Macrescẽtibus.n. corpus biliosius redditur propter causas maciem inserentes, de quibus antea C nos loquentes audiuistis: magis sanguineũ autẽ cibo se reficientibus, nam neq; bene enutriri sine bono sanguine corpus ualeret. Adiectã uerò sermonis calci hãc particulam, sic, aliqui sequẽtis initium faciunt, nõ nulli huius finem: utroque enim modo explanationem facere possumus. Quocirca de hoc quidẽ laboriose disceptare nõ cõuenir, sed ad sequentia ueniamus, sequentis partis initium ab hac uoce, sic, facientes, qm̃ plurimis explanatoribus idem ipsum facere uisum est. Sic detrahi mãmas, graciles uerò sursum trahi, & circuntentas esse, & si nõ propter id quispiã arbitretur, sed carne creata id fieri. Hæc sanè est antiqua lectio. Ipsam uerò quidã cõmutarunt, alij minus, alijs magis, quemadmodũ & Sabinus ita scribens, sic detractas esse longas, graciles, alias uerò sursum tractas, vt graciles quidem, & laxari, & longas apparere, sed bene nutritas sursum tractas esse significet. At Ruffus, & ueterẽ scripturam, & antiquiorum interpretum explanationem aliquid Sabinianæ contrariũ edocentem retinuit: uult enim bene habitas inferius, emaciatas sursum versus, attractas esse. Huiusce autem rei sensus ipse testis locupletissimus cẽ uidetur, dicẽte Hippocrate, quãuis aliquis non utiq; arbitretur: nam cum prædixerit extenuatis laxari, bene nutritis circuntendi cutem, priori detractas esse mammas, secundo sursum uersus re D tractas, consentaneum esse inuenies: & propterea ait, quamuis aliquis non utique arbitretur. Id « sanè tanquã ualidissimã rationem acceperunt ueteres interpretes empirici, Glaucias, & Tarentinus Heraclides. Per eam enim se demonstrare opinantur Hippocratem in eorum sententiã descendere, ut uerisimilibus dogmaticorum argumentationibus nequaquam, sed soli per experiẽtiam cognito, & euidenti, fides sit adhibenda. Quamuis & ipsum euidens sine definitione prolatũ utroq; modo falsum sit, siue detractas esse, & laxari tales in extenuationibus, siue in superiora esse retractas dixerim9. Ergo id ipsis primũ accurate exploratũ esse oportuit, cùm empiricis, qui rerum sensui apparentium obseruatores ac memores sunt: tum dogmaticis, quoniam eorũ quæ sunt, non eorum quæ non sunt, ipsos causas reddere opus est. Quidnam igitur sit sensui apparens, ego explicabo, cum *in* permultis mulieribus obseruauerim, & à nõ paucis audiuerim non obstetricibus modo, uerum ẽt ab alijs nihil eiusmodi scientibus. Hæ nanq; magis uere sensui patentia enarrãt, quàm qui placiti sui amore decepti, his caligant, & hallucinãtur. Quod itaque accidit eiusmodi est, mammæ lactis plenæ secundum omne interuallum augescunt, in altũ enim ac latum extuberant, longioresq; cernuntur: exhausto autem lacte, rursum se ipsis minores fiunt, & in tribus dimensionibus minuũtur. At si absq; lacte in tenuitate, & crassitudine tãtũ, ut & alia mẽbra permutantur, eodem, quo & illa, modo afficiuntur, Primum quidem cũ exte-

* Al. solutæ.

nuantur,relaxatæ:cũ verò craſſeſcunt,magis extentæ. Sed proceſſu tẽporis contrarium ſtatum E
ſuſcipiunt,breuiores quidẽ areſacta cute euadentes:longiores autem in refectionibus,vt antea dictum eſt,humectata.Ita planè,& in uetulis primo laxantur,poſtea contrahuntur.Ego quidem mammis euidenter contingentia recenſui, & cauſas ipſis adieci: interpres autem nullus id fecit,ſed prout quiſq; voluerit,ſcribens,propriam deinde ſcripturã interpretatur. Haud ab re autem,& contrarias explanationes,& ſcripturas locutione mutilas,& confuſas attulerũt:vt quicquid dicat aliquis,partim verum,partim falſum dicturus ſit,mãmis utiq;,cum lactis plenæ ſunt, grandioribus effectis,cũ vacuæ,minoribus:ſine lacte uerò,cũ macreſcũt,ab initio laxatis, dein de cõtractis:dũ craſſeſcunt autẽ,ab initio retractis,poſtea paulatim relaxatis; impoſita quoq; iſti per cibum refectioni conditione,quòd ſcilicet aliqui prius recreentur, quàm ad tantam macië deuenerint,vt prę ariditate cutis diſtendatur:aliqui poſt ariditatẽ enutriantur ac recreẽtur. *

30 *Iugula manifeſta, venæ conſpicuæ.*

Id genus locutiones obſcuram habent ſcriptoris ſententiam, quippe cum uerbis, in quibus hæc apparere uelit,expreſſum non ſit.Multi quidem natura macri, & iugula detecta habent,& venas extantes,plenasq; ſanguinis:ſicut è contrario alij neq; iugula,neq; venas habent extãtes. F
Quemadmodum autem naturalis huiuſmodi corporum differentia conſpicitur, eodem modo, & in ijs,qui pręter naturam,quam ab initio habuerunt,aut emacientur,aut craſſeſcunt:& abundant,aut egent humoribus. Conſtat.n.in extenuato corpore repletas venas ſanguinis plerunq; corrupti intra ipſas incluſi copiã oſtẽdere:ſicuti de muliere,cui menſes retenti erant, paulo ante dicebam.Cæterum miror Capitonem ſolum huius partis verba ita ſcribentem,magna repletio patẽs eſt,venę perſpicuæ:nam ſi ita ſcripta inuenta eſſet,quid neceſſe fuiſſet omnes interpretes eam in clariorem tranſmutaſſe? ſiquidem eorum, de quibus ambigunt,ſcripturas facilioris notitiæ cauſa tranſmutant.Quin etiam codicem nullum ita ſe habere inueni,cum multos tamẽ ob id ipſum euoluerim,antiquas ſcilicet lectiones,& in quibus omnes conſentiunt, aut diſſentiunt,dignoſcere cupiens.Cum omnes igitur explanatores,& omnes codices eandem lectionẽ habeant,haud rectè Capito ipſam permutare auſus eſt. Sed forſan, & ego male ipſius ab initio mẽtionem feci, cum omnes huiuſmodi in ſcripturis mutandis ineptias me in explanãdo omiſſurum eſſe prædixerim.In ſequentibus igitur id faciam longitudini parcens. ”

31 *Prodicus febrientes interficiebat curſibus,luctationibus, fotibus calidis.Malum febriculoſum,inimicum fami,circuitibus multis curſibus.frictioni.Laborem labore,ipſis.* G

Et hæc uerba alius aliter ſcribit,non nulli quidem verba hæc permutantes, circuitibus,luctationibus:nõ nulli uerò ab initio,luctationibus,ponentes:aliqui eam uocẽ eximentes:aliqui initio,fami,adijcientes.Circuitus ſanè uocat lentas deambulationes in longius tẽp⁹ productas,ut in libro De ratione victus in acutis ipſe inquit,[Tardũ multũ circuitũ deambulaſſe:& Plato Prodici meminit,ut multis deambulationibus utentis. Quẽ autẽ nunc Prodicum memoret,vtrum Leontiũ,an Selybrianum,quærere ſuperuacuũ eſt:in alio enim ſermone hæc omnino perſequimur.Nunc verò hiſtoricas q̃ſtiones tractare non eſt opportunum,q̃ñ non nullorum explanationibus non paucis prætermiſſis,ſatis habemus, ſi noſtram octo uoluminibus abſoluerimus. Sed cur Prodicũ accuſet,ipſe declarauit inquiens,febriculoſum inimicũ eſſe circuitibus,& fami:cõſtat autẽ,ꝙ,& reliquis enumeratis,nam,& luctationibus,& fomento calido,& frictioni,febriculoſum aduerſarium eſt:ita.n.ea vox,inimicum,intelligenda eſt,quoniã, & amicum, per tranſlationem,dicere conſueuernnt proprium ac domeſticum.Inter utranq; autem dictionem hęc,malũ,poſita,ab aliquibus in calce prioris ſcripta eſt,ab aliquibus initio ſecundæ, ut vna fiat oratio huiuſmodi,febriculoſum inimicum circuitibus.Quòd autem febricitantibus, & deambulatio, & curſus,& fotus calidus,& luctatio,undiq; calorem in corpore augentes officiant,neminẽ eorum,qui in artis exercitatione verſati ſunt,præterit.Prodicus verò nõ rationalẽ modo auxiliorũ inuentionẽ,ſed et empiricã obſeruationẽ ignorare uidetur.Negat.n.ratio labori laborẽ mederi,hoc eſt,noxæ noxam,& malo malũ:nã cõtraria,non ſimilia, infeſtanti uitio adhibere auxilia cõuenit.At ille ſimilia adhibere videtur,ſiquidẽ,& ambulationibus,& luctatione, & frictione,& fotu calido,& ſame vtitur:per πυρίαν autem ideſt fotum calidũ, oĩs extrinſecus nos inuadens caliditas,ſiue ab igne,ſiue in balneis fiat,intelligenda eſt. Quin ẽt fames prædictis aduerſatur:vbi.n.fames eſt,laborare nõ cõuenit.Nõ ſolũ aũt locutionis initium,ſed,& ab initio uſq; in ſinẽ,ut libuerit,ſcribunt:cæterum ego veteres ſcripturas,& ſi difficilius explanentẽ, ſemꝑ eligo. Sed uocem eam,quæ vltima in propoſitis uerbis ſcripta eſt,ipſis, aliqui ſequentis ſermonis initium faciunt: nõ nulli prorſus obliterant,ſiquidem nihil plus,quàm antedicta,edocere uidetur. H ” ”

De Vict. rat. in morb. acut cõ. 2.2.23.7.119.f

32 *Venarum rubor,liuor,viriditas:coſtarum dolores laxi.*

Dixi uocem,ipſis,in calce proximi ſermonis poſitam iſti poſſe præponi, ut oratio talis reddatur,Ipſis quos prædixi:erant autem febricitãtes non rectè à Prodico ad motiones bene ualentibus

A bus conuenientes deducti. Hæc, quæ nunc dicit, habere contingit, non oĩa. singulos homines: neq;.n. potest rubor vnà cũ liuore, & uiriditate consistere, siquidem vnumquodq; istorum duo reliqua tollit, & affectus dissimiles sequitur. Nã uires mediocres & bonũ sanguinẽ habentibus, cum exercentur, aut per fotus calefiunt, rubicũdũ corpus euadit: sed imbecilliores, aut uitiosis humoribus repleti liuidi fiunt ac uirides. Non nulli uerbis his hanc uocem, tumores, ꝓponũt, & locutionem talem faciũt, tumores, uenarum rubor, liuor, uiriditas. Sed quod in extremis uerbis dixit, costarum dolores laxi, non nulli verisimiliter ita mutarunt, laparæ. i. ventris dolores, hos importune exercitatis suboriri uolentes: ueruntamen omnes interpretes hanc lectionem agnoscunt, costarum dolores laxi: & intelligunt laxos, id est sine phlegmone, & tensione dolores.

33 *Siti carentem os claudere, tacere, uentum cum potu frigidum introducere.*

Hoc scripsit Hippocrates ex ijs unum, quæ totam febrientium regendorum rationem in mentem reuocare queant, & id ipsum Prodici in curandis febrientibus inscitiam demonstrare ualens. Neq;.n. ea, ex qbus sitiant, uelut calefacti, sed ex qbus sitis extinguatur, facienda sunt: hæc sunt verò, prima quidẽ motibus opposita laborantis corporis quies: secunda, omnia reliqua, ex
B quibus febrilem affectum comitantia magis mitescant, & non exasperẽtur: inter q̃ unum est, ipsum à siti defendere. Per quæ autem quispiam sitim prohibeat, adiecit, clausum os habere, ac tacere, auramq; frigidã cũ potu introducere, id est, uentum unà cum potu frigidum attrahere: ꝙ si cũ potu, patet ẽt sine ipso per solam inspirationem. Quare, & aeris inspiratu attrahendi ratio habenda est, ut ne calidior sit, quã conueniat, idq; magis æstatis tempore. Verũ & hoc loco Capito atq; Dioscorides audacius ueterem lectionẽ permutantes, hunc in modũ uerba scripserũt; ventum inter bibendum frigidũ non introducere. Sed Dioscorides quidem, ut consueuit, secundam scripturam addidit, ex quibus uentum frigidum introducere. At Capito lectionẽ in omnibus codicibus repertam, & à cunctis explanatoribus concessam, neque secundo gradu dignam putauit: sed ei hanc syllabam, non, adijciens, loco horũ, frigidum introducere, scripsit, frigidum non introducere, perinde ac si nunquam frigidum aerem febricitans inspirare debeat.

34 *Occasiones, unde cœperunt ægrotare, consideranda, siue capitis dolor, siue auris, siue lateris: signum dentes, & in quibus inguinum phlegmona.*

Hanc orationem, & in secundo de morbis uulgaribus volumine in primo commentario ex-
C planauimus.

35 *Nascentia ulcera, & tubercula febres indicantia. Quibus hæc non accidunt, indicationis carentiæ, quibus aliquid intus relinquitur, certissima, & celerrima recidiua.*

Et hæc oratio priori contigua, in secundo de morbis uulgaribus scripta, conuenienti declaratione illustrata est per primum in eum librum à me editum commentarium.

36 *Rotunda sputa delirium futurum significant, ut in pleno.*

Sputorum rotundorũ uelnti materialis causa crassitudo est atq; tenacitas humorum in fibris pulmonis collectorum: causa ueluti effectrix est loci calor. Et in quibusdam febre uacantibus id fieri uidimus, qui per ualde longũ tẽporis interuallũ nihil mali pati uidebantur: attamen isti omnes postea phthisi contabuerunt. Quòd si sputa hæc non nunquam in febre unà cum alijs signis deliriũ portendentibus adsint, aliquid, & ipsa ad futurũ delirium præsagiendum facient, aliter uerò minime. Ne igitur hoc solo indicio ad prędicendã insaniã unquã confidito. Porro insaniæ propriam notam frequenter audiuistis. Diximus autem, & in nostris in librũ prædictionum Cõ
D mentarijs, ꝙ calor illis adiunctus ad excitandã insaniam aliquid facere potest, caput scilicet replens: sed ipse per se nequaquam idoneum insaniæ, & præsertim phreniticæ, signum est: præterea, & in febrium summo impetu, quoniam caput repletum est, multi delirant. In proposito ãt sermone in quibusdam codicibus, in fine additũ est, ut in Pleno, & in alio, ut Plen soli: & quicũque interpretes lectionem hanc probauerunt, ut etiam Sabinus, loci cuiusdam nomen Plen esse dixerunt: sed cuius ciuitatis locus iste esset, orationi non addiderunt.

A. l. 1. f. 17. c. 1. c. 3. 353. c 37 *Mariscis laborantes, neq; morbo laterali, neq; pulmonario, neq; phagedæna, neq; furunculis, neque therminthis, fortasse uerò, neque lepris, fortasse neque alijs.*

Deficit hoc uerbũ, capiuntur, & ideo prius subintelligendum est. Cur uerò his malis non capiantur, clarum est: uitiosis.n. succis per mariscas depulsis, quidam sanè mali habitus in toto corpore accidunt, & pallores, & hydropes, sed nullus eiusmodi morbus. Quòd phagedænas autem uocet corrodentia ulcera, quæ quidem, & phagedænica ueteres medici nominarunt, à nobis dictum est & in tertio super librum de humoribus commentario: siquidem, & in illo ijsdẽ uerbis hic aphorismus scriptus est. Porrò non nulli phagedænas multorum ciborũ esus esse uoluerũt: quos, & ipsos à uitiatis humoribus immodicos edẽdi appetitus excitãtibus prouenire, & à no-

bis conceditur: non tamen huius malorum succorum copiæ, sed melancholicæ potius, hæmorrhoidas. i. mariscas, medelã esse statuimus. Cæterũ huiusmodi succorũ frigidus acor talem ciborũ appetentiã excitans, interdũ & in nõ nullis hæmorrhoidas habentibus inuentus est. Sed terminthorum nomen nigras quasdam pustulas in tibijs maxime orientes significat, à figuræ, coloris, magnitudinisq; similitudine, quam cum terminthorum. i. cicerum fructu habẽt, deriuatũ. Sed quod in extremis uerbis scriptũ est, fortasse ãt neq; alijs, quidam legũt, fortasse autem neq; alphis. i. vitiliginibus: quandoquidẽ, & ipsæ ex quodã prauo humore cuti inpacto ortũ habent. E

38 *Medela quidem multis importune adhibita, talibus non tarde capti sunt: & perniciose sic.*

Importune eorum mariscis mendentur, qui neque venam per circuitus scindunt, neq; aluum ducentibus utuntur, neque per exercitationes euacuant, neque unam ex ijs saltem relinquunt, sed omnes vnà tollunt.

† Alij adiiciunt hæc uerba, aliorum remedium.

39 *Et quicunque alij abscessus, ut fistula.* †

Sæpius ipsum non ea solum, quæ in aliquam partem corporis seponuntur, sed etiam ea, quæ expelluntur, abscessus nominare inuenimus. In quibus igitur ex his affectibus & fistulæ insunt, per eas humores superuacui expurgãtur. Quemadmodum igitur hæmorrhoidibus, ita, & his nõ simpliciter, neque temere, curatio adhibenda est. F

40 *Decubitus quidem, in quibus facta tollit, hæc ante facta prohibet.*

Cum vetus scriptura, ita se habeat, multi explanatores in clariorem mutauerunt, loco harum vocum, facta, & ante facta, numeri pluralis, neutri generis, reponentes, factus, & ante factus, ut ad scepsin idest decubitum sermo referatur. Omnes autem decubitum pro abscessu dictum esse intellexerunt, fortasse, & primo qui librum descripsit aberrante. Sed verba sensu, non discrepantia in omnibus scripturis inueniuntur. Vult enim Hippocrates dicere, Abscessus in quibus morbis facti eos discutere queunt, si præuertant, ijsdem, ne fiant impedimento sunt. Mihi autem, & in hunc sensum oratio accipi posse videtur, si hoc modo verba scripta essent: Consideratio quidem est, omnia, quæ post aliqua, orta liberant, eadem, si anteuertant, fieri prohibere. Nam cum antiqui Græci duo elementa, ε & ι, eodem charactere notarent, qui nunc solus alterum elementum tantum, ε scilicet, significat, multi errores librarij commissi sunt, non secundum auctorum mentem literarum permutationem facientibus. Quocirca & accurate huiuscemodi scripturæ considerandæ sunt, in quibus elementum ε in ι transmutantes, aut è contrario scribentes, lectionem castigare queunt. Idem, & in elemento ο & ω faciendum est, quoniam utriusque figuræ uno iam pridem charactere signabantur. G

41 *Loci alterius, loci excipientes, aut dolore, aut grauitate, aut alio quopiam liberant. Aut cum alijs communicationes.*

Hic idem aphorismus in libello de succis ad calcem scriptus est, quemadmodum & ante ipsum positi: quorũ primus est ille, à mariscis tentati. Eo igitur loco ipsos accuratius enodauimus: uerũ, & nunc per summã explanabimus. Sententia nanq; propositorũ uerborũ hæc est: Ab alijs locis in alios susceptiones morborum fiunt, prout succi eos faciẽtes migrant, aut ob membri, in quod vagantes delabunẽ, dolorẽ aliquẽ: aut ob suam ipsorum grauitatem: aut etiam ob causam quãdã aliã, ut medicamentũ acre irritans, & frictionẽ, aut aliquem calorem extrinsecus incidẽ-

2. Epid. sect. 1.

tem: quin etiam ob naturæ membrorum cõmunionem migrationes humorum fiunt. ‖ Testiculus igitur tumefactus in tussientibus documentũ est affinitatis cum pectore, mammis, genitura, uoce, Quidam uerò ea uerba, cum alijs communicationes, ita scribentes, diuersæ cõmunicationes, sequentis aphorismi initium faciunt, dicentes, Hippocratem ad aliam cõmunicationis speciẽ trãsiuisse, eam scilicet, q̃ secundũ humorũ cognationem fit. Ipse igitur (inquit) dicit, ob inclinationem non præterea sanguis exit, sed propter humoris cognationem talia expuunt. Ita uerò H & Ruffus scripsit, distinxitq; uerba, ueluti propositum quoddã hęc uerba esse putans, diuersę cõmunicationes: q̃ sequuntur autem, ueluti propositi explanationem. Dicit. n. cognationem sanguini cũ pure intercedere: quibus nõ amplius sanguis expuiẽ, cũ ipse. s. ad cõtraria inclinauerit, istis purulẽta sputa sanguini esse cognata: atq; orationẽ hunc in modum scribit, sed propter humoris cognationem pus expuunt. Cæterum Sabini discipuli ueterẽ lectionem retinentes, proprium dictorum initium illud fecerunt, propter inclinationem, ad quod iam trãsitum faciemus.

42 *Propter inclinationem non item sanguis exit, sed pro humoris cognatione talia expuunt.*

Olim exactius hæc uerba interpretati sumus in tertio libri de humoribus cõmentario: sed in præsentia quoq; ipsa breuius explanabimus. Cũ sanguis per aliquam partem exire solitus, ut per sedem, aut nares, aut uterum, aut per circuitũ ex uentre, aut fistula, aut ex qualibet alia parte in alia membra impetum fecerit, nõ item per priorem locum euacuatur. Hoc autem est priuatum

exemplum

A exemplum sanguinis in pectus,& pulmonem decumbentis. Ex hoc.n.loco ab alijs alius pro humorum cognatione expuitur,spumās quidem,cum pituitosus est:pallidus,cum biliosus : niger, cum melancholicus sicut & ruber,cum sanguis eò confluens purus est. Iure igitur quidam τ literam præponentes non ῥοπὴν.i.inclinationem,sed τροπὴν.i.conuersionem,scribunt,propter sanguinis conuersionem scilicet putantes eius conuersioni propinquum humorem expui:mutatur enim non nunquam ad biliosum,non nunquam ad melancholicum.

43. *Non nunquam aliquibus sanguinem detrahi conuenit opportune in talibus.In alijs uerò,ut in talibus,non conuenit,*

Expedit,inquit,horum aliquibus sanguinem detrahi, quibus scilicet is copiosus est, & nondum insigniter ad alterum humorem conuersus.Non detrahendus est autem,in quibus iam mutatus est, proposito a uiribus sumpto antecedente,& si nō nunquam in sermonibus omittatur, in quibus solas ab affectibus indicationes recensemus.

44 *Impedimentum in cruenta spuentibus tempus anni,phlegmone lateris,bilis.*

Et hunc quidē aphorismū deinceps post antescriptos in fine libri De humoribus alius aliter, & scribit,& explanat.Cū oēs igitur & scripturæ,& interpretationes uerisimiles non sint,alijs to-
B lerabilior mihi uisa est scriptura quidē mō in propositis uerbis expressa , explanatio uerò hæc: Cruenta sputa reiicientibus sectio uenæ impeditur, ꝑꝑ anni tp̄s aduersarium,aut affectum lateris,aut humorem biliosum abundantē. Quòd ꝑꝑ anni tempus,clarum est,nā admodum calidis tp̄ibus,qualia sunt prope canis ortū,a uenæ solutione cauemus:nec non si ualde biliosus homo sit.Verum,qđ de lateris morbo dictū est,solū refragari vr̄: neq;.n.secandæ uenæ affectus iste repugnat,immo indiget,uiribus non prohibētibus,aut anni tp̄e,aut ætate.Itaq; qđ dr̄, tale quiddam esse vr̄:Sanguineum sputum reiicientibus oīno,quantum ad hoc pertinet,secāda uena est, nisi ꝑꝑ lateris morbum tale reiiciant:isti nanq; haud prorsus,ut sanguinem spuentibus,uenam aperies,sed proprijs lateris morbi regulis, & conditionibus medicaberis , per quas ita affectis, uel sanguinem detrahemus,uel non.Id uerò mihi amplius aīaduertere contigit,cum librum De humoribus explanarem.Inter explanandum.n.quendā ægrotū intuitus sum, qui me ut sanguineo sputo vexatus accersiuit,sed cruentū ob lateris affectū expuebat.Sputum igitur ego cōspicatus,ip̄m interrogaui,num aliquē dolorem in costa sentiret: ipse uerò exiguū se dolorē percipere fassus est.Talis aūt erat eius habitus,atq; uires,vt,si sanguinem expuisset, qm̄ necessarium
C esset secandæ uenæ auxiliū,ad ip̄m accedere ausus essem : sed,cum morbus lateris mitis admodum foret,necesse non erat.Ideo neq; id genus remedij adhibuimus: atq; euidenter hoīem hūc lateris morbo laborare cognouimus,ꝙ & alijs huic morbo congruentibus remedijs citra uenæ sectionem leuatus est:mitissimi.n.illi sunt lateris morbi,in quibus cruenta sputa eiiciuntur. Porrò quidam interpretes uocem illam,impedimentum,fini ante scriptæ sniæ adiicientes,hāc modo propositam,ita legunt,in cruēta spuentibus,tp̄e,morbo lateris,bile. Et aiunt, tp̄s de ijs dictū esse,quæ opportune,& decēter fiant:ipsum.n.velle significare in lateris morbis, cum sanguinea sputa ab initio reddunt,etenim sic plerunq; contingit,post hæc in biliosam naturam mutationē in tempore fieri.Nam probum esse ordinem dicunt , morbo lateris ad iudicationem tendente, post cruēta,biliosa expui. Alia præterea quædam ab huiusce loci explanatoribus haud sanè me moratu digna narrata sunt:uerum ego malo,ut iam nouistis,in obscuris sermonibus tempus nō terere,cum alia multa in arte habeamus,in quibus vtiliter nos exercere possimus.

D

GALENI IN SEXTVM DE MORBIS VVLGARIBVS HIPPOCRATIS LIBRVM EXPLANATIONVM

TOMVS QVARTVS.

Vibus secundum aures indicationis tempore genita nō suppurauerint , hoc inanito reuersio fit secundum rationem reuersionum.Reuersione facta iterum efferuntur, & permanent,quemadmodum febrium reuersiones in similem circuitum.In istis spes est in articulos abscedere.

Secundum aures præter naturam tumores in ęgrotantibus exortos eparmata noīare consueuit , interdum lcutione integra vtens, interdū mutila, quēadmodū & nunc:esset.n.integer sermo si ita dixisset:Scđm aures eparmata exorta ægrotātibus,quēadmodū sanè, & in primo De morbis vulgaribus statim initio primæ cōstōnis scripsit:Eparmata uerò scđm aures multis in alterutrā partē uergētia,& ab utraq;

aure plurimis, sine febre munia sua obeuntibus. Scimus aũt ipsum, sicut hoc loco eparmata di- E
xit, ita & œdemata plerunque ea noĩare. Declarauimus.n. oẽs præter naturam tumores, ita ab Hippocrate noĩari, non, vt a posterioribus, laxos & dolore carentes, qui in totum & sine vlla inflammatione consistunt. Meminimus autem & oẽs inflammationes, & si tumore pręter naturã careant, ab hoc eodem phlegmonas appellari: sed ipso posteriores nomen phlegmones tumoribus præter naturam attribuunt, qñ cum inflammatione, & resistentia, & pulsatorio dolore constiterint. Inquit igitur, cum in morbo aliquo iudicationis tpe tumores secundum aurem exorti, priusquã suppurent, inaniantur. i. retrahantur, & euanescant, expectare oportet ita affectus recidiuam fore. Olim uerò ipsius cõsuetudinem sæpius didicistis, hanc uocem λαπάσσεσθαι. i. euacuari, ad oĩa, quæ utcunq; retrahuntur, applicantis, qñquidem ista magis uacua redduntur. Accidere itaq; illis dicit morbi reuersionem, quibus parotides non suppurauerint: atq; interdum ipsas (neq;.n. semper) denuo reuerti, augescere, ac iudicari secundum reuersionum rõnem: quod idẽ est, ac si dixisset, perinde vt ipsæ, & secundum eosdem dierum circuitus. Spes est aũt, & ipsis in articulis aliquos esse orturos abscessus: nam sæpius in longis morbis id euenire dictum est. Verũ hunc aphorismum etiam in tertio commentario in librum De humoribus ad finem declarauimus. Sed cum prædixerit, secundum aurem, atq; subintulerit, hoc inanito, iccirco uidetur mihi F
Dioscorides præpositione, ex, adiecta, scripsisse, ex hoc inanito: & inquit oportere subintelligi, tempore, aut loco huius, post hæc, ex hoc, dictum esse. At sicui veteres scripturas immutare liceat, ipsi licebat eam uocem, hoc, in istam† hæc, vertenti, a molestijs liberari.

† Al. his.

2 *Vrina crassa, alba, qualis Archigenis, in laboriosis quartanis interdum exit, & liberat abscessu. Si uerò ultra hoc, & sanguis de naribus profluet satis & copiose.*

Siquidem cũ articulo scriptum esset τῷ Archigenis, subintelligeremus, aut seruo, aut amico, aut familiari: si uerò τῇ, aut seruæ, aut uxori, aut quo modo libet domesticæ. Sed diuersas lectiones afferre negamus, cum eadem sñia seruetur: & nunc iterum id pro dicendis in posterũ memoriæ mandetur. Quòd laboriosas autem febres noĩet, non illas in totum, quas multa motio antegressa est, sed oẽs eas, in quibus aliquis laboris, seu lassitudinis sensus existit. porrò ipse in aphorismis scripsit, ‖ Lassitudines spontineæ nunciant morbos. Et nunc sane arbitrandum potius est »
ipsi de ita laboriosis esse sermonem, ex multitudine crassorum uitiosorumq; succorum multoties excitatis: quapropter ipsis per urinã euacuatis, morbus finitur. Securior autem morbi solutio est, si euacuatio die iudicatorio cœpta sit. Sed quicunque neque per urinam, neque per sanguinis effusionem, iudicati sunt, istorum morbus in abscessum desinere consueuit. G

2. Apho 3. Ex. ord. 21. f

3 *Cui intestinum a dextra parte, cum articulorum morbo laboraret, erat quietior: Postquam verò id curatum fuit, erat dolentior.*

Duplex, & hoc loco lectio est sententiã permutans, antiquior sanè cũ litera n in prima syllaba huius nominis, enteron id est intestinũ: postea altera lectio detracto n addita fuit, ut sit, eteron hoc est alterũ, uolentibus illis qui ita scribũt, de tumoribus secũdũ aurẽ excitatis hãc uocẽ, alterum, dictã esse: quemadmodum rursum scribentes, intestinũ, de dolẽtibus ex intestino, aut distentione intestini laborantibus, dictũ esse affirmant. Intestinũ uerò singulari numero prolatum non nulli colon, quod uocatur, esse arbitrantur, alii uerò cæcum: quod sanè ẽt facile, cum omni uinculo solutum sit, descendit in scrotũ: nẽpe solũ hoc intestinum solutum esse, cũ reliqua omnia lactibus alligentur atq; inhæreant, uerissime dicunt. An uerò propter ipsum in scrotũ delapsum articulorũ morbo laborans subleuatus sit, deinde rursum ipso ad sanitatem reuerso in eadẽ mala inciderit, ariolari cõuenit. Verisimilius igitur est de intestini coli dolore affecto sermonem in præsentia fieri. Par.n. fuit ipsum articulorum dolore leuatum esse una quidẽ, quã ipse di- H
xit, ratione, ‖ Doloribus unà nõ eodẽ loco existẽtibus, uehementior alterum obscurat. secunda »
ratio est, q humorũ in articulos currentium ad colon intestinum impetus conuersus est. Nõ nulli autem interpretes hunc articulari morbo uexatum, coxendicis dolore tẽtatũ fuisse aiũt: atq; ideo delapso cæco intestino, mitius egisse, non ꝑterea coxẽdice oppræssa atq; grauata, ꝑter Grecorum morem, ischiadicũ. i. coxendicis uitio affectũ, arthreticũ. i. articulorũ dolore uexatũ, nominare uolentes: Hactenus quidẽ omnes hæ libri huius particulæ, & in calce libri De humoribꝰ scriptæ sunt. Iam itaq; ad eas, quæ in hoc solo proposito volumine inueniuntur, trãsitum faciã.

A. l. 4. f. 3. c. 1. c. 2. 45 1. e

2 Apho. 46. Ex. ord. 18 g

4 *Agesis filia virgo quidẽ cum esset, crebro erat spiritu. Mulier uerò facta a partu dolens, non ualde diu onus graue sustulit. Protinus quidem in pectore quiddam concrepuisse uisum fuit. Postero autem die asthmate laborauit, & dextra coxendix indoluit. Hac cum doleret, tunc & asthmate uexabatur: Dolore sedato, tunc & asthma sedabatur. Spumantia excreuit, ab initio florida: quæ cum quieuissent, uomitui bilioso tenui similia erant. Dolores autem præcipue, cùm manu laboraret.*

1 Ipsum plerunque, spiritum, respirationem uocantem audiuimus: quare, & fœminam crebro spiritu, quæ crebro spiraret, dictam esse putandum est. Sed quibuscunque admodum incre-

buerit

A.l.3.f. 10.c. 1.c.38. 261.a

A buerit hæc difficilis spirationis spes, asthma & orthopnœa, affectus iste a græcis noïatur: qñ uidelicet sine febre constiterit, aut crassis, & lentis humoribus spiritus itinera obsidentibus, aut aliquo crudo tuberculo in pulmonibus excitato. Hæc cum & antea ægre spiraret, a partu dolorẽ passa est. Porrò nihil de spirandi difficultate locutus ipsam dolentẽ euasisse dixisset, uerisimile esset ipm uelle, in toto corpore mulierũ hanc lassitudinis sensu affectã esse: cum uerò ipsam crebro esse spiritu dixisset, iure quispiã, dolorẽ in pectore excitatũ esse, ab ipso dictũ esse opinetur: qui cum modicus esset, & aliud quoddã eiusmodi symptoma accidit: cũ uidelicet graue quoddam manibus tolleret, protinus quidẽ in pectore quendã strepitũ sensit, dirupto, ut par erat, tuberculo. Sed postero die succo in tuberculo antea incluso ad arteriã usq; asperã dissipato, & spirationis frequentiã increuisse accidit: neq; adhuc simpliciter crebrũ esse spiritũ, sed in illũ iã affectum euasisse, qđ asthma, appellatur: paulatim uerò humore hoc excreato mulier ista perfecte a spirandi difficultate libera fuit. Hactenus nihil in dubium uertitur, sed oĩa iusta de causa facta sunt. Cæterum, pp quid affectus pectoris, & coxendicis unà exacerbabantur, & mitescebant, haud iniuria quispiã q̃sierit, cum nulla pectori cũ coxẽdice, quẽadmodum cũ genitalib⁹ membris, affinitas intercedat. Fortasse igitur imbecilliorẽ coxendicem hñs dolore affecta est, nõ nullis superuacuis humoribus eodem tpe in ipsam delapsis. Neque.n.in membris naturalem socie

B tatem hñtibus hic uitij consensus factus fuisset apparet, non nunq̃ imbecillioribus membris uexantium humorum copiam suscipere prius festinantibus. Sputi autem reiecti qualitas humoris infestantis naturam indicat: spumans.n.sputum, pituitosum succum significat: floridum uerò, sanguinem abundare: quemadmodum pallidum, pallidam ac flauam vocatam bilem: eodẽ modo & nigrum, nigrã. Multoties uerò supra dictũ est, cũ simpliciter Hippocrates bilem dicit, pallidam & flauam uocatam sigñare, qm̃ plus, q̃ alia bilis genera, colore suo inficiat: etenim æruginosa bilis uomitur, & subrubra, & atra, & obscura. At quod in extrema hac parte scriptũ est, ipsam, cũ manuum opera uteretur, magis dolere, ad uitij consensum oñdendum adiectum fuit. Iã uerò, & in alio sermone audiuistis, cum pectoris partes superiores circa primum & scđm costarum interstitium patianẽ, meritò manus in consensum affectus adduci, neruis ab his ipsis interstitijs ad eas peruenietibus. Verisimile quoq; est, & in dextra pectoris parte, qñ graue illud onus sublatum fuit, aliquid ruptum fuisse, & iccirco è regione dextram coxendicem affectam esse. Quòd si, cum mulier onus tolleret, neruis passis pectus manus noxã participauit, uerisimile est in ea maxime parte ipsum fuisse affectum, unde nerui ad manus pertinentes expullulant.

5 *Hanc abstinere ab allio, sue, oue, boue: In agendis uerò a clamore, & excandescentia.*

Diuersæ & in hac parte lectiones fuerunt, non nullis primam dictionem in datiuo casu scri-

C bentibus, huic, atq; ita legentibus, huic abstineri allio, sue, oue, boue: non nullis dimissa uoce, hanc, a uerbo, abstineri, incipientibus. Omnes uerò subintelligendum esse censent, Visum fuit nobis ipsam medicantibus, uel consuluimus ipsi, unumquodq; istorum conducere. Atq; ideo de uaria lectione laborandum non est, sed cuique, quod placet, scribere permittendum, dummodo eadem sententia retineatur. Posthabita igitur de uerbis curiositate, ad res, q̃ præcipiuntur, transeamus. Hæc sanè prædictæ mulieri, & alijs.s.perinde affectis expediũt, ab allij, & suillarum, bubularum, ouillarumq; carnium esu abstinere, harum quidem, ut ualentium, & ægre coctilium, allij uerò ut acris, & corrodentis: a clamore autem, ut pote qui non solum prius rupta uasa amplius dilacerare, sed etiam nihil dum mali in instrumentis spirabilibus passa dirumpere possit, tensionem quandam, caliditatem, & inflationem in ipsis efficiens. Manifestum est autem hęc ab Hippocrate exemplorum instar dicta esse. Consulit autem ab omnibus difficulter coctilibus, ab omnibus acribus, ab omnibus prauum humorem creantibus, ab omnibus præterea uiolentam quandam tensionem instrumentis spirationis inferentibus, abstinere.

6 *Cui in capite depascebatur tumor, primo alumen combustum utile fuit. Habuit alium priorem ab-*
D *scessum, forte quoniam os abscessurum erat. Sexagesimo die recessit. Supra aurem in summo ad uerticem uulnus erat.*

Non nulla ex ita scriptis forsan ipsi scriptori ad reminiscentiam faciebant: sed nobis in hæc incidentibus haud satis euidens ex ipsis fructus percipitur. Narrat.n.cuiusdam in capite exedẽs ulcus primo a combusto alumine ad melius fuisse redactũ: & illi eidem alia in parte abscessum fuisse, ubi & os postea seiunctum fuit. Adscripta est etiã capitis affecta pars. Sed rem usqueadeo raram, & nullum præceptum scripsit, nuda ea, quæ euenerunt, persequutus.

7 *Cola habet cani similia, maiora autem: Ex mesocolis suspensa sunt: Hac uerò ex neruis a dorso in uentrem.*

In aperto est, & hæc ipsum sibi ipsi reminiscentiæ cã scripsisse, quæ ad dissecandorum corporum præcepta pertinent. Homo.n.similem cani habet colorum naturam, sed ipsa & maiora esse dicit, & ex mesocolis dependere, ueluti si ex mesenterijs dixisset: communius est enim hoc nomen mesenteriorum, pressius autem mesocolorum. Tale uerò aliud de ieiuno intestino, aut aliis

gracilibus

gracilibus nomen non reperitur: nã mesoneſtion.i.medioieiunũ, aut id genus aliud nemo unq̃ E
dixit. Continua quidem meſenteria ſunt tenuiũ, atq; craſſorũ inteſtinorum, nihilo minus diſtin ctiones q̃dam propriæ apparent: ac pcipue per uenas in ipſis poſitas ſeparantur, una ſiquidem propria uena in graciliũ inteſtinorũ meſenterium deriuatur. Item & in craſſorum, quæ cola nominant, altera ppria delabitur, ſimul cũ vtraq; vena arteria quoq; diſcurrente. Vinculum autẽ meſenterij, perinde, atq; meſocoli: cõtinuum.n. totum, ut dixi, ad unã quandam lumborum uertebram poſt ſeptum tranſuerſum poſitam peruenit, hæc autem ſub uentriculo eſt. Hoc quidem uinculum totum neruo ſimillimum eſt, quamuis eiuſdem cum ligamẽto ſubſtantiæ ſit. Quæcunque enim ex oſſibus orta exanguia corpora ſimilia neruis ſunt, copulatiuos neruos ea multi medici nominant, a neruis uoluntatis motui ſeruientibus ipſa ex oppoſito diſtinguentes: quam ob rem, & in hac quoque parte neruorum appellatione ob ſimilitudinem uocata ſunt.

8 *Laborantibus gratia, ut munde parare Poculenta, aut eſculenta. Quæ uidet molliter, quæcunq; tangit. Alia non ualde lædunt, aut noxa non facile emendabili, ut frigida, ubi hac opus eſt.*

Quæ medicũ laborantibus grata concedere, aut q̃ non concedere oporteat, hoc in uolumine perfecte nobis contẽplatis abunde erit, queadmodum de alijs oĩbus facere conſueuimus: nam cum ſemel aliquid exacte docuimus, nunq̃ iterũ in alijs locis uniuerſum repetimus, ſed ſummatim duntaxat perſtringimus. Dictum ſanè, & in aphoriſmis eſt ad hanc rem aliquid, ipſo ita ſcribente, Paulo deterior potus, & cibus, ſed ſuauior, melioribus quidem, inſuauioribus aũt, potius F
2. Apho. 38. Ex. ord. 17. g
dandus. Porrò primo intuitu laborantibus aliquid oblectamenti cã gratificari vr̃, non tñ re uera id faciens: oĩa.n. libentius, atq; ſuauius aſſumpta, & ſi paulo deteriore natura ſint, melius concoquimus: longe uerò utiliſſimum ægrotis eſt aſſumptos cibos, & potus recte confici. At in propoſita oratione alterius generis, atq; rei mentionem facit, per quam medicus nequaq̃ morbum exaſperans, ægrotis rem gratam uoluptatemq; affert, ut cum immature lauari, & bibere, & fructibus quibuſdam ueſci, aut frigidam potare permiſerit. Interdum.n. cuiuſq; dictorum tp̃s idoneum, atq; utile poſtero die fuerit, ęgroti verò medicos diem vnum puertere cogunt. Non nulli pterea ægrotantibus iſta plerunq; facile concedunt, ut plus lucri faciant, eorũ cupiditatibus morem gerentes: uerum hæc profecto non ſcd̃m artis decreta patrantur. Quod aũt in aphoriſmis dictum fuit, & q̃cunque hac in parte recenſet, utiliter laborantibus medici pſtantiſſimi largiuntur. Iſtorum aũt, quæ nunc deinceps ab ipſo ſcribuntur, vſus eſt, vt ægros medicis magis obſequentes reddant. Nam quos libenter aſpiciunt, illis magis obtemperant. Quapropter mater, & pater filio cibos faſtidienti ſuaſerunt, vt ſeipſum ad eos aſſumendos impelleret, cum nullus alius id perſuadere potuiſſet: ita quoq; filius patri ſuaſit, & matri, & frater fratri, & amicus amico. At
in Prog. cõ. 1. t. 3 44 189. c. e
illis, quos moleſte uident hoĩes, & ſi vtilia conſulant, obedire tñ recuſant. Ad hanc igitur ægri G
obedientiam comparandam Hippocrates dicebat, & prædictiones nobis eſſe utiles, atq; omnino ægro admirationi eſſe medicum. Ita ſanè, & apud nos Pergami, qui a Deo curantur, ei obſequentes cernimus, illis plerunq; per quindecim integros dies, ut a potu penitus abſtinerent, imperanti: qui profecto nulli medico id iubenti obtemperaſſent. Nam ad ęgrotum oĩbus iuſſis obe
* dictem reddendum magnam uim habet, ſi pro certo ſibi perſuaſerit, magnam inde ad ſe utilita
† Al. præter hæc.
tem prouenturam. † In his; ponuntur ea, q̃ in propoſitis uerbis enumerantur: de quibus iam ſingula diſtincte proponentes, loqui aggrediamur, vt munde parare poculenta, aut eſculenta. Multos multoties medicus ægro potus, & cibos offert, contra q̃ ipſe vellet, eos præparans. Iubet aũt eos munde parari: & in quibuſdam codicibus vice huius particulæ καθαρῶς, i. munde, καθαρίως legitur, quod idem ſignat. Id uerò fit primo, ſi uaſcula in quibus potus cibiq; feruntur, nihil ſordis habuerint: ſecundo, ſi nullum aliud eorum, per quæ laboranti aliqua miniſtrantur. Sæpius.n. uaſa cibos, & potus continentia mundiſſima erunt, illud uerò, quò frigidam ſeruus, aut calidam ſeret, cõſpurcatum aſpicies: quemadmodum & aliorum vaſculorum ad miniſterium pertinentiũ, quodpiã non nunq̃ immundum cernit. Ad hæc & ipſe medicus in primis, & maxime manus q̃ puriſſimas habeto, & faciem, & pilos in barba, & capite, deinceps & alias corporis partes, quẽ- H
admodum & ueſtem nitidã. Quæ intuetur (inquit) ægrotans. Hæc ipſa inquam, & ægrotantis curam gerentes, & reliqua oĩa, quæ in ædibus, vbi ægrotat, ſunt, ita habento, ut iſtorũ nihil ipſe in iucunde, & triſti aĩo conſpiciat. Quin ẽt & ex miniſtris illos planè adeſſe, quibus maxime dele-
* ctatur, & ex gubernantibus eos, qui gratiſſimi ſunt, apud ipſum cõmorari decet, alios verò duorum alterũ, aut nunq̃ eius cubiculum ingredi, aut non diutius ante oculos eius verſari. Hæc quidem curioſe explorans medicus ipſe conficiet, atq; diſponet. Non nulla uerò & abſq; indagatione ſponte dignoſcunt. Sæpius.n. inſpectante ægrotũ, atq; curante medico ſeruus aliquis ingreſſus certũ quendam hoĩem veniſſe nunciauit, qui ipm̃ uiſere, ac ſalutare cupiat: tũ protinus hoc audito, ægrotans non nunq̃ lætari viſus eſt, non nunq; verò magnopere contriſtari, tanquam ab hoĩe ipm̃ non uere amãte, ſed ſimulante, moleſtiã paſſurus ſit. Atqui tunc medicũ oportet, cum quis ingreſſus eſt, quẽ laborans nõ libenti aĩo aſpiciat, paulo poſt aliqua veriſimili rõne quietẽ ægroto conferre dicere: & hac de cauſa oẽs, ut ab eo recedant, præcipere: conſtat.n.q; tunc unà

A cum non amicis amici egressi, haud ita multo post denuo introire poterunt. Huiusmodi sanè spectacula ægroti mentem modo exhilarant, modo contristant, non per ipsum visoriũ sensum proprie, sed per cogitationem. Cæterum q̃dam visilia rõne uisionis ipsius iucunda sunt: quẽadmodum & olfactilia, & gustatilia, & audibilia, & tactilia, proprio quodq; sensui uoluptatẽ afferunt. Attñ non est in oĩbus istis æqualis oblectatio: siquidẽ alij alios. & colores, & figuras, & flores, & stirpes, & germina, & picturas, aliqua vt tristia, aliqua ut iucunda, contẽplantur. Oportet itaque medicũ ab ęgrotantiũ domesticis percunctatũ, quibusnã ipsi delectẽt, hęc iubere in cubicula, vbi iacent, inferri. Quæcunq; mollia tangunt. Scd̃m ipsam solã nudamq; tactoriam sensionem iucunda hæc sunt: queẽadmodum rursum flores, stirpes, & variegata, aliaq; oĩa supradicta, solam oblectant uisionem. Adiicienius igitur, q̃cunq; eiusdem generis cum antedictis sunt, dimissa uero tanquam manifesta fuerunt. Duorum enim sensuum, visus. s. ac tactus solum meminit: at tu olfactum adijce, gustatum, & auditum. Et in auditu, quemadmodum, & in uisu, diuidito, nõ nulla quidem ipsum sensum solum delectãtia, ut suaues uoces: aliqua per auditum animum conturbantia, ut cũ tristitia nunciantur: è contrario alia quædã oblectant, & exhilarãt. Id sane, & vulgus oẽ haud præterit, nihil eorum, quæ tristi animo æger auditurus sit, ipsi renunciari debere:
B quemadmodum contra, omnia ipsum vehementer oblectatura renunciari conuenit: quin, & alia falso adiicienda sunt. In sequenti sanè particula non nulla eorum, quæ & hic omissa fuisse uidebantur resumens addit, aliæ. Præscriptio hæc est aliarũ, quę dicendæ sunt, gratiarum. Nã cum prædixerit, laborantibus gratiæ, deinde inquiens, munde parare poculenta, aut esculenta, ac deinceps de omnibus, quę uidentur, postea de tactui iucũdis, sermone facto, p̃ter dictas, alias se dicturum gratias pollicet: quas paulo post auditurus es. Porrò quidam hanc p̃scriptionem, aliæ, de exemplaribus penitus deleuerunt: aliqui uerò non in fœminino gñe scribunt, sed in neutro, uocato genere, alia ne ualde lædãt, aut ne noxa nõ facile ẽmẽdabili, ut frigida, ubi hac opus est. Non ualde lædentia interdum exhibenda sunt, uehementer ipsa cupiẽtibus: ac nisi acceperint, medicum tũ osuris, rum auersaturis, & nullum eius præceptum obseruaturis. Igitur necesse interdum est quædam illis exoptata cõcedere, nisi magnum sint detrimentum allatura. Prædicito autem ab his ægrum læsum iri, teque ipsi gratificandi cã ea concedere: sed posterum te uicissim ab eo petere, ut in reliquis obedientem sese exhibeat: noui enim quosdã ex ea medici liberalitate obsequentes euasisse. Hoc sanè modo, & ego multoties frigidã aquã in illis morbis exhibui, in quibus postridie eius usus requirebatur, id solum ægrotanti gratificatus, ut optimũ. s. propi-
C nandi tempus præuerterim: similiter uerò, & de balneis, uino, atq; id genus omnibus, me fecisse memini. Verum si morbus nec postridie, neque prorsus unquam, ullo istorum egeat, ægroto nequaq̃ concedendũ: exiguam enim noxam futura posthac languentis obedientia emendare poterit noxa uerò adeo magna, ut extremum periculum inferat, aut morbum in longum tp̃s producat, non itidem deleri, & in pristinum redigi poterit. Scribitur etiã proposita pars per alia uerba, vno quidem modo sic, sed & ualde nocere, ut frigidam, cum opus est, uocc hac βλάπτειν, i. nocere, ν habente in fine: & hãc quidem lectionem ueteres explanatores agnoscunt: Alteram quoque in alijs exemplaribus detracta ν litera, ita se habentem inuenies, quæ non ualde nocent, aut non facile emendabili noxa, ut frigida, ubi hac opus est: vult autem proposita oratio, aut nõ facile emendabili noxa, ea significare, quæ non cito remedijs cedere queant, ut impressa iam læsio remoueatur. Cæterum hac de re, quæcunque prius dixi reminiscentibus, nullam aliam præterea explanationem poscere conuenit.

9 *Introitus, sermones, figura, uestis ægrotanti, tonsura, ungues, odores.*

Ex istis oĩa reliqua proculdubio ad medicũ referunt, sed inter ea uox hæc posita, ęgrotãti, du-
D bitationẽ quandam excitat. Vnde quidã ea penitus detracta, sese nequaq̃ cã inuenisse scriptam dissimularunt: sed uetustissimi interpretes hanc quoq; lectionẽ admittunt. Verum singula dicta particulatim prius expẽdentes, fortassis aliquid verisimile ad ipsam interpretãdã nacti erimus. Et primo quidẽ introitus medicorũ ad ægrum, quoscunq; ipsi gratos faciunt: siquidẽ non nulli
A.1.1.f.4.c.1. 72.a ęgri à sæpius uisentibus affici se molestia opinant: alij cõtra crebro se inuisi magnopere lætant: Quidam aũt medici sunt, qui eousq; insaniant, ut ẽt in dormientium conclaue strepentes pedibus, aut uociferantes ingrediantur, ob quæ expergefacti ægroti, & illis irascuntur, & maxime se læsos esse conquæruntur. Hæc igitur oĩa prouidere medicũ oportet, ut neq; nõ in tempore accedat, neq; petulanter cũ multo strepitu, & elata uoce, aut incessu, aut aspectu, aut aliquo prorsũ huiusmodi indecoro. Sermones. Inter p̃cipua sunt, & isti, cum ægris à medicis recte, aut non recte facti: quidã, n. sermones summe fatui sunt, tales sanè, qualem Zeuxis à Bacchio scriptũ esse testat, Callianacta fuisse Herophileũ, in libro De memorabilibus Herophili, & eius sectæ studiosorũ. Iste ægrotãti cuidã atq; dicenti, moriar, hoc carmẽ respõdẽs succinuisse ferẽ, Pulchra ple-
" micans nisi te Latona creasset. Alteri quoq;, moriar dicenti, respõdisse, Et Patroclus obit, te qui
" præstantior ipso. Cæterũ quidam huiusce tẽpestatis medici, & si moderatiores Callianacte sint,
" aspere tamẽ, & ipsi erga laborantes se gerunt, adeo ut odio ipsis sint: sicut aliqui è contrario ser-
uiliter

uiliter adulantes,ob id ipm conteptui fuere.Quemadmodum aũt ægro medicum odiosum uide E
ri non conuenit,ita neq; contemnendum: sed humanus, moderatus suauisq; cum sit,grauitatẽ
ẽt seruare debet.Nisi.n.medicum æger ut Deum quendam admiretur,nunq̃ illius præceptis ob
temperauerit. Antiquissimum igitur fuerit,neq; adeo medicum se submittere,atque adulari, ut
sui conteptum pariat:neq; rursum perinde,atq; Callianactem,se rusticũ, atq; asperũ exhibere:
id fiet aũt,si & aspectu,& uoce,& oĩ corporis habitu,medici grauitatem retineat, ægrotãtemq;
ijs,quæ ipse præcipiat,morem gerere edoceat.Sermones uerò multiformes sunt,tibiq;,exempli
causa,aliquem proponere me non pigebit . Poterit sanè medicus a procœmio uerisimili exorsus
oĩa ea deinceps ægrotanti recensere,quæ in hanc rem ab Hippocrate tradita sunt, primo quidẽ
[1.Apho. 1. Ex. ord 2.b] in aphorismis,ita dicente, Oportet aũt non modo se ipsum exhibere ea,quæ nportet,facientẽ,
[1.Lp.d.com.2.t. 5.3.11a 1] sed ẽt ægrum,& assistentes,& exteriora:& in primo,De morbis popolaribns,Ars per tria,mor
bus,ægrotus,medicus.Aduersari morbo ægrotum unà cum medico oportet.Cumque tres sint,
medicus,morbns, & ægrotus,si medicum solum cum morbo pugnantem æger deserat,uel ẽt ad
morbum transfugiens medico repugnet,medicum a morbo superari continget.At si morbo re-
licto,medico subsidium contra illum ferat,duobus hominibus contra unum morbum pugnan-
tibus,futuræ victoriẹ magna spes est:sicut è contrario desperandum penitus fit,si æger a morbo F
stans medico aduersetur,solus.n.ipse relictus,a duobus hostibus expugnari poterit.Id exemplũ
tibi satis esto:a simili.n.multos id genus alios sermones cogitare poteris a medicis cum ægrotis
fieri. Non solum aũt sermonum a medicis cum ægris faciendorum talem esse sñiam conuenit,
sed ẽt uocis magnitudinem,& tonum,& oẽm actionem sñiẹ rñdere sermonum.Quòd si quis cũ
erudito uiro colloquatur,ne solœcismis barbarismisq; utatur,caueto:nam & ex hoc medici æ-
grotis spernendi vñr. Figura.Et figuram corporis totius in introeundo,atq; sedendo medicus,
neq; humilem præ se ferat,vt contemptum mereatur:neque fastu quodam,atq; arrogantia tur-
gentem.Quidam.n.extenti,ac patentes introeunt,ac sedent,non nulli fracti,& molles,alij uerò
incurui atque abiecti Itaq; oẽs excessus deuitandi sunt , & inter eos mediocrem esse tẽtandum
est.Quòd si non nunq̃(raro tñ id euenit) æger humilitatem,& abiectionem quandam amare ti-
bi uideatur,a medioctitate ad humilius te paulum descendere , humilioremq; te ipsum effinge-
re satius fuerit.At si è contrario sese habeat,& tu contraria facito,paulum a mediocri,& tibi na
turali statu ad alterutrum latus declinans.Vestis.Et ipsa eadem ratione mediocris esto,neq; ual-
de sumptuosa,ut arrogantiam indicet,neq; sordida,& nimium uilis:nisi si æger ipse immodera-
tius,aut pretiosa uestimenta amet,aut sordidis oblectetur,tunc.n.a mediocritate ad illud, quod G
ægroto magis placeat, descendito , quatenus id languenti arridere coniectura assecutus fueris:
Hanc appellationem,ægrotanti,reliquis interiectam, obscuritatẽ offundere supra dixi: at,si ini
tio sermonis,aut in fine posita foret,nihil planè dubitationis attulisset,omnia hæc.s.vt ægrotan-
ti iucundiora sunt,medico esse præstanda,introitus,sermones,figuram totius corporis,uestem,
tonsuram capillorum,unguium decentem modum, odorem . Etenim in introitu alius ad alium
ægrotantẽ,ut paulo ante posuimus,modus est.In sermonibus similiter: non nulli.n.medicis fa-
bellas narrantibus delectantur,non nulli eos fastidiũt:aliqui grauibus, & seriis sermonibus gau
dent,aliqui facetis,& lepidis:& de figuris corporis,& uestimẽtis,quonam pacto iucundiora æ-
grotanti coniicere oporteat,supra comprehensum est.Tonsura capillorum.Tonsura naturaliter
quidem optima fuerit,si ad capitis sanitatem conseruandam fiat:aliis.n.alia tonsuræ species con
uenit:ægrotis uerò non oĩbus idem tonsuræ genus placet. Hoc igitur te quoq; cõsiderare opor
tet,eius,quem medicaris,rõnem hñtem: quemadmodum,Antonino Commodi patre imperãte
oẽs eius familiares faciebant ad cutẽ vsq; detonsi.Lucius uerò eos mimos appellabat,& iccirco
[de iis quæ in medicatr.funt. cõ. 1.t.20.7.204.b] rursum,qui cum ipso uersabantur,comam nutrîuerunt.Vngues. Quantos medicis ungues esse
oporteat,ipse in libro De agendis in medicatrina edocuit,illud addens,ipsorum decentem mo-
dum aspectantibus esse iucundum. De unguibus aũt scabie , aut aliquo alio id genus uitio affe- H
ctis,quẽadmodum & de pilorum capitis affectibus; alopecia.s.& porrigine,neq; sermo facien-
dus est:hæc.n.ut iam pter naturam medicũm pati,sicut & morbum articularem uehementiorẽ,
& aliquod eiusmodi aliud,turpissimum est.Odor.Porrò totius corporis odor & oris pcipue non
nullis quidẽ natura putidus est, sicut aliis quibusdã sine uitio : non nunq̃ per incuriã teter odor
fit,cũ medici nihil errare se putant,si cæpas,aut alliũ redolẽtes,ægrotos uisant. Quinto sanè ci-
ui nr̃o Romæ medicinã exercenti id contigit. A prandio diuitẽ qnendã , ac ppotentem hoĩem
vini odorẽ uehementer spirans inuisit. æger itaq; cũ capitis dolore magnã febrim hñs , atque
ideo uini odorẽ exeuntẽ ægre ferens,Quintum,ut longius aliquanto recederet rogauit,qm ui-
num immoderatius redolens ipm contristatet : & hæc quidẽ ægrotus modestẽ dicere uidebat.
At quintus ipsi stolidius rñdens,odorẽ vt æquo aĩo ferret,pcepit,nã & se quoq; ægrotum ex fe-
bri male olentẽ sustinere dicebat,multũ aũt interesse,febrimne quis,an uinum redoleret. Alter
fuit medicus in nr̃a Asia, cui axillæ adeo fœdum odorẽ expirabant , ut uir nullus elegãtior eius
accessum ægrotans ferre posset.Oportebat igitur eum prius suo ipsius symptomati mederi,atq;
ita ad alios curandos sese accingere . Nã etsi, vt hircis,ingenitus putor insit, ad mediocritatẽ tñ
quandam

A quandam redigi potest: rursum hæc medio critas quotidianis inspersionibus fœtorem obtundẽtibus mitigari poterit. Alius igitur quidam os naturaliter putidum habens, eius putorem, & purgatione, & medicamentorum ad id facientium potu mitigabat: atque quotidie aut amomi, aut folij malabathri, aut aliorum id genus odoratorum, in ipsum pauxillũ quiddam conijciens, ita ex ædibus proficiscebatur.

10 *Aqua decocta tum quidem ut aerem admittat, tum verò ne plenum sit, & operculum habeat.*

In quibus affectibus, aut cuius vtilitatis causa, aquã decoquere, aut quamcũq; aut uitiosam tantum conueniat, in uerbis istis declaratum non est: quã ob rem neque ullum ex ipsis fructum percipimus. Videtur nanque Hippocrates, sicut alia multa in his libris q̃rendi magis causa, q̃ in vulgus edendi, adnotauit, ita hunc quoq; sermonem conscripsisse, nobis quidẽ imperfectum, sibi uerò ipsi ad recordationem integrum. At si nobis ipsis hunc nodum explicandum proponamus, qualem aquam prius decoquere conueniat, atq; ita deinde refrigeratam bibere, si quidem ipsam frigidam bibere volumus: & contra rursus, quam calidam aquam bibere uolentes, haud perinde coquemus: sed huic operculum facientes, uasi, in quo calefacta est, magnitudine respõdens: illi verò nullum tegmen imponentes, sed calentem aquam in nudo detectoq; uase sub dio expositam dimittentes: & quæremus deinceps, qui affectus calidas, quive frigidas aquas po-
B stulent: nos quidẽ vtile aliquid inueniemus, nihil tñ ad inuentionem ex propositis uerbis proficiemus, q̃nquidem initium nullum clarum habeant. Quocirca, & non nulli ipsa cum suprapositis copulant, ut Artemidorus uoluit, cognomento Capito: sed plurimi ipsa ab illis separantes seorsum considerant. Igitur si cum antepositis coniungantur, huiusmodi eorum sensus erit, laborantibus gratiæ, ut munde parare, aut poculenta, aut esculenta, & cætera, q̃ deinceps dixit Hippocrates. Deinde post ultima uerba, aqua verò, & ipsis interdum frigida propinanda, cum aut offensam prorsus nullã, aut perexiguã, ex eius potu fore metuamus. Deinde sibi ipsi ad reminiscentiam, ut aiunt, deinceps modum ipsius præparandæ tradidit, fortasse nequaquam uolẽs fontanam aquam prius, q̃ incaluerit, exhiberi: fortasse uerò, & aliquam distinctionem nactus, quibus calefacta prius, & mox refrigerata, aut quibus, omissa calefactione, potui danda sit. Aut forsan optimam aquam nõ coctam, uitiosam uerò coctam, præbere uoluit. Fortassis etiam optimæ aquæ duplicem refrigerationem prodit, unam quidem, quã circunfusus aer efficit. Porrò in Alexandria totaq; Aegypto ipsos aquam in testaceis quibusdam uasis hoc modo refrigerare conspexi. Occidente Sole aquam prius calefactam in uascula fundebant: deinde sublime totum hoc
C uas in fenestris uento aduersis, ut ibi per totam noctem refrigesceret, suspendebant: postea ante Solis ortum vas humi depositum frigidam aquam circumspargentes, frigida etiã folia toti uasi circundabant, non nunquam uitium, aut lactucæ, non nunquam uerò, & aliarum id gen⁹ herbarum, ut frigus id, quod sub nocturno aere acquisiuerat, diutius permaneret: multo uerò magis ad huiusmodi appararũ, eũ optimæ aquæ ipsis facultas non esset, homines deuenere. Dico autẽ optimam aquam & omni vitio carentem, quæ neque limi quicquam habet, neque male olet, & gustantibus nullam qualitatem pre se fert. Quædã enim prauas qualitates pemistas habent, salis, aut nitri, aut sulfuris, & bituminis, & aluminis, aliorũq; id genus: in quib⁹ omnibus præstat, quemadmodum legumina multa præelixantes idonea esui præparamus, & olera, & fructus, & animalium partes, eadem ratione, & aquam prius decoctione ad meliorem naturam permutãtes, ita propinare. Præterea, & ob alium sanè usum aquam præcalefactam refrigeramus, etsi neque sapore, neq; odore male deprauata sit, atque sit exquisite pura: quando in uentriculo ipsam diutius commorari, aut percellere, aut inflare, aut degrauare uentriculum perceperimus. Sunt enim profecto, & id genus multæ, quarũ præcipue ab optimis aquis discretionem Hippocrates mihi scripsisse uisus est, ubi inquit. Aqua cito incalescẽs, ac cito refrigescens, leuissima. Neq; n. 5. Apho. 26. Ex. ord. 39. h. Et 2. Epid. sect. 2.
D in lutosis, aut male olentibus, aut quippiam medicamentosum gustatui imprimentibus, huiusmodi signum usui esse potest, cum illæ omnibus notæ apertæq; sint, sed in illis, quæ omnibus hisce qualitatibus careant. Aliud verò ex aeris corrupti mistione uitium inest, aut aliud quodpiã ipsi aquę ingenitũ ab ignota causa proueniens. In his quidẽ supradicta nota optimum dijudicandi instrumentum est: neq; enim id genus aquæ cito calefiunt, aut refrigerantur. Aliud quoq; indicium huic simile ab oleribus, aut leguminibus, aut fructibus, aut carnibus, aut radicibus in ipsa aqua incoctis accipitur: siquidem in optima aqua celerrime, in uitiosa tardissime elixantr: uocãtq; huiusmodi uitiatas aquas ueteres quidã indomitas, siue crudas, siue incoctiles, perinde ac ipsa legumina, quæ difficulter uixq; elixantur. Ob has itaq; utilitates non nunquam præcalefactam aquam refrigeramus. Quin, & ipsam calidam bibituri, cum aut lutulenta, aut limosa, aut
A. l. 1. f. 2. t. 2. su. 1. c. 16. 38. a fœtens est, hunc in modum præparamus. Nam præcalefacta eum refrixit, tunc euidenter putorem, quem ex putredine plerunq; contraxerat, abijcit: omnisq; pars terrea facile subsidet: quæ cum tota aqua prius quàm incaluisset, minutatim permista, unaq; cũ ipsa epota haud contemnendam noxam infert, & maxime quibus rene, aut uesica, proginendis calculis procliues sunt. Ac sub dio quidem non aquam modo calentem, sed etiam alia quædam exponere istius sepa-

rationis

rationis causa medici mihi excogitasse videntur. Nã quęcunque ex diuersæ naturæ materiis cõ E
stant, ꝑ minutas particulas mistione conflata, hæc post calefactionẽ refrigescentia facile secer-
nuntur: sed statim à coctione anteq̃ refrigerentur, adhuc motione agitantur, atq; ideo oẽs eo-
rũ particulæ permistæ sunt: sed refrigeratis graues, ac terreæ fundum petunt, leues superfluitãt.
Itaq; si cũ prædictis, in quibus scripsit Hippocrates, laborantibus gratificandum, de aquarum
coctura sermo copuletur, & ipsius utilitas euidens est, atq; id, quod dicitur, qualenã sit, exquisi
te fortasse inuenerimus. Sin autem à prædictorum continuitate modo proposita uerba diuel-
lentes separatim cõtemplemur, plena dubitationũ erit oratio. Prius igitur ipsam, ut superiorib⁹
annexã explanabimus, dicentes aquæ ab ipsa præparationem innoxiã significari, frigidam pota
turis: quã & ego sæpius facio, cum ægrotanti alicui frigidã aquam præbiturus sum, neque mihi
fontis aqua bona scatentis facultas est. Romę nanq;, sicut & multa alia in ea urbe eximia sunt,
ita, & fontiũ elegantia, ac multitudo est admirabilis, eorum nullo fœtidam aquam, aut medica-
tam, at turbidã, aut asperam crudamq; effundente, sicut neq; Pergami in patria nostra: in multis
autẽ alijs vrbibus haud paucæ deprauatæ aquæ reperiuntur. Illæ sanè, quæ ex Tiburtinis mon-
tibus per lapideas fistulas in Romanã ciuitatem deriuatur, alijs quidem uitijs carentes, crudius-
culæ tamẽ sunt, vt neq; celeriter calefiant, ut urbani fontes, neq; refrigerẽtur: neq; celeriter in ip F
sis, ut in fontanis aquis, quæcunq; inieceris, elixentur legumina, & olera, & carnes. Ex his autẽ
aliæ alijs in locis multo crudiores sunt, & ab ipsis indigenis duræ grauesq; nominãtur, ꝙ uentri
culum infestent, & à potu onus quoddam plures percipiant: nam ferè & alias multas causas qc
quam efficientes ab effectu denominare consueuerunt: sic igitur, & huic contrariam aquã, opti
mam scilicet laudantes, leuem, & mollem appellant. Cæterum omnia hæc enarrata cognitu qui
dem utilia sunt, sed nihil ipsorum proposita verba docent, neq; sine ostensione, neq; cũ ostensio
ne, neq; breuiter, & obscurius, neq; dilucide, ac prolixius. Satius igitur mea quidẽ sententia fue
rit oẽs huiusmodi orationes integras præterire. Quamobrem si Hippocrates, quo pacto aquam
potui frigidam præparare oporteat, tradere proposuit, huiusmodi erit uerborũ sensus. Si aquam
prædicti usus causa decoquamus, aut nihil uasculis, in quibus decoquitur, suꝑ imponemus, sed
quæ decoquitur aquã in aere ambiente libere uersari permittemus: aut è contrario aliquo oper
culo vasculum integentes aerem excludemus. Rursum uerò hæc ipsa, aut inter decoquendum,
aut ab decoctione inter refrigerandum fieri debere dictũ esse intelligere possumus: sed in refri-
geratione intelligi credibili⁹ est, in decoctione verò incredibile. Neq;.n. docere possumus, cui nã
usui inter coquendum aer ambiens futurus sit, quæ decoquũtur aquas ne attingat, exclusus: sed G
in refrigerãdo post cocturã, ubi alicuius putei, in quem uasculũ demittamus, nobis facultas est,
aliquo tegmine uasculum claudere, atq; undiq; diligenter obstruere necesse est: ubi uerò puteo
caremus, detectũ uas, ut frigidũ aerẽ admittat, relinquere cõuenit. Cæterum non nulli explana
tores uerba hæc à superioribus disiuncta legẽda esse censentes, Hippocrati de uitiosis aquis ser
monẽ fieri aiunt: deq; illis maxime, q̃cunq; ob aliquã terreã admistã materiam huiusmodi sunt.
Mensurã autem temporis cocturæ eam esse oportere, ut eousque.s. coquantur, donec puræ fiãt,
atq; aerem externũ si admittãt, perspicuæ: ob huius.n. admistionẽ, non suapte natura optimas
aquas splendidas apparere asseuerant: atq; ita de rerum natura sermonem aggrediunt, cuius ip
si nullam rõnem assignare possunt. Splendida nanq; pura aqua cõspicit, nõ aliqua splendida lu-
ce extrinsecus in ipsam incidẽte, sed ab occurrente lumine permutata: quemadmodũ, & aer ne
que ipse ex propria natura lucẽs, alioq, & noctu oĩno luceret: uerũ summos eius fines solari ra-
dio feriẽte, totus, cũ sit sibi ipse cõtinuus, alterascit, & commutat. In aqua uerò aut aere, inania
esse spatia, cũ Epicuri, & Asclepiadis de elementis opinione cõcordat: Aristotelis aũt Stoicorũ-
q̃ue placitis aduersat, q nullũ in mundo locũ esse vacuũ, sed oĩa corporũ plena esse sibi persua-
serũt: neq;.n. in pumice cauitates terreis corporibus interiectæ ipsis penitus uacuæ uident, sed H
intra ipsas aerẽ cõtineri testant: in aqua quidẽ haud eẽ talẽ meatuũ fabricã, qualis in pumice la *
pide cõspicit, sed quoquouersus ipsã sibi esse cõtinuã. Rectius igit est id, qđ inq̧t, ut aerẽ susci-
piat, de uase non operculato dictum esse. Nam quod deinceps scriptum est, dictam explanatio-
nẽ non admittit, ita se habẽs, tũ uerò ne plenũ sit, & operculũ habeat, propositis sanè uerbis op
ponitur, q̃ sunt hæc, aqua cocta tum quidem ut suscipiat aerem: nam secũdę particulæ subsequẽ
ti, quæ uas contectum esse uult, uerba hæc aduersantia operculum uasi prorsus interdicunt: id-
q̃ue significauit Hippocrates scribens, tum quidẽ ut aerẽ suscipiat: uas.n. operculatũ aerem ex-
cludet, detectũ uero facile suscipiet. At in aq̧s à frigido aere refrigeratis id fieri nos dicim⁹ quẽ-
admodũ Alexandriæ facere consueuerunt: ubi uerò torrentibus coctã aquã subijciũt, tum uas
aliqua ex parte inane esse melius fuerit, quo aer inter operculum, & aquam in uase positam cõ
tentus ipse prius refrigeratus, sic deinde attactu uicinam aquã refrigeret. Vt.n. aqua facilius, q̃
omnia terrena corpora, calet atq; frigescit, quippe cũ illa tenuitate partiũ superet, pari ratione
& aer, q̃ aqua: admirandumq; mihi planè fuerit, nisi quispiã huiusce rei quotidie euenientis ex-
perimentũ sentiat. Vasorum nanq; uinariorum quod reclusum apertumq; fuerit, ut uinum faci
le acescat, in causa est, sicut è cõtrario bene operculatũ minus id patitur. Adhuc uerò min⁹ ple-

na

A na uaſa: nam q̃ aliquantulum vacua ſunt, q̃m aerem incluſum habent, per illũ medium celerius ab ambiente extrinſecus permutan̄t: ſed plena, ita ut vinũ operculum attingat, per illum quidẽ imbecilliter admodũ atq; obſcure eouſq; vitiantur, quouſq; ſanè tegumenti denſitas ꝑuenit. Inuenies itaq; picata, aut gypſata dolia diutius uina ſyncera cõſeruare: ſed q̃ ſolo corio, ſicut, & q̃ cuneis obſtruunt, breuiori tẽpore durãt: quocirca obſtructa prius cuneis, aut corio dolia gypſo deinde ac pice oblinunt. Hac ergo ratione cum aquam frigidiſſimã reddere uolerimus, niuẽ & ipſam prius calefactã, ut facilius permutetur, refrigerabimus: nam quodq; prius calefactũ à uicinis in ſe totũ alterationẽ prõptius ob raritatẽ admittit: ob prædicta uerò cauſam ab aere frigido aquã tangi artificioſe molimur. Igitur ſi coctæ aquæ refrigeradę cã hæc ab Hippocrate dicta fuere, uériſimilem explanationem nacti ſumus: at ſi uitioſæ aquæ corrigendæ, conſiderare deinceps debemus, à coctura iterũ exorſi, quę totã æquabiliter aquã fundens, eã ad partiũ ſeparationem idoneam reddit. Permanente.n.adhuc in ipſa ob calefactionem motu aliqua craſſiora corpora in ea natantia ſublimius efferri neceſſe eſt: motu verò in totũ deſinẽte, terreæ particulæ ingenito põdere deſcẽdẽtes, in fundo cõtinentis vaſis reſidebũt, aqua verò ſuꝑ has fluitabit. Hãc paulatim ĩ alterũ uas trãsfundẽtes, citra noxã deinde uti poterim⁹. Verũ Zeuxis, neſcio quomodo initiũ ſecundæ huius orationis particulæ, ita explanauit: Vult (inquit) Hippocrates aquã nõ
“ innatare uentriculo. acutũ.ſ.tonũ ſecũdæ ſyllabę huius nominis ἐμπλέον ſuperimponens, nõ, ut
B alij, primæ, per ipſum uolens nõ vas plenũ intelligi, ut illis uiſum fuit, ſed uẽtriculo innatans, qđ idẽ ſonat, quod ſuperfluitans. Cæterum q̃m amãs erga amatũ caligat, cęcutitq;, icciro noſtri ipſorũ amor plerũq; nos in noſtris ſolis rebus cęcos reddit, quãuis aliena ꝑſpicaciſſime cernam⁹.

11 *Quoniam ex ſanguinis profluuijs aqua ſubcutanea laborant.*

Horum uerborum eadem atq; iſtorum vis eſt, quoniam ſanguine profuſo diſſoluũtur: utrunque enim refrigerato corpore prouenit.

12 *Si, qualia purgari conuenit, purgentur, & facile tolerant.*

Non nulli ſine coniunctione, &, hæc uerba ſcribunt, quemadmodũ, & in libro Aphoriſmorũ. Plurimi uerò coniunctionẽ, &, interponunt, uolentes quidem hoc uerbum, cõfert, nos ſubintelligere, quod expreſſe in uerbis in aphoriſmis ſcriptis habe̅t: ea uerò ita ſcribuntur: ‖Si qualia cõ 1. Apho. 25. Ex. ord. 10. h
uenit purgari, purgentur, cõfert, & facile tolerant. Hoc uerò loco coniunctionẽ, &, additam indi
“ care aiunt, ꝙ præter id, ꝙ ipſis cõfert ꝑ purgationem facta inanitio, facile quoq; eam tolerãt, ſi-
“ ue nobis purgatoriam medicinam exhibentibus, ſiue & natura ipſa ex corpore infeſtos humo
C res depellente, euacuatio fiat: nam purgationes appellare conſueuit Hippocrates non ſolum à medicamẽtis, ſed etiam à natura factas. Thucydides autem, & euacuationes in morbis impetu naturæ per ſymptomata ratione morbi euenientes, purgationes, & expurgationes appellauit, ita
“ dicens: Et expurgationes bilis omnes, quæcunque à medicis nominatæ ſunt, acciderunt. Hæc uerò ab ipſo in peſtilentię narratione ſecundo hiſtoriarum uolumine dicta ſunt.

13 *In ano legumina edentes aſſidue, fœmina, mares, cruribus imbecilli euadebant, & permanebant. Verum etiam eruum comedentes, genuum dolorem contrahebant.*

*

Deeſt Interpretatio.

14 *Euidenter uigilans calidior exterius, interius autem frigidior: Dormiens è contrario.*

Initio partis iſtius poſita hæc uox, euidẽter, idẽ ſignificat, quod maniſeſte, & dilucide: ſequentia uerò uerba huic voci, uigilans, adnexa, ꝑſpicua ſunt, opinante Hippocrate extimas uigilãtis partes calidiores, internas autẽ frigidiores: dormienti uerò contraria euenire. Id nẽpe ex eo apparet, ꝙ dormiẽtes cũ plurimis ſtragulis, tum, & capitis egent tegumẽto, ſi frigidus, ut hyberno †*Veteres dum uigilabant raro capite tecto incedebant, ut in probl. Rom. docet Plutarchus, id ẽt ex Celſo cõprobatur. vbi in diuerſis ualetudinibus caput uelãdum mandat.*
D tẽpore, quo circunfundũtur, aer ſit: atqui interdiu uigilantes † hęc non requirunt. Quin etiã maior inſpiratio plus caloris in penetralibus corporis collectum eſſe teſtatur. Perinde, & cõcoctiones in dormientibus efficacius, quàm in uigilantibus fieri, non ſolum in uentriculo ingeſtorũ ciborũ, uerum etiã humorum in iecore, & uenis, corporis abditas ſedes in dormientibus calidiores effici ſignum eſt: cum à nobis conceſſum, & ſupra oſtenſum ſit, ingenitũ calorẽ omniũ in corpore concoctionum pręcipuum eſſe opificẽ. Ita ſanè, & in libris Aphoriſmorum memoriæ pro-
“ didit de ætatibus, temporibus, & uitæ officijs, ubi ait, ‖Ventres hyeme, & uere calidiſſimi ſunt na
“ tura, & ſomni lõgiſſimi: his igi̅t tẽporibus, & plura alimenta danda ſunt, ſiquidem inſitus calor multus: pluri igi̅t indigent eſca: indicio ſunt ætates, & athletæ. In hiſce quidẽ uerbis breuiter de
“ ætatibus locutus eſt: in altero aphoriſmo latius, atq; ideo clarius, ita inquiens, ‖Creſcẽtia corpo
“ ra plurimũ habẽt inſiti calidi, plurimũ igitur requirũt alimẽtũ: ſin minus, corpus digeritur: Seni 1. Apho. 15. Ex. ord. 8. a
“ bus verò exiguus calor ineſt, icciro igitur paucis fomentis egent. Secũdum ætates quidẽ haud intro foraſq; ingenito calore migrante, ſed temporis progreſſu tabeſcente, ſenilis ætas omnium 1. Apho. 14. Ex. ord. a
frigidiſſima efficitur. At hyeme calore in penitiora ſe condente, uentriculis quidem, & reliqua

viſcera calidiora,ſubcutaneæ uerò partes frigidiores redduntur.Quemadmodum terræ profun E
ditas hyeme calida apparet,propter quod,& fontes calidiores fiũt: & aliqui in profundum uſq;
fodientes,cum procul à terræ ſuperficie receſſerunt,euidentem caliditatem percipiunt.

15 *Percalido natura refrigeratio,potus aqua,quieſcere.*

Quod his uerbis pręcipitur,clarum eſt.Omnibus.n.ijs,qui calidiores,quam deceat,ſunt,ſum
mam victus rationis ad refrigerationem redigere expedit.Itaq; frigidioris temperaturę cibaria
ipſis danda ſunt:& aquoſa potio,aut ipſa aqua potui præbenda eſt:parũq; exercendum corpus
eſt,ſoli nãq; ad neceſſarias actiones motus ſufficient.Nihilq; dubij eſt ab ira,& curis uehemen-
tioribus eiuſmodi hominẽ abſtinere debere.Quin etiam quotidie lauationibus aquarũ dulciũ
uti,non ſemel tantum,uerum etiam ſæpius,ſi uelit, conducet. Nec non,& ciborum,quos come
dit,vis refrigeratoria eſto,& æſtate præcipue. Verum ante omnia illud in his ſermonibus memi
niſſe opus eſt,percalidas naturas appellare eas Hippocratem conſueuiſſe,quæ non ingenito ca-
lore,ſed acri,& mordaci abundant:quem aduentitium,& non naturalem eſſe arbitratur.

16 *Somnus in frigore ueſtibus tecto.*

Plurimi huiuſce libri interpretes hanc particulã orationis ſeparatim explanãt. Mihi uerò ip- F
ſam cũ ſupraſcripta cõiungere ſatius eſſe uidetur, atq; unã integrã orationẽ hoc pacto inſtitue
re,percalido natura refrigeratio,potus aqua,quieſcere,ſomnus in frigore veſtibus cõtecto,hãc
gręcã uocẽ ἐν ψύχει per literam ν ſcribentibus nobis ac proferentibus,non per μ,quod idem eſt,
ac ſi cũ articulo quis,ita diceret ἐν τῷ ψύχει.Eos.n.qui immoderatius calida tẽperatura ſunt, me
lius eſt in frigido loco dormientes,aerẽ planè frigidũ per inſpirationẽ attrahere,& maxime qm̃
per ſomnũ calor in interiora corporis mergitur. Cæterũ ſi,ut in ſomno,calido exteriorẽ ſuper-
ficiẽ deſerente,interna corporis magis calẽt: ſic,& ambiente aere cutaneis partibus frigefactis,
corporis penitiora incaleſcant:haud ꝑfecte homo aeris inſpiratu refrigerabitur. Præſtabat igiĩ
ſtragulis calefactorijs iniectis,ad cutim calorem reuocare, frigidũ verò aerẽ per inſpiratum ad-
mittere,ut utrinq; ad tẽperaturæ mediocritatem calidũ corpus redigatur.Optimum itaq;(ut di
xi)fuerit cũ ſupradictis hæc uerba coniungere.At multi huiuſce libri explanatores ipſa à ſupe-
rioribus disiungentes, non percalidis modo naturis,ſed ẽt omnibus hominibus generatim,cõ-
ferre exiſtimant in aere frigidiore ſomnũ capere,ut cõtractus in profundũ calore refrigeretur:
operimẽtis uerò circũtegi,ne oĩs calor immoderatius intro refugiat,calore eo,qui ob refrigera G
tas ab externo aere cutaneas partes repelliĩ,illi,qui per ſomnũ intus colligiĩ,accedente.Id uerò
in multis naturis verũ eſt,nõ tamen in omnibus:quemadmodum.n.eos, quibus calidior ſupra
modum natura eſt,refrigerare expedit,ita frigidiore temperatura præditos calefacere.Verũ nõ
nulli propoſita verba nõ ſolũ à ſupraſcriptis diſiunxerunt,ſed ẽt hæc ipſa ſeparatim legentes di
uiſerunt,ſomnus ἐμψύχει.i.refrigerat,primam ſyllabam huius verbi ἐμψύχει per μ literam ſcribẽ
tes,ut unum verbum ſit ἐμψύχει,ſimiliter dictum atque hoc, καταψύχει,quæ ambo,refrigerat,ſi-
gnificant:& nõ duæ orationis particulæ,prior quidẽ præpoſitio, ſecunda verò nomen. Sed iſti
neceſſario ſequentẽ orationem fini propoſitæ adiungentes,ita ſanè legunt,abiecto ſomnus fir-
mus,erectorum dormitatio,aſſerentes hãc vocẽ,abiecto,quã uellibus tecto,interpretati ſunt,
pro hac,iacenti,eſſe poſitã.Id uerò præterquam ꝙ hæc uox,iacenti,uiolenter in hanc, abiecto,
mutata eſt,& alioq; eſt ignobile atq; inutile,iſtis nos intelligere uolẽtibus ſomniculoſum corpo
ris affectũ,iacentibus firmũ,& ſtabilẽ ſomnum, ſtãtibus uerò dormitationẽ tantum, cõciliare.

17 *Somnus ſtabilis,erectorum dormitatio.*

Quæ plurimi interpretes his uerbis explanandis tradiderint, ſilentio tranſire ꝑſtat:q̃ uerò in
ter illos magis ueritati adhærere exiſtimati dixerint,huiuſmodi ſunt.Vigiliã refrigerare corpus H
aſſerunt,huiuſq; indiciũ pallorẽ vigilantibus accidentẽ ſtatuunt.Cum igitur(dicunt) percalidã
temperaturam refrigerare volumus,pręter ſuperius ab Hippocrate dicta, illud ẽt adijciẽdũ eſt,
ut prius cogitationibus aliquibus, & negocijs afflicti vigilent:aut ſi hoc facere nequeant,ne cu
bãtes dormiant,arcẽdi ſunt: cogũtur.n.duorũ alterutrũ facere,aut ſedere,aut ſtare.Sedentium
quidẽ ſomnum hedræon à ſede.i.firmum, uocatum eſſe inquiunt:reſpõdere autem horum ſom
nũ,ſtantium dormitationi.Atq; ideo ipſe inquit,ſomnus hedræos hoc eſt firmus,erectorum dor
mitatio,perinde ac ſi tota oratio hũc in modum prolata eſſet:Percalidę naturæ à plurimi ſomni
uſu arcẽdæ ſunt:ipſis.n.& vigilare,& aliq̃d agere,magis conducit.Hi quidẽ maxime,& à ſeden
do arcendi ſunt:ſin minus,cõcedendũ ſanè fuerit id, quod ſimile eſt ſtantiũ dormitationi:ne ꝓ
cumbant aũt,prohibendũ.Sed nõ nulli ſtabilẽ ſomnum hoc eſt profundum, dictum eſſe putãt,
eorũ ſcilicet,qui,ita ſe habeãt,ut ſtantes iã cõniueant:ſed,cuius utilitatis cauſa hęc ſcripſerint,
nõ addentes,imperfectã orationẽ reddiderũt.Veruntamen hæc ab ipſo dicta ſunt nobis cõſulẽ
te,ut eos,quos firmiter hoc eſt ꝓfunde dormire uolumus,tãtiſper uigilãtes cuſtodiamus,dũ ni
ſi cõniuẽtes cõſiſtere nõ poſſint:nã ſi ad hoc peruenerint,in altũ poſtea ſoporẽ uertuntur. Nã

multos

A multos ego,quę citius cubitum irent,male dormientes,diutius vigilare cogens, ut postea suauissime dormirent,effeci:sicut quosdā amissum ciborum appetitum conquerentes,ad multum diē inedia macerans,esurientes reddidi.Antequam.n.somnum,aut cibū natura desideret,ad hos accedentes,in dicta symptomata incidunt.Nō oportet autē naturæ intempestiue vim inferre,sed ei in tēpore subuenire.Ego mehercule,q̄ aliquis in propositis uerbis explanandis uerisimiliter posse dicere mihi uideatur,exposui.Putantes verò somnum semper refrigerare,pręcipuū quod dā in arte ignorare opinor,semper.n.somnus humectat,sicut uigilia semper exiccat,hocq; nos ipse edocuit,non semper aūt calefacere,aut refrigerare natura aptus est.Verum cum in febre carentibus,aut pituitosos,aut crudos,aut frigidos utcunq; succos,in corpore offendens cōfecerit, ✱ & coxerit,ex ipsis bonū sanguinē procreans hominē insiti caloris incremento calefacit. Cū uerò ex huiusmodi humorū putredine iam febricitātes occupauerit,eos refrigerat,febrilem extinguens calorem,proprium uerò,& ingenitū augens.At si cum febre,aut sine febre,succi biliosi redundauerint,ipsos separare,dein excernere ualens,ad mediocritatem salubris temperantiæ corpus redigit.Hæc si præstare nequeat,eādē seruat temperiem. Quòd si ex uisceris phlegmone q̄s febricitans, accessionis initio somno corripiatur,intempestiuus iste somnus phlegmonē augēs,

B unà cum ipsa & febrem magis accendet:quocirca,& calore alieno corpus calidius efficiet.Contingit quidē,& uno modo interdū calidius iuxta atq; frigidius simul à somno corpus euadere: q̄nquidē caloris in corpore humano duplex genus est,unū familiare,& cōgenitum,alterū alienum,& præter naturam.Q̄ñ itaq; horum unum somnus auxerit, & roborauerit,alterum tabescerit, & extinxerit, quomodo quispiam rationabiliter corpus uno tempore calidius simul atq; frigidius se ipso à somno effectum esse negauerit?cæterum, & hæc ab initio pleriq; Hippocratis uoluminum explanatores ignorant.Id autem ita se habere quod dico,ex Lyci sermonibus per-

" cipies,quibus Hippocratem reprehendit in aphorismis ita dicentem:|Crescentes plurimo ingenito calido abundant.At quòd eorum ignoratione, quæ rectè Hippocrates de calorum discrimine prodidit,ipsum calumnijs uexare Lycus ausus fuerit,per unū integrum librum à me ostēsum est,cuius hæc est inscriptio,Quòd nihil in eo aphorismo erratum,sit,cuius initium est,Crescentes plurimo abundant insito calido,igitur plurimo egent alimento, 1.Apho.14.Ex, ord.7.a

18 *Imbecilli uictus frigidi,ualentes uerò calidi.*

Victus imbecillos,aut eos,qui ex imbecillis uitæ officijs,cibis,ac potibus constant,aut imbe

C cillū animal reddentes,appellauit:frigidi uerò,siue ob suam ipsorum tēperaturam,siue ob affectū quem in nobis efficiunt,ita nominentur,nihil inter se different.Imbecilla igitur uitæ officia illa dici possunt,q̄ ex lenibus corporis motionibus constant:sicut contra ualentia,quæ ex uehementibus.Cibi quidē imbecilli sunt,quicunq; neq; odorē ualidū spirant, neq; gustatui uehemētē ullā qualitatem acoris,dulcedinis,salsuginis,amaritiei,acerbitatis,acrimonięve represētāt, sed mediocri dulcedine,aut mediocri astrictione gustatum afficiunt, ac pariter modice calefaciunt:ualentes uerò sunt istis contrarij.Itaque si omnia,& uitæ studia,& cibi debiles corpori adhibeantur,uehementer refrigerabitur:quemadmodum si valentes, magnifice incalescet.Quòd si aliqua imbecilla,aliqua robusta adhibeas,secundum mistionis portionem,aut proprius ad alterutrum extremorum accedet,aut longius remouebitur.

9 *Aquarū arte carentiū,quæ ab æthere excreta est, aut cū tonitru opportuna: Procellosa uerò mala.*

Ea,quibus secundum medicæ artis p̄cepta nō solum in ægris,uerū etiam in rectè ualentibus corporibus utimur, materiæ artis iure nominantur:& à medicis quibusdā libri conscripti sunt, quibus inscriptio hæc p̄posita est,De materia.Porrò interdum sponte natis corporibus ad cura

D tionē,& salubrē victus rationē utimur:interdum & nos aliquid ad p̄parandū materiā facimus, aliqua elixantes,aliqua cōburentes,aliqua lauantes,aut prius condientes,aut prius madefaciētes,aut refrigerantes,aut aliquid eiusmodi aliud efficiētes.Sic itaq;,& in præparandis aq̄s arti-

" ficiosum aliquid molimur:queādmodū ipse paulo ante dicebat. Aqua decocta tū quidē ut suscipiat aerē.Etenim fit ipsa decoctio,& postea refrigeratio, aut per ambiētem nos aerē,aut uento aliquo,aut in ædibus frigidum aerem includentibus:sunt.n.domus quædā frigidis speluncis p̄ similes.Interdū,& per humida refrigeratio acquiritur,ut per niuem circundatam:aut si sub fonte rapide labente ponatur:aut in puteo,idq; bifariam,non nunquam quidē in ipsam putei aquā nobis uasculū demittentibus,in quo aqua calefacta continetur,nō nunq̄ uasculū super aquam

A.1.1.f.1.d.5. 6.7.10.d suspendentibus,sicut etiam per testas raras interdum turbulentas aquas percolantes:ut Alexādriæ,& in Aegypto percolantur per q̄dā nō simpliciter testacea uasa,sed artificiose,ut rara sint, p̄parata:quemadmodum,& per linteolum huiusmodi uase carentes excolare solent. Hæc sanè oīa artificiose parantur:sicut ēt quęcūq; circa fontanarū aquarū ductus machinamur,illos nō ex quocūq; lapide fabricantes,interiusq; illinentes interdū:haud.n.discrimen in ipso illitu est, siue picem, siue gypsum illeueris,siue citra illitū : laterem vstum,aut lapidem improba aliqua, aut bona,aut nulla prorsus euidēti qualitate affectū imposueris. Quin ēt puteos sæpius in diuer

sa terra defodimus,& aquam per canales,& fistulas ab aliquo fonte, quę meliorem aut deterio- E
rē ipsam reddere valeant,aut etiam nulla ratione permutēt deriuamus: nempe hæc ad aquam
præparandam artificiose præstantur. At cum ex terra eius loci,in quo degimus,aquā sumimus,
aut ex lacu, aut præterlabente flumine haurimus,aut pluuiatilem, q̄ vocatur,colligimus,pror-
sus nihil artis huic adhibemus. Propter hoc igiť inquit,Hippocrates,aquarū arte carentiū,ipsas
artificio præparatis oponēs,quas arte carentibus cōparantes,artificiosas appellamus. Quemad
modū aūt paulo ante nō de oībus aquis arte paratis locut⁹ est, sicut si librū, ut in publicū edere
tur,cōscripsisset,sed unius tantū præparandi rationis mentionē habuit,utpote sibi ipsi commē-
tariolum recordationis causa cōficiens, ita & hoc loco nō de oībus aquis arte carentibus, hoc
est sponte naturæ talibus procreatis,sed de vna sola specie, quam(vt dixi) pluuiatilē nocamus,
sermonem fecit. Ipsius verò duas ꝓdidit differentias,alterā quidē,quā & aperte vituperat, ma-
lam esse dicens,procellosam scilicet:alterā verò deinceps nō cōstat,an reprehensione solū care
re dicat,an & aliquid aliud ei tribuat: procellosam autem,putauit incómodam,siquidē ab aere
excretam,aut cū tonitru,græco vocabulo appellat hoream, {latine dixeris tēporariam,vel tem
pestiuā,uel opportunā.} Contingit aūt temporariā aquā ut congruo tēpore prouenientē ipsum
laudantem appellare: contingit aūt,& eā solam, quæ æstate media ꝑ imbtes effunditur,tēpora F
riam nominare,q̄siquidē hanc anni partem Græci potissimum ὥραν.i. tempus appellant. Verun
tamen,& autumno,& hyemi,& ueri,temporis appellationem accomodant: sed per excellentiā
interdū eā anni partē tēpus nominant, in qua fructus tēporarios vocatos maturescere accidit.
Id igitur quantum ad uerba Hippocratis attinet,obscurum est nisi si nos ipsi aliquid ex ijs, quæ
vidimus,aut ex naturali rerum indicatione adijciamus: ac præterea cur ꝓcellosam aquā impro
bet,æthereā uerò,& cū tonitru effusam nō improbet. Incertū quoq; est utrum ipsam nos ad po
tum,an ad medicinæ vsus, præparare iusserit: nam oculorū medicamentis componendis huius
modi aquā adhibemus,& ex ipsa aqueum uocatum medicamentum cōficimus. Porrò tempora
riam intelligere satius fuerit,nō uernā cum impetu delapsam,ut nō nulli stulte accipiunt: nullus
.n. per excellentiam tempus anni uer nuncupauit,sed quemadmodū,& alias anni partes,absolu
te tempus; neq; tunc tēporis effusus imber aliqua eximia virrute præditus esse cognosciť. Sed
multo antiquius fuerit putare,ipsum temporariam aquā dicere,quam eo sanè tempore pluerit,
quod anni tempus Græci nominant: huic.n. sententiæ,& illud sanè fauere uidebitur,quod ab ip
so dictum est,& aqua ab æthere excreta: nā ueteres Græci cœlū nos ambiens exquisite purum,
æthera: caliginosum uerò,aut nubibus opacum,aerem vocare consueuerunt. Hac eadem igitur G
ratione,& locum supra nubes æthera nominant: idque clare,& poeta significauit,inquiens.

Constitit at leuiter scandens tunc abiete in alta,
Aethera quæ ex Ida surgens ultra aera adibat. Contra uerò,cum dixit,
Aera sed crassum Iuno se propulit ante.

Profundum hunc nostrum aerem per ea uerba insinuare uidetur: atq; iterum cum dixit.

Aer densus erat naues complexus, olympo
Nubibus obscuris circundata Luna latebat.

Itaq; cū ęstate aqua eius tēporis calore attenuata,in halitus inuisibiles dissipata fuerit,atq; ic
circo clam nobis in aerem supra terrā subuolauerit,ac deinde propter aliquam ad frigidū muta
tionem,ac uentis inter se teflantibus,densatoq; aere ꝓtenuatos halitus iternm cogi, & in aquā
sensibilem euadere contigerit, tunc imbrem illum tēporarium uel tempestiuum esse dicemus,
extenuata aqua,ac prius ab aeris calore elaborata: atq; iō meliorē ipsam esse nimbosis,utpote,
neq; cōfectis,neq; ulla mutatione elaboratis,quales in nō nullis fontibus aquæ scaturiunt, à ue
teribus indomitę crudæq; nominatę. Verū,cur tonitrualē,(vt ita dicā) aquā potius,q̄ nimbosā
approbet,deinceps uideamus. Id profecto mihi ea ratione fecisse uidetur,ꝙ tonitrua duorū mo H
dorum alterutro fieri nouerit,aut ob ignem interceptum,qui erumpens, circumplexam nubē
ueluti dilaceret,quo ēt tempore fulmina decidunt: aut inter se allisis attritisq; nubibus. Neutrū
in nimbosa aqua inest,siquidem in huiusmodi statu aer conspissatus est,vna continua atraq; nu
be ipsum totum occupante. Quapropter haud immerito in hoc aeris terram ambientis statu ne
quaquam tonat: nanque diuulsis nubibus,ac propria circunscriptione vagantibus, cum inter
se concurrunt,ratio postulat fieri attritionem,unius autem totius continuę perpetuæque nubis
conflictus fieri non potest. Quamobrem neque fulmina in hac cœli constitutione cadunt, cum
quia calidus aer intra nubes non includitur,tum quòd neque ipsæ inter se magno impetu cōcur
runt. Nam,quando inter se concursantes nubes igneum illud,quod interuenerat, intra se ipsas
compellētes, & constringentes exquisite densauerint,tunc utique fulmen nō nunquam sursum
uersus,aut in obliquum,non nunquam uerò,& in teram,extruditur. Hāc solam fulminis expul
sionem nos conspicimus,aliæ uerò mortalibus ignotæ sunt. Porrò à me breuibus ad proposita
uerba explananda,ut tonitrua fiant,dictum est: curq; tonitrualem aquam(ut ipsius uerbo utar)
q̄ ex nimbo prouenientem,meliotem esse asseruit. Summe uerò munda ac tenuis est tempora-
ria aqua elaborata. Inter hanc autem, & procellosam tonitrualis est: quæ ,quantum à tempo-

A raria vincitur,tantũ procellosam superat.Igitur in promptu iam est istis omnia vituperantibus, dicere,haud medici munus esse tam longam de rerum natura orationem habere.Cæterũ(ut his respondeam)si nullam rationem afferẽs simpliciter asseuerassem,tẽporariã aquam nimbosa esse meliorem,inter has uerò tonitrualem mediocrem,aliquam sanè eorum,quæ dixissem,rationem me adijcere præcepissent:neq; se dictis meis,tanquam legibus credere, iustumesse,neque ipsis ut tyrannycis præceptis parere,necessum esse dixissent.Quocirca,si illiteratorum iuxta,stultiosorumque hominum latratus euitari non potest, præstat autem ob res meliores ab istis male audire,profectò rectissime tonitrui causas naturales rimati sumus: quod enim probatione caret,omnibus hominibus incredibile esse uidetur.Neque admodum rectè dictum videtur,quòd à medico uidelicet sermo de natura faciendus non sit, indicatq; hos ipsos qui ita pronunciant nobis,ut sibi tanquam tyrannis edicta proponentibus obtemperemus,imperare. Verum præstabat sanè non tyrannico more imperare: sed potius docere, aut sermoni absque ratione magis, quam rationem reddenti,fidem esse habendam,aut in referenda causa à nobis aliquid non uere fuisse traditum.At isti horum neutrum faciunt:immo utrunque vituperant,si nullam probationem attulerimus,nos probatione carentia effutire: si rationem aliquam adieccerimus, non esse medici,vt physici munus,de ueritate aliquid disputare, iactantes.

B 20 *Aqua edax,uigilia edax.*

Ab ijs,quæ & vigilia,& aqua efficere aptæ sunt,ipsis appellationẽ imposuit, utranq; edacem nominans,ꝙ nos scilicet edaces reddat:quandoquidem,& hac etiam tempestate in nostra Asia Græci oẽs,edaces homines,qui multa comesse ualent,usitato vocabulo appellitant. Didicistis autem cibi appetitiones ab aquæ potu ea planè ratione excitari,qua & gelidã bibentes, aut frigidũ cibariũ,astringensve assumentes,appetentiores euadunt.Alibi nanq; ostensum est,quæq; uentriculi tunicarum sanguinẽ in arctũ constringentia appetentias augere ac procreare: cõtra uerò calefacientia fundentiaq; sanguinẽ,deijcere,finireq; appetentias. Hac itaq; ratione aqua vorax existit:Alia uerò rõne vigilia.ꝙ scilicet corpus digerat atq; dissoluat:de hac etenim iam, sicut & de somno, notitiam habuistis. Cõcoquit planè somnus,utpote calido tunc interiora petente:dissipat vigilia insito calido,dum exterius emicat,secum haud exiguas corporeæ substantiæ particulas educente. Igitur propterea aqua, & uigilia edaces dictæ sunt. At tu ne perperam accipito,neve idem esse existimato multa comesse,& multa concoquere, atq; cõficere.Siquidẽ vinũ aquæ pstat nõ solũ ad concoctionẽ,quę in ventriculo fit,adiuuandum,sed etiã ad cõcocta distribuenda,ad sanguinẽ creandũ,ad nutriendum, ad lotium citandũ, & ad corpora difflanda

C in rectè valentibus. Nemini verò dubium est de his in p̃sentia sermonem ab Hippocrate fuisse factum,cum inter omnes cõstet plurimis ægrotis uinũ officere. Verum,& vigilia bifariam adhibita duplicem quoq; à cibis finem consequitur. Nam si quippiam noctu agentes,ut incelebritatibus illis,quas pernoctationes uocãt,totam noctem insomnem traducant, corpus quidẽ inane redditur,sed nullum insigne virium detrimentum inde consequitur. At,si cubantes aliquod noctis tempus somno capti quiescamus,reliquum autem vigilemus, uires profectò debilitantur, neque enim melius appetimus,neque concoquimus,neq; concoctione sequentia naturalia munera inuiolata perfectaq; obimus,languidiores *omnino,quàm qui bene dormierint,euadẽtes. * Al. omnes.

21 *Percalidam naturam calido tempore,in frigore cubile crassam reddit,in calido attenuat.*

Dictionem hanc,percalidã,aphorismi huius initio præpositam,à recto casu percalida,deflexam esse constat:sed uocẽ hanc,ἐν θέρει,in fine positam quispiam ita posset accipere,ac si ex præpositione ἐν.i.in,& casu datiuo θέρει,esset composita:quemadmodum sanè omnes ferè interpretes acceperunt,non nulli quidem orationem hanc in duas partiti,perinde ac si utraque propria

D explanatione indigeret:alij uerò totã,ut unam interpretati.Porrò Dioscorides,& ipsam in clariorem permutauit,ut in obscuris locutionibus facere consueuit.Separatim quidem scripsit,pcalidam naturam calido tempore, his uerbis adijciens hanc uocem, extenuat, nobis significare volẽs,percalidam naturam,hoc est multo calore feruentem,calido tẽpore.i.æstiuo, extenuari, dilabentẽ atq; euanescẽtẽ per eam, quæ ab omnibus medicis recentioribus iam trita, & vsitata voce, ratione perceptilis difflatio nominatur:quam & altera appellatione quidam sensui ignotam perspirationem nominant:q̃ nobis omnibus per totum vitæ curriculum inest, verum secũdum ætates,anni tẽpora,studiaq;,ac(vt breuibus expediam) secundum omnem quam degim* vitæ rationẽ euariat.Sed in omnibus his differẽtijs illud commune inest,calidioribus quidẽ tẽporibus,regionibus,ætatibus,naturis,& victus rationibus,de corpore haud exiguam substantiæ nostræ portionem effluere:cõtra in frigidioribus spissescẽte cute plurimum retineri,exiguũ dissipari. Hac igitur ratione percalidã naturam tempore calido extenuari uerũ est,duplicato.s. effluxu:nẽpe ex proprio calore insitũ habentes,nouum pręterea exterius à calido tempore accedentem,acquirunt.Verum neq; in alio ullo exẽplari hanc lectionem inueni,neq; ullus expla-

nator ipſam agnouit. Sed Dioſcorides ipſe in libri fronte inſcripſit ſeſe in duobus ſolis exẽplari E
bus ita cõſcripta uerba nactum eſſe, percalidã naturam calido tẽpore, in frigore cubile craſſam
reddit, in calido extenuat. Veruntamen nos non in duobus, ſed in omnibus, q̃cunq; legimus, ita
ſe habere hanc orationẽ cõperimus, cum de induſtria omnia, & quæ in publicis bibliothecis re
poſita ſunt, & quæ apud amicos inuenimus, exẽplaria inſpexerimus. Sed iã ad explanãda verba
conuertamur, omnibus ijs, quæ praue ab interpretibus dicta ſunt, prætermiſſis. Mihi ſane prior
aphoriſmi pars ita perficienda eſſe uidetur, percalidam naturã calido tempore in frigore cubile
craſſam reddit, has uoces, calido tẽpore, in ſexto caſu nobis legentibus, perinde, ac ſi in calido tẽ-
pore, dictũ eſſet: illud verò, in frigore, idem eſt, ac ſi dictũ eſſet in aere frigido, ex duabus oratio
nis partib⁹ dictione cõpoſita, præpoſitione ſcilicet, in & nomine, frigore. Erit enim integra ſen
tentia huiuſmodi: utile eſt percalidæ naturę, in calido tẽpore, in frigido cubiculo ſomnũ capere,
ita nanq; craſſeſcet. Nempe haud iniuria in valde calidis naturis hęc nos facere pręcepit Hippo
crates: q̃nquidem calida natura cum ſponte ob effluxum immodicum ad extenuãdum idonea
ſit, ſi tempore calido accedente euacuatio duplicata ſit, quin etiam tertia quædam alia inanitio
in calido loco, & calido ſtrato cubãte homine, adiuncta fuerit, tum corpus triplici digeſtione ex
hauſtum diſſipari emaciariq; continget. Quòd ſi duabus neceſſarijs inanitionibus à natura atq; F
tempore prouenientibus, quas effugere non licet, tertia ſaltem in contrarium abducatur, non
diſſipare, ſed coercere diflationes potens, ad extremam euacuationem homo non perueniet:
quinimmo pingueſcet magis, quam extenuabitur. Frigido enim cubili non modo lectos frigi-
dos, ſed & ſtragula, quæ ex linteis craſſioribus, & attritis, atq; id genus alijs ueſtibus, cõſtant, ſi-
gnificante, aliud quoddam maximum remedium exceſſus, ratione temporis, & naturalis tem-
peramenti prouenientis adiungitur, ut. ſ. per frigidam inſpirationem corpus refrigeretur. Id qui
dem iam, & antea à nobis dictum fuit, ſed nunc mentio lecti adiecta eſt, ut undiq; corpus refri-
geſcat, ac diflationis exceſſus ad ſalubrem commoderationem redigatur. Altera quidem apho
riſmi pars, prior ſcilicet, ita ſanè ab aliquo potiſſimũ explanari poſſe mihi videtur. Reliqua pars,
ubi ait, in calido attenuat, dilucida ſane foret, ſi ei uoci, calido, aere aſcriptum eſſet, tota oratio-
ne per hęc uerba manifeſte explicata: Calidiori naturæ, calido tempore, cubile in aere frigido ſi
accedat, craſſam reddit: in calido autem aere cubile extenuat. Per rectos quidẽ caſus ita maxi-
me aperte explanata oratio fuerit. Quòd ſi per tertios, & ſextos loqui uoluerimus, narratio ſanè
huiuſmodi fuerit: Calidiori naturæ, tempore calido, & cubili in aer frigido craſſeſcere accidit:
hoc eodem uerò cubili in aere calido poſito, extenuari continget. G

22 *Profeſſio tuendæ ſanitatis, non ſaturitas cibi, impigritas ad labores.*

Neque repleri uſque ad ſaturitatem, impigrumque eſſe ad exercitationes, ſalubris uictus ca-
put eſſe opinatur.

23 *Inter uigilandum ſiti in ſuperficie, ſomnus medela eſt: ſiti uerò ex ſomno, uigilia quibuſdam.*

In ſuperficie ſitim intelligere oportet valde exiguam, quæ neq; à toto corpore, neq; magno
ventriculi partium affectu excitata eſt, ſed (vt dixit Eraſiſtratus) areſcentibus, aut incaleſcenti-
bus locis illis, per q̃ ab ore in uentriculum humor delabitur. Huic itaq; ſiti ſomnus remedio eſt, A.l.3.c.13.&
corporis penitioribus madeſcentibus, vtpote per ſomnum ſanguine ad interiora agente: con- 6.c.20.2944
tra uerò expergefactis, cum in ſuperficie ſitis adeſt, uigilantibus facile ſedatur. Huiuſmodi nãq;
ſitis oritur incaleſcentibus non nunquã particulis, quarũ dicebã Eraſiſtratũ meminiſſe: caleſcũt
aũt, dũ in ſtomacho cibi concoquuntur. Nam cum huiuſmodi concoctio ab inſito calido, perin
de atq; elixatio fiat, quemadmodũ in illa calidus quidam halitus effertur, ita non nunquã, & in
uentriculo, & maxime uinum meracius epotis contingit. Verum ſi vigilantibus ipſis ſtomach⁹ H
inanitus nullos p̃terea vapores ſuggerat, & calefactarũ partium calor euanuerit, ſiti liberãtur.
Porrò non nulli à ſomno, ob ciborum potionumq; calorẽ ventriculo excalfacto, ſiticuloſi fiũt: I
quorum ſitis ſine externo ſubſidio non tollitur: quocirca non nullis frigidam potare ſolitis hoc
tẽpore ante balneum ac cibi aſſumptionem, gelidæ aquæ potus nõ nunquã uſui fuit. Propterea
igitur in ſecunda ſitis differentia adiecit hanc particulam, quibuſdam, neque enim omnibus (ut
oſtenſum eſt) à ſomno ſitientibus idem affectus oboritur. Hanc lectionem autem, & ueteres ex
planatores agnoſcunt, & in caſtigatiſſimis exemplaribus inuenitur.

24 *Quibus plurimum calidum ineſt, uocaliſſimi ſunt, frigidus enim aer plurimus. Ex duobus autem magnis, magna, & quæ oriuntur, exiſtunt.*

Modo prædixi, huiuſce orationis lectionẽ antiquam non ita inueniri, ſed hoc modo, quibuſ-
dam plurimum calidum: ſicq; illi interpretes legunt, qui de ſuperiorum uerborũ fine hanc par-
ticulã, quibuſdam, detraxerunt. Igitur de propoſitæ ſententiæ ueritate iam differemus. Quibuſ
cunque enim plurimum calidum ineſt, in corde ſcilicet (hoc nanq; ueluti focum lareſq; ingeniti
caloris eſſe declarauimus) & aerem, qui inſpiratu adducitur, plurimum eſſe neceſſe eſt: nam &

A hoc in libro de vsu respirandi explicatum est. Quòd si plus caloris huiusmodi naturis inest, multusq; inspiratur aer, atq; iterum expiratur, propter hoc si uocẽ magnã fieri dicemus, ita absolute citra ullam distinctionẽ sententiam proferentes, fallemur: nam in cõmentarijs de voce ostensum est, uocem ingentem fieri, quin multus aer celeriter expiretur, nequaquã posse: id verò fit, si aspera arteria, & guttur latius pateant. Si pectus verò totum amplũ fit, nõ solum ingentem uocem homines edere, sed etiã diutissime vociferari posse, ibidẽ declarauimus: vt præcones, cum pedem uocatum canunt, efficere solent. Igitur qm̃ cor statim ab initio, cum formatur in utero, amplificatur, increscitq; in quibus insitus calor plurimus inest: ad cordis verò portionem, & pectus plerunq; magnum efficitur, & hoc iterum pulmonum magnitudo necessariò consequitur, nec nõ, & istis asperæ arteriæ magnitudo respondet, & huic plerunq; gutturis: haud ab re sæpissime percalidæ naturæ homines vocaliores esse contingit. Etenim si semper, & omnino ad portionem magnitudinis cordis pectus auctum esset, & nunquã ei praua conformatio accideret, p̄calidos homines non plerunq;, sed semper magnam uocem edere dixissem: veꝝ tamen neq; ut pulmonum magnitudo pectori semper respondere inuenitur, ita, & ipsorum magnitudini in ipsis contentata tria vasorum genera respondent. Conspicitur verò, & in animalium dissectionibus proportio hæc non exquisite seruari: sed in huiusmodi sanè partibus aliquod pauxillum excellere, aliquod è contrario deficere inuenitur. Id uerò in corde ratione pectoris insigne accidit: qđ

B & in causa est maxime, ut inter æque calidos homines nõ nunquam in vocis magnitudine multum intersit. Hippocrates quidem soli aeris multitudini magnitudinem vocis attribuit: uerum hæc inter causas magnam uocem efficientes, neq; sola, neque dignitate prima est: magnæ enim uocis materia est, ut in commentarijs De uoce disputauimus.

25 *Ventriculo calidi, frigidi carne, & graciles. Iſti uenosi, & iracundiores.*

Quòd geminum in animalium corpore calidum agnouit Hippocrates, alterum quidẽ, quod ipse ingenitum vocat, essentiam in sanguine, sanguineisq; uisceribus repositam hãbẽs: alterum verò acre, mordax, & igneum, sub quo genere, & febris est, in multis pridem ipsius uoluminib' declaratum fuit. Quin etiã ego de hoc in quodam meo commentariolo accuratissime disserui. Eius libelli inscripto hæc est, Nullum errorem esse commissum in eo aphorismo, cuius initium

« est, ‖ Crescentes plurimum habent innatum calidum: in eo sanè Hippocratis partes tueor, Lyci aduersus aphorismum criminationes diluens, ipsumq; ob optimorum præceptorum ignorationem Hippocrati infensum esse demonstrans. Verum huiusce caloris differentiam neque Lycus, 1. Apho. 14. Ex. ord. 7. a

C neque alius quispiam aut Erasistrati, aut Herophili sectator, aut Empiricus, internouit: quapropter, & multa Hippocratis scripta praue admodũ interpretati sunt. At Hippocraticos viros saltem non decebat Hippocratis decreta improbare, ea perinde interpretantes, ac si vnus generis calor in animãtibus existeret. Sed cum Hippocratem, aut alium quempiam audiuerint, aliquos ventriculo calidos nominantes, ut nomen illud acceptum esset, considerare præstabat, utrum qui uocem eam protulit, aut scripsit, naturale calidum in uentriculo copiosum esse assereret: aut alterum intelligeret, quod sæpius acquisititium, interdum non naturale, non nunquam, & à natura alienum vocatur: quo calido incalentes mordax calidumque expirare, atque iccirco simul atque cutis densata fuerit, febre uexari. Quemadmodum illi, qui altero calido vberrime affluunt, suppressa difflatione pleniores quidem fiunt, sed in febrim non incidunt: propterea

✻ Illud etiam constat, in uentriculo ciborum concoctiones ab hoc insito calido exuberan-

« te optimas fieri, ut ipse in Aphorismis, ita loquens edocuit: ‖ Ventres hyeme, & uere calidissimi 1. Apho. 15. Ex. ord. 8. a

« natura, & somni longissimi. His itaque temporibus cibaria plura exhibenda: etenim insitum

« calidum multum: pluri igitur alimento egent: argumento sunt ætates, & athletæ. Itaque sicut absoluta ciborum confectio huiusmodi uentriculorum indicium est, ita frigidiorum quidem in

D acidum conuersio, calidiorum autem in nidorosam qualitatem mutatio. Quamobrem cibos recte concoquentibus, & sanguis optimus inest, & mediocris caro progignitur: uel, & interdum, quam deceat, copiosior, cum ociosiorem uitam degunt, & frequenti lauatione vtuntur, sed minus bona caro est, neque corporis habitui congruens: postquam uerò multa copia congesta fuerit, totum corpus in morbos præcipitat. At ob uentriculi intemperiem male concoquentibus, & cibos in fumidam nidorosamque qualitatem corrumpentibus, uitiosus in uenis sanguis contrahitur, prauaque in toto corpore fit nutricatio. De his igitur propositum sermonem intelligere debes. In iecore nanque, & corde multus ab initio insitus calor inest, in carnes uerò è sanguine profunditur: atque ideo in huiuscemodi corporum naturis, quales & nunc descripsit Hippocrates, carnes frigidas esse necesse est, utpote sanguine non copioso, sed pauco, & ipso quidem uitioso, irrigatas. Vtrunque enim uentriculo igneo calore intemperato laborantibus euenit, ut cibaria corrupta descendant, & proinde paucum ex ijs alimentum corpori impartiatur, idq; ipsum nõ recte cõcoctum improbum fit: non coctis. n. corruptisq; in uentriculo cibis bon' in iecore venisq; sanguis creari nõ potest. Quòd si paucus quidẽ, sed nõ malus in uenis sanguis foret, carnes utiq; hunc attraherent, ipsas minus nutrientẽ, & uenas inanes relinquẽtẽ, ut cõtra

A l. 3. c. 13. 1. 1. c. 18. 288. e

ctę essent, uixq; apparerent. Quando verò nō paucus modo, sed etiā prauus est, tūc neq; ipsum, E quamuis egeant, attrahunt: perinde ac neq; nos ipsi cibos nidore, aut altera quippiam improba qualitate infectos, & si uehementius escam appetamus, admittimus: etenim appetitus ipse huiusmodi cibo degustato extinguitur. Eadem igitur ratione carnes exiguum, quod uidelicet ad nutriendum pernecessarium est, de uenis exhauriunt: quare paulatim longiori tempore in uenis plus sanguinis deprauati contrahitur. Quapropter in uenæ sectionibus nunquam ab huiuscemodi hominibus rubrum sanguinem profluere conspicies, sed alio colore (ut quis eum nominare velit) affectus inuenitur: quam primum uerò, & male olet. Quòd si iā pridem homo purgatus non fuerit, ater ēt, qui rescissa uena profunditur, sanguis apparet, aliàs aliam in crassitudine, & tenuitate constitutionem habens, non nunquam serosus, & tenuior, non nunquam verò crassior: quemadmodū sanè interdum, & valde crassus, & niger liquidæ pici persimilis cernit. Hæc igitur omnia nunc per capita enumerata in alijs quibusdam ex antedictis commentarijs, & præcipue de eurādi methodo absolute disputata sunt: in præsentia uerò ab explanatoribus ꝑtermissa, breuibus à me perstricta fuere: solent.n. vbi nihil refert, esse loquaces, in rebus autem vtilissimis deficere. Ego itaq;, cū præsens oratio perutilis sit, ipsam repetēs per capita rursum explicabo, & cū interpretatione propositorū uerborum coniungā. Ventriculo calidos ipsum dicere putandum est, nō, quemadmodum pueros, & athletas insito abundare calido testatus est: neque, vt hyeme uentres calore naturali maxime calere dixit: sed vt mordacē improbūq; calorē haud exiguum in intemperato uētriculo possidentes. Hos autem carnibus frigidos merito nominauit, utpote bonæ iuxta, & copiosę alimoniæ penuria tabescentes, quam ex sanguine naturaliter sese habente in temperatis corporibus hauriunt. Ex sanguinis autē inopia fit, ut carnes refrigerentur, acquisititium sane calorē à sanguine, non proprium non insitum, ut iecur, & cor, possidētes. Isti uerò carnibus deficiētibus graciles necessario reddūtur: ipsarū.n. subtractiones, & incrementa tenue, & crassum totū corpus efficiunt. Dicit autem hos ipsos uenosos esse perinde, atq; si & ita dixisset, Istis conspicuæ uenæ sunt, hoc est eminentes, quippe quæ sanguinis plenæ, & carnium ipsas contegentiū paucitate, nudæ appareant. Quin ēt ipsos iracundiores esse dixit, non absolute iracundos, neq; per excellentiam iracundissimos, quod planè ipsis accideret, si calor in corde permultus redundaret: sed calor in uentriculo os eius contristans iracundiores efficit. Siquidem alibi declaratum est hanc particulam in consensum sui affectus, & animam adducere: tardiores enim ad intelligendum, atq; agendum homines reddit, quo tempore ipsa frigidior euaserit: contra prōptiores atq; irascentes, cum magis in caluerit, haud naturali calore scilicet, sed aduētitio, & à natura alieno, de quo sermo iste totus à nobis confectus est. Quapropter eos, qui se Hippocraticos nominant, & præcipua Hippocraticæ artis decreta, quibus, & experimento euidentia astipulantur, ignorant, accusare æquum est, quòd aliter, atq; nos diximus, interpretati sunt. Existimant enim in calidioribus uentriculis insitum calorem in profundum refugere, & extimas partes deserere, atq; ideo frigidas hominum carnes euadere. Verum huiusmodi caloris motiones pro ratione temporum, & regionum, & prorsum cœli status, pręterea pro ratione vigiliæ, & somni, nec non & animi perturbationum, ut mœroris, & timoris, & corporis uoluptatum, & animi oblectationum euariant: At neque corporis naturalis fabrica, neq; ætas talē ingenitæ caliditatis mutationem efficit. Sed, quemadmodum, & in libris de tuenda sanitate mōstrauimus, prauæ corporis constitutiones sunt non nullæ quidem cum totius animalis intemperie: aliquæ uerò cum partium inæquali statu, qualis & ista, quæ in propositis uerbis habetur de uentriculi uitiosam constitutionem habentibus, & non optimam, ueluti quę natiuo calore multo affluentes, & iccirco ad bonam carnem procreandam maxime conducentes, corporis habitum pleniorem efficiunt, non extenuant, non emaciant, ut intemperatæ.

26 *Terra siccitatibus squalente auium genus bene habet.* H

Aues enim utpote aridiore, quam nos, temperatura constantes, siccis temporibus rectius ualent. Nos uerò non præterit, & aridioribus ipsas cibis uesci, & pauco potu esse contentas: nō perinde, ut sues, qui aqua assidue prolui, & immodico assidue potu repleri cupiunt.

27 *Cum hircescit, uter exterius testis apparuerit, si dexter, mas: sinister uerò, fœmina.*

Cùm puerilis ætas in adolescentiam transit, quemadmodum ipsis semen, & pili in locis genitalibus erumpere incipiunt, perinde, & testes subito increscunt: quemadmodum, & puellis virginibus mammę extuberant vnà, & menses ferri incipiūt. Tūc igit, & uocis mutatio in maribus fit pcipue: nā, cū prius ipsis acuta uox esset, cū perfecte in puberes euaserunt: grauior reddit: tēpore aūt medio ueluti raucā ipsi uocē edunt. Quāobrem autem prædicta ætate oīa ista eueniāt, ꝑsens oratio explorare nō postulat, sed oīa hæc apparere, & experiētia demōstrat, Sicut & illud, si dexter prius testis intumuerit, hosce adolescētes factos, in ætateq; uirilē cum euaserint, filios mares potius quā fœminas genituros: ꝙ si sinister, è contrario. Idem, & de utero sensit: in aphorismis enim ita scripsit: | Fętus mares in dextris, fęminæ uerò in sinistris magis. Quæ igitur à me hac

5. Apho. 48. Ex. ord. 41. h

A. l. 1. c. 21. t. 17. c. 15. 385.

A hac de re in aphorismorum explanatione dicta sunt, ad hunc locum accommodes, cum una sit communis in maribus, atque fœminis causa, ob quam sinistræ partes fœminarum, dextræ marium, opifices sint. Verum & de hoc in libro de vsu partium tractatum est.

28 *Oculi ut ualent, ita & corpus. Et color in deterius, aut melius labitur.*

Constat aũt ita oportere subintelligi, ut oculi ualidi sunt, qđ non nulli, & adscripserunt. Sententia igitur verborũ, ut quispiam, iudicio meo, plurimorum falsam interpretationem omittẽs rectissimè explanare põt, hæc potissimum fuerit: Hippocratem docere arbitror, quonam modo quis ab oculis, totius corporis affectum percipiat, quandoquidem isti maximè firmissimam nobis notitiam exhibent. Porrò in illis, quibus aĩa deficit, aut aliter uires collabuntur, neq; manum quis intuitus, neq; crus aspiciens, aut faciei reliquas partes, omissis oculis, aliquid explorati habere poterit, qđ ipsi uires imbecillas esse, aut ualidas patefaciat: quod, si oculos inspexerit, cõpertum habebit: clarissimè nanq; in ipsis robur infirmitasq; elucescit, nõ nullis quidẽ acute cernẽtibus palpebris patentibus, non nullis aũt, neq; perfecte ipsas aperire ualentibus. Quin ẽt ipsorum color & moles aliquid de uiribus nunciant. Viribus.n. infirmis oculi caui, squalidi, & decolores apparent: robustis aũt, florido colore uigent, pleniori mole constant, & splendidum humorem habent.
B Hæc planè fieri euidenter conspicimus, ẽt si causa, ob quam fiant, nos lateat. Verum & cã patet, qualisnam oculorum sit natura, scientibus: quod alibi, & in sermonibus de uisione declarauimus, Animalem.s. spiritum luminosum ẽ cerebro in oculos plurimum proficisci; iste igitur cum aut imbecillus, aut paucus in oculis fuerit, modo enumerata symptomata eueniunt. Et color melior fit, inquit, aut deterior. Id autem clarum est, siue de oculis etiamnũ, siue de totius corporis colore, sermonem faciat: utrunq;.n. uerum est, oculis quidem ut firmitatem, atq; imbecillitatem, ita & bonum fœdumq; colorem permutantibus, hos quoq; totius corporis affectu comitante. Nam si bene colorati oculi sunt, & quon hoc est corpus totum salubriter se habere significant: aliquo aũt turpi colore inquinati, illico & totum offensum esse indicant; celerius uerò in oculis, q̃ in alijs partibus, colorum mutatio, ob eorum munditiam nitoremq;, conspicitur. Ac non solum id significare hæc uerba possunt, sed etiam in toto corpore coloris mutationẽ signis in oculo apparentibus accidere, & subsequi. Ab oculis igitur hoc modo ad totum corpus cognitio traduci potest. Per se autem uerba hæc, omissa parte de oculis, explanari possunt, siquis ipsa cum sequentibus coniungat. Deinceps igitur ab alio principio sic ipsa interpretabor.

29 *Et color in peius, aut melius uergit. Aequum est autem, ut se habet alimentum, ita, & quod extimum est sequi.*

C Colorem alimento.i. sanguini, pportione respõdentem, in peius, aut melius vergere inquit. Sanguinem autem nũc appellat omnem in vasculis inclusum succum: in quo & pituita, & bilis vtraq;, & tenues serosiq; humores continentur. Hoc.n. mistum & melius, & deterius redditur: in eo uerò contentus humor, qui proprie sanguis dicitur, & a cuius dominatu tota congeries nominatur, prauus dici nequaquam potest, perinde ut, neq; alium habere colorem, quàm rubrum.

30 *Signa mortifera per cutem * nares, calidus uapor. Prius nares frigidum spiritum reddunt.*

Siue in casibus accusatiuis scriptũ sit, calidum uaporem, siue in rectis, calidus uapor, utroq; modo aliquid subintelligitur. Verba.n. hanc sñiam habere debent, inter signa mortifera, & hæc sunt, Calidum uaporem per cutem euacuari, cũ prius per expirationem frigidus spiritus redditus sit. At si in rectis casibus eandem sñiam explicare uelis, ita sanè dixeris: Maxime signa mortifera per cutem calidus uapor exiens post frigidũ spiritum prius expiratione egressum. Cæterũ id ipm quidem frigidam.s. expirationem perniciosissimum indicium esse, in libro De præsensionibus dictum est hisce ipsis uerbis: Frigidum aũt per nares, atq; os expiratum iam ualde perniciosum est, nunc aũt quoddam symptoma, ita se hñtibus, quod tñ non semper fit, addidit: Calidus.n. uapor multus subito de cute emanat: sed neq; oĩbus, ut dixi, neque omni tpe. Atqui istos
D explanatores, de quibus nõ opus est garrientes, hæc edocere pstabat. Illis.n. solis id euenire cõperies, quorũ mortẽ calidissima febris antecessit, q̃ corpus ipm cordis torruit, atq; ideo postremo ipm refrigerauit. Vitali ergo tenore, moriente iam corde, euanescente, in alijs quidem sudores syncopam inferentes proueniunt, multorum.s. humorum pleno corpore: illis autem, qui ex præferuida febre antea exaruerunt, pro sudoribus, calidus vapor tangenti tibi distillari uidebit. Neque tamen & iste quoque morbi tempore, sed cum diu iam progresso morbo, cutis, exhausta halituosa substantia, refrigeratur, quæ ob ardentiorem febrem attenuatis succis morbo uigente contracta fuerat: neq;.n. eo sanè tempore, quo iam cor emoritur, excitari potest nedum calidus uapor, sed neque frigidus, aut tepidus. Omne igitur cor prope mortem frigida intemperie affectum est: sed non in quolibet mortifero morbo huiusmodi semper est: uerum in ardentissimis febribus plerunque calidissimum, ut dictum est. Igitur cum frigida intemperie cor ægrotat, calidum uaporem emanare nunquam reperies, quando iam uicinus morti constitutus æger frigidum reddere spiritum inceperit: neque ita se habentibus humores prætenuati sunt: neque ardenti febre isti laborant: neque succos biliosos habent, qui tẽperie calida, corpore tenui sunt, siquidem

* Hoc uerbum in græ. co. non est, neque a Galeno explanat.

In Prog. com. 1. t. 24. 4. 194. h

siquidem frigidæ temperaturæ pituitosos,crudos,crassos,& prorsum frigidos succos,non bilio E
sos,calidos,tenuesq; abunde procreant.

31 *Vitalis verò contraria.*

Hoc illis manifeste repugnat,qui dictum fuisse putant,mortiferum esse signũ,in naso calidissimam febrem:nam tanq̃ respondens verbis illis supradictis,signa mortifera,nũc subiunxit, ui talia verò contraria. Atqui secundum eorum explanationem his verbis,mortifera signa, cõiun cta non sunt hæc ita scripta,per nares calidissimum. Verũ ista verba,per nares calidissimũ, sibi adiectum non habent,sit ne lethale signum,an non sit:neq;.n.mortiferum est,nisi, quod ab Hippocrate dictum est,præcesserit,prius nares frigidum spiritum reddũt:nam,si citra hoc vapor calidissimus per cutem emanet, potest id quidem succorum calidiore febre attenuatorũ symptoma esse,non mortis prorsus indicium.Quinimmo interdum, & extenuati humores utiliter difflantur: quos,cum pinguiores sunt, per sensiles excretiones natura è corpore propellit,sudores citans,aut lotij deiectionumve multitudinem,aut vomitũ mouens.Erunt igitur omnia contraria prædictis mortiferis signis,vitalia,neq; frigidum expirare,neq; per cutim calidum uaporem exhalare. Haud ab re autem & Zeuxis sectatores prius separatim, mortifera signa,interpretati, F
omnia hæc uerba deleuerunt,quæ ita se habent,uitalia autem contraria ad sanitatem.

GALENI IN QVINTVM TOMVM SEXTI DE MORBIS POPVLARIBVS HIPPOCRATIS LIBRI EXPLANATIONES.

Orborum natura medica.

Crebrò superius a me dictum est,huiusmodi lectiones,per quas,quod dicitur,permutatur,sed eadem prorsus sententia permanent,diiudicare mihi non esse propositum, quippe qui longitudinem commentariorum uitare instituerim:uerum & nunc id ipsum recordationis causa dictũ uolui,quan doquidem,& in sequẽtibus nihil prætetea de huiuscemodi lectionibus affe G
ram Verborum igitur sententia, siquis simpliciter, quod dicitur accipiat, perspicua est,suam ipsius mentem Hippocrate declarante,se uidelicet non esse ex illorum cœtu,qui naturam arte carere arbitrantur,sed eam esse artificem, animalibusq; consulere. Verum hoc loco per id nomen,naturæ, uim quandam intelligere conuenit in his ipsis corporibus,quæ ab ea reguntur,inhabitantem:cuius essentia quænam sit, in præsentia quærere,sicuti & de nostra anima,aut de eius principe parte, minime necesse est: nihil enim istorũ præsens oratio postulat,sed illud solum,rectè scilicet Hippocratem opinatum fuisse naturã esse morborum medicam. Forsan enim quispiam hac oratione artem medicam tolli suspicabit: quo circa non simpliciter verba hæc accipienda sunt,morborum naturæ medicæ,altior enim sensus accuratiore indigens explicatione huiuscemodi in verbis delitescit: neque dum usquam superius hanc rem explanauimus.Amicis autem nostrum institutum cognoscentibus,quibus gratificantes ad huiusce libri interpretationem accessimus,& nunc in memoriã reuocabimus,quodque decretum efficaci probatione indigens,cum alicubi semel exquisite tractaui, me alio in libro iterum non scribere,loquacitatem uidelicet superuacuam accidere cognoscẽs, si ijsdem de rebus quispiam eadem repetat:quemadmodum non nulli iuniores medici fecerunt,nõ bis mo- H
do,aut ter,sed quater,uel etiam sæpius in multis commentariis,& libris eadem de ijsdem conscribentes. At ego aliquid cum semel rationibus declaraui,postea reliquis in libris eo utor, solius tantum summæ mentionem faciens, admonensq; a me alio in uolumine ostensum esse. Et nunc igitur semel de natura sermonem faciam,& quare ipsam morborum esse curatricem Hippocrates asserat, & q̃ ab hoc decreto nequaquam artem medicam euerti,tolliq; contingat. Tu uerò, qui hæc nostra commentaria euoluis, iam mihi orationem exordienti animum aduerte. Morbos ab alimento,congruenti qualitate & copia,in tẽpore exhibito,ab humido fomento, a cataplasmatis,a clysteribus,a uenæ sectione,& a quibusq; id genus alijs,propulsari siquis dicat, non utiq; mentietur,sicut neq; ille,qui a medicis morbos curari asseueret,nec qui artem medicam laborantium sanatricem esse testetur. Quẽadmodum uerò hæc prædicans,ut mẽdax reprehendi non poterit,eadem sanè ratione,neq; ille, qui naturam seruandi animalis causa oĩa administrare existimet. Hoc uerò,& illud consequitur,eam primam languoribus mederi,& maxime cum euidenter hominem sanat,sudorem copiosum profundens, aut per lotiũ,aut per deiectiones,aut per uomitus,infestos humores eijciens. Quodnam igitur dignitate primarium sit,quod secundas,quod tertias habeat inter hæc omnia,quæ sanitatẽ facere diximus,contemplari cõue

nit,

A nit,eo &t magis,q & alia quædam,per quæ morbi curantur,accedunt,quorum oĩum pro dignitate ordinem internosse præstiterit.Nobis.n.melius dici uidetur,& naturam morbos medicari, recte verò,& artem medicam,& medicum:uere quoq; & eius ministrum,& uenæ scissuram, & per ipsam factum sanguinis profluuium.Fortassis autem quispiã putauerit, & coquũ aliquid cõferre,& textorem,& ædificatorem,& ferrarium fabrum,& alios quosdam artifices, quorũ opificijs utimur ad eorum ministrationem,quæ hominibus sanitatis causa præparantur. Verũ istorum,quædam auxiliorum materiæ, non auxilia sunt:non nulla verò instrumenta auxiliãtibus idonea,sed tunc auxilia fiunt,quando in tempore,atque ut decet,ea medici applicant. Nam uinum ægrotis propinatum si iuuerit,eius propinatio auxilium est:at si importune oblatum, delirium,aut phrenitida concitet,tunc morbifera,non salubris causa,neq; auxilium fuerit,Quis igitur est faciendi auxilij auctor?occasionis.f.inuentor.Quo nomine autem hunc Græci appellãt? nonne,& hoc hominibus patet,medicum.f.ipsum appellari? Quapropter medicus vino potior est † ad naturalem factitiamq; sanitatem.‡ Etenim uinum in tempore exhibitum,& temperãter epotum recte ualentibus prodest:languores autem, cum opus est,assumptum discurit. Cæterũ medicus non q animal sit,aut pedestris,aut bipes,aut rationis particeps,aut ciuilis,eo cuiusque
B materiæ tempus idoneum,ac modum nouit,sed quoniam artem salubria,atque morbosã distinguentem addidicit:nam si per illa hæc nosset,omnes planè homines eandem callerent scientiã. Quare dignitate prior medicis ars est, per quam medici fiunt, nam eius vi illi vtentes morbos pellunt.Sed quam rationem materia,atq; instrumenta ad medicum eiusq; artem, eandem ipse rursum atq; ars ad eius,qui curatur,naturam habent.Illa nanq; est omnia congruentia in aĩaliũ corporibus faciens:& alens quidem,cum alimento opus est:sibi aũt sanguinem præparans,per quem alimenti egenas particulas nutriat:atq; iterum,vt sanguis ipse creari possit,cibum in ventriculo præparans,atq; conficiens.Quòd si deuorata cibaria,neq; recte concocta sint,neq; digesta,neq; in sanguinẽ uersa,neq; alendarũ partiũ vim inuenerint,statim mehercule,neq; corporis nostri alimentum fuisse dicenẽ. Quemadmodum verò ad nutriendas partes refectionis egentes ipsas nutriens facultas lõge princeps causa est,eodẽ sanè pacto, & ventriculi vis ad cibos cõcoquendos,& iecoris venarumq; facultas ad concoctum in sanguinem conuertendũ, sese hñt.

† Forte, πρὸς ὑγείας φυλακήν τε καὶ ποίησιν, i. ad sanitatis tum custodiã, tum creationẽ. uide & hac pagina d.

Verum enimuerò cuncta me naturæ opera particulatim nũc recensere necesse nõ est. Nã memoria repetere satis fuerit,in commentarijs De naturalibus uiribus oẽs naturæ cões facultates fuisse explicatas,numero quatuor,quibus animal regens omnia molitur,ac perficit,primã qui-
C dem propriorum attractricem:secundam uerò,horum ipsorum commutatricem,& concoctricem:tertiam utilium retentricem:& quartã,alienorum expultricem. His itaq; potestatibus nõ modo sanum animal tuetur,sed etiam ægro sanitatem restituit.Et ex his abunde constat, quantum sanitatis effectrices causas natura dignitatę antecellat:omnia enim reliqua materiã ipsi parãt,& suggerunt:quemadmodũ exterius quoque artem aliam alij ministrantem videmus. Textori nanque radios textoria, & pectines lignarius faber molitur:huic uerò ligna, materiæ excisor:securim item, & dolabram ferrarius artifex : ferrario autem ipsi ferrum metallorũ effossor comparat:rarumq; est artem effectiuam inuenire nulla alia egentem, quæ aut instrumenta fabricetur,aut materiam operi idoneam reddat.Ita sanè,& medico multæ artes aptas materias pparant:perinde ut ipse rursum naturæ cum quibusdam ministris suppeditat. Quam enim proportionem architectus erga ædificatores,lignariosque fabros,& alios quibus imperat artifices, eandem,& medicus erga ministros suos gerit.Isti uerò sunt herbarij,unguentarij, coqui, cataplasmata adhibentes,humore conspergentes,clysterem suffundentes,scarificãtes, uenam scindentes,cucurbitulas affigentes.At si nos etiã hæc didicimus,& facimus,perinde facimus,atque gubernator remigandi peritus, & facile summum malum cõscendere ualens, & omnia alia nau-
D tarum munera cognoscẽs,& exequens. Etenim multi Imperatores sæpe,& arcu uti,& iaculari, & pugnare gladio,hastaque sciunt, & faciunt,& Reges pariter: sed nõ vt rex,ut Imperator erat Alexander Macedo,aut eius pater Philippus,sed per alias artes imperatoriæ atque regiæ inseruientes hæc militaria munera obibant.Itaque,& nos,ut medici,cuiuscunque auxilij qualitatẽ, quantitatẽ,occasionem,& utendi modum cognoscimus:ut ministri uerò,uenã rescindimus, & cucurbitulas admouemus,& reliqua manibus operamus. Dignitate igitur ars medica medicis præstat,medicus arti seruienti,illa ministris,ministri artibus sibi instrumenta materiasq; parantibus,illæ artificibus per ipsas agentibus,artifices uerò præparatis materijs atq; instrumentis. Conuerso igitur ordine firmioris notitiæ,atq; memoriæ causa, enumerãdis artibus accidit, ad seruandã efficiendãq; sanitatẽ nobilitate vltimos esse,qui nobis clysteres,scalpella,specilla,forfices,& reliqua medicę artis instrumenta fabricantur:cum his,& eos, qui materias præparant, quos radicum excisores,& herbarios uocant:nec non,& qui ex metallis effossa, aliaq; id gen⁹, præbent:supra hos vero,ipsorum artes,supra quos,& ministros medicorum: his quoq; superiorẽ,ipsorum artem:ea superiores,medicos esse:medicis artem medicam: quæ rursum naturę ministra est. Atqui inter ipsius naturæ facultates non nullæ quidẽ primariæ sunt, per quas scilicet animal in uita seruatur,summã nobilitatem ad optimam corporis uitam possidentes:optimam

autem

autem vitā nomino, quæ in sanitate videlicet agitur, praua enim in morbis vita est: alteræ sunt E
verò istarum ministræ facultates, deinde illarum item aliæ. Itaq; postea hoc in sermone artes omnes, ac potestates sanitati vitæq; necessarias, nunquam alibi eas prosecutus, recensere cōsti tui, neq; regentium nos potestatum dignitates adijcere me piguerit. Primæ igitur sunt salubrē animanti moderationē in quali & quanto conseruantes. Cum.n. corporis nostri substantia, nec magnitudinem, nec qualitatem eandem retineat: sed magnitudo per sensus latētem exhalationem dilabatur, qualitas uerò, temperatura sp variante, permutetur non ab aere solum ambiente, sed ēt ex nobis, quemadmodum in libris De tuenda sanitate explicauimus: ad magnitudinē sarciendam altrix potestas in nobis inest: ad qualitatem corrigendam, & respiratio, & per totū corpus difflatio comparatæ sunt. Sed cum nutriendæ partes idonea, ac propria materia egerēt, alia quædam in nobis uis inest, quam haud alienum fuerit, breuis, ac dilucidæ doctrinæ cā, sanguificam noīare: cui rursum alia uis præstò est in uentriculo, cōcoctrix. s. omnibus autem dictis uiribus cōes aliæ quatuor sunt, quas paulo ante memoraui, & clarioris doctrinæ causa propriis nominibus appellaui, attractoriam. s. retentricem, commutatoriam, & expultricem. Hæc igitur uos meminisse dignum puto, illud scientes, me hoc loco tantum hunc sermonem fecisse, naturam omnium artium ad medendum primariam, atque potissimam esse declarantem. F

2 *Adinuenit natura sibi ipsi accessus non cogitatione, partim quidem ut conniuere, partim uerò, & lingua subministrat, & id genus alia quæque. Inerudita natura, & indocta, quæ opus sunt, efficit.*

Accessus naturæ appellauit perinde, ac si & uias, aut impetus ad agendū dixisset, non, ut nos prius mente uoluentes, & prius eligentes facimus, ita & ipsa faciente. Conniuere igitur (sic autē dī, cum quis clausas palpebras cito iterum aperit) statim ortis aīalibus, & a nullo edoctis illico inest. Certum est autem, hmōi actionem maximam oculis utilitatem afferre: fatigarentur.n. palpebræ, si toto uigiliæ tempore paterent: multaq; exterius in oculos, ipsorum tunicas uiolentia, inciderent. Præterea longe isto admirabilius est naturæ opus, quod non vulgares modo, sed ēt plures medici, etsi quotidie fiat, negligenter tñ prætereunt. Nam si bimo puero panem osdens, eum hoc ipso nomine simul demonstrans, panem voces, idq; bis terq; feceris, puer & demonstrati corporis hanc vocem, panis, signum esse intellexit, ipsamq; imitatus pronunciat, cū à nullo, vt linguam mouere oporteat, ipse didicerit. Idē verò, quod in hoc, & in alijs oībus motibus, quos appellant voluntarios, ab omnibus fit animalibus. Igitur si voluerint aliquem artum inflectere, id statim efficient, & si musculum illum, à quo inflectitur membrum, non cognoscant. Eadem rōne extendere volentia per alterū musculum extendent: sed neq; quis musculus iste sit, G
neq; quo pacto agere possit, mouenti animali notum est. Quo enim modo ea cōprehendere potest, quæ multis etiam medicis incognita sunt? quid dico multis? cū non nullos musculos quidā dissectoriæ artis vel peritissimi ante nos ignorauerint, vt eū, qui intra articulationē abditus poplitem incuruat: nihil minus tamē omnes homines ipsius genu articulum, simulatq; voluerint, inflectunt. Quin nō in solis hominibus, sed etiam in alijs cunctis animātibus, huiusmodi actionis species reperitur, vsq; adeo natura uis ad ea, quæ aīalibus conducunt, rectius præstanda, quali bet arte potentior est. Quocirca & Hippocrates de palpebrarum motu, quo. s. ipsas alteri ēt negocio incumbentes agitamus, mentionem fecit dicens, ut conniuere: motum verò in loquendo linguæ, per ea uerba commemorauit, lingua uerò, & subministrat: nobis.n. quanque uocem proferre volentibus lingua ad ipsam dearticulandam prompte obsequitur. Pueri igitur uoces prolatu difficiles nunc primum audientes, ut strax & sphinx, statim ipsas nos imitantes eloquūtur: neq; quos linguæ musculos mouere oporteat, neq; quo modo ipsam extendere, aut flectere, aut circumuoluere, aut superius palato, aut prioribus dentibus, aut alij cuipiam oris particulæ admouere stabilireq; conueniat, agnoscentes. Cum dixit aūt, & alia quæq;, uoluntarias motiones in memoriam tibi reuocat: in quibus (ut dixi) aīalia cuncta non solum musculorum motus, sed H
ēt ipsos musculos ignorantia, simulatq; membrum incuruare, aut extendere uoluerint, confestim id faciunt: sicut ēt, si in obliquum abducere, & conuertere, aut circumuoluere, siue utcūq; aliter mouere statuerint. Iccirco & istis ipsis dictis acclamauit, inerudita natura, non edocta, cōgruentia facit. Vocantur quidem quamlibet disciplinam edocti in illa esse eruditi: Natura autē ita erudita est, ut maxima sine doctore nouerit: qualē fuisse Themistoclem Thucydides memoriæ prodidit, ita inquiens: Propria nanq; intelligentia, neq; prius ad ipsam pertinēs quicquam, ,,
neque posterius edoctus, & eorum, quæ de improuiso incidebant, celerrimo consilio deprehensor optimus: & eorum, quæ longe posterius uentura essent, perspicacissimus coniector. ,,

3 *Lachrima, narium humor, sternumenta, auris sordes, oris saliua reiectio, spiritus introitus, exitus, oscitatio, tussis, singultus, non eiusdem omnino modi.*

Cum ea, quæ mihi optime ad hæc uerba explananda quispiam dicere posse vr, prius retulero, deinde ad huius libri interpretes transibo: qui oēs uerba hæc a superioribus disiunxerunt, omniaque ipsa singulatim tanquam ad præsensionem facientia interpretati sunt. Veruntamen

A men nobis videtur Hippocrates propositum suum ab initio,& in præsentia per totum hunc sermonem,confirmare: ipse uerò naturam salutis hoīum causa oīa facientem demonstrare constituerat.Itaq; ab operibus eius exorsus,quæcunq; in corporibus rectè ualentium aīantium facit, ipsisq; superiori narratione enumeratis, deinceps q̃cunq; in morbosis affectibus, aut sanorum languentiumq; corporum cōibus ad animalis salutem natura moliatur,psiti oratione declarat: Quorum unumquodq; ego particulatim proponens, non nulla quidem (ut dixi) morbosorum affectuum propria,non nulla ægrotantium sanorumq; cōia esse monstrabo.Atque in ægrotantibus lachrymæ quidem non nunq̃ fiunt, morbosi oculorum affectus modum sequentes, ut qñ ipsi phlegmone tentantur:non nunq̃ uerò natura superuacuum humorem expellente, aut deficientem in glandulosis ipsorum carnibus procreante. Nempe & hoc modo narium humor excrementis in cerebro collectis per ipsas effluentibus accidit.Sternutamenta uerò,& ipsa sp naturæ opus sunt ab affectibus aūt morbosis proueniunt: at morbosos affectus uoco, non solum cum aliqui iam ægrotant,sed ēt cum quispiam istorum affectuum exoriri incipit. Qualis enim in oculis est proprie uocata turbatio,quæ phlegmones quoddam initiū est,tales multi morbosi affectus consistere incipientes dissoluuntur, natura uapores,& succos eorū opifices excernēte. Verum de his oībus in libris De symptomatum causis disputatum est.Nam ipsorum quædā sp a natura fiunt,quæ morbosos affectus,aut iam nascentes,aut futuros impediunt, sicut alia iam

B factos,& absolutos tollunt:Idq; est,quod explanatores fefellit, nunc.s.ab Hippocrate de naturæ operibus sermonem non credentes fieri.Sed tribus cōmentarijs, in quibus de symptomatū causis disputo,totus iste sermo diligenter a me confectus est,omnia id genus symptomata quibus psis habetur oratio,a natura effectrice manare ostendente. Aurium nanq; sordes ab illa, cerebri recrementa purgante,colligitur.Tussim quoque,ut spiritus itinera emundarentur,fieri ostensum est:quemadmodum & singultus,& oscitatio,& pandiculatio, purgamentorum expellendorum cā proueniunt. At non nulla in proposita oratione dicta, neq; symptomata omnino sunt,ut respiratio,& per totum corpus difflatio.Ab ipso uerò de respiratione explicatū est, ubi ait,spiritus introitus,exitus:de difflatione aūt posterius,ubi iterum scripsit,alimenti, & spirationis:at saliuæ in ore gñatio inter ea,q̃ prouide a natura fiunt,cōnumeratur, quemadmodum & sputi ex pectore,atq; pulmone reiectio.De hoc uerò, & in psiti parte, per hæc uerba dictum est,oris saliuæ reiectio:& oportet quidem,oris saliuæ,per se proferre,hanc uocem aūt,reiectio, separatim addita hac dictione, sputi, fortasse quidem statim ab initio a primo librario uitiato primo exemplari:fortasse & ab ipso Hippocrate p̄termissum est,utpote qui sibi ipsi quandā ue-

C luti designationem,& non librum in uulgus edendum,conscriberet.Extrema aūt illa uerba,nō eiusdem omnino modi,id sibi uolunt, omnia.s.enumerata non eodem in oībus dictis se modo habere.Vt enim ostendimus,non nulla solis rectè ualentibus,quædam solis languentibus,quēadmodum rursum alia utrisque eueniunt:item ex his aliqua solius naturæ opera sunt.Explanatoribus autem uariehæc uerba scribentibus paulo post uarias eorum lectiones recitabo:Nunc uerò prius,quod ex toto sermone adhuc restat,in quo naturæ opera recenset,explicabo.

4 *Lotij,deiectionis:& flatus,& huius,utriusque: Alimonia,& spiritus:& fœminis: Et in alio corpore sudores,scalptus,pandiculationes,& quæcunque huiusmodi sunt.*

Scribunt sanè,& hanc orationem alij aliter. Verum ego & lectionem hoc tpe a pluris probatam, & toti uerborum sīniæ congruentem, atq; in uetustis castigatisq; exemplaribus repertam delegi.Eius uerò sensus talis est.Quēadmodum in superius positis symptomatis naturæ sine disciplina edoctæ opera ad aīalis salutem facta narrauit,eodem modo,& in psiti urinam,deiectionem,duplicem flatum commemorauit,itē & alimentum,& difflationem, & q̃ in solis fœminei generis aīantibus insunt:postea deinceps & sudores,& scalptus,& pādiculationes.Etenim uri-

D næ secretio,si,quo modo fiat recordatus fueris,mirabilem tibi in regendis aīantibus prouidentiam indicabit,& renum fabricæ causa:& urinariorum meatuum originis,quam ex renum uentriculis hñt:& operculorum, quæ meatuum osculis in uesicam sese inserentibus imposita sunt: & musculi,qui astrictorio in sede posito ꝓportione rñdens,uesicæ collo circundatus est:& aliorum,quæ minora quidem sunt,& minus admiranda,tñ uerò ad rem conficiendam opis afferentia,ut nisi hunc in modum omnia structa essent,praue sanè, aut nullo ēt pacto urina secerni, & euacuari posset.Haud aliter & quæ ad deiectionem attinent,hoc est,quæ ad excrementorum cibi aridorum expulsionem,a natura condendis nutritionis instrumentis parata sunt, ipsius erga aīalia prouidentiam,ac sapientiam demonstrant:quæ omnia in libris de usu particularum comprehensa reperies:Nunc uerò capita solum perstrinxisse satis sit. Nempe quidem utrāq; uocem initio huius sermonis scriptam, ipsam per se solam legentes, lotij, ipsum hoc loco,& stercoris mentionem facere tradunt.Quidam rursus ambas uoces copulantes deiectionē vrinæ, hoc est euacuationem per ea uerba sīgnari dñt,perinde atq; si & vrinæ excretionem dixisset.Igitur isti sermonis initio scripserunt,stercoris & vrinæ deiectio,ac si ita dictū esset,stercoris & vrinę euacuatio.Verum quemadmodū cibi recrementa mirabile artificium in secernēdo pręseferunt,itidem

dem quoq; in utriusq; flatus secretione, tam eius, qui per intestinum rectum, q̃ eius, qui per gu- E
lam expellitur, quem ructum uocant, naturæ prouidentia conspicitur, ad extrudendũ utrunq;
flatum instrumentis, in quibus colligitur, insurgentibus. Flatus.n.hos excerni deprehendes,
& si dormiant illi, qui istis repleti sunt: & si in somnum propensius labantur: & si catalepsi, ve-
terno, sopore, delirio, & profundo somno correpti sint. Aeque inueneris ẽt naturæ artem, si ea
cuncta didiceris, quæ in administrando alimento, atq; spiritu machinatur. Et longe adhuc ma-
gis demiraberis, si oĩa noueris, quæ in fœminis concipiendi fœtus causa molita est. Istis similia
sunt, & quæ in toto corpore ad sudores excernendos, ad scalptus, ad pandiculationes pertinẽt:
uocant aũt scalptum, frictionem motumq; per vngues effectum, quod in prurientibus particu-
lis aĩalia naturaliter faciunt, idq; in ipsis omnibus reperitur. Vidistis quidem & dudum, cum ui
uentem capram grauidam dissecarẽ, fœtus ex ipsa ligata extractus, vt humi depositus quatuor
pedibus ambulare inceperit, a nullo edoctus, ambulandi causa membra hæc esse corpori subie
cta: & paulo posterius superuacuum humorem, quo eius cutis exterius circunfusa erat, excusse
rit: atq; iterum paulo post uno ex pedibus costas sibi scalpserit, ex quo uos oẽs p̃sites exclama-
uistis, primum quidem, ꝙ ipse symptomatis medelam absq; doctore inuenerit, secundo, ꝙ per
hoc membrum solum id fieri posset, tertio, ꝙ ad hunc modum. At pandiculatio tale quidem in F
oĩbus (ut puto) musculis symptoma est, quale in oscitatione solis inferioris maxillæ musculis ac
cidit. In libris aũt de symptomatum causis, si memoriter modo tenetis, euacuãdorum in muscu
lis halituosorum excrementorum causa, & id a natura fieri demonstrauimus: infantes autem &
reliqua animalia id sine doctrina facere cernuntur. Hæc itaque omnia, & quæcunque cum ipsis
dicebamus, quemadmodum & excutere humorem paulo ante de hœdo per dissectionem ex-
tracto narrauimus, admirabilem quandam naturæ erga animalia prouidentiam indicant, per
quam & secunda ualetudine fruentia conseruantur, & ægrotantia morbo liberantur.

5 *Hominis anima semper producitur vsque ad mortem. Sin autem ignescat, simul cum morbo, & ani*
ma corpus depascitur.

Diuinatione potius opus est, q̃ aliqua methodo, per quam intelligere quispiã possit, quidnam
significare uolens Hippocrates, scripsit hoc uerbum, φύεται.i.producitur: põt.n.significare, & ge
neratur, sicut Asclepiades posterius existimauit: põt uerò significare, & augetur: potest ẽt, vt qui
dam intellexerunt, idem sonare, quod, conseruatur, alimento, & respiratione nobis utentibus.
Quicunq;.n.animam spiritum esse censent, ipsam & ex sanguinis halitu, & ex aere intra corpus G
inspiratione per asperam arteriã adducto, conseruari testantur. Illud uerò, & in aperto est, nihil
eorum, quæ dixi, nos posse tanquã uerum sit, contendentes enunciare, nisi prius animæ substan
tiam exquisite compertam habeamus. Profectò si, vt in libro De septimanis auctor ille manife-
ste de animæ substantia disseruit, sic & in alio quopiã indubitanter legitimo Hippocratis libro
dictum inueniretur, aliquid planè haberem, quod de hoc uerbo, producitur, dici posset: q̃m ue-
rò nusquam in legitimis uoluminibus Hippocrates clare explicauit, quidnã hoc uerbum, pro-
ducitur, sibi uelit, præter id, ꝙ istud ignoro, neq; animæ substãtiã firmiter scire mihi persuadeo.
Nempe cerebrum sensus uoluntariæq; motionis principem causam esse, oĩbusque alijs particu
lis distribuere, in libris de Hippocratis Platonisq; decretis ostendimus. Illud prætera persuasum
habeo, spiritum in eius cauis positum primarium esse animæ instrumentum: quẽ ut animæ sub
stantiam esse dicerem, mihi temere inclinabat animus. Siue autem tota cerebri natura ex qua-
tuor elementorum tẽperatione ad eam substãtiam uel proprieratem redacta sit, per quã sensus
motusq; uoluntarij in animali primus auctor habeatur, & memoriæ.s.& intelligentię: siue quę
dam alia uis corpore uacans à nostro Conditore cerebro indita fuerit, & morientibus animali
bus recedat, nullã hac de re firmam rõnẽ habeo: quin, & eos, qui de hoc quicquam affirmarũt H
audacia magis, q̃ sapientia, nobis antecedere existimamus. Cæterũ medicis quoq; superuacuã
de animæ substantia notitiã esse arbitror. Satis est.n.artem medicã cum ratione tractantibus il
lud nosse, quoad.s.ipsius cerebri, ac spiritus in eius sinibus contenti, naturalis temperies inuiola
ta seruatur, uiuere posse animal: si uerò contentus spiritus, aut prorsum corruptus sit, aut à natu
rali tẽperatura unà cũ ea, q̃ in cerebro est, longissime discesserit, mortem necessario sequi. Hæc
agnoscens medicus, ipsorũ bonæ tẽperaturæ ac permãsioni semper cõsulet, methodos à nobis
in cõmẽtarijs de tuẽda sanitate, & de morborũ curatione tradita p̃sequẽs: quas oẽs Hippocra
tẽ primũ docuisse memorauimus, Quã ob rem neq; legitimã hãc eius esse particulã censeo, sed
ab aliquo, ut plerasq; alias, fuisse interpositã. Forsan uerò, & eiꝰ filiũ Thessalũ patris rudes anno
tationes collegisse, aiunt, in chartis, & corijs, & tabellis eas nactũ, & huius generis quasdã parti
culas interiecisse. Nõ nulli sanè, qui commentaria in propositum librum ediderunt, pro his uer
bis, melior fit, producitur, scriptum fuisse contendunt: ipsam uerò procedente ætate scientiæ ac
sapientiæ incumbentibus meliorem euadere arbitrantur. At neque ad medicum pertinens ser-
mo est, neque ijs, quæ sequuntur, consentaneus: nam de ipsius substantia hoc uerbum, produci
tur, dictum esse, ex eo constat, quod ipse subiecit, si uerò ignescat unà cum morbo, & anima

corpus

A corpus depascitur. Atqui verbum hoc, ignescat, indicare videtur ex Hippocratis sententia aïæ substantiam calorẽ esse naturalem: quẽ naturalium operum multis in locis auctorem esse testatur. Maximum verò hoc loco placitum agitatur, de quo & inter philosophos dissensio est. Non nulli quidem vnã esse animæ naturęq; substãtiam arbitrantur, aliqui in spiritu, aliqui in corporis proprietate, eas consistere statuentes. Quidã uerò non unã, sed propriã, ac separatam utriusque substantiam esse, nec paruo quodam interuallo, sed toto gñe inter se differre cõfirmant: sed quidem naturæ corruptioni obnoxiam, aïæ uerò immortalem esse, substantiam arbitrãtur. Aristoteles sanè, atq; Plato una appellatione utranq; potestatem comprehendunt, non eã modo, qua rõcinamur, atq; recordamur, aïam uocãtes, sed ẽt eam, quæ in stirpibus est, qua & aluntur, & crescunt, & seruantur, quoad temporis longinquitate consumptæ exarescant. Stoicorum autē mos est naturam uocare, qua stirpes reguntur: aïam uerò, qua aïalia: utriusque uerò substantiã ingenitum spiritum statuunt: Differreq; inter se qualitate arbitrantur: nam sicciorem aïæ spiritum, humidiorem autem esse naturæ: utrunq; autem, ut permaneat, non alimento solum, sed ẽt aere indigere. Et quicunq; huiusce decreti principem Hippocratem fuisse opinãtur, ut in libro De septimanis dictum est, hoc uerbum, producitur, dictum esse aiunt de instauratione, quæ in ipsis fit ex utraq; substantia, alimenti.s. atq; aeris, ut euidenter apparet, & vtriusq; utilitatem co

B gnoscimus: alibi nanq;, respirationem ingeniti caloris moderationẽ seruare, ciborum uerò assumptionem corporeæ substãtiæ, qđ delapsum est, resarcire, declaratũ est. Atq; si corporis quædam forma aïa est, iure sanè produci vsq; ad mortem diceretur. At si a natura, quam Aristoteles altricem, appetitricem Plato noïat, altera quædam ipsius substantia sit, uerum sanè, qđ dictum est, fuerit, sed de cogitatrice aïa uere id dici nõ poterit. Nempe ꝙ insitum calidum, cui maxime corporea opera Hippocrates tribuit, igneũ factũ, non solũ priora munera obire non possit, sed neq; corpus nostrum alere, quod ipsius erat † primarium officium, immo contra perdat, atq;, ut ignis, liquefaciat, nobis rõne contemplantibus, & corporis eliquationes a perurentibus febribus factas euidenter cernentibus, apertũ est. Verum, cum in tota hac habita oratione tertia aïa prætermissa sit, siue facultas, siue utcunq; eam noïare uelis, quam Plato iracũdam appellauit, & de ipsa aliquid dicere satius fuerit, ut nihil pterea in sermone de aïa dicendum relinquatur. Calor sanè quidam naturalis, per quẽ sanguis creatur, in iecore continetur: calor ẽt alter in corde maior inest ad irã excitandã nobis datus, nam & ipsius quidã usus est, ut in libris De Hippocratis Platonisq; decretis explicauimus. Et hic quidem calor † spiratione eget, alter difflatione, ita .n. medicis nocare mos est duplicem in toto corpore arteriarũ actionẽ, fuliginosum excrementum per compressionem expellentium, aerem uerò circunfusum per distentionem attrahentiũ.

† κυριώτατον.

† πνεῦ τροφῆς. nocramento.

C

6 *Morbi simul nutriti in senecta relinquunt, & per maturationes, & solutionem, & rarefactiones.*

Non de oïbus connutritis morbis Hippocratis sermo est: ita uerò eos appellant, qui longinquo tempore hoïum corpora infestant. Id.n. accidere non cernitur, neq; ipm latet, clare in apho« risimis dicentem, |Senes, q̃ iuuenes, plerunq; rarius ægrotant: quicunq; uerò ipsis diuturni mor« bi eueniunt, sæpius commoriuntur. Igitur cum in hoc sermone, sæpius, addiderit, neq; uniuerse protulerit, quousque.s. diuturnos morbos commori, aperte indicat se non nullos ante senum mortem dissolui cognoscere. Quinam igitur sint isti, quemadmodum ẽt quinam ante mortem « non abeũtes, in aphorismis ipse patefecit sic scribens, |Raucitates, & grauedines in ualde senio« ribus non maturescunt. Igitur cum hic frigidorum meminerit, constat, & ipm concedere quosdam ex calidis in seniori ætate posse dissolui, siquidem |Contraria contrariorum medicamina sunt. Rari aũt hi sunt, ut calidæ cephaleæ, & heterocraniæ uocati dolores capitis, & renum calidi affectus, & articulares dolores, quicunq; ex ualde calida affectione oriunt. Iste quidem ex senectæ proueniẽs temperatura solutionis modus inter maturationes reponitur, maturatione.s.

2. Apho. 39. Ex. ord. 17. h

Ibid. Apho. 40.

In lib. de Flatibus.

D oẽm ad mediocre temperamentum adductionem significante, ut in maturescentibus fructibus conspicitur. Alios aũt duos adhuc rariores concoctione modos adiicit, & per rarefactionẽ, & eum qui ambigue dictus est, siue per dissolutionem, siue per solutionẽ intelligere oporteat. Fit iste aũt, ipsa corporea substantia, quæ oïbus tam animatis, quàm inanimis cõis est, dilabẽte: aliquid.n. omnino ex ipsis defluit, sed plurimum ex mollioribus, minus ex minus mollibus. Ita sanè & quidam a natura alieni tumores paulatim longiori tpe, dilabente materia, dissoluuntur idq; recta uictus rõne utentibus euenit: nam, qui largiore cibo nescuntur, humorem affectis partibus influentem digesto æqualem facientes, affectus seruant. Tertium uerò solutionis modum narrauit, corporis raritatem, a medicis quidem consulto effectam, a senili autem ætate raro: cũ labefactatis viribus, extenuato corporis habitu, & male nutrita cute, laxiores meatꝰ euaserint. Nos itaq; sic verba interpretamur, cum semper ipsius sermones ijs, quæ in ægrotis cernuntur, consentaneos esse demonstrare conemur: plurimi autẽ explanatores omnia potius alia, q̃ id faciunt: qui & hoc loco tanquam de omnibus morbis sermone facto causas afferre nituntur. Magis etiam absurda illi dicunt, qui in senecta huiusmodi affectiones sedari aiunt, animæ quidem,

iracundiam,

iracundiam, auaritiam, superstitionem: corporis autem, amatorias perturbationes. E

7 *Medicatio, contrarium cogitans, non consentire affectui.*

Sermo iste eandem uim habet, quam ille, Contraria contrariorum medicamenta, de quo sæpius iam disputauimus.

8 *Frigidum & auxiliatur, & tollit quæcunque à calida.*

Et hoc sibi ipsi memoriæ causa scripsit, quod proximæ sententiæ uniuersalis pars est. Etenim frigidum frigidis affectibus opitulatur, calidos autem morbos tollit: nam ab uno tanquã exemplo ad omnia contraria traducere sermonem oportet.

9 *Excandescentia attrahit & cor, & pulmonem in se ipsa, & in caput, & calida, & humidum: Lætitia autem relaxat cor.*

Obscure admodum hæc locutio perplexa est: quocirca & eius plures lectiones, lectionibusq; cõsentaneas explanationes fecerunt: uerius aũt quispiã dixerit, nõ lectionibus explanationes, sed prius cogitatis explanationibus eos deinde lectiones affinxisse, & accõmodasse. Statim igitur hæc uox, attrahit, in hoc sermone quid significat? Cor atq; pulmonẽ ob iracundiã attrahi, ipsum dicere interpretabimur: sed cum hæc uerba adiecta sint, in se ipsa, & in caput, alter hmõi sensus innuitur, cor & pulmo attrahunt, & in se ipsos, & in caput calida, & humidum. Atqui ista uox, calida, penè intelligi non põt: potius.n. calidum, q̃ calida, dixisse oportuit. Satius igitur fortasse fuerit omissa singulorum in hoc sermone uerborum declaratione, utpote cõfusa, ipsius ecphrasim potius facere, aut paraphrasim, siue ut lubet, quis noĩet, i. per plura uerba enarrationẽ. Id uerò fieri ne quit, nisi unum saltem nomen interpretemur, qđ est attrahere. Duorum.n. alterutrum, in excãdescentijs dicendum est, aut pulmonẽ, & cor ad caput attrahi: aut cor & pulmonem, & caput ex inferioribus locis calorem humoremq; ad se ipsos attrahere: uerisimile nanq; est ex iecoris regionibus, unde sanguinis distributio fit, & calorem, & humorem hauriri. Porrò in excandescentia cor atq; insimul per totum animal discurrentes arteriæ maiorem uehementioremq; pulsatum efficere cernuntur. Aequum est aũt, & cordis dilatationem implentia tunc plura adduci. In caput uerò plus humoris calorisq; efferri, oculos totamq; faciem occupans rubor significat: quin etiã si tetigeris, calidiores euasisse tibi hæ partes apparebunt. Euidenter quoque & oculi emicant, unaq; prominentiores facti esse uidentur, & uniuersum caput calidius. At lætitia, inquit, relaxat cor, hoc est ipsum derelinquunt antedicta. Nempe prædictorum cognitio utilis est, ut ira euitetur non nunquam, non nunquam de industria excitetur. Vitetur quidẽ, cum cor, & caput naturali intemperie supra modum calidiora sunt, aut aliquo aduentitio calido affectu laborant: excitetur autem in frigidis uitijs, & natura frigidiore corde & capite. Eodẽ modo, & totius corporis temperatura, si calidior, quàm par sit, aut morbo, aut natura fuerit, magnopere iracundia offendetur: illi autem contraria magnopere hac iuuabitur. Id enim & in secundo De morbis popularibus ab ipsos fuisse traditum ostendimus, ubi dicebat, | Danda est opera, ut ira excitetur, & coloris, & succi recuperandi causa. F G

2. Epid. circa finem sect. 4.

10 *Labor articulis, & carnibus: Cibus, somnus uisceribus.*

Quoniam hoc nomen, labor, sæpius cõsueuit Hippocrates pro exercitatione accipere, interdum pro dolore, aut absolute pro qualibet noxa, ut in multis commentariis antea didicistis, iccirco igitur ex libri explanatoribus alius aliud triũ significatorum accipiẽs, aliquis arbitratur sanè ipsum dicere, exercitationem articulis carnibusq; ueluti cibũ esse, i. alimentum, robur, adiumentum: illico.n. augeri, confirmari, ac roborari exercitationibus haud secius, q̃ cibis. Quidam uerò articulis, & carnibus multitudinem cibi dolorem cruciatumq; afferre, per hæc uerba significari intellexit: nam repletionem haud solũ articulos ad motum tardos reddere, & carnes, hoc est musculos (in istis.n. carnium genus continetur) sed ẽt fluxiones mouere, & ex eo dolorẽ excitare. Huic uerò sñiæ, & illud consentit, quod per tertium significatum intelligitur, non nullis opinantibus multum cibum, hoc est plenitudinem, articulis, & carnibus nocere. At non solum carnibus, & articulis, sed ẽt omnibus corporis partibus plenitudo, & noxam, & dolores inferre consueuit. Secunda quidem aphorismi huius particula, ubi dicit, somnus uisceribus, hanc habebit sñiam: Quemadmodum labor articulis, & carnibus, sic & somnus uisceribus, aut exercitatio erit bonum creans habitũ, aut dolorem noxamve inferet. Exerceri siquidẽ in somnis uiscera, quatenus tunc operantur maxime, & alimentũ conficiunt, rectè quispiã intelligere põt: noxam uerò aliquã, & dolorẽ in somnis excitari, id uerum non est: indolentiam.n. potius, & remedium, q̃ contrarium, afferre somnus suapte natura idoneus est, nisi quispiam initijs accessionũ hæc ipsum facere dixerit: uerum hoc loco sine ulla distinctione scriptis uerbis, sermo neutriq; uerus fuerit. Num igitur fortasse hoc modo legere, satius est? labor articulis, & carnibus, deinde ab altero principio, cibus somnus uisceribus, ut oratio huiusmodi sit: Exercitatio quidem articulis, & carnibus utilitatem præbet, cibus uerò, & somnus uisceribus. Naturali enim calido in pro H

A. I. 3. f. 11. t. 1. c. 10. 28. A. c

fundum

A fundum uergente,ut ipſe tradidit,& ciborum cõcoctiones meliores fiunt,& tunc viſcera nutriũtur:at in uigilia naturali calido ad cutem proſuſo uiſcera ſe ipſis frigidiora euadunt:&,quę ipſis in ſomnis inerant,hæc artubus,omnibusque extimis partibus in uigilia.

11 *Animæ deambulatio,cogitatio hominibus.*

Deambulationem pro exercitatione oẽs libri interpretes acceperunt, ut oratio ita ſe habeat hominibus cogitationes exercitatio,appellatione deambulationis,pro exercitatione ſuſcepta: uox.n.hæc,deambulatio,ſpeciẽ quandã exercitationis ſignificat. Cum autem affectata quædã narratio ſit,haud iniuria ipſam Dioſcorides repudians, non ſcripſit,peripatos, hoc eſt deambulatio,ſed literã n adijciens legit,*περὶ παντός* hoc eſt de omni,ut locutio talis ſit,animæ de omni cogitatio hominibus:eius uerò ſententia eſt,In qualibet re homines uim rationis exercitare debẽt:nã mentis uolutationes cogitationes appellãtur. Vnde,& Socratẽ cogitatorẽ uocabant, & prudentia hominis cõſilia cogitationes noiabãt:ut in Ariſtophanis Nebulis inuenire licet, ubi Socratẽ lacerat,& tanquã inania garrientẽ uituperat. Si cui uerò philoſophicã ſpeculationẽ,nõ medicinalẽ,ſermo iſte ſapere uideaŧ,primum animaduertito, ipſum omnium rationaliũ artiũ eſſe communem,in quibus uim ratiocinandi exercere cõuenit,ut,& ab alijs multis medicis, &
B ab Eraſiſtrato nõ raro dictũ eſt. Deinde,& uitia quædã oboriũtur, aliqua uires animæ cogitãdi ac memorandi ueluti ſtupefacientia,aliqua ſopores graues atq; profundos inducentia. Sic affectis igitur utiles eſſe cogitationes putandum eſt,ut alibi ipſe prodidit, a Excandeſcentias utiles eſſe ad bonos ſuccos creandos,& naturalem habitum recuperandum. a. Epid. circa finem ſect. 4.

12 *In uulneribus ſanguis concurrit. Subueniendum,ut uacuum impleatur.*

Obſcura inuolutaq; eſt,& huiuſmodi locutio:neq;.n.quid illud uerbum,cõcurrere,ſignificet, clarum eſt,neq; item quid illud,ut uacuum impleatur. Propterea ergo non nulli interpretes de ſanguinis in uulneribus profluuio ſermonem hũc eſſe aiunt. aliqui de ſuperueniente inflãmatione. Vtriq;.n.in uulneratam partẽ confluere ſanguinem cenſent,& in omni corpore uenas inaniri:quibus proſpiciendum eſſe dicunt,ut iterum ſcilicet repleantur:ipſarum autem repletionem eſſe duplicem,vulneratæ partis,ſanguine per frigida aſtrictoriaq; medicamenta repreſſo, & per idoneũ mẽbri ſitum relabente. Alij uerò quidã nõ de uulneribus ſolum,ſed ẽt de oſſibus ualde contractis,maximeq; ubi ipſorũ aliqua pars extra cutim emineat,ſimiliter uerò, & de huiuſmodi omnibus luxationibus,uerberibusq; magnam in corpore cõtuſionẽ facientibus,ſermonem hunc audiendũ eſſe contendunt:tromata enim,hoc eſt ictus,nominat Hippocrates,magnas no
C xas ab aliquo externo ẽt ſine uulnere illatas. Quòd autem concurrat ad hæc ſanguis, & ꝙ euacuatum repleatur, eodem,& hæc dicentes modo explanant. Verum ꝙ Hippocrates huiuſmodi lęſiones tromata vocare conſueuerit,iã in multis ipſius libris didicimus:nunquid uerò,& nũc, ita intellexerit,temerarium eſt affirmare. Aliqui autẽ in vulneribus ſanguine manantibus replere opus eſſe dixerunt,idoneis uidelicet mędicinis,ac linamentis impoſitis.

13 *Sin auris doleat,lana digito circundata unguen calidum infundito. Deinde inijciens interitus in uolam lanam auri ſubijcito, ut ipſi aliquid effluere uideatur. Deinde in ignem proijcito dolo.*

Non nulli propter uocem in calce poſitam,dolo,hunc ſermonem haud immerito adulterinũ interiectumq; eſſe ſuſpicati ſunt. Narratio enim ante ipſam talis quodam modo eſt, ſi cui auris doleat,lanam digito, indici uidelicet,interdum etiã pollici,circundatã vnguine,i. aut oleo, aut adipe liquata lanã imbuens, in aurem inſtillato:quemadmodũ,& hiſce temporibus facere ſolemus per ſpecillũ lana inuolutum non vnguen ſolum(ut ipſe nominauit)ſed omne aliud liquidũ medicamen infundentes. Eſto autem liquidum illud medicamen,quo lanã inficimus, ad lucernæ flammã,aut ad candelam ceream calefactum. Inſtillare autem non ſemel,aut bis,ſed ſæpius
D cõuenit,ut aliquid ad extimã partem foraminis auditorij profluat: iſtud uerò emanãs ſubiecta duntaxat lana nos excipiamus. Iubet aũt Hippocrates lanã hanc humorem ex aure defluẽtẽ excepturam in uola manus noſtrę,ſiniſtræ ſcilicet poni. Ex eo cõſtat,non ſemel aut bis,ſed etiã ſæpius nos infundere, ab ipſo præcipi. Quod ſequiŧ aũt,ſi abſolute quidẽ ſcriptum eſſet,deinde in ignem proijcito,recte eos interpretari diceremus,qui ipſum propterea dicunt igni inijciendum eſſe putare,ut ab odore,qualenam ſit,inueſtigetur:ipſe nanq; hoc pacto,& quod ex pulmone ꝑ tuſſim extruditur,examinauit:Quoniam verò huic orationi adiectum eſt,ut ipſi aliquid effluere uideatur:& hæc uox,uideatur,extremo huius totius narrationis uerbo,dolo, ſcilicet reſpondere comprehenditur:propterea,& magis laudati interpretes in hanc opinionem deuenerunt, ut decipiendi ægroti cauſa ad hoc agendum acceſſiſſe Hippocratem dicant: interdum enim ex his rebus ſolatium capere ægrotantes,arbitrariq; diligentiorem de ſe ipſis curam haberi. Atqui maiora etiam,quàm ſint,uitia laborantibus apparere,utile eſſe tradunt,ut ne medicis tanquam non celeriter ea curantibus iraſcantur: utq; certæ,& exquiſitæ uictus rationi obtemperent:nõ nulli ẽt addũt,& mercedes maiores,& munera ampliora,q ſanati fuerint, medicis eſſe daturos,

vtpote magnis languoribus se liberatos esse arbitrantes. Hoc non nulli rursum haud secundum E
Hioppocratis sententiã esse ducunt: ideoq; totam hanc partem ab alio interiectam esse suspicã
tur. Neq; enim de propositis uerbis illud dicendum est, quod nõ nulli probabiliter inuenisse se
existimãt, doloris mitigationem, dolum uocatũ esse putantes, perinde, ac nõ idem sit, & morbo
sum affectum curare, radicem ueluti eius extirpantes, & dolorẽ mitigãtes lenire. Porrò nõnun
quam id ipsum totum affectum peiorem reddit, quẽadmodũ in intestini laxioris doloribus an-
tidota ex opio, & alterco, & mãdragora, & styraces composita: ita nanq; mẽbra circùmrefrige
rantia, ut iterum ab ijsdem causis offendantur, paratiora efficiunt. Sed neq; ob mitigandũ dolo-
rẽ, ut dixi, hæc vox, dolus, seu, deceptio, ascribi potuit, aduersatur.n. illis uerbis, ut aliq̃d ipsi exi
re uideatur, eo, qui ita scripsit, iudicante, decipiendorum ægrotantium causa ad hãc manuariã
operã medicos accedere. Satius igitur fuerit. hæc uerba nequaquã esse Hippocratis existimare.

14 *Lingua lotium significat, linguæ uirides biliosæ: Biliosum autem à pingui: Rubra uero à sanguine: Nigra ab atra bile: Arida à fuliginosa exustione, & ab uterino membro. Albida uerò à pituita.*

Linguam, cuiusmodi sit lotiũ, indicare ait, aut proprie sic uocatum, quod quotidie mictu eijci
mus, aut succorum serum. Vterq; autem modus in eadem sentẽtiam recidit: etenim lingua, si-
cut & urina, succorum affectiones detegit. Atq; ita fructu ex his uerbis decerpto, quid nã lotiũ F
significet, ex abundanti perquiremus. Vtile autem, quod in tota hac parte nos edocet, istud est,
linguas aliquas bilis abundãtiam significare: aliquas sanguinis, aut id genus aliorum cuiuspiã:
de quibus omnibus in sequentibus speculabimur. In his enim, quæ ad artis opera conducunt,
diu uersandum censeo: prætereunda autem, ea, quęcunque sophistice inuestigata sunt. Virides
itaq; linguas dixit, ut in communi uitæ usu mortales nominant, uirides quosdam se uidisse dicẽ
tes, quibus in biliosius color mutatus fuerit ob pallidam scilicet bilem. Hanc.n. simpliciter appel
lant, non sicut alias cum adiectione, aut atram, aut æruginosam, aut rubrã, aut flauã, aut uitelli-
nam appellantes. Flaua quidem bilis proxima pallidæ est, & eiusdem ferè generis. Dicunt autẽ
plerunq; non adijcientes, pallidã, ita absolute hominẽ uomuisse bilem: sed de flaua raro quis-
piã absolute protulisse inuenitur, statim enim ipsi coloris nomẽ adijciũt, flauã bilem uomuisse
quempiã dicentes, aut puram bilem: Aeruginosam uerò, & atrã bilẽ nullus, neq; medicus, neq;
plebeius sine adiectione noĩauit, quemadmodũ, neq; isatodẽ.i. isatidi herbæ similem, nec por-
raceam, nec uitellinam: nam hæc bilis nomina à quibusdam medicis reperta sunt, & à colorib⁹
quibus infecta est, deriuata. Sic uerò, & rubram bilem uocant, quæ sanguinis serum est: sed uitel
lina, flaua bile spissescente progignitur, quemadmodum pallida ex eadem aqueam quandã sub- G
stantiam accipiente. Virides igitur linguæ nunc euidẽter pro eo, quod est, pallidæ, dictæ sunt, à
pallida scilicet bile coloratæ. Etenim grandioribus uenis prædita lingua, & inani substantia spõ
giam referens, alijs duris densisque particulis paratior est, ut serosos intra se humores admittat,
ab illisq; colores instar lanarum suscipiat. Interiectum est autem his uerbis illud, biliosum à pin
gui, indicante Hippocrate biliosum succum plurimum ex pingui alimẽti parte ꝓcreari. Pingue
uerò intelligendum est non solum unguinosum, sed etiam dulce, & prorsum quod naturaliter se
habẽtibus suaue est: soli nanq; extra naturalem statum constituti amaris, acerbis, acidisq; ciba
rijs delectantur: naturaliter autem se habẽtes, & ab excrementis uacui pinguibus, & dulcibus,
& nulla uehementi qualitate præditis, cum uoluptate uescuntur. Omnia hæc igitur nihil aliud,
q̃ pingue in alimento sunt. Quocirca, & pinguem agrum, & unguinosam regionẽ multi ueteres
appellarunt, per ea uocabula eorum fructuum feracẽ indicantes, qui à nobis recte ualẽtibus si-
ne ulla noxa comeduntur. Ex melle autẽ, oĩnoque ex dulcibus, cũ uehemẽtius incaluerint, ama
ræ bilis cõtrahi humorẽ, in quarto De simpliciũ medicaminũ uiribus cõmentario declaratum
est. Cũ hoc etiam q̃n hæc diutius uentriculo morata fuerint, neq; prius distributa, neq; cõcocta
sint, luteam ex ipsis bilẽ procreari euidenter percipimus. Quisquis igitur tunc euomuit, huius- H
modi bilẽ euomuit. De pallida quidem lingua abunde hæc sint. Rubras aũt à sanguine fieri ait.
Neq;.n. uel cogitari potest ab alio abundante humore ulla in parte rubrũ colorem fieri: color.n.
succorum est dominantium, & exuberantium, nõ deficiẽtiũ. Similiter, & nigras linguas à nigra
bile fieri dicit: eadem.n. ratio, & in his est: Aridas aũt.i. admodũ siccas, à perurẽti febre: q̃ ignis
instar sanguinẽ inflãmans fuligini potius, q̃ uapori, similẽ exhalationẽ efficit. Idcirco, & nigræ
sæpi⁹ huiusmodi linguæ efficiunt. Tales uerò linguæ, & ab uterino mẽbro.i. ab utero, sæpi⁹ fiũt:
nã & hoc phlegmone correpto calidissimę febres adueniunt. Verum, quemadmodũ pallidæ lin
guæ à pallida bile, atræ ab atra, rubræ à sanguine, sic à pituita albidæ tingunt. Nẽpe dictis signis
oĩno quæ significãtur, eueniunt: rebus aũt nõ accidũt signa necessario. Inflãmato.n. utero haud
semper febres æstuãtes adueniunt, quemadmodum neq; redundãte sanguine lingua rubescit,
quin ẽt atra blie in liene aut in aliquibus inferioribus uenis contenta, linguæ color non euariat,
sicut neq; ob pallidam bilem, neq; ob pituitam, sed cum aut in uentriculo hmõi aliquid contine
bitur, aut multo calore fundẽte, atq; in spiritum humores uertente, in sublime halitus ferentur.
In uniuersum igiẽ dicendũ est, quod libet ex narratis, de lingua signis, aut febrẽ perurẽtẽ ades-
se, simulq; singulos succos ab Hippocrate dictos abundare, siue in uẽtriculo cõtineri, ostẽdere.

Vrina

A 15 *Vrina cibo & potui concolor, atq; talis, ut consueuit, ubi humiditas, colliquatio.*

Vrina ei non nunquã quod epotum est, colore similis apparet, neq; mutatis, neq; in sanguinẽ rectè uersis cibis, cum quibus, & ipse potus commutatur: non nunq̃, & aliqua corporis particula liquescente, Vt Sabinus scripsit. Hæc igit̃ utraq; nõ ex naturæ proposito administrato corpore eueniunt: naturaliter aũt se habente creãdis succis unà cõmutatus potus, & colore infectus, urinarũ differentias facit, neq; epoti humoris, neq; mẽbrorũ in corpore liquatorum qualitatibus, sed creatorum humorũ formis respõdentes, queadmodum, & supra aliàs ostẽsum est. Qñ igitur lotiũ rei potæ colorem retinuerit, si aquæ, aut alicuius albi tenuisq; uini potio fuerit, aqueum album q; cõspicitur: si vinum crassum nigrumq; fuerit, nigrior vrina, & crassior apparebit: queadmodum, & flauior, si uetustũ suluumq; uinũ fit. Indicat aũt colliquatorũ membrorum colorem, cum partes aliquæ erui, &* hordei speciem referentes unà cũ ipsa exeunt: à iecore.n. huiusmodi corpuscula ueniũt, sicut carnosiora à renibus. Ita uerò, & foliorũ similia, à uesica: unguinosa, ab adipe:* hordeacea quidẽ magnitudine, & duritia, sed nõ albida, colliquatæ carnis notæ sunt: sicut, & nigra, lienis magis. Vrinæ quidẽ iumentorũ lotio similes eliquationẽ nõ indicant, ut Sabinus censebat: nã in Aphorismorũ explanationibus id genus urinas eorum esse explicauimus, in

* Al. farina crassioris.
* Al. farina crassiori similia.

B quibus humor, qui crudus uocatur, plurimus abũdat, & à calore fusus est: tũc.n. ipsum in spiritũ uersum flatuosas exhalationes ad caput submittere contingit, unde & dolores capitis excitant̃.

16 *Lingua extensionibus concolor. Quocirca ex istis succos cognoscimus.*

Obscura hoc loco est hæc vox, extensionibus, non nullis extensiones succorum è uentriculo ascendentium dictas esse, non nullis uerò concretos in lingua, aliquibus, & ipsam madefaciẽtes humores, significari putantibus. Sed istos omnes intelligere præstiterit, ut de succis utcunq; linguam attingentibus sermo fiat: ipsis enim concolor lingua apparet, & si ex uentriculo sursum repãt, & si per uenas eius altrices affluxerint, & si per uapores quosdam sublatos exterius ipsi adhæserint, atque penitiora minime humectantes circumcreti fuerint. Propter hoc igitur ipsum, & humores internoscimus, si qdem uiridis lingua fuerit, biliosos: si uerò nigra, melancholicos: ad istorum autem similitudinem, & alios, de quibus dudum dicebamus, cum eam partem explanaremus, in qua dicit, linguæ uirides biliosæ.

17 *Si salsæ carnes gustanti, superuacuæ materiæ signum.*

C Non modo linguæ color, sed eius etiã uis gustatoria superuacuos humores ostendit. Sic igit̃ quibusdam amaro sapore infectam linguã habentibus oĩa quãuis dulcissima, iudicãtur amara; quemadmodũ, exempli causa, regio morbo languentibus: non nullis uerò salsa propter saporẽ, qui salsus dicitur. Huius uerò rei perspicuum indiciũ in ipsis rectè ualentibus est. Siquis.n. absinthio gustato continuo ab ipso aliquid degustet, amarum id apparebit: & sale commanducato si quid aliud confestim post ipsum assumptum fuerit, istud quoq; gustatu salsum uidebitur. Quam obrem sic, & in morbosis affectibus, cum lingua impura, & excremẽtis affluens sit, pro excremẽti natura ciborũ sapor linguæ impressum saporẽ refert, si modo quæ degustatur esca omni uehementi qualitate spoliata fuerit: Sin secus se habeat, mistus quidã in lingua duorum saporũ sensus erit, & eius qui in ipsa excellit, & eius qui in cibo assumpto dominatur: quædam enim admodum salsa sunt, quædam amara, quædam acria: sicut iterũ alia acida, alia dulcia. mista igit̃ (ut dicebam) siquis hęc gustauerit, fiet saporem istorum perceptio, & eius qui iã linguam infecerat, & eius qui extrinsecus ipsam attingit. Propterea igitur Hippocrates unum quoddam ex his memoriæ causa sibi ipsi literis mandauit, quemadmodum hisce in commentarijs facere consueuit.

D 18 *Si mammarum papillæ & rubrum, uiride fit, ægrotat conceptaculum.*

Vterum appellare conceptaculum Hippocratis phrasim non sapit: tamen quod dicitur, perspicuum est. Nam si aliquod ex dictis signis mammis accidat, languere uterum significat: sępius enim aliàs uterum mammasq; societate coniungi didicistis.

19 *Hominibus sordes in auribus, dulcis quidem mortifera, amara autem non.*

Fortassis quispiam ægrotans ipse auris sordem degustare sustinuerit, medico autem id præcipere turpe ac detestabile fuerit. Clarum est autem, non alio tempore aurium sordem fieri dulcẽ posse, quàm quo cerebrum ægrotat, naturaliter enim amara uidetur: Atque ideo ipsam dulcem liquescente cerebro fieri dicunt.

20 *Solum uertere in longis morbis conuenit.*

Siue nauigãs, siue terrestre iter faciẽs quispiã, in alteram regionem migrauerit, uel motus in itinere, aut nauigatione, uel aeris mutatio proderit: & maxime cũ in aerem contrariæ temperaturæ discesserit. Contrariã autem dico, nõ solum aeris propriæ ægrotanti regionis temperamento

ſed etiam ipſius morbi:nã,ſi humidus morbus ſit,in ſicciorem aerem migrandum erit:ſi ſiccus, E
in humidiorem.Eadem quoq; ratione ſi calidus morbus ſit,in frigidiorem:ſi frigidus, in calidiorem.Similiter,ſi calidus ſit morbus,& ſiccus,ad humidiorem frigidioremq́; aerem abeundũ eſt: ſic,& in reliquis coniugationibus.Adhuc uerò magis iſte terram mutãs iuuabitur,ſi pro modo, quo morbus à naturali ſtatu diſceſſit,ad cõtrarium aerem mutatio fiat. Morbus enim ad paulo frigidiorem à naturali temperie recedens, aerem paulo mediocri temperie calidiorem poſtulat:morbus uerò longius recedens,& multo in contrarium exceſſu eget.De regionibus quoq; eundem ſermonem tibi dictum putato,exquiſite nanque inter ſe contraria ſunt à commoderato atque medio ad utrunque latus æqualiter recedentia.

21 *Imbecilliora cibaria breuem uitam.*

Imbecillus cibus haud alius intelligi poteſt,quàm qui parum alimenti corpori exhibet; talia uerò ſunt,& olera,& plurimi arborum fructus.Iſti igitur,inquit, breuem uitam habent, ideſt ipſis ueſcentes breuis uitæ reddere apti ſunt, quoniam cibaria ipſa celeriter è corpore euacuantur.Sed affectatum quoddam eſt,ciborum in corpore moram uitam ipſorum intelligere. *
F

22 *Cum adſunt cedmata,uena in auribus poſteriores ſcindendæ ſunt.*

Cedmata uocat fluxiones in crura decumbentes,& ex ipſis eas maxime,quæ primum articulum,ubi coxendix eſt,occupant. Non tamen de ſecanda uena præceptum uerum eſſe mihi perſuadeo,quemadmodum etiam nulli eorum,qui id laudant,exacte perſuaſum eſt:id enim opere ipſo ſignificant,cum nunquam in ægrotantibus ad hoc remedium confugiant.In his quidẽ uerbis locutio impropria,& uitioſa eſt,ipſo ſcribente,uenas in auribus:neq; enim uenas in aurib⁹, ſed circum aures dicere oportebat:ſiquidem uenæ quædam poſt aures grandiores ſunt,in ipſis uerò auribus perexiguæ,uixque aſpectabiles,& plerunque neque perſpicuæ.

23 *Venus à pituita morbis remedio eſt.*

Non cunctis ex pituita laborantibus,ſed quibus vires firmę ſunt, ueneris uſus prodeſt.Imbecilli nanq; ab ipſa in extremã debilitatẽ redacti magnopere lædentur; at qui uiribus excellunt, non diſſoluentur,ſed contra iuuabuntur ueneris uſu pituitæ copiam reſiccante.Didiciſtis enim concubitum,quemadmodum,& uigiliam,exiccare,quoniam ſcilicet humores abunde digerãt. Quin etiam coitus robuſtorum corpus calefacit:infirmorum autem cõtinuo quidem calefacit, G
ſed poſtea uehementer refrigerat.

24 *Eos,qui calido uentriculo ſunt,ualidi potus,& cibi perturbant.*

Non,quemadmodum ſupra ualidum uictum ciborum multum nutrientium eſſe dicebamus, ita,& hoc loco accipere debemus ualidos potus,& cibos,hoc eſt,multum alimentum corpori exhibentes,ſed eos,qui acrem uim habent,huiuſmodi ſunt cæpæ,& allium,& †ſilphij ſuccus, & *
† *Al laſer,etc.* uinum uetuſtiſſimum,idque genus alia naturalem intemperiem augentia,huic aũt cõtraria utiliſſima,Naturas nanq; omni labe carentes iuuari à ſimilibus:intemperatas autem, quemadmodum,& morbos, ab ijs, quæ eorum temperamentis aduerſantur, iuuari ſæpius alibi didiciſtis. Verum aliqui uoluminis huius interpretes ſequentis partis initium huiuſce propoſitæ finem eſſe uoluerunt,hoc pacto ſcribentes,ijs,qui calido uentriculo ſunt,ualidi potus,& cibi perturbationem faciunt atræ bilis.Quòd autem eorum potiſſimum,quæ in uentriculo ſunt, ipſum calidum habentibus talia pertubationem faciant,clarum eſt:non tñ in omnibus ſimiliter ea perturbant,quæ in toto corpore ſunt,ſed quibus uniuerſi corporis temperamentum, aut calidum eſt, aut aridum,aut utraq; qualitate immodica præditum:quapropter in his non atram bilem ſolũ, ſed etiam flauam,huiuſmodi cibaria perturbant. Atqui forſan atra bilis conturbata mai⁹ affert H
detrimentum:propterea, & de ipſa per excellentiam ſermonem intelligi uoluerunt.Sed plurimi hoc ſermone ipſo per ſe circunſcripto,initium ſequentis hoc fecerunt.

25 *Atræ bilis ſimile hæmorrhoides effundunt.*

Morbũ ſanc melancholiã uocatum per hæmorrhoides leuari euidenter conſtat:multosque clauſis illis inſaniuiſſe animaduertimus:quoſdam uerò nõ ſolum ſemel,aut bis,ſed etiam ter,& quater,ſimul atq; hæmorrhois ſuppreſſa ſit,in melãcholiam incidiſſe: non nullos verò, & ſingulis annis hoc uitio tentari ſolitos,niſi,aut per uenas haſce præſidium prius ſenſerint,aut atra bile medicamento purgata,malum anteuerterint. Nẽpe iſtorum hominum plurimis ater ſanguis ꝑ hæmorrhoida profunditur,attamen non oĩbus. At uocata hæmorrhois:ideſt per ſedis uenas ſanguinis profluuium,nõ una de cauſa efficitur,modò ipſa natura nigri fellis ſuccum repurgante,modo multitudinem euacuante:quemadmodum,& ſanguinem per nares effundẽtibus accidit,non nunquam uena ſanguinis impetu in ipſam irruentis patefacta,nõ id pronide faciẽte natura:eo fit,ut effuſus ſanguis interdũ niger non ſit.Quin etiam natura atri ſanguinis euacuandi cauſa uenam aperiente, nõ nunquã accidit euacuato malo bonum ſubſequi,niſi prius cõcepta

culum

A culum occludatur, sed diutius patefactum maneat. In propositis igitur uerbis non hoc ipsum dicere censendum est, quòd omnis hæmorrhois atram bilem euacuet: atque ideo, cum fit, melancholicis prosit, repressa uerò noceat: quodq; ipsa, si claudatur, aperienda sit.

26 *Increscentes morbos mistio.*

Vtrum ipsos iuuet mistio, aut lædat, omissum est. Omnibusq; interpretibus, uno Hercule Erythræo excepto, nescio quo modo ipsos iuuari pro certo habentibus, & mistionem pro cõcubitu cũ muliere intelligentibus, omnibusq; inter se de significato huius uocis, increscentes, diffidentibus, quod mihi (ut in obscuris dictis fit) uerisimillimum uř, id solum afferã. Morbos increscentes eos intelligo, qui procedente tpe augentur, semperq; nisi prius soluantur, labuntur in peius, ut podagras, articulorũ dolores, renum uitia, comitiales, melãcholias: quæ omnes coitu exacerbantur. Sabinus aũt increscentes morbos eos esse uult, qui pueros corripiunt, unaq; cũ ipsis usque ad ætatem Veneri aptam increscunt, ut ipse nominatim recensuit, comitialem morbum, & renum affectum, & quartanas febres, & dolorem capitis. Verum non omnes uitia hęc infestare uidentur, præter sacrum morbum, quẽ & ꝑpter id ipsum à ueteribus puerilem affectum nomi-
B nari contigit. Creatur ẽt pueris in uesica lapillus, sed haud, ita multos ut sacer morbus inuadit: quem quidem in puerilis ætatis mutatione plerunq;, nisi magnopere in uictu delinquant, remoueri contingit: at uesicę calculus non ætatis lapsu, sed manũ opera duntaxat, curari potest. Porrò nos, & absq; istis uerbis cognoscentes comitialem, & oẽs alios pituitosos morbos ob mutationem ex puerili ętate in adolescẽtiam, omisso ẽt ueneræorum usu, mirifice iuuari: ad hæc, & illud scientes, neq; renũ uitia, neq; quartanã febrẽ, neq; articulorum dolores, coitu sedari: à propositis uerbis perplexis & tenebricosis nihil addiscimus, quemadmodum neque ab ullis id genus alijs. Concubitus. n. interdum refrigerando prodest, solis illis subueniens, in quibus ob naturalem intemperiem fuliginosi halitus fumidiq; reddundant: qui si retenti fuerint, illis grauiter nocent: iidem, & à ueneris usu in tempore, modiceque adhibito utilitatem capiunt.

27 *Refrigeratio, quæ in uentre sunt, durat.*

In hac quoq; parte aliq d est oĩbus artẽ exercentibus utile, siue empirici sint, siue Dogmatici: aliquid uerò solis cuiusq; effectus causas scire uelle sibi proponẽtibus cõducit. Dicã uerò de eo prius quod oĩbꝰ utile est. In hisce igitur uerbis, refrigeratio, q̃ in uẽtre sunt, durat, oẽs, quos ego sciã, cõmuniter de deiectionibus ab ipso sermonem fieri intellexerunt, qui idem uelit atq; ille in
" aphorismis, Sin aũt cœlum fit aquilonium, tusses, fauces, uentres duri: utrũ uerò extimarũ cor 3. Apho. 10. Ex. ord. 10. c
C poris partium refrigerationem solum dicat, quæ & in aquiloniis cõstitutionibꝰ fit, an & internarum, inter q̃ & uentris locus est, interpretes considerare omiserunt: cũ tamen inter eas discrimen haud exiguũ uersetur. Nos etenim q̃ hominibus eueniunt, obseruantes, exteriorum refrigerationẽ semper uentrẽ durare cognoscimus: interiorum autem contra humectare, quæ cœliacos ẽt qui uocantur affectus. i. uentris profluuia, interdum concitat: quo tempore ipsa quidem interiorũ mẽbrorũ corpora duriora fieri contingit, liquida autem, cibis neq; recte concoctis neque distributis, deiici. Hæc planè medicis omnibus cognitu necessaria sunt; ipsorum autem causæ solis præstantissimis. Neq; enim quod hanc partem interpretantes dicunt, uerũ est, frigidum scilicet, quæ attingat corpora, cogens atque congelans, ita duriora efficere. Hoc enim de refrigeratis partibus, quæ interius abstrusæ non sunt, rectè dici potest: partes autem uentris adeo rigere nequeunt, ut cibi potusq; cõgelati obdurent, sicut alia extra corpus nostrum hyeme frigore concreta durescunt: prius enim, quam, ita frigeret, homo interiret. Verum eo tempore duntaxat, quo ab aere extima corporis, ijs, q̃ in uentre sunt, incoluminibus, refrigerãtur, deiectiones
" obduratæ cernunt, calidiore scilicet uentre reddito, ut ipse dicebat, Ventres hyeme, & uere ca- 1. Apho. 15. Ex. ord. 1. a
D lidissimi sunt natura. atqui semp̃ dicentes explanatores inuenies calidũ à frigido circunsessum in penetralia corporis refugere, cũ exteriora frigefacta sunt. Sic igitur, & in præsentia dico, uentre calidiore effecto deiectionibusq; suppressis, ob causam paulo posterius dicẽdam, simul optime concoqui cibum, & omnẽ ęx ipso succum dispertiri: ex quo deiectiones exiccari consequẽs est: ex hoc uerò, & ipsas durescere accidit. Duæ nanq; causæ cum sint corpora, quibus appropinquant, obdurantes, quarũ una refrigerans est, altera exiccans, causa quidem refrigerans ad ea q̃ in uentre cõtinẽtur, uiuis nobis peruenire non potest: altera aũt ob longam moram interiꝰ cũ neq; cõcoctio, neq; distributio læsa fuerit, omnino continget. Adhuc autem illud, quod hucusque distulimus, explicandum superest, qua de causa cum cœlum nos ambiens frigidius fuerit, q̃ in uentre sunt, diutius ibi morantur. Quod autem euenit, tale est. Naturale sanè opus est ciborũ per intestina delatio, & in commentariis de facultatibus naturalibus, intestinorum circũ illos constrictione eam fieri monstratum. Imis aũt partibus musculi sedem claudentes impositi sunt, qui per frigus coguntur, constringunturq;, contra affecti, atq; cum quis eos calida aqua perfundit: tunc enim remollescunt, excrementaq; impulsu, & cõstrictione intestinorum in sedẽ detrusa, & maxime calido prouocante suscipiunt: hoc. n. & inter omnes constat, excretiones à calido prouocari. Partibus autem, quæ in sede sunt, frigescẽtibus, atq; ideo cõtractis, & in angustum

redactis,contrarium symptoma sequitur,cōstrictoriam scilicet intestinorū actionem ab inferio E
ribus partibus incipientē, sursum uersus cōtēta propellere. quemadmodum euidenter plerunque conspicitur,qñ,aut bilē,& mordacia excrementa ad sedem effusa sponte retinemus,aut inuiti: non nunquam aliquo negocio illo tempore occupati,aut à latrina procul absentes: sursum .n.uelociter recurrunt,ut neq; ui facta postea prompte obediant atq; descendant. Causa plane ob quam cibi potionesq; aere nos ambiente frigefacto diutius in uentre morentur, iam patefacta est: & hanc siccitatē consequi monstrauimus,quemadmodum,& siccitati duritia euidenter accidit. Quòd si uentris particularum corpora contingat frigescere,ex eo, & concoctionem uiolari,&per eam deiectiones eliquari magis,quàm siccescere,necessum erit. Hactenus uerò toto de priore lectione confecto sermone,ad alias interius scriptas transeamus.

28 *Mistio,quæ in uentre sunt,durat.*

Omne corpus uenere exiccari constat:sed non semper alui excrementa propterea ficciora fieri cernuntur. Verum,qñ ab ipsis ualde oppressa fuerit,& quando uires labefactatæ, & mēbra à quibus alimentum conficitur,& in uentre contenta distribuuntur,refrigerata fuerint, tū coit⁹, quæ in uentre sunt,frigefacit,& duriora reddit:uolunt enim ex coitu in uentre contenta frigescere,& ex frigore durari:atque duritiam non frigoris,sed siccitatis ratione,euenire monstrauimus. Cæterum,quod in superioribus dicere dimisimus,forsitan hoc loco narrare præstiterit. Nā cum extimorum refrigerationem deiectiones durare ostenderimus,forte quispiam solam hanc durandi,quæ in uentre sunt,causam esse arbitraretur. Non est autem sola hæc,sed,& ipsius con strictoriæ intestinorum facultatis imbecillitas,& contentricis robur, & eius per quam ex uentre in iecur fit distributio,præterea,& obtusus intestinorum sensus, & alimenti qualitas morsu carnes. Si quis uerò astringētes cibos, & potus à nobis silentio præteritos esse opinabitur,falsò opinabitur:nam inter ea,quæ contentricem potestatem corrobant,reponuntur. F

29 *Veratrum epotum si celerius purgare uis,lauare,aut cibum sumere oportet.*

Generalis quidem,& cuiusq; purgationis cōmunis rō ꝑ hunc aphorismum tradit: Corpora ubi quis uult purgare,prius conuenit fluxa facere. hoc loco autem exemplo unius uiolentissime purgantis medicaminis,vnius ad facilem fluxum præparationis meminit,lauacri.s.humores q. dem fundentis,ac si qua in parte contentum duratumq; corpus fuerit,relaxantis. Itaq; ueratro utentes lauare conducit:neq; multo ante,neq; multo post,quàm ipsum acceperint,sed maxime quidem ante assumptionem,non nunquam uerò,& illico postea fieri potest. Quòd si purgatione,aut iam incipiente,aut mox inceptura,hominem laues,humorum à purgante medicina tractorum ad interioria inclinationem retrahes ac retardabis. Quemadmodum igitur quibus sanguis crassus est,ijs prius lotis tios uenam rescindere,sic, & in his,qui purgandi sunt,balneo pri⁹ uti præcepit,quò celerius simul,ac minus molesté,purgatio fiat. Ipse uero nūc solum,ut celeri⁹ fiat,memorauit,Satius autem fuerit non eo duntaxat,quo medicinam assumit,die lauare homi nem,sed etiam superioribus,quibus ad purgationem sese præparabat. Ipse nanque Hippocrates,& id in aphorismis præceperat,cum scripsit,[Ad ueratra ijs,q non facile purgantur,prius hu mectare corpus oportet alimento,& quiete. Quòd si quiete,& alimento,& omnino corpus humectare imperat,cōstat etiam lauationibus nos pluribus uti in aquis potabilibus ipsum uelle,si quidem,& hæ humectāt. Nunc uerò,& huic parti addidit,cibum sumere,aut eo.s.tempore,quo & ueratrum homo deuorauit,aut etiam in superiore uictus rōne:cuius,& aliud quoddam propositum esse dicebamus,attenuare uidelicet succos,& itinera humoribus in uentrem descendētibus expedire:in illis.n.uerbis,fluxa facere,quod in aphorismis præcepit,hæc continentur. „ 2.Aph 9 Ex. ord.12.0 G

4 Apho.13.Ex. ord.18.f „

30 *Sanguis in somno ad interna magis refugit.* H

Superiore quoq; aphorismo hanc scripsit sententiam,Vigilanti exteriora magis calēt,interiora magis frigent:dormienti res contra se habet. Et nunc igitur eius loci explanationem propositorum uerborum communem esse putato. Nam quæ de caloris motu, locisq; in uigilantibus ac dormientibus trāsmutatione,audiuisti,ea,& de sanguine te audiuisse existimato:naturalis enim calor in hoc,& in ijs,quæ ex hoc nutriuntur,maxima ex parte consistit.

31 *Rigor à superiore uentre,ignis autem ab inferiore magis.*

Ventris pars superior rigorē magis,inferior uerò febrē, gignit, aut sentit,aut inchoat:qd',& maxime uerisimile est: & ꝑ ꝑ id ipsum hāc uocē,magis,additam puto,tanquā sese uicissim solæ dictę partes cōtineant. Verū etiā si istud concesserimus,altera quædā exoritur dubitatio,nobis ignorantibus,utrū dictis partibus inflāmatis istud accidere dicat, an qñ in ipsas ex corpore fuerit aliq mordaces cōfluxerint,an qñ alimentū corruptū fuerit. Atqui rectius illud mihi existimādum esse uidetur,de noxa ex humoribus contracta,& de illa sequēte ciborum corruptione, ab Hippocrate sermonem fieri, Nam cum frigidus,aut mordax succus ore uentriculi insederit, ex corruptis cibis,aut praua qualitate,uel etiam confluxu ex corpore contractus, initium rigoris inde

A inde efficitur. In commentario nanq; De rigore monstrauimns ob frigidam, aut mordacem causam, quæ per sensoria corpora moueatur, & cum impetu feratur, rigorem excitari. Quemadmodum uerò id accidere conspicitur, ita & non nunquam febrim ex corruptis cibis accendi deprehendimus, quando scilicet corruptus cibus in inferiorem uentrem depulsus fuerit: tunc autem rigor non præuenit, sicuti quando uentriculi ostium mordebatur.

32 *Attractio, pulmo, aridus æstus: Euacuatum siccat somnus multus.*

Quòd euacuatum somnus multus exiccet, & experimento quidem, quo oẽs rationes diiudicantur, percipies: & ante experimentum ad huic dicto assentiendum ex iis, quæ antea didicisti, adduceris. Porrò si in somnis sanguis, & cum eo naturale calidum interius abditur, in uigilia uerò ad extima profunditur, q̃ in uentriculo, & iecore sunt, per quietẽ concoquentur, in uigilia uerò totum corpus aletur. Itaq; si in exhaustis calor interius vergat, nihil habens, quod cõficiat, languescit, & interit: primus. n. oĩum, ut ignis lignorum materia, ita ipse alimento nutritur. Caute aũt addita est ea uox, multus, paucus. n. prægressũm laborem tollit, quando per uentrem homo euacuatus est: deinde si in iecore, & primis uenis adsint crudorum humorum reliquiæ, eas oẽs concoquit. Hæc quidem huiusce orationis secunda pars nullum insignem in uerbis errorẽ B habet: Sed prior hoc pacto scripta, attractio, pulmo, aridus æstus, multum a Græcorum dicendi consuetudine distat: sic. n. ipsam enunciare oportuit, attractio fit, qm̃ aridus æstus in pulmonis temperatura est, attractionem nobis interpretantibus inspirationem. At Quintus, nec quia siccus calidusq; esset pulmo, ob id celerem frequentemq; spirationem fieri, sed contra propter talem spirationem siccari, & incalescere pulmonem dixit. Attractionem nanq; haud simpliciter spirationem quanque, sed celerem tantum, & frequentem, significare uoluit: a crebra uerò spiratione pulmonem siccescere, & in libro De acutorum uictu ab ipso comprehensum est.

33 *Frigidissimi cibi lentes, milium, curcurbitæ.*

Milium & cucurbita frigidi cibi euidenter sunt, & si non frigidissimi: lentem verò haud sanè frigidum cibum esse cõcesserim. Nam quemadmodum cucurbitę, & cum ipsis atriplex, bliton, lactuca, & chondrila, & ex frumentaceis hordeum atq; milium, certissime refrigerare noscunt: contrario pacto lens se habet, nullam. n. refrigerationẽ præ se fert, aut statim ingesta in superiori uentre adhuc cõtenta, aut posterius in tenuia intestina, uel in crassiora delapsa. At forsan, qm̃ in libris De simplicibus medicamentis refrigeratoriũ quiddã in astringente succo inesse monstrauimus, lentem quispiam refrigerare putauerit. Sed iste in iisdem commẽtariis dictum fuisse C non meminit, quæq; id genus medicamenta simplicia videri, atq; dici, si ad ea, q̃ per nos per cõpositionem fiunt, comparentur, non tñ exacte simplicia esse. In primo nanq; De alimentorũ potestatibus libro lentem ex contrariis cõstare naturis asseruimus, altera quidem aluum coercente, altera uerò citante. Ex his igitur q̃ supprimit, frigida terreaq; est: q̃ citat, calida. Quocirca siccum quidem edulium lens est, frigidũ uerò non, sicut neq; calidum, sed ex utroq; mistum, ac medium, aut parũ admodum a medio ad calidius recedens. Qñ igitur neq; absolute frigidam lentẽ quis concedere põt, qui ipsam excellenter frigidissimam concesserit? Quin ẽt inflammatis ulceribus instar cataplasmatis superdata lens humores in affectam partem defluentes coercere, atq; repellere vr̃, per uim adstrictoriam id. f. faciens: quin & ui quadam concoctrice, & suppuratoria prædita certe est, quod frigidis nequaquam inesse reperitur. Siue igitur ipse Hippocrates, ita scripsit, siue quis alius hæc uerba interposuit, haud recte de lentium uiribus opinatus est.

34 *Vlcera exoriuntur, si non purgatus laboret.*

In laboribus, hoc est in exercitationibus, calorem auctum ex profundo ad cutim succos euocare, atq; discutere, alibi didicimus. Quãdo igitur prius in corpore hi uitiosi contracti sunt, acri D monia cutim erodit, atq; ulcera efficit: Quemadmodum, cum crassi glutinosiq; humores sunt, iecur renesq; obstruunt, in cute autem affectus cum tumore excitant.

35 *Mulier, capra, elaterium, aut cucumerem syluaticum edentes, pueris purgatio.*

Non elaterio duntaxat, quod cucumeris syluatici succus est, quẽadmodũ, neq; ipso cucumere solum vescentes, lac puerorũ lactentium purgatorium gignunt, uerum ẽt si quod aliud medicamentum subductorium, qđ uocant, assumpserit. Siue aũt a muliere elaterio, a capra ipso cucumere, siue utroq; ab utraq; comeso, infantes earum lacte purgari dicat, nihil interest: quemadmodum, neq; si, comeso, aut deuorato, quis scripserit. Conducit aũt hæc oratio, & ad medicorum usum, & ad naturale decretum. Infantulos. n. purgare uolentes, aut matri infantulum lactanti, aut capræ, huiusmodi aliquid esui dantes sic eos purgabimus. Et ad naturalis decreti, de quo altercatio est, diiudicationem id utile est. Etenim quidam nullam uim ex ijs, quæ ab initio in alimentis erant, post concoctionem, & in sanguinem conuersionem, remanere contendunt: Aliqui è contrario ualidas uires diutius remanere uolunt adeo, ut ẽt sudores ipsas redoleant: huic

verò sententiæ,q̃ modo dicta fuere,suffragantur, in istis.n.comesorum qualitas seruata reperit. E
Quin,& apud nos verno tempore,quando capræ scammoniæ germina depastæ fuerunt,purgatoriũ ipse lac generant:q̃ si tithymallo vescantur,idẽ accidit.Nec non,& in Doridie,& Bœotia, & Thessalia, omnibusque finitimis locis multi ex coturnicum esu musculorum distentionibus correpti sunt,quoniam veratrum scilicet illæ comedunt.Istud idem,& Athenis quibusdam accidisse nouimus,qui coturnicibus largiter nimis sese impleuerant.

36 *Calidior quod comesum est,intus refrigeratio,exterius labor,sole,igne,veste, æstiuo tempore:contrario autem contraria.*

Valde calido natura refrigerationem,& aquæ potũ conducere dicebat, & præterea quiescere,hoc est,à uehementioribus exercitationibus abstinere. Quo pacto igitur hoc loco(vt nõ nulli interpretantur)exercitari iubet?quo pacto in Sole,& ad ignẽ calefieri?Nã balneis id genus tẽperaturas frigefieri monstratum est,fuliginosisq; vaporibus,qui ferè in huiusmodi temperaturis abundant,discutiendis,& solidis membris humiditate refrigerãte irrigãdis:ignis aũt, & Sol calefacit,similiter & vestis, & tẽpus æstiuum.Et ipse igitur in aphorismis,ita loquitur.[T pe qui »
3. Apho. 18. Ex. ord. 23. 8 dẽ veris,& extrema æstate pueri,& his ætate proximi,optime degunt,& rectissime ualent:æstate uerò,& autumno quadantenus senes:reliqua eius parte,& hyeme,qui medias ætates agunt. »
Itaq; si calida ęras hyeme,frigida uerò estate,rectius habẽt,ualde calidos natura à Sole,& igne, F
& æstiuo tpe nõ modo nõ iuuari,sed ẽt lædi,ipsum putare credendũ est.Vox ergo illa initio sermonis posita,calidiori,aliquod ipsi addẽdũ subintelligi postulat,aut tẽperaturæ,aut naturę,aut corpori,aut homini.Sed eo,qđ in fine opposuit,pcipitur corpori,& homini magis, quã tẽperaturæ,aut naturæ,subintelligẽdũ:oĩno.n.dixisset,cõtrariæ aũt cõtraria,fœminei generis articulũ fœmininis noĩbus,nõ masculi masculis,anteponẽs. Tota igif narratio talis fuerit: Calidiori corpori p cibos ac potiones interius refrigeratio cõueniẽs est, noxia uerò caliditas exterior à Sole,& igne,& tpe æstiuo,& uestimẽtis:quibus omnibus arida caliditas significaf,humidã nanque,& mediocrẽ,qualis balneorũ est,potestate refrigerare declarauimus.Liquet aũt nos in istis sermonibus cõsueta hæc balnea intelligere,ubi nõ apponimus aquarũ spõte nascẽtiũ,aut marinarũ,aut sulfurearũ,aut aluminosarũ,qñquidẽ illæ siccãt calefaciũtq;,& nõ refrigerant.Cõtrariæ ãt naturę corpori cõtraria,rursum hic subintelligere oportet,iuuãtibus iuuãtia,& nocẽtib⁹ nocẽtia,ea quidẽ ut eligant,hæc verò ut fugiãtur.Etenim si calidiores naturas cibis ac potionibus refrigerare iussit,frigidiores certe cõtrarijs calefacere pcipiet.Itẽ si calidiores naturas à Sole,igne,& ęstate,male haberi dicebat,frigidiores utiq; ab his iuuatũ,à cõtraijs lęsum iri, signãt. G

37 *Cibaria aliqua quidem celeriter uincuntur,aliqua uero tarde.*

Solus ex ijs,quos noui,Capito pro hac uoce,tarde,scripsit, contrarie, orationem hoc pacto instituens,cibaria aliqua quidem celeriter uincuntur,aliqua uerò contrarie. Porrò sententia in utraque lectione eadem est:quæ enim eduntur,differre ea ratione inter se inquit,q̃ aliqua cito a corpore superantur,aliqua tarde.Intelligendum est autem superari,hoc est immutari, & concoqui,& apponi,& corpori simile effici. Singulorum igitur ciborum alij quidem cito concoquuntur,& in sanguinem mutantur,& nutriunt,alij verò tardius:quæ in tribus commentarijs habentur,ubi de alimentorum uiribus omnia diligenter persecutus sum.

GALENI EXPLANATIONVM
IN SEXTVM HIPPOCRATIS DE MORBIS POPVLARIBVS LIBRVM
TOMVS SEXTVS. H

Arnes attractrices ex uentre, & exterinsecus. Significat sensus,quoniam expirabile,& inspirabile.

Trahere ad se ipsas inquit carnes ex uẽtrę,& extrinsecus:ex uentre quidem,id est ex uentriculo ciborum potionumq;,unde nutriuntur,succum: extrinsecus uerò,non item similiter.Incertum est autem alimentum ne dicat,an aerem.Possunt enim carnes quemadmodum ex uentriculo alimentum hauriunt,sic,& ab extimis partibus in pfundum reuocare : potest, & aer per arterias ad cutim pertinentes ad carnes ferri ab ipsis attractus, qđ ẽt omni verborũ contextui magis quadrat.Verũ de attractione decretum cõtrouersum est,Nõ nulli.n.philosophi ac medici funditus ipsam substulerũt:nõ nulli esse quidẽ affirmant,sed in carnibus esse negãt.Omniũ aũt rõnes in cõmẽtarijs explanatorijs reddi nõ posse diximus: multoties.n.eadẽ sæpius repetere cogeremur,cõmẽtariaq; in longitudinẽ ac multitudinẽ penè innumerabilem excrescerent.Quin neque uniuersum uitæ tempus ad Hippocratis libros interpretandos satis esset,si cuiusq; dogmatis semper in qualibet particula ostensiones afferri debeãt:le

ctu   ris

A ςturis præterea molesta res esset:& commentaria cōpararuris,longo tempore magnisq; sumpti bus conscriberent.Satius itaq; fore existimaui,si in hisce cōmentarijs cuiusq; partis sententiā enuclearem,quod explanatoris proprium munus est:interdū uerò & dictis ab ipso causas alibi demonstratis placitis congruētes adijcerem, ipsa autē placita hoc loco nō astruerē,sed quibus in libris olim a me scriptis asserta fuerint, tñ in memoriā reuocarē,quemadmodum,& nunc faciā. Iis.n.quæ nutriunt,ad se proprium succum attrahentibus,ad ipsa moueri alimentum in cōmentarijs de uiribus naturalibus disputatū est. Expirabile verò atq; inspirabile oē corpus esse, in cōmentario de usu spirandi,& in libello de usu pulsum egimus : in priore quidem utilitatem spirationis esse declarauimus , ut cordis calor moderatus seruetur, in secūdo uerò,in toto corpore caloris mediocritatem arteriarū opera custodiri.Hæc itaq; sola abunde sint ad prioris uerborū Hipporatis particulæ explationem.Ad secundā iā deueniamus,in qua illud, significar sensus,neq; secundū Hippocratis morē,neq; oīno secundū græcā locutionē,dictū est. Vnde aliqui castigantes in datiuo casu protulerūt,sensu,scribentes:ut quod ab eo dicitur,tale sit: Perspicuū sensui est totū animalis corpus expirabile esse,atq; inspirabile. Atq; his deinde subiicitur illud, carnes attractrices ex uentre,& extrinsecus,sensu teste confirmatum:quod idem est,ac si dice-B ret,ab ijs quæ euidenter sensibus nostris apparent.Nōnullos profectò vulgares audiui,quod ipsis ex potabiliū aquarū balneis acciderat,admirantes. Prius enim per flagrantē Solē cōfecto itinere domum reuersi, squallidum corpus,osq; aridissimum,se habere dicebāt,nec non,& ardentissima siti cruciari:à lauatione autem sitim extinctam esse,os humectatum, pariterq; totū corpus molle atque humidum affectum priorem deposuisse squallorem fatebantur:Alij uerò, & in solijs corpus suum aquam attrahere indubitanter se percepisse affirmarunt. Hæc sane,quæ uel imperitis parent,decreti testimonia ab ipso sensu accepta sunt : aliqua uerò ex subtilioribus rationibus à medicis inuenta sunt,quarum una & illa est,quam ipse posterius affert,quamque in sequentibus uerbis cognoscetis.Nam ad proposita intelligenda,& hæc satis sunt,nobis ex recte dictis,& praue ab explanatoribus scripta deprehendere valentibus.

2 *Calidior uenula sanguinis multitudine exustum procreat,illisq; secernit.*

Per uenulam calidiorem,arteriā intelligito,omnibus Hippocraticorum librorum interpretibus uenas non ab hoc solo,sed et à multis alijs ueteribus,& arterias appellari,confitētibus.Hęc igitur,inquit,uenula sanguinis multitudine incalescens,exustū procreat,& secernit,exustum dicens,quod ex calore gignitur,quod succi uehementius calefacti tanquam fuligo quædā est : id C uerò,utpote natura calidū,& cōsistentia tenue facile secernitur.Hāc ego probabiliorē explanationē esse duco,si quidē oporteat verū simul, & Hippocratis decreris cōsentaneum haberepro positum.At placitū nunc à nobis memoratum uerū esse,in commentarijs de usu spirandi, & de usu pulsum,traditum est.Nā inspiratione,qua per os,& per omnem cutem aīalia utunt , duplicē capi utilitatem ostendimus,roborari quidem semper refrigeratū insitum calidum, ut ne dissipatum intereat,& maxime cū ex qualibet cā adauctū est:excitari aūt,& ualētius reddi, si qn frigidæ materiæ multitudine grauet,quēadmodum,& ignis uentilatione accenditur:quin etiā,& huncduplicē motum ipsi propriam naturalemq; exercitationem esse , eius uires instaurantem , hæc.n.est exercitationum natura,& utilitas.Postquam igitur ante dixit Hippocrates, carnes attractrices ex uentre,& extrinsecu s:deinde huic adijciens,expirabile , & inspirabile esse corp⁹, inspirationis quidē ipsius ortū,& utilitatem per illud indicauit,carnes attractrices,de expiratione uerò nihil dixit:iure in propositis uerbis ipsius meminit,de arterijs uerba faciens, quę & cordi cōmunia sunt,licet obscuriora de illo uideantur.Communem autem hunc sermonē esse,inde patet.Ab insito calido fuliginosum excrementum in sanguine creari diximus , ac potissimū qn D est calidior.Illud igitur excerni opus est:& id quoq; natura molita est,quæ à corde expellenda sunt,efflatione propellēs : q̄ uerò ab uniuerso corpore per arteriarum cōprensionem excludēs. Fuliginosa igitur partim ex istis,& ex uenis (ostēsum est enim inrer ipsas cōia ostiola interesse) per cutē q̄ primū arterijs cōpressis excluduntur:partim ex corde pulmo prior suscipit , qui ipsi, cum quidē dilatarur,attrahenti,cum uerò comprimitur,expellēri, tanquam quoddam spiritus prōptuarium præparatus est.Nēpe hęc est nostra de propositis uerbis sententia:& sequētia uerba his ipsis ac superioribus cōnexa esse paulo post ostendam.Quicunq; autē hoc loco ipsum de ardentis febris ortu loqui crediderūt, primum quidē sermonem de ea parte,carnes attractorię, imperfectē dictum reliquerunt:non modo.n.sibi conueniens attrahunt , sed etiam alienū abijciunt.Attrahendi quidē utilitas euidentior:abijciendi uerò,& excernēdi ignotior est,& aliquā rationem ad fidem orationi faciendam postulat.Descendamus igitur iam ad sequentem partē , quæ & ipsa(ut dudum dicebam) ad meliorem explanationem internoscendam aliquid facit.

3 *Et quibus quidem pingue,bilis flaua:quibus uerò sanguis,atra.*

In proxime explanata parte duarum opinionum meminisse oporter. Nos.n.diximus Hippocratem difflationis vtilitatem demonstrare:per difflationem aūt intelligi spiritus per torū corpus

pus ex arterijs emanationẽ,ficut ore factam,expirationẽ uocamus.Non nulli verò de ardentis E
febris ortu fermonẽ effe putarũt:quibus nõ admodũ fauere illud dicebã, creat exuftũ,& illico excernit:neq;.n.ftatim in ifta ea excerni,q̃ ipfi vomitu, aut p̃ fedẽ euacuari dicũt, neq; effe ne ceffe aliquod ardẽtis febris fymptoma in fermone de eius ortu recẽferi.At explanationẽ nr̃am meliorẽ effe defendimus,primũ quidẽ,ꝙ his criminationibus caret:fecundo loco,ꝙ in hoc fermone omne de fpiritus intrò forasq; motione decretũ traditũ effe confpicitur.Quã motionem in quibufdã noftris cõmẽtarijs non folum per oris refpirationẽ,fed etiam per difflationem à toto corpore,fieri explicauimus,nõ nullis quidẽ caufa fpiritus animalis generandi,ut dixit Afclepiades:quibufdã uerò,vt Erafiftratus,nõ huius tm̃,fed etiam uitalis:alijs præterea fpirituũ iftorum alendorum caufa infpirationẽ fieri dicẽtibus,expirationis autẽ ufum referre dubitantib⁹, Hippocrates(ut in p̃dictis cõmentarijs declarauimus)nõ modo p̃ os expirationis,fed eius etiã, q̃ ex qualibet corporis parte fit,ufum in præfenti fermone perftrinxit.Aliter uerò interpretantes accufare æquum eft,cuius nã auctoris librũ interpretẽtur,oblitos: neq;.n.in aliorũ uirorum placitum deflexiffent,eorũ q̃ Hippocrates afferuit,confenfum deferentes,ipfo quidẽ clariffime dicente,carnes ex ventre,& extrinfecus attrahere:quod longe ab ea opinione diftat, quæ cibi ex uentriculo in corpus digeftionẽ inanis cõfecutione fieri ftatuit.Primo quidẽ non modo uim F
propriorũ attractricẽ, fed etiam alienorum expultricẽ ineffe in carnibus animaduertere oportuit:hoc.n.illis cõuenit dicere,qui prædicant à natura faluti animalium confuli,inter quos etiã fuit Erafiftratus. Secundo quid nã excretione egeat, dicere debuerant:neque.n.fanguinem,ex quo corpus alitur,dicent.Horũ quidẽ neutrum illi fecerũt:At Hippocrates ex fenfui manifeftis utrunq; euidenter conftare præfatus, deinceps ad ufum ex omni corpore difflationis explicandum tranfitum fecit,neceffariam fuliginoforum excrementorũ ortus caufam afferens : etenim in corpore animantiũ calor huiufmodi recrementa perpetua euacuatione indigentia procreat. Hac igit̃ in parte horum excremẽtorũ generãdorum materiã oftendit:nam ficut maior calor ipfa generare aptus eft,ita,& materiæ quędam iftis generãdis habiles reperiuntur.Recta igitur ratione bilis atræ meminit:ipfam enim dupliciter cõtrahi didiciftis ex craffo fanguine, & ex bilę flaua cõbufta:ꝙ fi de ardẽtis febris ortu fermo ipfi foret,fruftra bilis atrę meminiffet. Quam ob rem,& ex hoc perfpicuum eft,explanationem noftram ueram effe,iuxta,& Hippocratis decretis confentaneam,illorum autem diffentientem. Ad hæc,eadem planè uerba in alia libri parte confcripfit:nosque ipfi ea fuperius enodauimus, ubi, & illud dicebamus,pingue non folum de vnguinofo,& adipali,fed etiam de omni dulci,dictum effe putandum:ut eo fermone mel contineatur,& firæum,quod hepfema, hoc eft fapam in noftra Afia Græci nominant. G

4 *Mentis,memoriæ,olfactus,aliorum etiam fanis inftrumentorum,exercitatio.*

4 *Labores,cibi,potus,fomnus,res uenereæ,omnia mediocria.*

Horum duorũ Aphor.deeft hoc loco Galeni explanatio Pofterioris męminit cl. 8.b. Et 61.g. Et 69.d

4 *Frigidior frigido in tempore,& regione,calidior erit.*

Quòd neq; affectu aliquo:neque ob ætatem,frigidior in frigida regione,& tẽpore poffit calidior effici,oẽs cõfitentur: Iccirco,& Sabini fectatores de natura frigidiorib⁹ uerum effe fermonem tradunt. Veruntamen neq; de iftis abfolute prolatus uerus eft, nifi huiufmodi conditiones additę fint.Frigidum exterius circunfufum,ꝙ denfet refrigeretq; cutaneas partes,inter euidenter apparentia ponendum eft,non tamen corporis penetralia fimiliter afficit. Sed quemadmodum in aphorifmis diffinitum eft ea in parte,ubi inquit,|Non nunquam in diftentione fine ulcere iuueni carnofo,ætate media,frigidæ multæ infperfio calorẽ reuocat.&c, & hoc loco à nobis diffiniẽdũ eft.Frigida nãq; corpori nr̃o iniecta,aut ita alte fubit, ut intima æquæ atq; extima refrigeret:aut fola cutanea frigore p̃cellit.Ad profundũ igit̃ defcẽdẽs partes eas refrigerat,& non H
leui noxa totũ aĩal afficit ipfius frigore cõcuffis labefactatisq; viribus:at q̃ fuperficiẽ tm̃ corporis lædit,nõ folũ interiora nõ refrigerabit,fed ẽt calidiora multo, q̃ ipforũ prior tẽperatura eẽt, efficiet.Cæterũ quicunq; de rarã cutim,rarasq; fub ipfa carnes habentibus ipfum locutum effe exiftimant nunc,qm̃ ob difflatum calorẽ iftos frigidiores effectos effe dicunt, atque ideo fpiffefcente cute,retentoque quod prius exhalabat calido,incalefcere,aliquid fanè uideri dicunt:fed eos opinari non decebat, qui ita digerantur,& frigidiores dictos effe.Hæc.n.(vt didiciftis) humidis calidisq; corporibus maxime infunt:fecundo calidis,licet fine humore talia fint:nullũ autem frigidum corpus facilè diffoluitur:fed minus quidem humida,magis autem arida hoc fuftinent,utrifq; verò naturaliter calida præftant,Hac itaq; ratione ifti mihi falfi effe uidentur.

[margin: 5. Apho.44. Ex. ord.39.h]

5 *In doloribus proximum uentrem purgare oportet : & fanguinis uentrem refcindere. Vftio, fectio, calefactio,refrigeratio,fternutatio.Stirpium humores,in quibus uim habent,& cyceon,maleficorum,lac, allium,uinum ferucfactum,acetum, fal.*

Remedia hoc loco enumerat,& leuibus,& fæuis doloribus fuccurrentia : ficut in aphorifmis

oculorum

A oculorum tñ dolentium remedia scripsit, ubi inquit, Dolores oculorũ meri potio tollit, aut bal 6. Apho. 31. Ex. ord. 49 c
" neum, aut fomentum, aut uenæ solutio, aut cum medicaméto purgatio. Hoc loco quædam adic
" cit remedia, oculorum doloribus nõ conuenientia. Primum quidẽ omniũ hoc in sermone enu
meratum purgatio est, quam in * † victoriæ studio sa, irritãt, neq; stulta * auxilia † Al. contentiosa.
penitus, quemadmodũ scripsit, explicanim⁹. Primũ verò inter deinceps enumerata vstio est, q̃
pessime affectis locis ob prauorũ succorũ exuberãtiã, ut in p q̃ malignis vlceribus euenit, adhi
bẽt, nõ nunquã palàm candentibus serramentis, nõ nunquã vstorijs medicaminibus, ea nobis
vrentibus. Post vstionem sectio posita est, & ipsa locorũ multum iã pus habentium dolorem finiens,
post quã ingentes phlegmonæ prægressæ sunt. Deinde calefactio, lauationibus. s. atq; fo-
mẽtis accersita. Aliàs uerò fomentorum materias edocti estis, & quibus uitijs dolorẽ excitãtib⁹
admouenda sint, ut pectoris morbis p ea, q̃ ipse in libro De rõne uictus acutorũ recensuit: ocu- de Vict. rat. in mor. acu. cõ. 4. t. 120. 7. 151. d
lis aũt p mollẽ spongiã, non ferẽte loco per sacculos, & cataplasmata calefactiones: quin, & ex
oleo conspersio in medijs corporis partibus, & in capite, calefactio cum sit, doloribus remedio
est. Et ex aquæ calidæ fotu extremorũ mẽbrorũ dolor tollitur. Atq; frequẽtissimus, & plurimus
in dolẽtibus particulis calefactionis usus apud medicos est, nã & contenta relaxat, cõpleta eua
cuat, refrigerata calefacit. Refrigeratione aũt rarius sedãdis doloribus utimur, membrorũ qui-
B dẽ exteriorẽ superficiem densante, & p pea distilationes inpediente, distenta uerò magis inten
dente. Solas igĩ calidas intẽperies sine materiæ multitudine factas refrigeratio discutiet: sicut
in capitis dolore ob Solis æstũ, aut febriũ ardorẽ. Caput igĩ oleo rosaceo frigido perfundentes
symptoma curamus, & erysipelata, ob excellentem calorem dolorem inferentia * nec non
& podagras, in quibus biliosa calida ve fluxio est. Post dicta aũt deinceps scriptũ est, stirpiũ hu-
mores, in quibus uim habent: quorũ item uerborum sententia talis planè mihi esse uidet. Dolo
rũ medicinæ tibi nõ nunquã fuerint, & stirpium humores: isti uerò per multi sunt, quidã liqui-
di permanentes, aliqui spissescentes. In primis sanè oleum permultã nobis utilitatem tollendis
sedandisq; doloribus, si calidum adhibeatur, præstat: deinde & alia multas lõge plus q̃ ipsum ca
lefaciẽtia, ut laurinũ, cedrinum, ricininum, sinapinum, & raphaninũ. Hæc quidem liquida. Con
creta uerò alia plus, alia minus, & resinæ, maximèq; inter eas, q̃ sponte sua distillant, & thapsia,
& euphorbiũ, & succi oẽs, cyrenæus, parthic⁹, medicus, assyrius, sagapenius, ex tithymallis, ex
panace, qui & ppriè opopanax dr̃. Huius generis sunt, & chalbana, & alia multa, quæ omnia in
commentarijs de simplicium medicinarũ uiribus didicisti: siue. n. succus sit alicuius, siue liquor,
sub humoris appellatione comprehendĩ. Huius itaq; gñis sunt, & liquida pix, & * piceum, quod * Al. pisselæũ.
C uocaĩ, & in Cilicia capnelæon, aliaq; innumerabilia, aliqua ex herbis, aliqua ex fruticibus, ali-
qua ex arboribus confecta, quorũ cõe uocabulũ stirps habeĩ: cuius hoc loco Hippocrates me-
minit, dicens, stirpiũ humores. His uerò adiecit, in quibus uim hñt, obscurum breuitate sermo-
nem faciens. Igitur haud ab re explanatores dissident, alius aliter uerba non modo interpretan
tes, sed ẽt scribentes. Quã ob rem, ut ne nimia scribã, eos omittẽs, q̃ mihi simillima ueri uidean
tur, ea sola referam. Medicamentorũ igitur q̃cunq; dolores sedare apta sunt, sicut aliud alij affe-
ctui, ita & aliud alij mẽbro, prodesse idoneũ est. Hac de re aũt sermo, quia cõmentarij modum
excedit, breuiter ipm per exempla perstringere constitui. Porrò q non oẽs cũ dolore affectus
ijsdẽ egeant medicamentis, istud tibi exemplũ esto. Mordacibus succis in intestinis contentis
eluentia cũ prius per inferiores partes immiserimus, inter q̃ mulsa est, & ptisanæ cremor, & ex-
creta hæc fuerint, morsus deinde mitigantia, & q̃cunq; inhærentia, & intestinorum tunicas ope
rientia superne incidentes mordaces humores arcẽt, in sedem damus: edulia pterea ipsis bonũ
succum creantia, & q̃ difficulter corrumpanĩ, exhibemus. At in superiore uentre, & maxime in
eius ostiolo id genus contractis humoribus, in primis eos uomere iubemus. Quòd si ad uomitũ
parati non sint, simplex oleũ, aut cũ aqua temperatũ, aut quiddã simile sorbendũ pbemus, per
D quod citato uomitu, exterius aliquid adstringens odoratũq; superimponimus: sumendos aũt ci ·:·
bos exhibemus boni succi, ægre dissolubiles, & non nulla adstringẽdi vi præditos. Oculis uerò
dolentibus horũ nihil facimus, sed uniuersi corporis inutilem materiã prius medicamẽto edu-
cimus. Quòd si redundet sanguis, ad cubiti uenã exteriorẽ, quam humeralem uocant, scinden-
dam accedimus: deinceps medicamine aliquo q̃ mollissimo, & neutiquam mordaci utimur: de-
inde per totum diem usq; ad uesperam ieiunantem ad balneum ducimus. Quòd si neq; purga-
tione, neq; uenæ scissione indigeat, dictis medicamentis, & post ipsa lauatione, sicut nouistis,
eiusmodi dolores medicamur, neq; ad uentris morsus collyrion aliquod immittentes, neq; ocu
lis tragi succum, aut capræ adipem, aut ceratum morsu vacans, aut id genus aliquid adstibẽtes,
quale in sedem inijcere soliti sumus. Hæc exempli causa dixisse satis esto ad illud edocendum,
eundem affectum diuersis locis excitatum non eadem remedia postulare. Ostendere. n. propo-
situm est, in quo sensu Hippocrates dixerit, stirpium humores, in quibus uim hñt: illud enim, in
quibus, aut membris, aut affectibus, aut modis utendi, intelligere necesse est. Dico autem uten-
di modos, cum aut ipsam causam, ob quam affecta pars dolet, remouemus: aut flatuosum spiri-
tum ex illa creatum discutimus: idq; ipsum duobus modis efficimus, aut spiritus crassam flatuo

samq;

ſamq; partem extenuantes,aut continens ipſum corpus rarefaciẽtes. Quin etiã ad hæc modus alius indolentiæ effector eſt,ſ.qui ſenſum habetat,ac ſtupefacit: in quo prudentiæ nõ vulgaris eſt ſtupefactorio medicamento alia permiſcere,neq; eo ſolo vti. Quem.n.ꝑterit,a philonio,qđ uocatur,medicamine dolori finem ſtupore ſenſus imponi?ſtuporẽ uerò, ſiue torporem papaue ris ſuccus,& alterci ſemen efficiunt.Hæc ſi ſola perpauca exhibeantur,dolorem ſedare nõ pote runt:ꝙ ſi tñ ex iſtis detur, quantũ acceptum ſedare dolorẽ poſſit, inſigni noxa membrum dolens afficietur.Igitur ne ipſum magnopere offendatur,neq; ſenſus obtorpeat, aliorũ medicaminum permiſtio a Philone excogitata eſt.Quænam verò ſit methodus, qua quis utens hãc medicamentorũ ſtructuram moliaẽ,in libris De ipſorũ cõpoſitione proditũ eſt. Et de his hactenus. Nunc q̃ ſequuntur conſideremus; inter q̃ prima eſt uox illa, cyceon. Nempe ꝙ vinum dolores oculorum ex obſtructione orientes mitiget,ex aphoriſmorũ interpretationibus didiciſtis:nunc verò,& aliorum,quicunq; eadem rõne concitantur,dolorum,non nunquam ob ſanguinis craſſitudinem,non nunquam ob frigus, vobis in mentem ueniat:cum ſæpius, & in uentris doloribus,& in dolore capitis vocato hemicræra,ſſeu hemicranea,ſmeracius vinũ ſumptũ conſeſtim quidem maniſeſte iuuiſſe,accedente deinde ſomno in totũ dolorẽ ſuſtuliſſe, videritis. Vidiſtis aũt me non illico ieiuno,ſed ab aſſumpto cibo exhibere. At hoc loco Hippocrates vtrunq; miſcuit,& cibum,& potum itale.n.quiddam cyceon eſt,quemadmodum & apud Homerum didiciſtis,miſcentibus quidem alia cum vino,cõe uerò omnium ipſum habentibus:fortaſſe,& cum polenta uinum miſcebant.Neceſſario aũt,& alia miſceri ex hoc nõie, cyceon, ueteres ſignare quiſpiam putauerit,ſic eos appellationem hanc in eum ſenſum magis accipere indicans. Aliqñ autem ego quempiam dolore uexatum ſine cibo,uino vti iubens, vt opinionem meam confirmarem,multis ſubito calidis uaporibus affectum locum petentibus,eum,ut fui ueritus,cruciatum aĩaduerti:ab illis.n.& inæqualis intemperies, & repletio membro acciderunt. Alibi uerò nos explicauimus repletionem quoquouerſus corpora diſtendentem imbecillis partibus dolorem inferre,ſed inæqualem intemperiem ea ratione, ꝙ aliquæ partes adhuc naturaliter affectæ ſint,aliquæ refrigeratæ ipſis ſint proximæ:in iſtis.n.a male affectis partibus ad recte ualẽtes moleſta quædam frigoris diſtributio fit:at oẽs refrigeratæ(ut ita dicam) hecticam quandam tẽperaturam adeptæ non dolent:Quibus.n.(inquit)naturæ mutantur,atq; corrumpuntur, dolores excitantur,non permutatis iam atque corruptis. Ego profecto uinum ſine cibo epotum læſurũ eſſe arbitrabar,& experientia idem teſtata firmiorem ſñiam meam reddidit:cyceon autem,cũ in ſe ipſo cibum contineat, offendere nequaquam poterit, nam ex utriuſq; mediocri miſtione æquabilis paulatim calefactio in partibus affectis augeſcens ſine multis uaporibus, & refrigerata calefacit,& inculcata diſſipat.Quæcunq;.n.prius aliquibus in locis ob craſſitudinem inhæſerant,eos attenuata,& fuſa permeant,continentibus etiam ipſa corporibus,rarioribus, laxioribuſq; effectis,quæ ab æquabiliter calefacientibus fieri ſolent. Sternutationes quoq;,nam & has deinceps ſcripſit, dolores capitis ex multo flatuoſo ſpiritu ortos perſpicue remouere cernunẽ. Hæc igitur omnia vſque ad ſternutationes cum eo,quod ab initio propoſitum fuit, cohærere a me oñſum eſt,& male ab interpretibus in plures ſermones fuiſſe diuiſa. Ad ſequentẽ igitur partem tranſeamus,quæ plus ẽtab oĩbus prioribus,q̃ illæ inter ſe,diſtare uidetur. Poteſt aũt & ipſa(ut ego ſentio)de doloribus,ſicut & illæ,fuiſſe prolata,ſed ab illis differre malitia. Exoriũtur .n.dolores quidam maligni a maleficis,ſeu medicamentis,quæ deleteria.i.mortifera uocãt, ſeu feris uenenum ictu fundentibus, ſiue ſuccis aliquibus ex improbo uictu, aut peſtilenti cœlo in corpore genitis. Ad hos itaq; id genus remedia enumerata fuiſſe dicimus, lac,allium,uinum ferueſactũ,acetũ,ſalem.Lac nanq; uenenis eroſione interficientibus aduerſatur:ſiquidem attẽperatione opus eſt.Allium uehementi frigore lædentibus reſiſtit:Vinum mediocriter frigidis: ſed cum ipſi adiectum fuerit,ferueſactũ,intelligere poſſumus admodum calidum.Poteſt ẽt intelligi uinum ita decoctum,ut ſapa,quam uocant,facta ſit: etenim hæc corrodentes acrimonias temperat:Acetum uerò,ut glutinoſos,quales fungorum eſu creantur,ſuccos diſſecet, uel ẽt refrigerandi cauſa,ſicut aduerſus thapſiam requiritur:Poſtremo ſalem,ut totam maleficorum humorum,medicamentorumq; ſubſtantiam conſumere poſſit. Cæterum qñ vtilitates, & noxæ nõ ſolum per ſimplices nos attingentium qualitates,ſed etiam per totam ſubſtãtiam corporibus noſtris adueniunt(& hoc.n.ex aliis commentarijs didiciſtis)iure ſanè optimo,& illud dictum fuerit,ſtirpium humores, & in quibus uim hñt.Proprietates nanq; ex tota ſubſtãtia progenitę,aut corporibus noſtris congruentes,aut alienæ, quatuor materiis continentur, aut.n. purgatoriæ medicinæ ſunt, aut alimenta,aut ad hæc tertio ea, quæ hic Hippocrates malefica noĩauit, aut quarto ipſorum remedia. Cum uerò tertium materiæ genus, & in medicamenta deleteria hoc eſt mortifera uocata,& ferarum uenena, diſtribuatur, duplex & iſta curantium materia eſt. Appellanẽ autem græco uocabulo Alexipharmaca.i.medicamẽtorum auxilia,quæ mortiferis medicamentis aduerſantur: Theriaca uerò,quæ ferarum morſibus medentur. Verum fortaſſe quis exiſtimauerit, & purgantium medicamentorum materiam inter mortifera eſſe cenſendam, nam & hæc ultra modũ aſſumpta nos interficiunt. Id ſi conceſſerimus, conſequens erit etiam,

vt

A ut alexipharmaca,& theriaca,in mortiferis enumeremus,quandoquidẽ,& hęc nos perdere possint,nisi siquis ex ipsis omnino valde parum assumpserit. Verum ea de causa mihi plura medicamenta,non vocare mortifera medici uidentur, quòd ipsorum temporibus quibusdam utilitas necessaria sit;ea uerò appellare deleteria.i.perniciosa,quæ nullo vnquam tempore, neq; ægrotis hominibus,neque ualentibus,opem ferunt:neq; enim aconitum,neq; argentum uiuum,neque argenti spuma,neq; marinus lepus,intra corpus accepta, ullum nobis afferunt emolumentum,quemadmodum,& alia pleraque,de quibus, & illis in commentarijs actum est,ubi de iuuantibus atque nocentibus per totius substantiæ proprietatem disputauimus. *deest in cõtextu græcis, & iure.*

9 *Homo ex lassitudinibus ab itinere,imbecillitas,grauitas,expuit,tussiebat enim ex uertice: Febris acuta, manum submordens.Secundo die caput graue lingua exusta fuit: nares unguibus rescissæ, sanguis, non manauit: sinister lienis magnus & durus dolore infestabatur.*

Quæ nã huic ægroto acciderint,narrauit Hippocrates:mortuus'ne sit an euaserit,quorũ causa reliqua oĩa scripta sunt,dicere prętermisit.At forsan quid ego de ægro hoc futurum esse prædicerem,quispiam audire desideret:cui uera hunc in modum dicenda sunt:Siquis eius mihi urinam ostendisset,clare sanè quid de eo sentirem,attulissem.Quantum enim ad dicta pertinet,pniciose ægrotabat:at si urina optima fuisset,hominem quidem euasurum,sed acute ægrotaturũ esse prædixissem:sin autem praua apparuisset urina,breui interiturum:si mediocris, ut neq; laudanda esset,neq; uituperanda,longiori tempore superstitem, tandem moriturum esse affirmassem.Alia porrò symptomata media quodam modo inter perniciem atque salutem sunt.Illud uerò,nares autem unguibus rescissæ,deinde non effundentes sanguinem,ita enim scripsit Zeuxis, nares unguibus rescissæ non effuderunt sanguinem,pessimum signum est. Quòd si scriptum esset,quemadmodum, & in pluribus exemplaribus scriptum reperitur, nares unguibus rescissæ, sanguis non manauit,perniciosum quidem,& hoc esset,sed minus, quàm nullo modo sanguinẽ emittere.Patet autem,ꝙ & manus opera rite adhibita sanguis tamen non emanarit: neq; enim ab initio hac in parte scripsisset,unguibus quidem nares esse proscissas, neque tamen sanguinis effluuium accidisse,si absque manus opera id euenire potuisset. Referunt autem veteres medicos non propriis unguibus modo, sed etiam ferramento quodam ad id ipsum præparato nares dissecare solitos. Videnturq; in ægrotante,de quo nunc sermo fit,ad ipsarum dissectionem propter capitis grauitatem curantes hominem medici deuenisse. Illud uerò de liene dictum, sinister lienis magnus,non nulli, ita additũ esse,sinister,putãt,ut lacti albũ poeta adiecit, & suibus humi cubantes, cum nullum lac non album sit,nulli sues nõ humi cibantes * dissecta

C non erupit sanguis sinistra,tanquam dixisset, ex sinistra nare,& ea lieni è regione opposita est. Atque verisimile est medicum ad manus operam huic nari adhibẽdam fuisse permotum. Errante autem primo librario accidit, ut erratum remaneret.Præterea cũ in proposito sermone illud etiam sit,tussire ipsum ex uertice, de hoc etiam inter libri interpretes magna dissensio est orta, non nullis quidem ex capite fieri tussim dicentibus,non,sicut crebrius fieri consueuit,ex pectore & pulmone,& aspera arteria,quando hæc primo affecta sunt:aliquibus autem ex uertice proprie dictum esse putantibus, ut non solum ex capite destillatio aliqua tussis causa sit, sed etiam ab ipsius capitis parte illa,quam uerticem nominamus.

7 *Qartana laborantes magno morbo non capiuntur;Si prius autem capiantur,& quartana superueniat,liberantur.*

* Comitiales veteres,& magnum morbum,&‖affectum puerilem appellabant, ut ipse Hippocrates in libro De aquis,& aere,& locis, quoniam pueritiæ tempore abundat. Non nulli & herculeum ipsum uocauerunt,non ꝙ Hercules eo vexaretur,sed uidentur isti,sicut alij etiam nominibus eius sæuitiam exprimere uoluerunt,ita & nomen hoc magnitudinem significans, herculeum.s.effinxisse.‖Alij sacrum morbum falsa opinione decepti appellauerunt, sicut in libro De sacro morbo explicatum est.Oritur sanè,& ab alijs affectis partibus non nunquam uitium hoc: sed in plurimis primum ipsum cerebrum afficitur,non alio affecto consentiens.Morbi autẽ causa frigidus crassusque humor est in cerebri sinibus collectus,neruorumq; origines,ac præcipue dorsi medullæ primum principium, occupans. Huic humori igitur & aliæ quidem febres prosunt,sed maxime diuturnæ,& ex his omnibus quartana potissimum; itemq; ea ipsa quartana, quæ longissima sit,& cum rigore inuadat. Ipse nanque rigor.

de Arte, aquis, & locis, cap. 2. a.a.f

D *in principio libri De sacro morbo.*

* * * *

vectes

cerebri quidem initium hoc obstruente humore.Febris autem caliditas prius attenuans, & ipsum discutere apta est, præterea,& totam temperaturam uehementibus rigoribus mutare,& humidam eam frigidamque ad calidius sicciusque redigere. Ab hac uerò pituitosus humor interdum procreatur in corpore, at excretiones sequuntur conuulsionem iuuantes,per sudores quidẽ sæpius,aut vomitum,aut alui subductionẽ, quare & per hæc expurgatur mate-

ria

2.Apho.26. Ex ord 16.b 1.Epid.com.3.t. 4.3.118.g

ria iuata id,quod in aphorifmis dixit,| Febrẽ conuulfioni rectius accidere, quàm cõuulfionem febri.comitialis autem eft totius corporis conuulfio.In primo quidem de morbis popularibus, ita fcripfit de quartana : | Tutiffima quidem omnium eft, & facillima , fed longiffima quartana: neq; enim ipfa folum per fe ipfa talis eft,fed etiam ab alijs ingentibus morbis tutum præftat. Id verò nulli dubium eft , quòd prius quartana febre laborãtes comitialis morbus adoriri nequit, quandoquidem iam adortum fuperueniens quartana difcutere confueuit ; quocirca multo fanè magis ipfum nondum factum fieri non permittit.

8 *Pro quibus qui morbi,*

Hoc fupra pofitis congruit, hanc fententiam innuens. Pro quibus morbis qui morbi oriantur,fcire bonum eft:id verò fubaudire opus eft.Quemadmodum enim quartana comitialem fanat,& febris quæque conuulfionem,vel etiam deftillationem,& fufpirium, eodem pacto oculorum phlegmonen alui profluuium,læuitatem inteftinorum acida eructatio , & lateris phlegmone pulmonariam,ueternũ phrenitis : contra uerò non utiliter phrenitis in ueternum,phlegmone lateris in pulmonariam,fe conuertunt. Quin etiam atram bilem hæmorrhois plerunque incipientem prohibuiffe,& iam effectam remouiffe,nec non & duratum lienem fanauiffe,confpecta eft.At uarices quoque hos ipfos morbos,podagras præterea,& articularios dolores, difcutiunt.

GALENI IN SECVNDVM HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS LIBRVM COMMENTARIVS SECVNDVS;

B

Nouissime repertus, & ab Excellentissimo Ioan. Baptista Rasario è Græco in Latinum sermonem translatus.

VLIER oris ventriculi dolore conflictabatur, nec quicquam conquiesce bat. hæc tenuissimo farinæ hordeaceæ pollina mali punici succo macerato semel die in cibo contenta, non reuomebat, ut Charioni visu venit.

Primum de vulgaribus morbis librum dignum esse doctrina, & gloria magni Hippocratis, dictum est: vtpote qui multa, eaque utilia, & ad inuentionem, cognitionemque eorum, quæ in medicina tractantur, pertinentia contineat: quæ uerò in hoc secundo sunt, cum C propter obscuritatem, ac breuitatem, tum uerò etiam propter rerum uarietatem, tam differentia, ac disiuncta inter se sunt, ut non ab uno Hippocrate, aut ab eius filio Thessalo scripta esse uideantur. multa enim uarijs confusa modis uidentur: multa sine ulla ratione interiecta, & nulla ex parte consequentibus coniuncta. quocirca non ad libri confectionem, sed ad commentarium potius, & ad memoriam hæc ferme omnia esse composita uidentur, hicque secundus non uidetur ita esse conscriptus, ut ederetur, sicut est de primo, tertioque libro ab Hippocrate factum Est enim hęc quædam ægrotorum, symptomatum, ac morborum connumeratio: ut cum ait, Mulier καρδιάλγει, hoc est oris uentriculi dolore afficiebatur. Cardialgia enim morbus est, quem etiam καρδιωγμὸν, hoc est morsum in ore uentriculi uocant. etenim cum cor ita situm sit, ut prope os uentriculi esse uideatur, idcirco homines ducto a situ partium argumento, hoc malum a corde ducere initium arbitrantur: sicut nonnulli nomine decepti, cor ipsum morderi existimant: cum tamen perspicuum sit, & morsum esse sub chartilagine pectoris, & cor in medio thorace situm esse, Hoc autem nomen καρδία, hoc est cor, non solum significare apud ueteres unum princeps uiscus, quod est uitalis D facultatis fons, sed etiam os uentriculi, neminem ignorare arbitror eorum, qui sunt vel mediocriter eruditi: siquidem præter medicos, etiam Thucydides in secundo historiarum de pestilentia agens, ita scribit: Et ubi hoc malum in cor desederat, ipsumque subuerterat, omnes, quæ a medicis nominatæ sunt, bilis expurgationes subsequebantur. Item in libro prædictionũ, qui Prorrheticus inscribitur, ita legimus, Cordis dolor cum hypochondrio contento, dolorque capitis, malignum. Cum enim uitiosi humores partes ad os uentriculi pertinentes imbuunt, tum mortales redduntur nauseabundi, & oris uentriculi dolore conflictantur. proinde accommodatum remedium, quod mulieri adhibitum est, commemorat: quo & vomitus repressus est, & robur uentriculo additum: Farinam, inquit, hordeaceã in pollinem subactam, & mali punici succo exceptam semel die pro cibo sumebat. polenta enim uitiosum succum exsiccauit: mali uerò punici succus vnà sumptus uentriculum roborauit vsque adeo, ut humorem, qui tunicis ipsis continebatur, expellere potuerit. Nec uerò omnem oris ventriculi dolorem cardialgiam appellant: sed eum solum, quem acres humores excitarunt: nimirum cum os ipsum irritatũ, commorsumque sit: quod in tristitia contingit vel maxime. ex quo fit, ut homines ita affecti, bilem uomant: sicut etiam in quiqusdam per infernas partes deijcitur: quo tempore aluus summe biliosa egerit. hæcque merito accidunt, quandoquidem os uentriculi propter magnitudinẽ sen-

tientium neruorum,quos habet,nihil fugit eorum,quæ in ipſo ſunt, itaque cum ab humore bi E
lioſo mordetur,dolor excitatur, atque inde bilioſus uomitus cietur;quam obrem ueteres eius
morſus καρδιωγμοὺς,& καρδιαλγίας nominarunt.

2 *Mutationes iuuant, ſi non in mala mutentur: ut in uomentibus ſumpto medicamento, febrium cauſa.*

Mutationes eorum,quæ uomitu reiiciuntur,ad deteriora vergentes, vt in omni ſuperuaca-
neorum genere, damnantur. quamuis enim expediat ea expellere, uarias tamen corporis af-
fectiones, ac magnam naturæ perturbationem ſignificant. Vomitum porrò uarietatem repre
hendit etiam auctor prædictionum, hoc modo ſcribens,Vomitus cum uarietate, mali,cum a-
lias, tum uerò, ſi ſeſe mutuo prope conſequantur. Itaque ſuperuacaneorum mutationes eo,
quòd uarij humores expurgentur, non ſunt omni ex parte reprehendendæ, niſi in deteriora
uertantur, & continenter fiant,aut peſſima ſigna,ut colliquationis, ac corruptelæ adiuncta ha-
beant: quemadmodum ipſe in præſagijs memorauit his uerbis. Si uomitus porri colorem imi
tetur, aut liuidus, aut niger ſit,quicunque ex his coloribus fuerit, prauus exiſtimandus eſt. Si
idem homo omnes colores euomat,iam id admodum pernicioſum erit. mortem autem celer- F
rimã denunciat liuidus,ſi malus in eo odor eſt. Hos uomitus omnes damnat iiſdem fere uerbis
in Coacis prænotionibus,vbi ſcribit,Vomitus viridis,& niger, & liuidus, malus: ſi uerò idem
omnes colores uomat, pernicioſum eſt. Cæterum quod hic de uomitibus cenſet, in Aphoriſ-
mis de alui excrementis ait, In alui,inquit,fluxionibus mutationes excrementorum iuuant,
niſi ad mala fiat mutatio, ac ſicut illic eas fluxiones,quæ ſponte fiunt,ſignificat,ſic hic de ijs vo
mitibus loquitur,qui ſua ſponte cientur:vt ex conſequentibus planum eſt, cum ait, Vt in uo-
mentibus ſumpto medicamẽto,febrium cauſa,id quod in Aphoriſmis aperte dixit,Et quo plu-
res colores fuerint deteriores,peius:cum medicamento uerò, melius; ſiquidem haud mirabile
eſt,talia a medicamento educi.

3 *Quæ poſtremo reijciuntur magis ſincera,putredinem ſignificant,ut Dexippo contigit.*

Eſt hoc in more poſitum Hippocratis,ut in omni genere ſuperuacaneorum ſincera, & imper
miſta damnet, & ſinceras humorum euacuationes eſſe malas enunciet. in Præſagijs enim de G
ſputo ſcripta reliquit hæc,Et permiſtum ſputo flauum uehementer uideatur.nam ſi multo poſt,
quam dolor ceperit,flauum,aut rufum excreet,aut quod multam tuſſim excitet,nec uehemen-
ter permiſtum ſit,peius erit. quod enim non eſt commiſtum,ſyncerum eſt: quod damnat,cum
ait,Quippe flauum ſi ſyncerũ fuerit,periculum ſubeſſe teſtatur. Et rurſum,ſi uerò ita ſyncerum
ſit,ut nigrum quoque appareat, hoc erit illis grauius. Iam in prædictionibus quoque uomitus
ſinceros,ac faſtidioſos malos eſſe cenſuit. Eoſdem etiam malos eſſe plane ſcripſit in Præſagiis,
cum ait,Vomitus vtiliſſimus eſt,qui maxime bilem, & pituitam miſtam habet, nec admodum
craſſus eſt,nec copioſus. ſinceriores enim deteriores ſunt. quam ſententiam in Coacis confir-
mauit his uerbis: Vomitus omni vacans moleſtia eſt,qui pituitam,& bilem commiſtam habet,
nec admodum copioſus eſt. quæ autem ſinceriora euomuntur, deteriora ſunt. Et paulo poſt,
Vomitus paulatim celeres,bilioſi,ſynceri,mali. quę eadem de ſynceris deiectionibus ubiq; cen
ſentur.Sincerum autem appellatur id,quod non miſtum alteri eſt, & ſuam naturam puram con
ſeruat.ipſeque in Præſagiis quale uocet ſyncerum, indicauit, cum ei miſtũ oppoſuit:ſiquidem
ſyncerum uinum dicimus, cui aqua miſta non ſit. eodemque modo unaquæq; res ſyncera dici
tur,quando ipſa per ſe ſola ſit,nec ulli alij admiſta: qua ſignificatione ſincera excrementa dici- H
mus,in quibus unicus humor excernitur,non miſtus alijs: ſicut ipſe in primo De morbis vulga
ribus exquiſite bilioſas excretiones ſinceras uocauit:quas etiam damnat. Semper enim Hippo
crates inæquales eorum omnium,quæ ualde differunt,coniunctiones damnat: & experientia,
ita eſſe, nos docet. Quærat autem quiſpiam, quomodo dictum ab Hippocrate ſit, extremos
vomitus impermiſtos,& ſynceros ſignificare putredinem,cum potius ſalutis ſignum eſſe uidea
tur,cum quæ nocent,quæque ſuſpecta ſunt,euacuari poſſunt. Etenim in tertianis febribus in-
termittentibus non facile integritatem ſentimus, niſi bilis, quæ ſub præcordijs morbum fo-
uet, ad extremum reiecta ſit. quod nec ſtatim, nec primis,ſed potius extremis fit vomitibus.
An quæ hic de vomitu ſcribuntur, ſimilia ſunt eorum, quæ in Prædictionibus de ſynceris deie
ctionibus dicta ſunt,ubi habentur hæc:Deiectiones in ſpumeas,& ſynceras deſinentes, exacer
bant. Cum fieri poſſit,vt extremæ deiectiones,quæ leuaturæ morbos ſunt, exacerbationes ta-
men morborum ſignificent,cum in peius deſinunt.magnam enim humorum inæqualitatem in-
dicant:& extrema ſinceriora poſt diuturnam reiectionem,quæ vomitu facta ſit, certas putredi
nis humorum cauſas indicant.

4 Serapis

A 4 *Serapis ex liquida aluo intumuit.pruritus autem haud scio quoto die non ulterius progressi sint. habebat etiam in lateris inanitate abscessum,qui niger factus ipsam occidit.*

Liquidam aluum uocat,a qua liquida deijciuntur. Liquidior autem,quàm conueniat, fit aluus,quando alimentum in succum in ipsa conuersum, parcius distribuitur: sicut rursus fit siccior, cum omnis humor, qui in ipsa continetur, ad iecur comportatur. quæ igitur excernuntur, citius ad exitum festinant, interdum propter copiam bilis, ad aluum defluentis, quæ ipsam ad expulsionem irritat; interdum uerò, quòd facultas alui retentrix fit facta debilior, expultrix uerò,quæ & in ipsa, & intestinis inest, fit robusta. quam ob rem mulier intumuit. Cæterum ipse œdema solet appellare omnem tumorem,qui præter naturam fit. Pruritus autem est malitiæ humorum soboles.estque eius natura quædam nitrosa,salsa,aut amara. quocirca illotos,& sordidos,& qui cruditate laborant,& cibis mali succi uescuntur,pruritus exercet:ac multo etiã magis leprosos,scabiososq;: causa est,quòd in his affectionibus,& copiosior succus est, & crassior. Cum autem magna est incoctorum humorum copia,tum abscessus fiunt. Sed parui nihil iuuant: magni mortem afferunt: cuiusmodi fuit Serapidis abscessus,qui & niger,& ma

B lignus effectus, ipsam interfecit.

5 *Stymargi uxor, ubi uentris paucorum dierum perturbatio multum constitisset, & ex abortu quadrimestris fœtus fœminei conualuisset,intumuit.*

Perturbatio è multis fit edulijs partim uentrem mordentibus, partem inflantibus: & quæ interdum è partibus facultate pugnantibus constent. quorum alia uentrem irritant, alia cohibent. sed & flatus, & dolor, aut febris uehemens, aut alui fluxus,aut sanguinis profluuium, aut tristitia,aut ira, aut metus idem efficit. quocirca ueluti ex longa seditione infantis abortus factus est. uerisimile enim etiam est,in hac muliere ora uasorum ad uterum pertinentium, muco plena fuisse; ex quibus secundæ pendent. Cum autem post abortum non satis sit purgata, meritò intumuit.

6 *Moscho ex calculo grauiter laboranti in superiore palpebra hordeolum exortum est, ad aurem magis uergens. deinde intro exulceratum est. quinto, & sexto die pus ex internis erupit. inferiora soluit. Tumor glandularum ad aurem aderat: & eorum, quæ collo subiacent, superiori tumori è directo respondens.*

C Calculos in ijs gigni corporibus ostendimus,in quibus crassitudo humorum est cum ardenti calore coniuncta. Sicut etiam multos intuemur, qui quia uoraces sunt maxime, eum humorem,qui crudus proprie uocatur, accumulant: ex quo calculus facile gignitur. qui in pueris, quia calidiores sunt,uel maxime oritur. quod ipse in sexto De morbis vulgaribus docuit. mingunt enim crassa.hæcque crassitudo consistit, ac densatur, cumque conuenienti tempore non sit excreta,& intus sit commorata diutius,consistit quodam modo,& concrescit: hocque sumpto initio,reliqua crassitudo,quanta in uesicam peruenit,huic adhæret,ac calculus efficitur. Sic etiam lac,quod crassum est, ad calculos gignendos accommodatum existimatur. Iam uerò omnia,quæ crassi succi sunt, ad lapides producendos apta sunt. atque id magis in senibus. ijs enim & iecur,& lien, & renes obstruuntur. atque inde efficitur, ut senes, qui in nimio illorum usu uersantur,partim in aquam inter cutem cadant: alij lapides gignant. Hordeolum uerò est paruus abscessus, oblongus, palpebræ cilio obueniens. hæc autem hordeola uocant etiam posthias.

D 7 *Præter uxoris Aristæi, fessus de uia, incaluit: tiq. postea terminthi in tibia coorti sunt. deinde adfuit febris continua, & postridie sudor, qui & reliquis diebus paribus semper comitatus est. præterea febris adfuit. erat sublienosus. sanguis ex nare sinistra crebro fluxit: & subinde indicatus est. postridie secundum aurem sinistram tumor: sequenti autem die, etiam secundum dextram, subortus est:qui tamen minor erat,& intepescebat.hi omnes sensim conquieuerunt,nec suppurarunt.*

Terminthorum est apud Hippocratem mentio libro sexto De vulgaribus morbis, cum ait, Qui hæmorrhoidas habent, ij neque lateris dolore, neque pulmonis inflammatione, neque phagedæna, neque furunculis, neque terminthis, corripiuntur. Eadem sententia habetur in libro De humoribus extremo. ac nos eo in loco diximus, terminthorum nomine significari nigras quasdam pustulas, in cruribus potissimum erumpentes, à similitudine figuræ, coloris, & magnitudinis, quam cum fructu ciceris gerunt. super his pustula nigra solet eminere. qua rupta id quod subiacet, disquammato simile apparet. subiectis partibus diuisis pus deprehenditur. Alijs placet, terminthos esse exuperantias quasdam, in cute consistentes, rotundas, nigro, & uiridi colore, ciceris fructui similes. Hic autem homo cum fessus esset de uia, incaluit, ac febris continua facta est. Vocat autem febrim continuam

eam, quæ non peruenit ad integritatem prius, quàm perfecte soluatur: etsi aliqua sensibilis appareat declinatio. Cum uerò neq; aliqua sensibilis fiat declinatio, sed semper a primo principio usq; ad iudicationem similis perseuerat, erit de genere febrium ardentium. ab illis tamen differt acumine; est enim & biliosa, & deurens, & peracuta. earum autem differentias, & nomina habes in nostris libris, quos & de febribus, & de crisibus conscripsimus. Erat autem consentaneũ, vt cum hic esset sublienosus, sanguis ex sinistra nare crebro flueret; natura fluxionem sanguinis recte administrante; quocirca iudicatus est. cui rei fuit etiam adiumento tumor secũdum aurem, qui prius sinistram, postea etiam dextram obsedit. Hos autem ait sensim conquieuisse, hoc est euanuisse, & paulatim contabuisse. Sic enim nominat id, cuius acutus motus, & mutatio cessat, quodq; refrigeratum est. ac propterea non suppuratum est. Sicut etiam in libris De morbis vulgaribus scriptum est, Concretum est, constitit citius, motum est, ἠμαλύνθη. Itemque in Prorrhetico, quæ dixit καταμαλυνθέντα solutionem, quæ sensim fit, significant. E

8 *Ei, qui ab Alcibiade uenerat, ex paruis febribus ante indicationem testis sinister intumuit. magnum autem lienem habebat. & sane febris die uigesimo iudicata est. deinde aliquando subincalescebat: & subfloridum spuebat.* F

Tumor sinistri testis ex iis censetur, quæ è directo eueniunt: sicut in eo, qui sublienosus erat, sanguinis ex sinistra nare profluuium. Subfloridum autem uocat, quòd subcruentum, ac subrubrum est: sicut florida sputa dicuntur subcruenta, & rubra, & florida facies, & ἐρύθημα, subrubrum significat, ac sanguinis copiam indicat. atque ipse in Prorrhetico floridos appellauit, quos etiam ualde rubros uocauit. hoc signum est multitudinis cum calore coniunctæ, in capite accumulatæ.

9 *Quæ ex tussi parũ, & nihil notabile reijciebat, & manus dextra, & crus sinistrum siderata, resolutaq; sunt. nulla autem alia pars immutata est, non facies, non mens. ac ne illis quidem partibus ualde admodum. in melius processit ad uigesimum diem. quod fere illi circa mensium eruptionem contigit, qui fortè tum primum apparuerunt. erat enim uirgo.*

Cum superiores pectoris partes circa primum, & secundum costarum interuallum patiuntur, manus quoque in affectus communionem trahuntur, quod nerui in eas pertinentes inde progrediantur. Sic etiam legimus alia ratione Pythioni propter uaria sputa tremorem a manibus incepisse. ac merito quidẽ: propterea quòd tremoris causa est uirium, quæ in musculis sunt, imbecillitas: cum enim superiores thoracis partes affectæ sunt, quæ colli uertebras tangunt, & a quibus manus mouentur, pondere humorum oppressæ manus, fungi suo munere non possunt. Cæterum in tussi diuturna magna est soboles abscessuum: siquidem tusses laboriosæ, ut censuit Hippocrates, in articulos decumbunt, aut in manus, aut in fæmora, aut in crura, aut in lumbos, aut in testiculos: ut ipse in sexto De morbis vulgaribus aperte pronunciat. Qui, inquit, magis, quàm par sit, in uoce laborarunt, aut rigorem passi sunt, ij in anginas potius inciderunt, qui uerò manibus laborem pertulerunt, iis solæ manus sideratæ sunt. qui uerò equitarunt, aut iter fecerunt, aut aliud quid cruribus passi sunt, ijs in lumbos, aut crura intemperantiæ syderatis similes acciderunt: & lassitudo, ac dolor fœmora, tibiasque obsedit. fuere autem durissimi, uiolentissimique ij, qui ad resolutionem perduxerunt. Sed diuturna tussis quandoque in abscessum desinit, qui testes occupat, idque fit communione naturæ partium thoracis, & instrumentorum geniturae seruientium. qua etiam ratione testis intumescens propter tussim, commonefacit nos eius communionis, quæ inter pectus, mammas, genituram, & uterum intercedit: ut etiam in libro De humoribus dictum est. Dixit autem παρελύθη παραπληκτικῶς, hoc est, syderata, resolutaq; sunt, sicut in Prorrhetico scriptum est. resolui paraplectico modo. Vocat enim paraplegias eas resolutiones, quæ ex apoplexia in aliquam partem decumbente fiunt. Paraplegia enim talis vnius corporis particulæ affectio est, qualis totius est apoplexia. H

* * * *

etenim si tota anterior cerebri pars quandoque patiatur, in eiusdem affectionis consensum etiam summum eius uentriculum uenire necesse est; eiusque intelligentiæ seruientes actiones lædi. qui uerò ita affectus est, is sensus, ac motus expers iacet: nec tamen læditur respiratio. uocatur autem hic affectus, sopor. alius affectus, qui apoplexia nominatur, adeo grauiter respirationem lædit, ut quis vel magno conatu uix respiret. solutam uerò apoplexiam sæpe excipit paraplegia. inter soporem, & apoplexiam interiecta media est epilepsia; quæ tamen in paraplegiam non finitur.

A finitur. humor autem, ex quo hæc tria genera morborum oriuntur, frigidus, crassus, aut omnino glutinosus est. *

* * *

non est igitur mirum, si in muliere, quæ non satis erat purgata, manus, aut cruris est facta resolutio: sicque in prima eruptione mensium iudicata est.

10 *Apemantus, & fabri, qui caput fregit, pater, & Nicostratus nihil tussi reiecerunt: erant autem alio qui in renibus dolores. interrogando audiebam, ipsos semper potu, & cibo impleri.*

De Apemanto, fabro, ac Nicostrato mentio est in quarto De vulgaribus morbis libro. quorum dolores, qui sedem, dextri lateris inanitatem, & partes paulo infra umbilicum obsidebant, explicantur: aliaque multa adduntur. huic autem Apemanto ait, potuum, ciborumque copiam morbi causam attulisse. idcirco in libris De morbis vulgaribus scriptum est, graui dolore renes præmi, cum cibo explentur: dolorem sedari, cum cibis euacuantur. ac merito quidem dolor e-
B nim in renibus propter cibum excitatus, quod renes a copia, pondereque excrementorum præmantur, ac prægrauentur, cum primum ea descenderint, se remittit, ex totoque sedatur.

11 *Dolores uehementissimos conspiciens aliquis, quo modo cognoscat. terror, facilitas tolerandi, experientia, & timiditas.*

Tota hæc oratio est ad consulendum accommodata. admonet enim medicum, det operam, vt dolorum differentias, & affectiones noscat: & dolorum tempora, & circunscriptiones perspectas habeat: sicut & in sexto horum librorũ iubet. Modus autẽ, ac uehementia dolorum ex facilitate, & difficultate tolerãdi, experientia, & timiditate cognoscitur. ac differẽtias quidẽ ab ægrotis possumus audire, siquidem sunt, qui uelut ab acu pungi uideantur: alij ut terebro perforari: alij præmi, alij distrahi, alij distendi, alij conuelli, & ponderis cuiusdam sensum habere. quo pondere interdum aliqua ex subiectis partibus suspendi, interdũ circundantibus incumbere vr. alij rursus fastidio affici stomachum aiunt, & languere: alij uehementem, fortem, uiolentũ, & continuum, atque etiam intermittentem dolorem sentiunt. alij stomachum sibi præmi aiunt, alij sic affici, quasi extrinsecus onus aliquod incumbat. Interdum in uehementi respiratione grauitas
C in dextra præcordiorum parte sentitur. idcirco ipse censuit, Dolores, qui sunt in lateribus, & pectoribus, aliisq; partibus, an magnopere differant, perdiscendum. Hoc enim non solum ad locum affectum dignoscendum, sed etiam ad prænoscenda ea, quæ in ægroto facienda sunt, ad curationis inuentionem ualet.

12 *Aqua, quæ cito calefit, & cito frigefit, semper est leuior.*

Aquæ leuitas iudicatur eo, quòd cito calefiat, & cito refrigeretur. optima autem aqua probatur consistentia, gustatu, odoratu, & colore. ac gustatu quidem, & odoratu, si nullam absurdam qualitatem præ se ferat: ut neque dulcis, neque salsa, neque acida, neque acris, neq; male olens, neque putris sit, aut ullam denique aliam qualitatem habeat: sed omnis plane expers qualitatis sit, uacetque omni aduentitia qualitate, & rei cuiusuis admixtione, quæ aut gustatu, aut olfactu sentiatur. nihil habeto lutulenti, sed esto pellucida, & pura, & ab omnibus ramentis, quę innatare solent, libera. Huiusmodi autem aqua erit tenuium partium, ac facile coquetur, & distribuetur, & præcordia celeriter permeabit: & calore, ac frigore facile immutabitur: & facile etiã contrarias qualitates accipiet. & talis erit frigida, & humida, & proprie aqua nominabitur. ca-
D uenda quæ e stagnis hauritur, quæque turbida est, & quæ male olet, & quæ salsa est: &, ut uno uerbo dicam, ea omnis, in qua aliqua qualitas gustu deprehenditur: quòd optima aqua debeat omni prorsus uacare qualitate. erit autem huiusmodi potanti iucundissima. summa autem diligentia hoc ad exquirendum adhibenda est, quòd aqua sit omnibus hominibus, & bene ualentibus, & ægrotantibus communissima, & ad uitam maxime necessaria. Hippocrates tamen in libro De uictus ratione in morbis acutis, ita differere de aqua uidetur, ut ipsam neque habere vim incidendi, ut acetum, neque calidam esse, sicut mel in acutis morbis censeat: proinde fieri, ut tarde permeet, difficulter concoquatur, & ægre descendat: quanquam alioqui optima sit, & culpa uacet. si enim multum in uentriculo maneat, fluctuationes in eo gignere consueuit. cum uerò uentriculus biliosus sit, ipsa quoque simul corrumpitur. cumq; ex uentriculo in ieiunum intestinum ægre perueniat, non facile distribuitur, neque in iecur, & multo minus in renes, thoracem, ac pulmonem. quocirca, neque ad ciendas urinas, neque ad sputum educendum apta est. immo, neque per totum corpus transpirationes facit. sed neque uitalem corroborare facultatem potest. Quam obrem Hippocrates in ægrotis, ab aqua abstinens, ad mulsam, oxymel, uinumque se contulit. In sexto autem De uulgaribus morbis, ubi haben-

tur hæc, aqua decocta, &c. in ea oratione non declarauit, quibus in malis, & quem ad usum de- E
coquere aquam oporteat: & an omnis aqua, an uero sola uitiosa decoquenda sit. nos uero om-
nia perspicuè distinximus: ac uix inueniri aquam uitio uacantem affirmauimus. ac uitio uacā-
tem aquam appello, quæ neque cęnosa, neque male olens sit, & nullam gustui qualitatem affe-
rat. hoc ideo moneo, quia quædam sint, quæ absurdas qualitates habent adiunctas, ut salis, ut
nitri, ut sulphuris, ut bituminis, ut aluminis, & aliarum multarum rerum huius generis. Vitiatur
etiam aqua admistione uitiati aeris. Sunt alia quoque aquarum uitia, quæ ex ijs, quæ incoquun
tur dignoscuntur. nam ut in optimis aquis res celerrime, sic in uitiatis tardissime coquuntur, ha
sce aquas ueteres nomine indomitas uocauerunt. sed tutissimum erit, experientia de eis facere
judicium. si quis uero aquæ facultatem notis prænosse aueat, ei suppetent omnes, a nobis in pri
mo de tuenda ualetudine expositæ diligenter. Sed in libro quoque de aere, aquis, locis, & regio
nibus omnes ferme sunt ab Hippocrate litteris consignatæ; ac nos easdem sumus interpretati.

13 *Cibi, & potus an æqualiter morentur, experientia opus est.*

Incertum est, quod ait, an æqualiter morentur, utrum ad muram temporis, qua alimenta F
conficiuntur, an ad facultates ipsorum, referendum sit: qua ratione dixit ipse, cibos ualentes,
& imbecillos esse, hoc est, breue, aut longum alimentum corporibus præbere. & cibos imbe-
cilliores breuem uitam habere. quo in genere sunt olera, & plurimæ arborum baccæ, & alio in
loco scripsit, cibi partim cito, partim sero uincuntur: quod ea, quibus uescimur, differant inter
se, ut alia celeriter a corpore mutentur, alia tarde, itemq; concoquantur, & apponantur, & cor
pori similia reddantur. Nos autem in tribus de facultatibus alimentorum commentarijs quæ
alimenta sint, quæ celeriter concoquantur, inque sanguinem uertantur, ac nutriant, quæ tar-
de, sumus persequuti. itaque nunc producere longius orationem opus non est. Vtrum autem
cibi, & potus æquales moras faciant, quæri potest. ipse tamen ait, facilius nos impleri potu,
quàm cibo: & in libro de alimento sic scriptum est, Quicunq; celerrima appositione indigent, »
humidum remedium ad resumendas uires optimum. quicunque celeriore, olfactu opus est. »
An usus, & experientia ciborum pro cuiusque naturæ affectione, & alimenti proprietate profi-
cit? singulis enim certa quędam adhibenda sunt, non uniuersitatis conseruanda norma est. quo
circa alia his, alia illis magis placent, & prosunt. quorum ratio non nisi longa experientia, lon-
goque usu dijudicari potest. has autem in singulis alimentis spectandas esse uirtutes innuere ui G
detur ipse in libro de alimento, ubi scribit, Humidum alimentum facilius transmutatur, quàm »
siccum: siccum alimentum facilius, quàm humidum. Hæc igitur non tam ad mutationem, quā »
ad qualitates, & facultates alimentorum referri possunt. In uentriculi, iecorisque morbis quan-
titas alimentorum esse moderata debet, ac determinata: ne alterutrum ipsorum prægrauetur.

14 *Dicendum, quod fluente sanguine ἐκχλοιοῦνται. & quæcunque alia huiusmodi, quod ad humectan-
dum, siccandum; calfaciendum, & refrigerandum talia multa quis inueniat.*

Ex nimio sanguinis profluuio corpus ἐκχλοιοῦται, hoc est color ipsius contabescit, & ipsum
ex pallido uirescit, & uiride redditur. idque iure fit. color enim humorum ab eis nimirum du-
citur, quæ in ipsis exuperant. ita linguas uirides uocauit eas, quæ ad biliosiorem colorem, ad pal
lidæ inquam bilis colorem uergunt: & nigras, a nigra bili, & rubras a sanguine nuncupauit: ut
à pituita albæ efficiuntur. Ergo magna sanguinis copia fluente uiuidus corporis color deflore-
scit, uirescitque ac flauescit: quod χλωρίζεσθαι καί, λαχανίζεσθαι dicitur: quod est uirescere, &
herbescere; quod hic color herbarum colorem imitetur; Græci enim χλωρὸν in stirpibus usur- H
pant, ἀπὸ τῆς χλόης, hoc est a uiridi colore id deducentes, qui plerunque in herbis est. quando-
que etiam pallidos uocant χλωρούς. Corpus igitur ex pallido uirescere dicitur, quando floridus
color euanescit, & destitutum à sanguine, liuidum, & tanquam cadauerosum uidetur. in quam
sententiam in Prorrhetico scriptum est, Qui statis temporibus sanguinem profundunt, siticu-
losi, difficiles, ἐκχλοιούμενοι, si non profuderint, epileptici moriuntur. Et in sexto de vulgaribus
morbis, Quibus copiosus sanguis ex naribus fluit, & decolores planè sunt, ijs parum prodest.
Senex autem uti solet hoc uerbo: si quidem & in Coacis hæc habentur. Arquati non admo- »
dum sentientes, quibus singultus, & alui fluunt, ac fortasse etiam abscessus fit, hi ἐκχλοιοῦνται. »
& rursus, Arquati, quibus fit abscessus, ἐκχλοιοῦνται. & circa finem, si præter ἐκχλοιοῦσθαι, etiam dif »
ficulter spiritum ducant: bene spirant, sine noxà sunt, aluo procedente. his omnibus in locis
hoc uerbum ἐκχλοιοῦσθαι, significat pallescere. Addidit autem multos quoque & cibos, & potus
tales inueniri posse, qui adiumento sint ad calfaciendum, & refrigerandum, & siccandum, & hu
mectandum. Illa autem propositio Ad, adhibita est, non ut repugnet, sed ut intelligantur, quæ
ad hæc nobis adiumento sint: sicut etiam ipse dixit, Ad initia considerandæ accessiones sunt;
admonens nos, ut non solum hoc in initijs, sed in totis quoque morbis spectemus.

15 *Fœtus*

A 15 *Fœtus masculus sexaginta dierum abortu eiectus, in partuum suppressionibus salubris.*

Quattuor esse tempora fœtuum, ostensum est. primum est, quo in abortu, & dissectionibus forma feminis adhuc apparet. quo tempore hanc constitutionem nondum fœtum, sed genituram Hippocrates nominat. Secundum est, cum cor, cerebrum, & iecur indistincta, in formiaq; adhuc sunt illa quidem, sed concretionem tamen quandam, notabilemque magnitudinem habent: idque fœtus appellatur. tertium illud censetur, cum euidenter tria principia conspicimus: obscurior tamen est artuum species. quartum statuitur, cum omnia, quæ in artubus habentur, distincta sunt. neque iam fœtus solum, sed iam infans quoque nuncupatur. quo tempore ipsum & calcitrare, & moueri, sicut iam perfectū animal censuit Hippocrates. Cæterum fœtus unius, aut duorum mensium facile corrumpūtur. at trimestres, & quadrimestres difficillime omnium corrumpi possunt. quod cum ipse perspectum haberet, in Aphorismis dixit, Grauidas medicandas esse, si materia turgeat, quarto mense usque ad septimum: sed has minus, iuniores, & seniores vereri oportere. causa est, quia uincula, per quæ fœtus utero adhærent, imbecillia sunt, & eorum totum corpus tenerum est. qui uerò prope partum sunt, cum magni sint, multo alimento egent: quo destituti, sæpe in morbis, præsertim uerò acutis, corrumpuntur. Est interdum, cum B ex suppresso sanguine difficilis partus redditur, ut mulier magna ui partum edere conetur: & partes muliebres abscessu corripiantur. Quod autem nūc de hac muliere scribit, salubre fuisse, non mirum est. morbus enim facto abortu leuatus est, & mulier conualuit.

16 *Hercules octauo mali die intumuit.*

Obscura est oratio, quia neque mali, neque morbi speciem exposuit.

17 *Dysenteria plerunque laborat, qui tenesmo corripitur.*

Primi medici multa nomina morbis a læsa particula indiderunt, cuiusmodi sunt pleuritis, peripneumonia, ischias, podagra, nephritis, arthritis, ophthalmia, & dysenteria. multa à symptomate duxerunt, ut est ileos, hoc est tenuioris intestini morbus, tenesmus, hoc est crebra desidendi cupiditas, conuulsio, palpitatio, tremor, resolutio, cruditas, difficultas respirandi, uacuitas respirationis, uigilia, delirium, & coma. multa simul ab utroque quo in genere sunt cephalalgia, capitis dolor: otalgia, aurium: cardialgia, oris uentriculi: hysteralgia, uteri: sicut etiam ab ea causa, quam esse existimamus. sic melancholia, sic cholera nominatur. sic fortasse leu C cophlegmatias hydrops. sicut etiam per similitudinem quidam morbi uocantur, ut elephas, cancer, polypus, uitiligo alba, carbunculus, ophiasis, meliceris, & sycosis. Multa etiam morborum nomina inuenies, quæ nec locum affectum, nec causam, a qua facti sunt, attingunt: ut sunt inflammatio, gangræna, scirrhus, erysipelas, abscessus, ædema, suppuratio, ulcus, fractura, ruptura, tuberculum, furunculus, uarus. Sed appellato nunc quisque morbos quo libeat nomine: nos de iis, qui propositi sunt, disseramus. Differentiæ igitur excretionum sanguinolentarum sunt quattuor: una sanguinis, cum artus præcisi sunt, aut est dimissa exercitatio, per circuitum repetens. altera cum ex iecoris imbecillitate aqueus sanguis prodit, tertia est melancholici sanguinis: quarta est ueri sanguinis, aut concreti. differunt, quia tres primæ efficiunt, ut multum simul excernatur: quarta, ut paulatim, & exiguo tempore. Nunc de quarta dicendum, cuius affectio est intestinorum exulceratio: quam etiam solam nomine dysenteriæ appellandam censent. Est autem ex eodem genere is, qui tenesmus dicitur. cum ulcus in recto intestino est factum: a quo cum cætera symptomata dysenteriæ similia, tum uerò nixus multo uehementiores afferuntur. infirmiores enim particulæ redundantiam robustiorum semper excipiunt. quocirca dysenteriæ, & tenesmi, & alui profluuium, & leuitas intestinorum D fluentibus in intestina excrementis fiunt: sicut urinæ difficultas oritur, cum illa ad uesicam uertuntur: & uomitus, cum eadem os uentriculi petunt, ut fit dysenteria cum cruentis excretionibus, tenesmus cum uehementibus tensionibus, ex ulceratione in recto intestino: leuitas intestinorum, celer ciborum non mutatorum transitus. proinde in tertio De uulgaribus morbis libro, merito dixit, in iis, quæ ad uentrem attinebant, multa incommoda multis accidisse: ac ptimum tenesmus cum dolore. Est autem alioqui hic affectus cum dolore, molestiaq; coniunctus. ac cum dolore, propter tensionem: cum molestia, quod crebro desidendum sit. Ac biliosi quidem febribus colliquantibus meritò corripiuntur: aluique deiectionibus offenduntur: rubicundi uerò, & ad melancholiam comparati, & calido crassoque præditi sanguine, non iniuria phrenitide, febribusque ardentibus, & cruentis dysenteriis afficiuntur. Duplicem autem esse dysenteriam didicimus, alteramque differetiam esse, cum intestina ex ulceratione erosa sunt: alteram cum copiosus sanguis per uenas, in intestina pertinentes, euacuatur. Hippocrates autem de tenesmis hoc dixit, Tenesmi iuuenes pituitosos exercebant: quod non modo naturam ipsorum temperamentum procliuæ esset ad tenesmum excitandum, sed ætas

quoque accederet, quæ erat calida: ut ex acri, & putri pituita tenesmum ortum intelligamus. E quādoquidem ea pituita meatum ad rectum intestinum exulcerans, ad assiduam excretionem ægrotos irritat. & quia pituita difficulter excernitur, proinde qui tenesmo laborant, uehementiores tensiones, & desidēdi cupiditates habēt, quàm dysenterici. Crassitudo enim, & tenacitas non tam celeriter, ut flaua bilis, permeat: sed corporibus inhæreſcit. Similitudo autem symptomatum non solum in iis inter se reperitur, sed etiam in uicinis partibus, ipsa attingentibus, ut in renibus, & colo. & quædam habēt sedem affectam cognitu facilem, ut dysenteria, & tenesmus. nomen autem dysenteriæ proprie intelligendum est, quod ipsa appellatione intestinorum exulcerationem significet. neque enim ut monui, hæc affectio tota simul fit, sicut fit alia, quæ iecoris uitio oritur. Est autem diligenter animaduertendum, sit ne ulcus in superioribus intestinis: propterea quod permagni interest ad curationem, nosse qua in parte intestinorum ulcus sit. nā si in superioribus intestinis est, à medicamentis epotis præsidium petendum est; si in humilioribus, iniecto clysteri adiuuantur. huiusmodi autem dysenteriæ ab iis excretionibus, quæ à iecore profluunt, discernuntur, quòd tenuis sanguinis. *

F

* * *

cuius enim iecur imbecillum est, eius color, eo, quòd parum sanguinis in ipso gignitur, candidus est, qui uerò lienem habet imbecillum, colore est lentiginoso, simili melancholico humori, qui sanguini admixtus est. *

* * * *

quod tum sanguis redundet.

& dysenterias, eas nimirum, quæ cruentæ nominantur, non quæ bile ulcerant intestina: de quibus in quarto ad Librum De articulis explanationis libro dictum est à nobis. *

* * *

G

sed cum in dysentericis excretionibus uehementer mordentibus, aut tragi succum indimus, aut caprinum adipem, aut rosaceum ceratum, à quibus tamen ipsa intestinorum non curatur ulceratio: præsertim si quid habeat, quod sit putredinis particeps. Sed uires interim quiescunt. *

* * * *

neque id mirandum est: propterea quod animantes, & stirpes cito augescentes, etiam cito uitam finiunt. *

* * * *

siccorum morborum causæ. humidorum autem sunt contrariæ omnes: ut copia ciborum, quorum sit facultas humidior, & largiores potus, & omnis uiuendi ratio delicatior, & animi securitas, & balneorū ex aquis dulcibus magnus usus, H præsertim à cibo. Eodemque modo uita otiosa, & labore uacans; pluuiæ multæ, ac tota aeris constitutio humida, ut medicamenta quæ idem possunt efficere, sicut alia complura. Sed redeo ad dysenteriam, quę plerunque cum tenesmo iuncta est. interdum enim ab aliqua causa affectus oritur: sed ita ut separata causa, non habeat permanentem affectionem: interdum autem iam factus est, partim uerò etiam num fit. sæpe ēt fieri desinit, abeunte causa: iam uerò est permanens affectio. humor autem mordax est affectus dysenterici causa: qui initio absterget, & radit: progressu uerò temporis intestinum ulcerat. quod si ante quam ulceret, desinat effluere, ipse affectus nondum dysenteria est. sed si ulcere præoccupet intestinum, non iam affectus, qui exortus est, finitur, licet humor finiatur.

18 *Lactanti ecthymata per totum corpus eruperunt: quæ, ubi illa lactare desiisset, ad æstatem consederunt.*

Ecthymata uocat pustulas, quæ sua sponte in cutem erumpunt; sicut etiam in libris de morbis uulgaribus scribit, Ecthymata magna oriuntur autem ex superuacaneis humoribus. ac nomen ductum uidetur, à uerbo ἐκθύειν quod significat erumpere. in qua significatione in sexto de morbis uulgaribus dixit. Dissoluet autem & ulcusculorum ad inferiora ἔκθυσις, hoc est eruptio,

A 19 *Coriarij eius, qui coriariam faciebat, uxori, cum peperiſſet, & omnino abſoluta eſſet, uiſum eſt quiddam membranoſum ex locellis ſubſiſtere: quod quarto die demiſſum eſt, male: ſtillicidio enim urinæ affecta eſt. mox ubi concepiſſet, marem peperit. per multos iam annos id habuerat. ad extremum ne menſes quidem prodibant. ubi autem peperiſſet, urinæ ſtillicidium ſenſim intermiſit.*

Veſicæ accidunt multa ſymptomata, quorum quædam ſunt alijs communia, ut omnes tumores, qui præter naturam eam exercent, itemque dolores, & affectiones, quæ hos gignunt: quædam ipſius unius propriæ: ueluti urinæ retentio, & urinæ ſtillicidium: atque alio modo immodica urinæ excretio. ſtillicidium autem ab urinis fit acribus, ab ulcere, aut imbecillitate veſicæ, atque interdum ob renum uitia, interdum ob aliud quidpiam eorum, quæ abſceſſu laborantia, humorum ſuorum malitiam, aut pus tranſmittere in urinas poſſunt: interdum propterea, quòd humores, qui urinis continentur, per renes, & veſicam expurgantur. ſicut enim uniuerſum corpus ſæpenumero per uentrem, ita etiam per renes, & ueſicam expurgatur. Vniuerſum autem cum labore per diuturnum urinæ ſtillicidium expurgatur, quo ſanè tempore parti-
B culæ, per quas acris urinæ fit excretio, neceſſe eſt patiantur, quod uidelicet morſu afficiantur, & continua excretione uexentur. Hippocrates autem in primo De morbis vulgaribus in ſecunda conſtitutione explicanda, ait, ſolum bonum, maxumumque ſignum extitiſſe, quod plurimos ægrotos ſeruauit, urinæ ſtillicidium, uitioſis nimirum humoribus per ueſicam expurgatis: ſicut interdum per inteſtina idem efficitur: ſed hoc tamen non ſemper uſu uenit. Veſica enim in urinæ ſtillicidio ad excernendas urinas properat prius, quàm iuſto modo ſit earum plena: idq; duplici de cauſa, uel quòd ipſarum, quæ iam mordaces factæ ſunt, qualitatem non ferat: uel quòd propter imbecillitatem prius, quàm urina coaceruata ſit, licet ſit pauca, prægrauetur. Addit autem, Coriarii uxorem multos annos hoc habuiſſe: hoc eſt urinæ ſtillicidio laboraviſſe: & ad extremum ne menſes quidem effluxiſſe. deinde ſtillicidium ſenſim remiſiſſe. quod ex partu eueniſſe uerisimile eſt.

20 *Cuidam coxendicis dolor commotus eſt, antequam conciperet. cum concepit, non amplius doluit. Vigeſimo a partu die iterum doluit. marem igitur peperit. prægnanti in inferiore tibia dextra aut tertio, aut quarto menſe puſtulæ eruperunt, ad quas mannam thuris adhibere ſolemus. itemq; in manu dextra ad pollicem. neſcio, an pepererit. eam enim ſemeſtrem reliqui. habitabat autem, ni fallor, in ædi-*
C *bus Archelai ad rupem.*

Hæc tam uaria, ac differentia partuum attributa, & concurſus, aut nullum, aut certe exiguum momentum ad ſanitatem, & ad morbum afferunt: atque ex eorum eſſe numero uidentur, quæ communes uterum affectiones potius, quàm certas, propriaſque naturas indicant: cuiuſmodi multa, & hoc in libro, & in aliis ſenis noſtri operibus ſcripta ſunt. Vt igitur ab Hippocrate leui brachio attinguntur, ita eſt, ut eadem nos adumbratim perſequamur: neque enim ipſe accurate ea animaduerterat, ut etiam diligenter explicaret, ſicut in primo, tertioque libro fecit: ſed ex tempore in aduerſaria coniecit. Ergo in hac muliere uerisimile eſt, cum dextra uteri pars male affecta eſſet, hoc in coxendice decubuiſſe, & dolorem concitaſſe: partu edito, ſedatum dolorem, ac malum a natura in alium locum eſſe reiectum: idque è directo: hoc eſt, cum tertio, aut quarto menſe fœtus iam robuſtus eſſet, puſtulas in dextram tibiam, & in dextram manum irrupiſſe. Scito enim puſtulas in uteri affectionibus in cutim erumpentes ſignificare, aut uterum eſſe inflammatum, aut eryſipelate tentari: vt apud Hippocratem in libro De
D natura muliebri ſcriptum eſt. Manna autem, & concuſſio thuris eſt ad hunc morbum, quàm thus ipſum, accommodatior, quod & magis adſtringat, & magis exſiccet. Nunc autem obſcurum eſt, utrum hoc uni, an duabus mulieribus accidiſſe dicat, ſiquidem primum ait, Marem igitur peperit: deinde ſubiungit, Neſcio, an pepererit: eam enim ſemeſtrem reliqui.

21 *Antigenis uxor, quæ ad Nicomachum habitabat, carnoſum puerum peperit, qui maximas partes habebat diſtinctas: magnitudinem uerò quattuor digitorum, ſine oſſibus. rurſus uerò erat craſſus, & rotundus. Ipſa autem ante partum ſuſpirioſa erat. deinde cum partu exiguum pus euomuit, quale ex furunculo.*

Admirabilis eſſet hic partus, niſi ſuſpitionem afferret, ipſum abortu eiectum eſſe. Quomodo autem hæc mulier ante partum ſuſpirioſa facta ſit, deinde uerò cum partu pus euomerit, ſatis à nobis libro De difficultate reſpirationis dictũ eſt: ubi & alios locos ex libris De morbis uulgaribus, qui ab Hippocrate de difficultate reſpirationis litteris mandati ſunt, explanauimus. Hoc autẽ ſolũ addam, frequentẽ ſpiritũ à ſuſpirioſis duci, & thoracẽ multo interuallo dilatari.

id autem accidit, quia uel obstructio, uel compressio, uel angustia quædam in instrumentis re- E
spirationis inest: quod in hac muliere pus indicauit.

21 *Quæ ex difficili partu gemellas enixa est, neque admodum purgata est, tota intumuit: deinde uenter in magnitudinem excreuit: reliqua uerò depressa sunt, & rubra erant usque ad sextum mensem. deinde toto reliquo tempore alba admodum omnia, res ueneceæ fluxiones officiebant: illique mere rubicunda prodibant.*

Si eorum, quæ a partu euacuantur, fiat retentio, mala est causa, malumque signum, est enim purgatio eorum, quæ aliena sunt, quæque gestationis tempore sunt in uenis collecta, consumpto nimirum in fœtus alimento sanguine probo, qui in ipsis erat, remanente autem deteriore, qui prius singulis mensibus per uterum excernebatur. cum igitur is, post partum editum, non fit euacuatus, causam affert, ut totum corpus intumescat: aut uterum in magnam inflammationẽ adducat, aut ad aliquem locum comportatus, proprium illius loci, qui ipsum excipit, morbum afferat: sicut nunc uenter sanguinẽ eum, qui uitiosus ab utero sursum ferebatur, excepit: & magnus factus est. Interdum etiam cohibita purgatione, quæ partum sequitur, morbus ortus est, & mors subsequuta, ut Philini uxori Thasi euenisse scripsit Hippocrates. nec solum in morbum ca- F
dunt mulieres suppressa purgatione in partu, sed mensium quoque retentio morbosa esse solet. non tamen ita perniciosa est, ut quæ a partu cohibetur. Causa est, quia non solum copiam, sed etiam magnum uitium humorum gignit. Dictum est, fętum trahere in se meliorem sanguinem, nutrimenti gratia: deteriorem uerò relinquere; qui in causa est, ut malitia humorum in grauidis gignatur: quam natura post partum euacuat. Ipse autem, siue cum nos medicamentum propinamus, siue cum natura ipsa corpus expurgat molestis humoribus, fiat euacuatio, nominare purgationes solet. Quin etiam licet ueteribus adstipulari, eam excretionem, quam menstrua moliuntur, non simpliciter euacuationem, sed purgationem, non secus, quàm quæ medicamentis fit, appellari. Sic proluuiem in partu, purgationem, non absolute euacuationem medici nuncuparunt. Cæterum hæc dictio a ueteribus interpretibus scripta est uarijs modis: Dioscorides ita scribit, Et ad res Venereas οὐραὶ, id est caudæ respiciebant, Heraclides uerò existimat hoc non esse probabile. idcirco ὀργαὶ fuisse scriptum putat per litteram γ. & mediam lineam, quæ in ipsa littera γ inerat, temporis progressu corruptam, aut librarium eum, qui primus descripsit, errauisse. Sed utraque scriptura nihil docet, quod ad senis sententiam faciat. idcirco ego censuerim ab auctore fuisse scriptum fluxiones potius, quam aliud quicquam: ut uerba fiant de mulie- G
bribus fluxionibus, de quibus nunc est instituta tota narratio. illæ enim in Venereis congressibus plurimum molestiæ afferunt, & propter continuum effluxum, & propter magnum pudendorum calorem, & pruritum, & propter lumborum, inguinumque dolorem, & propter imi uentris contentionem, & fœdi odoris uehementiam.

22 *Diuturnis lienterijs ructus acidus, qui prius non adfuit, bonum signum est, ut Demenetæ occidit; fortasse etiam arte parari potest. nã & huiusmodi perturbationes immutant, fortasse etiam lienteriam ructus acidi soluunt.*

Hæc oratio paulo aliter scripta in Aphorismis inuenitur; eamque nos iam explanauimus: & Erasistrati de lienteria, dysenteria, ac tenesmo sententiam attulimus: & ostendimus ab ipso scribi aliena a mente clarissimorum medicorum, ut Philotimi, Herophili, ut Eudemi, ut Archigenis, ut Dioclis, ut Praxagoræ, & aliorum ueterum. quocirca non est producenda oratio. Quod autem ait, Nam & huiusmodi perturbationes immutant hoc fit ratione transitus morborum in alios morbos, sicut quartana epilepsiam curat: & febris quæuis conuulsionem, & ophthalmiam alui profluuium: & peripneumoniam pleuritis, & lethargum phrenitis, & alios morbos H
plerosque alij pellunt.

23 *Lycia ueratri potione sanata est. ad extremum lien magnus, dolores, & febris, dolores ad humerũ, uena, qua ad splenem est, in cubito distendebatur. & sæpe pulsabat:* interdũ neq; fecta est: sed simul cum sudore, aut sponte sua considebat. quibus procedentbus, lien ad dextra pertendebat. spiritus conduplicabatur. non tamen magna erat respirato. mente mouebatur, cooperiebatur flatus intus erat. nihil infra subibat, neque meiebat. obijt ante partum.*

Fortasse legendum interim.

Et febris, & ad humerum dolor, itemque ad ceruicem, & lienis tumor, & conduplicatus spiritus magnam esse lienis inflammationem attestantur. perspicuum enim est, cum in acutis morbis tumor uiscera obsidet, id esse symptoma inflammationis, atque ita affectus ipse μεγαλοσπλάγχνους appellat. Suspicandum etiam est mulierem delirasse. *

* * * *

* quoniam spiritus duplicatus

A catus est.non magnus tamen erat.ac iure quidem; huiusmodi enim respirationis difficultas orta est,quia neruosum genus instrumentorum male affectum erat. quamrob rem omnis urinę excretio suppressa est,& spiritus est duplicatus.at cur non magnus factus est? An quia refrigerata est?ergo cooperiebatur inquit.qua uoce ipse utitur,cum de ijs agit,quorum natiuus calor refrigeratus est.Sic scriptum esse scimus in tertio De morbis uulgaribus, à principio contegebatur, & perpetuo.itemque semper contegebatur, cum de uxore Dealcis loquitur.sed & de eo,qui in Dealcis horto decumbebat,habentur hęc, Septimo decimo die,mane,extrema frigidã:cõtegebatur.De his autem difficultatibus respirationis,deque alijs omnibus,quæ apud Hippocratem scriptę reperiũtur,ego in tribus libris,qui De difficultate respirationis inscripti sunt,disserui.uerisimile etiam est,uenam in cubito distentam fuisse,quæ in lienem pertinet.atque hoc malo affectã propter crassum,fæculentum,& fetuescẽtem sanguinem,qui in ipsa inerat:cuius affectionis præsentissimum auxilium existimatur uenæ sectio, præsertim uero propter lienis inflammationẽ.sed hoc factum non est. Ait autem ipsam pulsasse,quod & inflammationis, & tumoris est signum,in quibus inesse pulsum ueteres dixerunt:tumorem autem adfuisse,testãtur consequentia cum ait,sed simul cum sudore,aut sponte considebat:significans ipsum aut per sudores, aut sine sudoribus recessisse. *

B

* * * *

atque eius quidem qualitatis quæ salsa, salsuginosaque est,participem esse,uel gustus attestatur. sæpe etiam amarities quædam manifesta persentitur.ac sicut in beneualentibus est salsus,quod ex eo sudore cognoscitur,qui nobis inuitis in os influit,ita,& in ægrotantibus est . sed tamen parum uariat, & in saporem humoris dominantis,morbumque facientis declinat. *

* * * *

immo interdum etiam id utiliter fit,utpote cum attenuati humores difflantur:quos,ubi crassiores sint, natura p sensibiles excretiones è corpore expellit,sudores,lotij,aut deiectionum copiam ciens, aut uomitus proritans.Nunc uero natura non uidetur sudores conciuisse,ut corpus expurgaret,& noxia amouerer,propterea quod neque infra quicquam deiectum est, neque urina ijt , ut uitiosorum humorum redundantia excerneretur:sed mulier ante partum est mortua.

C

24 *Quæ ad alterutram faucium partem uergebant,exulcerata non sunt;in sinistram partem transierunt.lienem dolor inuasit sine iudicatione.*

Hoc è directo factum est.quod enim in sinistram partem trãsierat,in lienem decubuit,doloremq; concitauit,nec profecit:quia sine iudicatione accidit.solet autem Hippocrates sic scribere,ut dicat,Quæ secũdum aurẽ,Quæ ad fauces,significans nimirum eleuationes,duritias,rubores, tumores,& parotidas illuc prorumpẽtes. in quã significationẽ dixit in primo De morbis uulgaribus,eleuationes autem multis secũdum alterutram aurem,plurimis autem secũdum alterutrã extiterunt:ut indicaret,ad unã aurem solum parotidem extitisse. deinde, Alijs longo post tempore inflammationes cum dolore in alterutrum testiculum,alijs in utrunque. & paulo post,ubi de angina agit,sic ait,Quibus igitur recte procedebat,ac neutram in partem tumor deflectebat,ijs ne membrorum quidem resolutio accidit,

D

* Neque enim accutus,urensque humor is,qui febrem affert , potest abscessum in auribus gignere.at in partibus inferioribus corporis ex humore ualde frigido,& crasso fiunt abscessus : sicut ex eo , qui sit inter hos medius, parotides nascuntur. *

* * * *

25 *Hieroni iudicatio facta est decimoquincto die . Coi sorori iecur intumuit instar lienis: die secunda obijt.*

Hiero iudicatus est:proinde conualuit.In sorore autem coi iecoris tumor magnæ iecoris inflammationis signum est.idcirco die secunda obijt.

26 *Bioni ex copiosa admodum urina nihil subsidebat. & sanguis ex nare sinistra:erat enim etiã lien incuruus,& durus,& sursum emersit.recidiua.*

Indicat

Indicat ulsceris tumorem, cum ait, lien incuruus, durusque erat. sic enim etiam in Philisci hi- E
storia scribit, lien in tumorē rotundū erat elatus. In presagijs uerò præcordiorū dolores, & *κυρτώματα* uocat, quæ ædemata prius appellauerat. huiusmodi autem sunt omnes tumores præter naturam, flatuosi, & sine inflammatione exorti: ac præsertim cum recentes sint.

27 *Affectus autem eorum, qui angina laborabant, erāt huiusmodi, colli uertebrę intro uergebant, alijs plus, alijs prope. & collum intus cauitatem habere indicabat: & contactu dolorem sentiebat.*

Anginæ speciem nunc exponit, quæ raro conspecta est. ea oritur ad primas uertebras, quarum secunda habet processum eum, quem dentiformem nominant: à quo particula quoque ab Hippocrate Dens appellatur. Ait autem, infra hanc uertebram exortam esse anginam, quæ non ita acuta sit, sicut quæ ad secundam fiat. Neque enim solum luxatio vertebrarum ad interna, quæ excauatio dicitur, sed ea quoq; qua in posteriorē partem uertebræ trahuntur, eas tensiones comitatur, quæ ad internas partes fiunt: tumoribus qui illic præter naturam consistunt, corpora neruosa trahentibus. Cum igitur, una solum uertebra, aut etiam duæ, aut tres sese deinceps consequentes trahuntur, ea parte spina excauatur. Cum uerò inter uertebras, quæ trahuntur, una aut plures illesæ māserint, nō fit excauatio, sed contra gibbus in ijs fieri solet: sicut si in F
alterutram partem, seu dextram, seu sinistram fiat tractio, ad illam partem spina obliquatur. Ait aūt p excauationē neminē paraplecticū effici, hoc est nō fieri particulę alicuius resolutionem. per obliquam uerò distorsionem in libro De articulis ait id accidere usque ad manum. Hunc autem affectum esse mortiferum ipse in illo aphorismo scripsit, cuius initium est, si ei, qui febrē habet, collū repēte puertitur. & in prorrhetico, ubi scripta sunt hæc, Quibus spiritus retrahitur & uox ut stāgulans, & uertebra intro abit. Dū.n. musculi partibus anterioribus dentis adiacētes, inflammati, aut quouis mō intensi totam uertebram ad se traxerint, posterior sedes cauatior vr̄, guttur comprimitur, & ob id ægri strangulantur. quod anginæ genus rarissime conspicitur. Et in illo aphorismo, cum autē iam magis adoleuerint, tonsillæ, & uertebræ, quæ in occipitio sunt, ad interiora luxationes. Hoc idem anginæ genus significauit in libro De articulis, his uerbis, Coguntur etiam iuxta magnam uertebram habere ceruicem excauatam, ne caput in priorem partem proijciatur: hoc autem fauces reddit admodum angustas: cum in interiorem partem inclinetur. *

Sed in angina, omnique morbo, in quem pueri incidunt, loci angustias æger sentit: neque
deglutire quicquam potest. ea autem celerior existimatur, in qua in faucibus neque abscessus, G
neque rubor apparet: sed est in solis musculis. Cæterum hic morbus à frigidis, tenacibus, & crudis humoribus oritur. *

quocirca cum abscessus ab angina excitatus, tibi magnus uideatur, non sufficit usus remediorum quæ per os adhibentur, sed oportet etiā exterius locum perfundere, eiq; emplastra superdare, & balneis uti, ita tñ, ut in declinatione morbi hæc facias. *

28 *Cuidam etiam infra os, quod dens uocatur nec ita præceps erat, quibusdam etiam maiore ambitu circunscribebatur, si non usque ad secundam uertebram, quæ dens appellatur, fauces non inflammabantur: sed subsidebant. quæ sub malis sunt, intumescebant: non inflammatis affines.*

Dentē ueteres uocant dentiformē secundæ uertebræ processum, caluariæ articulatum. factus autem est à natura, ut caput ante, & retro adducat: quandoquidem primæ uertebræ ad caluariam articulatio ad dextram, & sinistram caput circumfert.

29 *Neque bubones ulli intumuerunt. sed natura quidem.* H

Bubones appellat nunc Hippocrates inflammationes, quæ in tonsillis oriuntur, & glādulas.

30 *Et linguam non facile uertebant. sed & maior eis esse uidebatur, & prominentior. & uenæ sub lingua conspicuæ. nec deuorare poterant, nisi molestè admodum.*

Protrusis faucibus protrudebatur etiā lingua continui ratione, & extra os exerebatur, ac magna erat, idcirco propter humoris crassitudinem ipsam non facile uertebant. quem humorem ipse indicans, ait, uenas, quæ sub lingua sunt fuisse conspicuas.

31 *Sed si ualde niterentur, in nares erumpebat: & per nares differebant.*

In quibusdam exemplaribus scriptum est, sed potus ad nares prorumpebat, si ualde cogeretur.

32 *Spiritus autem his non ualde elatus. Quibusdam uerò, temporum, capitis, & ceruicis uenæ intumescebant.*

Spiritus erat elatus propter loci angustiam, non ualde autem, quia non erat proprius affectus earum partium, quæ respirationi deseruiunt.

Parum

A 33 *Parum autem quid horum recrudescentibus. Tempora calida, quamuis alioqui non febricitarent. multis non praeludebatur spiritus, nisi si aut salinam, aut aliud quid deuorare cuperent. neque intro oculi desigebantur. Quibus igitur neutram in partem deflectebat tumor, sed recta, ij neque paraplectici facti sunt. si quem obijsse uidi, commemorabo. sed quos nunc uidi, superstites fuerunt. Quidam celerrime allenabantur, plurimi quadraginta dies percurrebant, atque hi plurimi, & sine febre.*

Recrudescentes affectus dicit, qui nullam firmitatem habent, ac reuertuntur. In his igitur, inquit, breuissimus capitis calor erat, nisi alioqui febricitarent.

34 *Multi etiam in ualde longum tempus aliquam tumoris partem habebant. idque deuoratio, & uox indicabant.*

In quibus crudus, frigidusq; humor tumorem efficiebat, ijs ad multum temporis tumor protrahebatur. horum signa erant, tum angustia in deuorando, tum quod non recte differerent, etsi alias nihil mali se habere aegroti arbitrarentur.

35 *Columella etiam eliquata quandam imminutionis significationem praebebant, etsi nihilo deterius habere uidebantur. Quibus in alterutram partem tumores decumbebant, ij ex ea parte, ex qua uertebrae*
B *inclinabantur, neruorum resolutione tentabantur: atque inde uersus alteram trahebantur. apparebant autem haec maxime in facie, in ore, & intersepto, quod ad gurgulionem est. Quinetiam genae inferiores cum ratione immutabantur.*

Haec pars cum secundum naturam se habet, Gurgulio nominatur. aegrota uerò, cum ipsius extremum inflammatum uuae simile fit, uua nuncupatur. cum uerò tota, columella: cum extenuata fit, lorum appellatur. eliquatur autem, acribus humoribus, & excrementis in ipsam comportatis.

36 *Paraplegiae autem per totum corpus non fiebant, ut ex alijs, sed ad manum usque ab ea parte, qua angina urgetur, atque hi matura expuebant, & parum, & uix.*

Paraplegiae inquit, non fiebāt per totum corpus: sicut ex alijs causis dimidium spinalis medullae laeditur, uelut facta obstructione, aut sectione. Sed ad manum usque ab ea parte, quae angina uexatur. Perspectum enim habemus, manū accipere neruos ab extrema colli uertebra, & à dorsi principio. Atque hi inquit, matura expuebant, expuebant autē eo, quod humor a tumore discu
C tiebatur: matura uerò, hoc est tempore cocta. natura scilicet ea gubernante. Parum autem & uix, hoc est, cum uiolentia: uel quod adhuc angustia permaneret: uel quod facultas motrix erat debilis.

37 *Haec autem erant maxime conspicua in facie, & in ore.*

Erant hęc, inquit, maximè manifesta. hoc est semiresolutio, in palato, quod ipse os uocauit, & in gurgulione. hae partes patiuntur, quòd tertiae neruorum coniugationis in spinali medulla pars miscetur parti coniugationis neruorum, qui a cerebro ad haec pertinent, & distribuitur. unde fit, ut partes necessariò patiantur.

38 *Quibus autem in rectum, etiam expuebant.*

Quibus, inquit, luxatio aequaliter facta est, ij sine labore expuebant. cum enim nulla in eis esset facta resolutio, potentiam imbecillam nō habebant. etenim hoc solum membrum in medio situm est. alia uerò ante ipsum, & post ipsum sunt.

D 39 *Quibus autem etiam febris erat adiuncta, ij multo difficilius spirabant, & inter loquendum saliuam effundebant. ipsisq; uena magis intumescebant.*

Febre nimirum fundente eum humorem, qui infixus erat. Difficulter autem spirabant, primum propter febrem, deinde, quod refrigerari uellent urgente febre. Et inter loquendum saliuam effundebant. cum enim humor confunderetur, & circa os colligeretur, saliuam effundebant. Cum enim natura esset infirma, ornatus, & gubernatio corporis negligebatur. Hisque uenae magis intumescebant. Erant uenae elatae, quòd propter febrem multi uapores excitarentur.

40 *Atque horum omnium pedes erant frigidissimi. ex quibus isti praecipue, si qui non illico mortui sunt, recti stare non poterant. Omnes autem, quos ego uidi, mortui sunt.*

Et pedes inquit, omnium frigidiores. atque omnium quidem, quia, ut ratione, experientiaq; didicimus, pedes imbecillium semper frigidi sunt, tum uel maxime eorum, in quibus natiuus calor à febre sublatus erat: & propter imbecillitatem usque ad extrema peruenire non poterat:

quam

quam etiam ob causam recti stare non poterant: hoc est, ambulare, & actiones consuetas obire. Quoniam autem hi omnes obierunt, sed alij statim, alij posterius, ait, eos, qui non statim mortui sunt, rectos stares nō potuisse. Cum aūt uertebrę luxatio sit uel maior, uel minor, ideo de minore loquens, ait, eos, qui luxationē in rectū ha berent, hoc est anterius, neutrā in partē uergendo, ut neque in dextrā, neque in sinistram inclinaret, nullam resolutionem esse passos. hoc enim significat, quod dixit, ij paraplectici facti non sunt. Quid ita? nimirum quia neruorum processus nō comprimebantur: ergo facultatis influxus non erat mancus: unde non est factum, ut sensus, & motus priuatio existeret. E

GAL. IN SECVNDVM HIPPOCRATIS
DE MORBIS VVLGARIBVS LIBRVM
COMMENTARIVS TERTIVS.

Erinthum venimus penè ad solstitium æstiuum. hyems placida, & australis fuit. uer, & æstas ualde sicca usque ad occasum Virgiliarum. si quid decidit, erat ueluti ros. F

In hac tertia secundi De vulgaribus morbis parte constitutionis cuiusdam mentionem facit, quæ Perinthi fuit: totamq; morborum speciem exponit. Cepit hæc constitutio ab ardenti febre, uomitibus abundauit, & longissimum temporis spatium perseuerauit. Addit autem, ardētes febres etiam tunc sine uomitibus extitisse: & aluos illo tempore ægrotantium multa deiecisse, ex quibus licet facere coniecturam, eius constitutionis causam in pituitis putrescentibus constitisse, cum interim instrumenta respirationis, & os uentriculi illæsa permanerent: ardens uerò febris sui impetus initium ab inferioribus partibus sumeret. Cum igitur totus annus esset, ut ipse describit, ualde squalidus, & ualde siccus, ecquis non magnam febrium ardentium copiam futuram suspicaretur? præsertim uerò cum longo tempore, neque pluisset, neque uenti spirassent. Præterea uerò non uomebant: & alui tenuibus, aqueis, & bile carētibus excrementis turbabantur. Hic porrò annus fuit mulieribus periculosus maxime, quod bilis constitutionis squalore effera reddita, humidam naturam miserandum in modum exagitauit: & uariis uexatam modis dimisit: unde sopores, desipientiæ, & alia huius generis orta sunt. G

2 *Etesiæ non multum spirarunt. & qui spirarunt, ij disperse hoc fecerunt. Aestate febres ardentes multæ populariter vagatæ sunt. nulli aderant uomitus. alui perturbationes ex tenuibus, aqueis, non biliosis, & spumantibus multis: quæ interdum disposita subsidebant. quibus simile erat, quod aeri exponebatur. alui secessus eadem specie perpetuo, malum.*

Bona ualetudo constat ex apta mensura quattuor elementorum in humiditate, siccitate, calore, & frigore. & quædam corpora, itemque naturæ, & ætates intemperatæ sunt: quibus similes constitutiones insolubres sunt, contrariæ uerò eisdem prosunt. Vt enim bene temperatis corporibus bene temperatæ constitutiones salubres sunt, ita intemperatæ sunt noxiæ. qua fane ratione constitutiones, quæ ualde humidæ, frigidæque sunt, extreme lædunt ea corpora, quæ sunt in humiditate, & frigore intemperata: & humidæ, & calidæ humidis, calidisque temperaturis nocent: siccæque & calidæ sui similibus. Nunc autem hyems placida, uerque & æstas sine uentis in causa fuerunt, ut æstas æstuosa fuerit. Cum enim æstiuum tēpus suapte natura semper sit calidum, si uentorum uacuitas accedat, æstus necessario consequitur. quod usu uenit, cum neque uenti, qui prodromi uocantur, spirauerint, neque ij, qui eos cōsequuntur, quos Etesias nuncupant. Ipse enim & illos non ualde spirauisse, & qui spirarunt, id sparse fecisse, conscripsit. Ardentissimo enim æstatis tempore, canis oritur: hocque tempus est dierum quadraginta. incidit autem hoc in Idus Quinctiles. Ante canis exortum octo ferme diebus perflant Aquilones, quos Prodromos uocant: duobus post exortum diebus iidem Aquilones constanter perflant diebus quadraginta; quos Etesias appellare solent. eis creditur molliri solis uapor, geminatus ardore sideris. nec ullos uentos magis statos facile reperies. atque hi spirantes, multas morbosas affectiones in humano corpore abstergunt. proinde in prima Epidemiarum constitutione dixit, Etesiæ pauci, parui, disperse spirarunt. in secunda uerò, Etesiæ continenter spirarunt. * H

* * *

Quod autem ait, Quibus simile erat, quod aeri

A aeri exponebatur: magnam tenuium, mordaciumque humorum acrimoniam significat: quae ne depositis quidem excrementis, & sub dio retentis spumantem feruoris ebullitionem deponeret. Illo autem uerbo, Deposita, significat, cum in uase steterint, sicut in primo De morbis vulgaribus loquitur, cum ait, Vrina quae diu in matellis stetit, non subsidebat.

3 *In his multi comatosi erant, & mente emoti; hique ex somno tales euadebant. cum uerò expergiscerentur, omnia intelligebant.*

Coma uidetur significare somnolentam propensionem in somnum, ut in tertio De morbis vulgatibus scriptum est, Erat coma continuum, & somnolentum. ita enim scripsit, quia cum somnolentum sit, ac semper tale accidat, nunc non tale extiterit. In eodem libro De Pythione ait, Nona die erat comatosus, fastidiosus, cum excitaretur. Interpretes autem, uiri admirabiles, contra sentiunt, quod non possit quispiam somniculosus esse, & uigilare: ignari scilicet, propensionis in somnum duo esse genera, ut nos in eo libro docuimus, quem de Comate ex Hippocratis sententia conscripsimus. Et mente, inquit, emoti sunt: significat enim exiguam quandam de-
B mentiam: cuius quanta magnitudo sit, solet ipse aliis, atque aliis uerbis indicare, ut cum dicit, Nugari, aliena loqui, desipere, dementem esse, uesanum esse, excedere, insanire, furore exagitari. Hi autem duo affectus, hoc est Coma, & desipientia, si materiae habeatur ratio, contrario nomine opponuntur. Coma enim ex humectatione, refrigerationeque cerebri: desipientia uerò e contrariis qualitatibus plerunque existere uidetur: sed tamen saepe pro periculosa humorum coniunctione miscentur, atque in unum conueniunt: sicut in Sileni narratione habetur: Parum inquit delirauit: somni leues, comatosi. ut interdum ex nimia facultatum animalium imbecillitate, ac uelut extinctione Coma existat, motione ipsa sopita, ac penè omnino interclusa. Sed haec quoque apud Hippocratem reperiuntur, Coma profundum cum uigilia. &, Coma somnolentum. &, Comatosi phrenetici, & qui febrem ardentem habent, &, Detinebantur aut perpetuo comate non somnolento, aut cum laboribus uigilabant. Cum enim aegroti uigilare apertis oculis non possunt, sed conniuent, spe conciliandi somni, uigiles tamen manent, illud non somnolentum Coma appellatur. Non est autem mirum, collectis in corpore crudis humoribus, comatosos, dementesque simul effici. ac comatosos quidem ex multitudine, frigoreque crudorũ humorum: dementes uerò, quòd illi putrescentes, acrimoniam, caloremq; gignebant. est enim uerisimile, hoc Coma cum dementia ex crudis simul, & frigidis, & crassis, atq; etiam tenuibus,
C & calidis humoribus extitisse. id quod affectus consequentes declararunt: Hebetiori tamen, inquit, erãt auditu, & comatosae. & item; comatosae, & somnolentae erant. & totius anni uehemẽs siccitas: & aestus totius aestatis uehementissimus. difficillimi enim morbi esse existimantur, in quibus biliosorum, crudorumq; aut incoctorum humorum colligitur copia. Exiguae autem dementiae signum erat, quod cum excitarentur, omnia intelligebant.

4 *Respiratio elata, sed non admodum. urina multis quidem tenues, & pauca, alioqui non decolores, sanguinis è naribus fluxus non nisi paucis contingebant: neque parotides, de quibus posterius scribam, neque lienes intumescebant: neque praecordij dextri magnus dolor: aut ualida contensio. erat tamen quidadam, leuem significationem prabens. iudicabantur maxime omnia, ut plurimum, ad decimum quartum diem, partim cum sudore, partim cum rigore. nec nisi paucissimis recidiuae contingebant. Dum uerò roris modo aestate plueret, sudor apparebat. In febrium initio non nulli statim sudores fiebant: non maligne tamen; & quibusdam sub hoc tempus iudicatio cum sudore facta est.*

D In his aegrotis, neque in pulmone, neque in corde collecta est ignei caloris copia. iure igitur respiratio non magna facta est: non erat autem parua omnino, utpote qui nec dolore afficerentur, nec refrigerati essent. quam ob rem si quidem, ut in tertio De difficultate respirationis dictum est, τὸ μετέωρον, hoc est elatum, nihil significat, quod a paruo differat, merito dixit, respirationes ijs elatas fuisse, sed non ualde admodum. Hoc idem extulit de ijs, qui anginã habebant: quod nimirum eis, ut plurimum respiratio esset elata, & tanquam ad fauces usque ingrederetur, in imum uerò thoracis non descenderet.

5 *Aestiuis autem in febribus circa septimum, octauum, & nonum diem nascebantur in cute asperdinès miliaceae, culicum morsibus maxime similes, quae non admodum pruriebant. hae usque ad indicationem perdurabant. has nulli masculo uidi erupisse. mulier, cui tales accidissent, nulla periyt. hebetiore tamen erant auditu, & sopore tentabantur. antea non admodum soporosae erant, quibus ista euenire debebant. neque tamen prorsus perseuerabant. Aestate uerò usque ad Virgilias, in soporem, & somnum pronae erant. postea insomnia potius urgebat. Verum neque prorsus ob istam constitutionem moriebantur.*

Hoc symptoma non est periculosum suapte natura: quod ipse indicat, cum ait, Aspredines miliaceae:

milliaceæ:& ſimiles ijs,quæ morſibus culicum naſcuntur.potius ſuſpectæ ſunt puſtulæ rubræ,& E rotundæ,cuiuſmodi ſunt uari:qualis in Sileni corpore octauo die cum ſudore apparuerunt,permanſeruntque,neque abſceſſerunt. Similitudine autem a culicibus ducta perſæpe uſus eſt Hippocrates. in ſeptimo enim De uulgaribus morbis de fullone,qui in Syro erat,ſcribit hæc,Crurum color uelut a culicibus domitus.Et paulo poſt de Phercide,Octauo ut culicum morſus ante exitum tuſſi reiecit.In Coacis uerò dicuntur puncturæ culicũ,ubi ſunt hæc uerba, Alui perturbata contenſio celeriter efflorefcit,ut culiculum punctiones, hoc eſt ſtimuli quidam pruritum excicantes,quales ab urticis fieri ſolent.hos in Prorrhetico κνιδώσιας uocat, cum ait,Torpedines, & κνιδώσιες, quibus per caput emicant. rurſusque κνιδώσιες: & melancholica minus his, quam uiris, niſi menſes omnino euanuiſſent. & in extremo, Et κνιδώσιες,in pectore, & dorſo, ſi ineſſet,

6 *Aluum igitur non licebat, ne per ea quidem, quæ ſumebantur, ſiſtere: ſed exiſtimaſſet quis conferre,præter rationem mederi.quamuis permulta quibuſdam procederet,ex eo, qui in cubili frigido ſubſtrato fiebat decubitu: ſi quidem frigidum exulcerat.calido uero,quicquid eſt huiuſmodi, ſenſim magis procedit.etſi autem nullus natura affectus inerat,quibus huiuſcemodi ſigna,aut maiora, aut minora aderant,* F *oſcitatio, tuſsis, ſternutamentum, pandiculatio, eructatio, flatus, cæteraq; huius generis perniciem afferebant.*

Hæc interdum ſunt naturæ opera,interdum a morboſis affectionibus proueniunt. uoco autem morboſas affectiones,non modo cum iam aliqui ægrotent,ſed etiam cum aliqua harum affectionum oriri incipiat.eſto tibi exemplum ea,quæ in oculis proprie uocatur perturbatio,quę eſt quoddam inflammationis initium.hæc igitur,& aliæ huius generis morboſæ affectiones,cũ incipiunt conſiſtere,diſſoluuntur,natura uapores,humoreſque eas gignentes excernente:ſicut oſcitatio,& pandiculatio oriuntur, ut excrementa excernantur: & tuſſis, ut uiæ reſpirationis mundentur:& ſternutamenta ſunt illa quidem ſemper naturæ opera, ſed tamen a morboſis affectionibus oriuntur.De his autem omnibus dictum eſt in libris De ſymptomatum cauſis. Eructationes autem ciere interdum prodeſt,ut uſu uenit in ijs,quorum uenter eſt flatu plenus præſertim uerò in ijs,in quibus flatuoſus ſpiritus per inſernas partes nõ ſecedit. Quinetiam os uentriculi infirmum aiunt eructationibus,tanquam propria exercitatione corroborari.Sed & leuitatem inteſtinorum ructus acidi curare dicuntur.De flatibus autem quid attinet dicere?gignun G tur enim hi in ipſis locis ad uentrem pertinentibus,cũ humores quidam pituitoſi,qui illic ſunt, aut cibi a diminuto calore in uapores diſſoluuntur. Etenim ✻

7 *Quibus in febribus faſtidioſis, horrificisq; facies rubet, laſsitudines,oculorum dolores, capitis grauitates,leues membrorum reſolutiones, fiunt.Et an menſtrua appareant.maxime quibus primum. quin & uirginibus,& mulieribus,quibus ex interuallo. ſed & quibus non conſueto tempore,aut ut decet,apparent. deinde ualde pallidæ fiant. per magni intereſt in omnibus, quid poſtea, & quo tempore, & in quibus.in admodum bilioſis,in febribus maxime.omnino quibus in crura purgatio.*

Erat magna crudorum,craſſorum,mordaciumque humorum copia,ut etiam ante dictũ eſt: fortaſſe etiam inæqualitas:quæ in deſcripta conſtitutione mulieres cum ſenſu horroris,ac laſſitudinis vexauit.quo circa & oculorum dolores,& capitis grauitates,& leues membrorum reſolutiones oriebantur.etenim hæc humorum inæqualitas ſic impetum in caput fecit, vt ſenſuum inſtrumenta occuparet, ac ſopiret. quam ob rem etiam decubitus in articulos facti ſunt: Fieri autem hæc ſolẽt propter calorem febrium,cum copia ad caput aduehitur: deinde illinc in glan H dulas, aut alas,aut crura aliquid peruenit. Faſtidia autem in febribus ardentibus ſæpe admodũ fiunt.non tamen eſt hoc eis perpetuum. qui uerò ardentem febrem habent, non ſæpe horrore corripiuntur. dicuntur horrificæ febres, in quibus per acceſſionis aſcenſum, & incrementum, quod uocant,ægri diutiſſime horrore uexantur.non uocat autem hic horrificas, in quibus initio acceſſionis horrores fiunt, ſed in quibus per totam acceſſionem ſymptoma horroris plurimum producitur.Id autem duobus modis fit,uno modo cum intenſio reduplicationes facit;altero,cum inæqualem aſcenſum.atque id eſt, quod ipſe in libris De morbis vulgaribus ſcripſit, Pleroſque ipſorum hi affectus vrgebunt, febres horrificæ, continuæ, acutæ, quo in loco dixit horrificas,non abſolute eas,quæ cum horrore inuadunt:quod plurimis febribus id inſit,ſed,ut dictum eſt,in quibus maximam partem acceſſionis horrores occupent. Interdum verò fit, vt ex tam multiplici corporis concuſſione mulieribus menſtrua erumpant: vt in Coacis ſcriptum eſt:Horrores laſſitudines,capitis grauitates dolores menſtrua perrumpunt.quod idem habetur in Prorrhetico, Quibus inquit, ex rigore febres cum laſſitudine accidunt,ijs menſtrua decurrunt:ceruixque eis dolet:ad fluxum ſanguinis propenſio.nam niſi purgationes erumpant, ueri ſimile eſt faciei ruborem ſignificare, quoddam ſalubre ſanguinis profluuium fore. Qui autem

huiuſmodi

A huiusmodi febres habebant, ij morbis tabidis correpti sunt: quod senex ipse in primo De vulgaribus morbis indicauit, & in Coacis, cum ait, Horrificum, & ægrè spirans in doloribus, signa tabis sunt. & iterum, horrifici sæpe in suppurationem cadunt: uerum & febris talem, ad suppurationem perducit. laborant autem multum tabidi horrore: quod quæ in thorace sunt, computruerunt: quæ suo acumine tenues membranas thoracis, quæ uiscera tegunt, incessunt, & pungunt. Quod autem ait, in crura purgatio, scimus in ijs, qui à longo morbo uires colligunt, morbosorum humorum, qui reliqui sunt, decubitus fieri in debiliores, & remotiores corporis particulas consuesse: quod conuenit cum iis, quæ in Coacis habentur hoc modo, Quibus repente febris expertibus præcordij, cordisq́; dolor, & in crura, & partes inferiores, & aluus elata est, soluit uenæ sectio, & alui fluor: hos febricitare noxium est. longè enim, ualidæque febres accidūt, tusses, & spiritus, & singultus oriuntur. cum autem hæc solui debent, tum ualidus coxendicū, aut crurum dolor, aut puris sputum, aut oculorum priuatio accedit.

8 *Medicamentorum modos scimus, ex quibus talia, & cuiusmodi sint. neque enim omnes similiter, sed alij aliter componuntur: & aliàs quoque tardius, aut maturius sumpta præparationibus differunt: ut uel siccare, uel humectare, uel tundere, uel coquere, & huiusmodi. prætereo plurima, quæ cuique, & in*
B *quibus morbis, & quo morbi tempore conueniant, ætatem, formam, uictus rationem, quale sit anni tempus, & quodnam sit, & qualiter circumscribatur, & alia huius generis.*

Purgantium medicamentorum naturā, uires, & actiones, nunc compendio describit. aitque quid in ijs sumendis aduertere debeamus: & quasdam purgationis indicationes summatim tradit: quas nos in libro De purgantium medicamentorum facultate, & in libris De curandi ratione ante exposuimus; & in libro De purgantium medicamentorum compositione copiose scribemus. Ipse autem in præsentia monet medicos, ut naturas medicamentorum noscant, & tempus oportunum inuestigent, quo ea sumenda sint: tum spectent naturas, temperaturas, consuetudinem, ætatem, & uires eorum, qui illa sumunt; præterea uerò anni tempus, utrum propriū sit, an immutatum. causa est, quia alios comperies, qui medicamenta facilè sumere queāt, alios non item: sicut alios, qui nullo ab eis malo afficiantur, alios autem, qui à medicamentis nutriātur: alios denique, ita affectos, ut ne illis quidem uti possint: eorumque os uentriculi subuertatur: & ante eorum usum facilè exsoluantur. In hac autem disquisitione inueniemus quædā medicamenta tota sua essentia agere, quædam mixtā habere in essentia facultatem, & duplicē actionem præstare: idq́; interdum ita euidenter, ut uel maximè pugnantia ab eis effici uidea-
C mus, atque hoc ipsum spectantibus admirationem afferat. etenim brassicæ succus aluum ciet: ipsum olus brassica cohibet. & item alia pleraque eodem modo. Præparationes autem uocat medicamentorum distributiones, apparatus, compositiones, & dandi modos. Quod uero dixit ἀγομένην, hoc est qualiter anni tempus circunscriptum sit, significat id, quod in primo De uulgaribus morbis aeris constitutionem appellauit: propterea, quòd animātium corpora cum aeris nos ambientis statu immutantur. quocirca monet, ut hanc quoque intueamur.

9 *Zoilo, qui ad murum habitabat, ex tussi matura, febris acuta orta est. & faciei rubor, & aluus intercepta nihil, nisi coacta reddebat. lateris sinistri, & auris, quæ è directo erat, magnus dolor: capitis non tantus. purulentum semper expuens ægrotabat. sed alia indicata sunt. & ad octauum, aut nonum diem multum pus ex aure erupit. ad noni diei initia auris dolor; ac nescio, quomodo sine rigore indicatio consequuta sit. caput ualde sudauit. auris & lateris sinistri stabilis quidam ardor. superne una cum aure, ad scapulas maximè, dolor sedatus est. sed & prius sputa multa: quæ ad spuendi initium, & circa septimum, aut octauum diem florida erant. deinde laboriosa. aluus substitit ad nonum, & decimum diem. dolor extinctus est. tumor remittabat, sudoresq́; parui fiebant, neque tamen indicabant; erat hoc manife-*
D *stum tum ex alijs, tum ex secessu. Incipiente enim auris dolore etiam aluus turbata est. Nono die pus ex aure erupit, indicatusq́; est morbus sine rigore decimoquarto, eodemq́; ipso die. quin & sputum copiosius erat, & magis coctum, ubi pus ex aure erupit. Sudores, & serpentia ulcera longo postea interuallo in capite orta sunt, quæ tertio die sunt exsiccata. Quæcunque sine signis euanescunt, male indicant: sicut erysipelas, quod Polemarchi ancillæ accidit.*

Concursus talium, tantorumq; symptomatum futuras parotidas significabat. erat enim ueri simile in febre acuta, capitis dolore, faciei rubore, uentris suppressione, præcordij tumore, & tensione, materiam parotidum in superiora ferri. Conueniunt hæc cum ijs, quæ in Prorrhetico scri-
" pta sunt, Quibus parotides futuræ præsagiūtur: soporosa inquit, fastidiosa, pręcordia dolentia;
" cruenta exigua, in iis secundum aurem excitantur. antea autem & circa faciem. Et paulo post,
" Præcordij contentio, cum sopore fastidioso, & capitis dolore, facit, ut secundum aurem effluat, rursusque soporosa, fastidiosa, dolentia præcordia, frequenter exigua spuentia, tumores ad aures, soporosi. sed materia parotidum in pulmonem translata naturæ robore depulsa est: sicut in

Coacis dictum est his uerbis, Parotidas emolliunt tusses cum sputis procedentes. Quod autem ait, aluum fuisse interceptam, significat fuisse suppressam, sicut loquitur in Prorrhetico, Alui interceptæ pauca nigra, in modum caprini fimi, coactæ reddebant. Et alio in loco, Caput dolētes, cum sopore delirantes, aluo intercepta, oculo feroci, florescentes, in scapulas rigent. Et cum ait, Qui in febribus sudant cum dolore capitis, & aluo intercepta, conuelluntur. Vocat etiam interceptos in Coacis eos, quorum aluus cohibetur, ubi ait, Intercepti sudantes, urinaq; eorum turbidus spiritus, & genitura procedens singultum significat. In eandem sententiam in Prorrhetico dicuntur cibi intercepti, ut aluum sistentes significentur. quocirca addidit, nisi coacta: hoc est, nisi medicus aliquid faciat, aut clystere iniecto, aut glande supposita. nam quod dixit, nisi coacta, quid tale significat. hoc igitur loco complexionem quandam affectionum ex cōcursu eorum, q̄ diuersi sunt generis collegit. De sputis autem floridis dictum est nobis in superiore commentario. Quod uero ait, sputa laboriosa, insolens est. Solet quippe dicere laboriose ferre, ut contrariū ei, quod in Aphorismis dixit, facile ferre: & simile ei, quod in primo De morbis uulgaribus extulit, difficulter se habere: ut cum ait, & plurimi laboriose uiuebant: significans symptomata plurimis ægrotantibus cum labore accidisse, usque adeo, ut ea non facile ferrent: nec dissimili ratione uidetur in Prorrhetico scriptum esse, Vrinæ laboriosæ, malum: ut significaret eas, quæ cum labore excernuntur. Dixit autem quæcunque sine signis euanescūt, male iudicare, quia si magnus aliquis, ualidusque morbus sedari debeat, signa quæ soluentia, aut salutaria appellantur, præcedere solutionem oportet: sunt autem hæc, sudores boni in toto corpore erumpentes, aut copia urinæ, aut alui excrementorum, aut uomituum, aut sanguinis è naribus profluuium, aut aliqua alia sanguinis, ut per ora uenarum, quæ hæmorrhoides uocantur, aut per uterum euacuatio: aut abscessus in glandulas, quæ sub auribus sunt, aut in alias ignobiles partes, aut in articulos decūbentes. Si uerò nullum ex his signis apparuerit, morbus quidem sedatus esse uidebitur, at mox reuertetur. Quam ob rem in præsagiis, ita scriptum reliquit, Febres, quę neque salutaribus notis apparentibus, neque in criticis diebus finitæ sunt, repetunt. Et in secundo Aphorismorum, His, quæ non ratione leuant, non oportet confidere: neque multum formidare mala, quæ præter rationem accidunt. Vnde auctor Prorrhetici scripsit, Perniciosa sine signis leuantia, mortem significant. Vt ergo solutiones morborum fidæ, firmæque sint, quandam excretionem copiosam, aut abscessum notabilem exigunt. alioqui usu ueniunt ea, quæ in Prorrhetico scripta sunt hoc modo, Dolores sine iudicatione καταμαλυνθέντες, malum: siquidem καταμαλυνθέντες solutionem eā significat, quæ sensim fit. Et hæc, Sitis præter rationem sedata in acutis morbis, malum. Et hoc, Lateris dolor ex sputis biliosis si sine ratione euanuerit, in furorem aguntur. & quod in Coacis legitur. Quæ in malis signis leuantur, & quæ in bonis non progrediuntur, difficilia sunt. Ipse quoq; paulo post dicit hæc, tumores præter rationem sanescentes, malum. & in extrema hac particula, Quæ repente euanescūt, maligna uel maxime sunt. Cæterum ipse cum significare uult hęc sine signis, aut excretione, aut concoctione effici, primum dicit euanescere, deinde etiam repente, & præter rationem, & sine ratione, & sine causa, & non ratione, & sine iudicatione, & sine signis. Verbum autem Euanescere usurpatur etiam de tumoribus, qui præter naturam sunt. sicut de parotidibus λαπάσσεσθαι, hoc est retrahi, & euanescere. quinetiam est in eius more positum, uerbū λαπάσσεσθαι referre ad ea omnia, quæ quouis modo retrahuntur, quia inaniora fiunt. Et in præsagiis dixit, uentrem λαπάσσειν, hoc est subducere, hoc est euacuare, & retrahere uētris tumores. Hoc autem ad indicandum, utitur non solum his uocibus, euanescere, leuari, sanescere, subduci, sensim solui, conualescere, iudicari, solui, sed etiam alijs plerisque.

10 *Febres ex bubonibus, præter ephemeras, mala. & bubones, qui in febribus accidunt, peiores sunt, qui in acutis à principio remiserunt.*

Multas esse affectiones fortasse uidebitur alicui, quem magnus nominū numerus deceperit. Sicut dicuntur bubones, tubercula, panes, ophthalmiæ, peripneumoniæ, pleuritides, & alia multa, quæ similiter nominantur. Hæc enim omnia inflammationes quædam sunt: sed singula differens nomen sunt sortita. nam bubo, & tuberculum, & panis sunt glandularum affectiones: ac bubo quidem inflammatio: tuberculum uero, quod statim augetur, atque ad suppurationē festinat: φύγεθλον uero, hoc est panis, est id, quod erysipelas particeps inflammationis, aut inflammatio erysipelatis particeps nominatur. Tumores autem glandularum, qui sine ulcere, aut manifesta causa sint, ualde suspecti existimantur: quia multitudinem significant. sic enim nominant glandulas, cum intumuerunt. Ergo si febres ex glandularum inflammatione ortæ causam manifestam habeant, aut si ex genere ephemerarum sint, suspectæ non erunt. at bubones, qui in febribus oriuntur, sunt deteriores, quia & propter uiscerum inflammationem, & propter magnam humorum corruptelam orti esse uideantur: sicut in pestilenti statu febribus malignis superueniunt. Præterea uero tumores glandularum in febribus diuturnam fore affectionem significant, sicut in Coacis scriptum est in hunc fere modum, In febribus bubonis dolor morbū diuturnum

A turnum significat. id quod accidit, quia magnam habent malignorum humorum copiam, ex quibus præcipue, ut ex materia, febris oritur. Si uero in ipso initio se remittunt, peiores iudicantur: propterea quod uires debiles, & accisas esse attestantur. Itaque ipse hanc extulit sententiam, Abscessus sicut bubones signa sunt eorum, quæ propagines habent, cum aliorum, tum uel maxime quæ ad uiscera pertinent. hi enim maligni sunt.

11 *Spiritus, præcordiorum tumor mollis, & in neutram partem contentio. ijs superne in dextris rotundum, ac uelut circunferentia puris plena. Aliud longius, ualde extentum, aliud diffusum, aliud deorsum uergens: & utrinque usque ad umbilicum contentio. In omni directione, qua sursum fit, si concludatur, & comprehendatur in rotundum, si spiritus sit, sine iudicatione calore attenuatur. si illud effugerit, ad suppurationem fertur.*

Spiritus uocat hoc loco flatus, quibus particulæ corporis uexantur. qua significatione *πνευματώδεις* dicimus eos, qui flatibus pleni sunt, itemque aluum flatuum plenam.

12 *Spiritus frequentes, parui, magni, rari. procedunt foras magni: intro, parui. hic uero extendens, ille*
B *uero urgens. Duplicata intro reuocatio: qualis superinspirantibus: calidus: frigidus.*

Difficultatis respirationis coniugationes, & differentiæ in sexto De morbis vulgaribus perfectius consignatæ litteris comperiuntur. tribus enim adiuncta est quarta, quæ in hoc secundo perspicue omissa est. id ego non ab auctore factum arbitror, sed potius aut errore, aut negligentia ueterum librariorum; idque erratum usque ad nos peruenisse. proinde difficultatis respirationis diuisio hic manca, in sexto uero perfecta scripta est his fere uerbis, Spiratio parua frequens: magna rara: parua rara: magna frequens: foras magna: intro parua; intro magna: foras parua. hæc quidem extendens, illa uero urgens. duplicata intro reuocatio, qualis superinspirantibus: calida, frigida. coniugationibus enim iis, quæ ex magnitudine, & paruitate, quæque ex frequentia, & raritate existunt, adiungit alias duas, in quarum altera fit minor & frequentior respiratio: altera uero est, cum maior simul est, & rarior. ad has addit tertiam aliam, in qua minor & rarior est: & ad has aggregat quartam, in qua fit minor, & frequentior, quam hoc loco a librario prætermissam esse dicimus. plane enim perspicuum est, è duabus repugnantiis inter se collatis quattuor coniugationes effici. Quod igitur *

C * *

Secunda harum in sexto habetur: in hoc uero omissa est: siquidem additum non est, intro magna, foras parua: sed altera tantum difficultatis respirationis species proposita est: in qua *

* *

Merito autem quæret quispiam, cur in Præsagijs de respirationis difficultate scribat in hunc fere modum, Spiritus frequens doloris, aut inflammationis in partibus septo transuerso superioribus indicium est. magnus uero, & ex longis interuallis delirium significat. si uero frigidus naribus & ore exspiretur, iam ualde perniciosus est. ubi uidetur tres solas difficultates respirationis commemorare. An satis est tot coniugationes in affectionibus, quæ præter naturam sunt, nosse? *

D *

Frequentiorem autem ex iracundia effici respirationem, nemo ignorat. ipsam igitur missam faciamus in *

*

De Antigenis uxore dictum est, ipsam ante partum anelosam factam esse. etenim qui frequenter spiritum ducunt, ac thoracem permultum distendunt, anelosi sunt. huius rei causam nos iam attulimus, nec opus est, *

*

In Coacis *

Et magnus foras missus, paruus uero intro. & paruus foras, magnus

uerò intro.pessimus autem is est,& morti propinquus.& extendens,atque urgens,propter imbecillitatem:& duplex intro reuocatio,qualis super inspirantibus. * E

* *

Scribitque hic extendens, ille urgens,ut alterius partis respirationis differentias exponat,quæ in motu,ex tarditate, celeritateque consistunt. nám extendens,tarda est;urgens uerò,celeris.nullus autem motus est,à quo celeritas, & tarditas separentur.Quod autem air, Duplicata intro reuocatio,inæqualem inspirationem significat. eadem autem repugnantia in exspiratione quæri potest, quam ab ijs, qui librum descripserunt, omissam esse perspicimus. *

* *

Duplicem fieri spiritus reuocationem; sed addidit etiam, ut super inspirantibus,ut hæc etiam de exspiratione dici intelligamus. Fit huius spirationis mentio in libro De ratione uictus in morbis acutis,ubi scriptum est, spiritus offendens,cum sursum fertur,aut frequens est,aut ualde magnus. * F

* *

calidus,frigidus. hæc est alia difficultatis respirationis repugnantia. sicut enim magnus,& paruus spiritus, & densus ac rarus; sic calidus, & frigidus expiratur.

multas,easque longas nugas conscribunt:& quæ oportuna sunt,omittunt. Sed nos *

* *

13 *Remedium assiduarum oscitationum est longa spiratio. ijs qui non bibunt, aut ne uix quidem, breuis spiratio.*

Cum uaporosus quidam,crassusque spiritus in musculoso genere continetur,oscitant homines,& cum hiatu distenduntur. proinde continenter expirant: quippe cum talis spiritus in exspirationibus expurgetur,& euacuetur.si uerò non continenter hoc faciat,sed per longa interualla,planum est,præcedentem affectionem in ipso amplius non esse.atque ita longa spiratio erit salubre signum oscitationis. longa enim spiratio eam respirationem significat, quæ longo fit tempore: hoc est raram,multamque spirationem.sicut breuis spiratio significat eam, quæ paulatim fit,hoc est frequentem,& paruam.Quemadmodum igitur detentio spiritus, quæ in eo posita est,ut respiratio plurimum cohibeatur,singultus sanat, sic etiam oscitationes sanabit. contrariorum enim cõtraria medicamina sunt. cuiusmodi autem res sit spiritus detentio, iam à nobis sæpe alibi dictum est.Longa autem spiratio dicitur, cum quit aut longum spirat, aut longo tempore. Non bibentibus autem,aut uix bibentibus,breuis spiratio remedium est:hoc est motus instrumẽtorum respirationis breui tempore peractus: quem etiam frequentem spiritum appellamus: quæ spiratio simul & causa, & salutare signum est. quanquam huiusmodi orationes non afferunt nobis perspicuam scriptoris sententiam,quod in eis non habeamus,in quibus uelit hæc expendi. quocirca utrum, * G

H

potius, quàm in illis.

* ut respirare simul longo tempore, & frigidum exspirare

* *

Cum enim ægrotus delectatur frigidi aeris inspiratione, quod æstus internas partes uexet, & uicissim petit, ut contegatur, quia externæ partes frigore infestentur,tunc morbus esse mortalis existimatur.idque præcipue putandum est, nisi in principio accessionis id accidat. *

* *

14 *E directo laterum contentio cum dolore,& præcordiorum contentiones,& lienis elationes, è naribus eruptiones*

A Hæc sententia similis est eius, quæ in sexto de morbis vulgaribus habetur. E directo & laterum dolor,& præcordiorum contentiones,& lienis elationes,& ex naribus eruptiones : & aures e directo:horum plurima huiusmodi, & in oculos : nisi quòd in illo loco additum est,& aures,& in oculos. causa est,quia hæ quoque partes,sicut etiam aliæ, comprehenduntur eo,quod e directo fit.etenim ex ipsis in alias fit per rectum propulsio,& aliæ particulæ malæ affectę in oculos,& aures materiam amandant. Sicut eam,quæ nuper enixa erat,nec satis erat purgata, febris acuta corripuit,& ex toto brachio sinistro, quod intumuerat,in sinistrum oculum decubitus factus est : qui neglectus a medicis, totam oculi pupillam consumpsit, & ab hac latione, quæ ad superiora fiebat, oculi usus sublatus est. deinde omnes artus, & genua, & pedes intumuerunt. & propter acumen febris in toto corpore,præsertim uero ad poplitem, & in cruribus pustulæ quædam eruperunt,& uix copia urinæ, & alui excrementorum,ineunte æstate conualuit. Hoc autem præceptum, quod è directo fieri aliquid monet, est in medicina usitatissimum, ac merito quidem. * *

B * * Quam ob rem in Prorrhetico damnantur sanguinis eruptiones in diuersum latus : ut si lien magnus fuerit, sanguis e dextra nare fluat : & in præcordijs pari modo. * Et in Coacis, contrariam in partem sanguinem fluere, malum. *

15 *Quæ post iudicationem relinquuntur,recidiuas afferre solent.*

Eadem sententia in extremo primæ partis habetur hoc modo, Quibus relinquitur aliquid, firmissimæ,celerrimæque recidiuæ adsunt : & in secundo aphorismorum, quam missam faciemus,quod eam prius exposuerimus.

16 *Primum igitur in lienum elationibus, nisi in articulos desinant, sanguinis eruptio fiet.*

Sanguinis eruptio cum lienis tumores, tum uero etiam præcordiorum contentiones soluit, C nisi decubitus in alias particulas fiant. Vocãt autem decubitus,cum humores,qui unum membrum infestant, illud relinquunt,& ad alterum transeunt. Apud Hippocratem autem de humo- " rum ex liene in iecur, & uicissim ex iecore in lienem exceptione hæc scripta sunt, Præcordio- " rum exceptiones considerandę sunt,ex qualibus in qualia fiant, & uiscerum inflammationum, " qualia possint: siue ex iecore in lienem, siue contra,& quæcunque sunt huiusmodi. In huiusmodi autem exceptione, scimus eam quæ ex liene in iecur fit, periculosam esse : uacare autem periculo eam,quæ ex iecore in lienem reijcit. *

17 *Dextri præcordij contentio, nisi urina irruperint. hæc enim est uelut utrorumque interceptio. & recidiuæ.*

Hæc sententia in sexto horum librorum est scripta perfectius, Primum, inquit, lienum elationes, nisi in articulos desinant, aut sanguis erumpet, aut dextri præcordii contentio excitabitur,nisi urinæ profluant (hæc enim utrorumque interceptio est) horum recidiuæ merito accidunt. Vrina enim copiosa uiscerum redundantiam intercipit. ac nisi copiose fluat, recidiuæ D causa est. uesica enim est ueluti communis quædam corporis sentina, quæ uiscera ipsa eluit. Lien autem,etsi per aluum ut plurimum expurgatur, tamen per urinas defæcatur. quod in urinis nigricantibus uidere licet, quæ lienis morbos soluunt. Idcirco interceptionem pro humorum cohibitione,qui per uasa euacuantur, nunc usurpat: sicut sæpenumero aut interceptionẽ, aut cohibitionem urinarum scribere consueuit,cum *

* *

18 *Abscessus procurare conuenit hoc expendentem, si non fiant. quosdam uero, qui iam fiunt, declinare : quosdam recipere, si fuerint, quales oportet, & qua oportet. qui uero non uehementer, adiuuandi : quidam auertendi, si prorsus sint incommodi. maxime si nullam sui significationem præbuerunt. alioqui uero, cum nuper inceperint.*

Cum dixerit, de ijs, quæ ex abscessibus in morbis remanent, nunc docet, quomodo procurare ipsos abscessus oporteat : ac multas nobis distinctiones tradit, ne *

19 *Sanguinis eruptiones, quæ quarto die fiunt, difficilem indicationem faciunt.* E

Hoc simile est ei, quod ipse dixit, Quæ iudicant, ne statim apparento. In morborum enim initijs, cum cruda sunt omnia, spem quidem nonnullam, solutionem uero nullam significare possunt. quocirca sanguinis eruptiones, quæ quarto die fiunt, suspectæ sunt: quia quartus dies index est, & uix criticus. acuti autem morbi, vt in Coacis scriptum est, iudicantur, cum sanguis e naribus fluit critico die. eademque sententia, & eisdem conscripta uerbis habetur in sexto De uulgaribus morbis. itemque in Coacis idem iteratur his uerbis, In febre ardente „ profluuium e naribus quarto die, malum: nisi quid aliud accidat: quincto autem minus peri- „ culosum est. Et alio in loco, Quarto die huiusmodi sanguinis eruptiones, soporosæ sunt. „ contra uero laudat eas eruptiones, quæ in alijs diebus fiunt: ut eum ait, septimo, aut nono, aut quartodecimo die eruptiones e naribus plerunque febres soluunt.

20 *Quæ uno die intermittunt, altero uero perfrictionem habent, indicium ad septimum sustinent.*

Hoc de tertianis febribus intelligendum est: quas ipse septem circuitibus solui docet quarta Aphorismorum particula: quamuis paulo aliter in Coacis dicere uideatur. Tertiana exquisita, inquit, in quinque, aut septem circuitibus, aut summum, nouem iudicatur. Est autem tertiana exquisita, sinceram suam naturam conseruans, quæ flauam bilem redundantem, F & quæ mouetur, habet: quæq; æstiuo tempore, in calida regione, & sicca, & ætate, temperaturaq; hominis simili oritur. talem ait septem periodis ad summum iudicari. In tertianis autem, quartanisq; febribus non ad numerum dierum, sed periodorum fit iudicatio.

21 *Scopo ex mucosis, & biliosis, & faucium inflammatione, cum improba uictus ratione usus esset, aluus restitit, & febris continua orta est: & lingua florulenta erat, & insomnia uexabatur. ualida & æqualis contentio partium, quæ ad pubem sunt, paulatim ad imum dextræ partis uergens. Respiratio subfrequens, præcordia dolebant inter respirandum, & cum se uerteret, sine tussi subcrassa excreabat. Peplus data præcordium quidem leuauit, nihil tamen transmisit. postridie duæ glandes immissæ, non apparuerunt. Vrina crassa, & turbida, subsidentia leuis & æqualis. aluus licet turbida, restitit tamen. Venter erat mollior. lien eleuabatur, & suo pondere deorsum ferebatur. In potu usus est aceto mulso. Decimo die sanguis ex nare sinistra aquosus, & paucus prodyt. non multum tamen ægrotus hoc adiutus est. urina habebat subsidentiam, in qua subalbidum quiddam inerat tenue, matulæ adhærens, quod neque erat genituræ simile, neque dissimile. id breui effluxerat. Postridie iudicatus, a febre liber fuit. Vndecima uiscidum quiddam subductum est. cum fluore autem biliosum quid effluxit. multa urinæ purgatio cum copia, tum subsidentia: quæ antequam uinum biberet, tenui λάπῃ, hoc est pituitæ erat similis. Vndecimo prodierunt alui excrementa, pauca quidem, sed uiscosa, & turbulenta. Hoc an iudicationem haberet, ut Antigeni Perinthi accidit, dubium erat.* G

Quomodo hic ægrotus, qui Scopus nomine appellabatur, affectus esset, affectionum concursus perspicue indicat. magnum autem momentum habet lienis tumor, præcordiorũ contentio, & imi uentris partium distentio. hæc enim cum præcipuorum uiscerum affectionesi, rum magnam flatuum copiam, inanitatibus contentam significant. qui in illis infixi, in causa sunt, ut aluus subsisterit, neque etiam necessitate coacta quicquam deiecerit. Præterea uero lien subleuatus, & deorsum propendens, in hac contemplatione primas fert. deinde uero subfrequens respiratio uiscerum male affectorum erat argumentum. Hæc tamen inopinata congeries malorum secessibus, & urinæ purgatione confertim facta, est soluta. Respiratio autem erat subfrequens, quia præcordia sunt instrumentis respirationis coniuncta. itaque illis dolentibus, hoc accidit. Sed de omnibus respiratiois difficultatibus dictum est a nobis longa digressione in ijs commentarijs, quos De difficultate respirationis edidimus. Data autem est peplus, aut peplium ægroto, quod medicamentum ualet ad pituitam, bilemque, cum magna flatuum adest copia, illique humores exsiccati sunt, leniter euacuandam; de quo senex quoq; in libro De ratione uictus in morbis acutis scribit hæc, Peplium magis, quàm ueratrum nigrum, flatus discutit. Leuauit quidem præcordia, sed tamen ægrotus nihil subleuatus est. Decimo die sanguis, aqueus, paucus ex sinistra nare fluxit. neque tamen ægrotus ob id ualde adiutus est. Quid ita? Quia decimo die id factum est, qui non est criticus: & quia paucus, & aqueus fuit, licet è directo manarit. Et liene intumescente, & distentis præcordijs propria iudicatio plerunque per sanguinis eruptionem fieri solet. Vrina autem similis genituræ uocatur, cum is humor, quem Praxagoras uitreum nominat, excernitur. λάπω autem, hoc est tenuem pituitam ipse uocat eam, quæ tenuis, alba, uiscidaque est. interdum ore spuendo reiicitur acida, interdum acris, & salsa; aut dulcis, & expers qualitatis. Interdum λάπω acidam, interdum salsam appellat. In libro enim De morbis ita scriptum

est,

A est, Vomit sputa, & λέπω, interdum etiam cibos. & iterum, Tunc uiscera fugunt, & euomitur λέπω, ac uelut acetum, & dentes stupore conficiuntur. Et in eo morbo, quem ἀναύτω quasi exsiccantur dicas, uocant,Vomebat alias alia,& bilem,& sputa,& λέπω & acria. Er in nigro morbo, Vomitu reijciebat acria,qualc acetum, modo sputum, & λέπω, modo bilem uiridem.Et in libro De morbis internis in peripneumonia, Venter quasi murmurat, & acidam λέπω uomit. Et cum de tertio tabis genere loquitur,Interdum bilem, interdum λέπω reiecit. Et cum agit de morbis,qui crassi dicuntur,Est cum uomit λέπω acidam, est etiam, cum salsam. hæc enim erant pituitosi, crudiq; morbi signa firmissima. *

* * * *

Quæ igitur ad candidiorem uergit colorem,pallido nimirum colore dissoluto,ea humoris cruditatem indicat. pallidus uero color intensus,ut prope ad flauum accedat,biliosum calorem significat. pinguis autem urinarum subsidentia cum inæquali colore, & bilioso, pinguedinem a calore febris colliquari: pinguis uero & colore,ac consistentia ueluti oleum, ea liquefieri carnē significat. hæcq; urina est corruptelæ indicium: quia calor is,qui carnem liquefacit,est maior eo,qui pinguedinem resoluit. est enim is calor, qui carnes liquefacit, ardentissimus: mitior uero is, qui pinguedinem absumit. *

22 *Quæ in lingua συστρέμματα sublenabantur, & humiles calculi, & quæ podagricis accidebant, imbecillitates illis ad articulos faciebant. ossium enim natura in causa est, ut indurentur, & contendatur.*

Συστρέμματα,καὶ συστρεφαὶ significant tubercula, & duritias. humorum enim congeries tuberculā gignit. Podagrici autem toto neruoso genere imbecilles sunt: & fluxionibus obnoxij:præcipue autem ijs excrementis, quæ a pleno cerebro dimanant. unde tubercula in lingua oriuntur, quæ etiam pustulæ uocantur: suntq; pituitæ acidæ, ac salsæ semina. Calculos autem a crassis, uiscidisq; gigni humoribus, neminem præterit: temporis autem progressu & duritias, C & callos efficiunt. Ossium uero natura cum ipsa per se dura, & non flexibilis sit,multis articulationibus ad motum indiguit: quæ propria sunt doloris articulorum conceptacula. Cum enim ossa sint terrea,humorem aliquem,sed uiscidum,& crassum expetiuerunt,ut eo quasi irrorentur. quòd si quis humor præter naturam accedat, ad motum inepta redduntur. quibus casibus podagrici ualde obnoxij sunt propter multas pedum. *

23 *Hippostrati uxori ex quartana annua tumor in fastigium sublatus est. frigidula palam esse uidebatur. oborto frigoris impetu per totum corpus, & sudore, indicata est. ad hæc menses, qui tunc restiterant, magna copia, & per longum interuallum eruperunt. nulla in parte subsistere abscessus uisus est.*

Vxori Hippostrati ex longa quartana tumor in sinistro præcordio est exortus. cum enim lien sit humoris melancholici uelut promptuarium quoddam,ex quo humore quartana febris oritur, merito factum est,ut hoc præcordium intumuerit. tumor tamen cum per sudores,tum per copiosam mensium purgationem iudicatus, nec amplius subsistere uisus est. Menses enim D proportione quadam respondent sanguinis profluuio, quo huiusmodi abscessus solui solent. Quartanam autem annuam dicit, pro diuturna: sicut etiam in sexto de morbis uulgaribus, Dexippi postquam glaber factus est,non ultra annum quartana progressa est, scriptū legimus.

24 *In pulsantibus, sanguinemq; fundentibus figura lata sit: idq; omnino si ex prorsus decliui acclivis fiat. Quare deligationes, quæ in sectionibus uenarum fiunt, sanguinis impetum mouent: ualide uero inhibent.*

Si in uenarum sectionibus fluxus propter aliquam causam inhibeatur,ut p.p uiolentam constrictionem; ea remittenda erit: si propter uersionem cutis tegatur uenæ sectio,propter uinculum relaxatum,cubitus in omnem partem mutādus erit,ut uel dimittatur,uel sustollatur,uel distendatur,uel conducatur usque dum in ea figura permaneat,ut sanguis fluat. & uasculi diuisio sit e directo cōtra cutis diuisionē.Si uero parua sectio sit adacta, erit superincidēdū. Si animus ægrotos deficiat,sanguis erit ijs iacentibus auferendus,stomachusq; ad uomitū concitādus: & extrema uinculis excipiēda.Si grumi impedirēt,fluxumq; cohiberēt,utriusq; manus indicibus digitis grumi dissoluantur;& cōprimēdo extergantur.Si uero aut perfrictione, aut aeris frigore,

aut frigida aliqua affectione compescatur, partem foueto, calefacito, fricato, linito: penitusq; E
ad contrarium habitum deducito. *

* * * *
suppressiones * sanguinis,
existimantes, significari. * ait, in pulsantibus,

* figura inuenienda plures tamen scribunt.
quod enim ait pulsantibus, significat quæ scaturiunt.
ut hæc denique sit uera scriptura.

Figuram accommodatam uocat situm corporis, ut scriptum est libro sexto De morbis uulgaribus, Figuræ subleuant. Et cum docet in maiore sanguinis fluxu, quid faciendum sit, ut sanguis cohibeatur, scribit hoc modo, sanguinem uenarum sistunt hæc, animi defectio, figura, alia interceptio, linamentum circumuolutum, appositio, deligatio. *

25 *Sanguineis & aliquantulum biliosis acidi ructus accidunt. fortasse in atram bilem desinent.* F

Quemadmodum nidorosæ corruptelæ ex calidioribus, biliosioribusq; edulijs excitantur, ita acidæ ex ijs, quæ natura sunt frigidiora, & pituitosiora oriuntur. Idem in excrementis usu uenit: acidas creant quæ pituitosa, frigidaque sunt, nidorosas quæ calida, & biliosa. Scimus etiam a uentris frigiditate ructus acidos effici, & item propter pituitam sæpe in ipso collectam, & propter copiam cibariorum, quæ moderata illa quidem sint, sed facultate frigida censeantur. Quod autẽ huiusmodi temperatura in melancholicos morbos facile incidit, id ex facili humorum mutatione, & successione efficitur: quod ipse libro sexto De vulgaribus morbis significat, cum ait, simili quoque modo biliosum, sanguineumque corpus, si effluxus non habeat, melancholicum redditur. *

* * *

Huiusmodi autem humorem, qui alios superat, præstat, & per bonam, & per aduersam ualetudinem quotidie purgare, & non totum confertum. sic enim corpus facilius euacuationem fert: & humor ipse imminutus lædere G
hominem non potest. *

26 *Rigores mulieribus a lumbis magis inchoant, & per dorsum ad caput feruntur quin & uiris a posteriore magis, quàm anteriore parte corporis: ut a cubitis, & femoribus. Sed & cutis rara est. indicant pili animantium.*

Hæc sententia totidem uerbis scripta in Aphorismis habetur: deque ipsa dictum est: sicut de pilis in commentarijs de temperamentis disseruimus.

27 *Quibus nihil intra præfinitum tempus accidit, hi uitales partus edunt.*

Erat Hippocrati suspecta mulierum negligentia, qua fœtus tempore utuntur. multa enim ipsarum errata sunt: cuiusmodi est totius uitæ intemperantia, & incontinentia, usus rerum Venerearum, magnæ animi perturbationes, petulantes saltationes, in potu sumpta medicamenta, & alia permulta, quę ne fœtus celeriter corrumpatur, periculum afferunt. Alij quoque casus sunt, qui uel ab aere, uel ab eius constitutionibus, uel a corporum mutationibus, uel ab alui profluuio, uel à febre, uel ab aliis morbis oriuntur. Hæc omnia spectanda sunt, præsertim in præfinito tempore: quod circa septimum, aut nonum mensem spectandum censemus. Vitales autem H
dixit fœtus, ut genitales significet: & in libro De carnibus γόνον uocat, Puerulus inquit septimestris, qui γόνος, hoc est uitalis natus est. alij autem id accipiunt pro * Sed tamen *

28 *Quæ apparent, in quos menses incidant.*

Multa sunt, quæ prægnantes infestant. Videndum autem est, utrum hæc primis, an aliis mensibus accidant: ut si menstrua effluant. Cum enim etiamnum fœtus sit paruus, quia exiguo alimento indiget, non est admodum formidandum. aliis uerò mensibus, magna habenda est ratio, ut est sententia in Aphorismis conscripta his uerbis, Si prægnante purgationes procedant, fieri non potest, ut fœtus bene ualeat. Sunt præterea alia multa, ut febres acutæ, & morbi huius generis, de quibus *

* * *

Est hoc etiam litteris consignatum, si prægnans mulier ab aliquo acuto morbo corripiatur mortale est.

A 29 *Labores in periodis fiunt. septuaginta diebus mouetur. ter ijsdem in se ductis perficiuntur.*

In fœtibus non esse definitum tempus, neque formationis, neque motus, neque partus, didicimus: sed Hippocrates multis in locis hac de re loquens, in sexto de vulgaribus morbis hoc se re modo scribit: Labores in periodis accidunt: in septem mouentur, in ijs ter ductis perficiuntur: & in nouem mouentur, in triplicatis perficiuntur. In libro autem de alimento ad hunc modum, Ad formationem soles triginta quinque, ad motum septuaginta: ad perfectionem ducenti decem. illic enim formationi, quam τύπωσιν uocat, quinq; & triginta dies assignat: motui septuaginta: perfectioni ducentenos denos. hic autem numerus rationem septimestriũ ex Hippocratis sententia complectitur. Id autem de maribus esse prounnciatum uidetur. ideo addidit hæc, Alij ad formam aiunt trigintaquinque, ad motum septuagintasex, ad exitum ducentos decem dies requiri. Constat enim inter omnes, marem triginta diebus, fœminã quadraginta duobus conformari. In libro autem de Carnibus scripta sunt hæc, Qui, inquit, septem mensium oritur, habet tres decades hebdomadum. in unaquaque decade sunt dies septuaginta: tres autem decades hebdomadum, simul iunctæ conficiunt numerum ducentorum denum dierum, atque ita septem mensium pueri oriuntur: sicut nouem mensium diebus ducentis septuaginta: quem-
B admodum in sexto de morbis vulgatibus dictum est. Quomodo autem hoc aliter alias accidat, scripsi ego in libro de sœtuum formatione, & in eo, qui De semine inscribitur.

30 *Post menstrua, ubi dextra, & sinistra dehiscunt. humiditas, per ea, quæ abeunt, uictu siccissimo.*

Vteri cupiunt singulis mensibus expurgari, ideo sinus eorum ad uias excrementorum dehiscunt: idque accidit, quod Hippocrates memorauit: Quæcunque inquit, uteros perhumidos habent, non concipiunt: genitura enim in eis extinguitur. quod propter nimiam humiditatem fit. Ipse autem in libro de natura pueruli merito scribit de mulieribus hæc: Si mulieri sit euacuatus sanguis, concipit; si plena sit, non item. cum enim uteri, & uenarum euacuatus sit sanguis, tum mulieres puellos in se concipiunt. post enim mensium purgationem mulieres concipiunt. Hæc eadem ratio ab ipso allata est in libro de mulieribus, ubi ait, Cum menses puri, & synceri, ac cruenti sint, uirum adeat incipientibus menstruis. optimum autem est id facere illis desinentibus: & potius adhuc procedentibus, quàm ubi euanuerint. Et clarius, cum ait, Postquam mulieres purgatæ fuerint, maxime concipiunt. Ergo conceptio fit maxime, cum men-
C strua purgatio nuper cessauit: quo scilicet tempore uterus maxime genituram complectitur: hoc autem solum non satis est, sed ut uitalis fœtus perficiatur, oportet, ut qui coeunt, uirique, & mulieres, qui iũguntur, sint eiusdem generis, & eiusdem rationis temperaturam habeant. Quidam sunt, qui hæc scripta ab Hippocrate arbitrantur de masculis, & fœminis in utero cõceptis: quod mares in dextra, fœminæ in sinistra uteri parte concipiantur.

Quidam e nouis interpretibus ausi sunt. & efficere. sed de huius sententiæ ueritate non est nunc agendi locus. dicitur autem in sicut etiam de sicca uictus ratione, quæ ad uteri humiditatem accommodata est,

31 *Quod citius motum est, ac discretum, rursus augetur tardius, & longiore tempore.*

H Mas, qui ab ipso initio est non solum calidior, sed etiam siccior, quàm fœmina, breuiore tempore fingitur, & formatur: fœmina longiore. perspicuum enim est, caliditate ac siccitate
D fieri, ut ossa citius concrescant, nerui citius extendantur, uenæ citius fistulas nanciscantur; & cæteræ particulæ omnes formentur: totum denique corpus & robustum, & ad motus promptum efficiatur.

Purgationes plurimis procedunt, cum conceperint ad tempus quoddam: in fœminis triginta dierum maxime: in maribus fere quadraginta. cum conceperint, sensus in ilibus maxime excitatur: siquidem quibusdam hæc pleniora fiunt: mares plerunque in dextro latere, potius circa quadragesimum diem mouentur: fœminæ in sinistro circa nonagesimum. nihil tamen certi, de his opinandum est. multis enim fœmina in dextro, ut multis mas in sinistro latere mouetur. Vocantur autem effluxiones ex corruptelæ, quæ usque ad septimum diem incidunt: abortus autem, qui usque ad quadragesimum. ac plurimi quidem fœtus intra hos dies

deprauantur. omnem autem particularum perfectionem rardius nanciſcitur fœmina, quàm E
mas. Cum verò in lucem prodierit, fœminæ citius, quàm marcs,& adoleſcentiam, & ætatis florē,& ſenectutem acquirunt; maiorem etiam motum magna ex parte in corpore infert mas, quàm fœmina; & celerius in lucē prodit: fœmina tardius. atque aliis animantibus unum tempus pariendi ſtatum eſt: homini verò multiplex datum eſt. nam & ſeptimo menſe, & octauo, & nono, homines naſcuntur. quin etiam decimo, & quædam ſe undecimum quoque attingere arbitrantur. Hippocrates autem, ſiue auditor eius Polybus, in libro De natura pueri hæc perſpicuæ memoranit, ſcribens hoc fere modo, Fœmina primam coagmentationem quadraginta duobus diebus ad ſummum facit, mas triginta ad ſummum. plerunque enim accidit, ut hoc tempore, aut paulo longiore, aut paulo breuiore pueri, & puellæ articulētur. Et paulo poſt, Multę mulieres partum deputarunt paulo ante trigeſimum diem: iſque inarticulatus apparuit. quæcunque autem vel poſt triginta dies, uel iis ipſis triginta diebus eum corruperunt, is articulatus uiſus eſt: Et in puella, cum habita ratione duorum & quadraginta dierum, deprauata ſit. Præterea, cauſa, inquit, eſt, quia fœmina ſerius coagmentatur, articulaturq́ue: propterea, quòd fœminæ genitura imbecillior, humidiorq́; eſt, quàm maris. qua ratione fœminam ſerius, quàm marem coagmentari neceſſe eſt. robur enim & calor ex calidiore, craſſioreq́ue ſumpta ſemine, F
cauſam puerulo afferunt, ut celerius moueatur: ex quo fit, ut mas tertio, fœmina quarto menſe motu cieatur: quod eodem in libro perſpicue explicatum inuenies in hunc fere modum: Cum igitur extrema corporis pueruli foras quaſi rami prodierint: unguesq́ue, & pili radices egerunt, tunc pueri mouentur. hoc ad agendum pueris tribuitur tempus trium menſium, fœminis, quatuor. ita enim maximam partem accidit. Cauſam autem addens, ait, mas prius cietur: oritur enim a robuſtiore, craſſioreque ſemine. ob eamq́ue cauſam citius puella ad pubertatem peruenit, vt in libro de ſeptimeſtri partu dictum eſt. & tamen, inquit, alioqui cum puellę a matre ſeiunctæ ſunt, citius, quam pueri pubeſcunt, ſapiunt, & ſeneſcunt, idque propter corporum imbecillitatem, & uictus rationem.

32 *Labores circa tertium ſupra quinquageſimum diem: & ſexto ſupra centeſimum contingunt. ad menſium uerò rationem, ſecundo, & quarto menſe,*

Vocat labores ea omnia, quæ accidunt, dum fœtus in utero geſtatur, ſiue in formatione, ſiue in motu, ſiue in abortu, ſiue in perfectione, ſiue in editione, quid contingat. Sicut autem infan G
tis non eſt vnus ſtatus terminus, ſic labores inconſtantes ſunt. etenim pro uaria nos circundantis aeris, regionis, ætatis, uictus, temperaturæ, & mulierum ſemen excipientium, natura, uariū, & ambiguum eſt tempus pariendi: quod his uerbis in libro De ſeptimeſtri partu Hippocrates ſignificat: Fœminis conceptio partus, abortiones, & partus ipſi eo tempore iudicantur, quo & morbi, & bonæ ualetudines, & mors hominum corporibus. hæc autem partim diebus, partim annuo ſpatio iudicantur omnia. In ſexto quoque De morbis vulgaribus ſcripta ſunt, hæc, Labores tertio, quincto, ſeptimo, nonoq́ue menſibus: itemq́ue ſecundo, quarto, ſexto. quo in loco pares menſes imparibus comparat. Quod autem de tribus, & quinquaginta diebus ait, & de centum ſex, forma, conuenit cum eo, quòd in libro De alimento habetur: Alij, inquit, quinquaginta ad formam: ad primum ſaltum, centum: ad perfectionem trecentos: ut quod affert de quinquaginta tribus, in ſecundo menſe, quod uerò de centum ſex, in quarto accidat.

33 *Quæ de ſeptimeſtri partu intelligenda ſunt. aut a profluuio menſtruo, aut a conceptu menſes nouem ſupputandi, & ex ducentis ſeptuagenis diebus Græci menſes conſtant. & ſi quid ad hæc accedat. & num iſta in maribus, & fœminis fiant, an contra.* H

Monet Hippocrates, ut partus, qui ſeptimo, quique nono menſe in lucem edatur, habeamus rationem: & ſpectemus etiam eum, qui hoc tempus excedat. ſi quidem is uiuit: & rationem Hippocraticarum hebdomadum ſeruat. nouem enim menſes numerum ducentorum ſeptuaginta dierum continent: ſicut in libro De carnibus didicimus, ubi ſcriptum eſt: Partus editur nouem menſibus, ac decem diebus, ac uiuit: habetq́ue perfectum numerum hebdomadum. nam quattuor decades hebdomadum dies conficiunt ducentos octoginta. ad decadem autem hebdomadum dies ſeptuaginta requiruntur. Quod addit, Græcos menſes confici. *

* * * *

34 *Edulys, & potibus humeri, & mammæ intumeſcunt, & intemperantia, & flatus capiti incrementum afferunt, quoad oſſa firma facta ſint.*

Lac

A Lac in ijs gignitur fœminis, quæ animal intra se generant, ut tempore partus sit utile: id natura, ut esset alimentum animantium, parauit. Ac cæteris quidem animantibus tempus uteri ferendi est unum, & lactis concoctio accedit: hominibus uerò, quia plura sunt tempora, necesse est, ut primo adsit. quocirca ante septimum mensem lac muliebre inutile est: illo autem mense utile redditur. Merito autem id accidit, & ob necessariam causam lac est ultimis temporibus concoctum. Cum enim fœtus perfecti sunt, plus excrementi superest: propterea quod non iam amplius ad fœtus formationem alimentum efficitur: sed ad modicum incrementum, quasi iam fœtus constet: cum fœtus suum finem sit adeptus. Lac autem loco superiore, & mammis colligitur, propter ordinem primæ consistentiæ. Omnino autem lac, quod in fœminis ante septimum mensem fit, inutile est: sed cum primum pueruli uitales sunt, lac etiã utile est. Mammæ autem sunt vteri capacitatis indices: quæ etiam uirgines aptas esse ad concubitum indicant: quod Hippocrates σφριγᾶν, hoc est florentem ætatem agere, uocat. Possunt etiam mammæ ex flatu intumescere, sicut ex intemperantia capiti incremẽtum additur, usque dum ossa firmitatem acceperint: quæ ossa in pueris serius dura efficiuntur.

35 *Menstruarum purgationum periodus. grauitates, quæ ante has fiunt, germanæ sunt laborum, qui*
B *ab octo mensium partubus afferuntur.*

Purgationes menstruæ multis modis prohibentur. sed quoquo modo fiat retentio, bona ualetudo in periculo esse intelligitur: sicut Hippocrates sæpe in libris De morbis mulierum memorauit. Hic autem eas grauitates damnat, quæ ab uteri excrementis retentis oriuntur. easque laboribus ijs, qui ab octo mensium partubus existunt, comparat: qui labores cum magni sunt, tum difficulter feruntur: & periculum inuehunt. quam ob rem in primo De morbis mulierum hæc scripta sunt: Si menstruæ purgationes omnino non procedant, a morbo uel crassæ, & uiscidæ, uel glutinosæ redduntur. ergo aluus per superiora, perque inferiora in primis purganda est: deinde supposititio medicamento ad uteros utendum, quo sanguis purgetur: tum quiescendum, & propinandum aliquid, cuius opera sanguis prodeat. & cætera, quæ sequuntur. Adduntur etiam hæc, Dolor aliàs occupat uentrem, partemque infra umbilicum, tum ceruicem, & inguina, & lumbos. Sunt etiam, quibus ulcera in utero, infra, & sub inguine nascuntur: & periculum est, ne moriantur. Et, Nisi ei menstruæ purgationes sex mensibus intus inclusæ prorumpant, ea patietur omnia, quæ mulier, quæ non peperit: in qua menstruæ purga-
C tiones uiam non inueniunt. In libro autem De sterilibus causam afferens, cur mulieres non
“ concipiant, scribit hoc modo, Si mulieri non eant purgationes menstruæ omnino, aut pro-
“ pter ea, quæ dicta sunt omnia, etiam ita non concipit. Venæ enim, quæ plenæ sunt sanguinis, genituram non recipiunt: & in uteris aliquid inueterati sanguinis inest, quod ali genituram omni arte uetat. Germanas autem dixit, hoc est similes, & genere cognatas, ut in libro De ratione uictus in morbis acutis scriptum est, Multa his germana, hoc est similia, & ualde cognata: quia cognatorum coniunctissimi omnium sunt germani fratres. Et alibi dicit, Germane se habere pro similiter. Et ἀδελφωται, hoc est, familiaris factus est.

36 *Lac primi partus mulierum ab alimento mutationem, octauo mense absolutionem adipiscitur. quocirca menstruæ purgationes si in ijs, quæ ad decimum mensem tendunt, octimestribus sint similes, perniciosæ sunt.*

Lac efficitur ex sanguine accurate cocto. accuratam autem coctionem ei tribuit tempus moræ, & consuetudinis, quæ ei cum uase, a quo comportatur, intercedit: vt in libris De usu par-
D tium corporis humani ostensum est. Mammis enim natura non a uasculis propinquis, sed longissimo disiunctis interuallo, sanguinem, spiritumque suppeditat. Cum enim natura uterum, & mammas ad unum opus obeundum comparasset, eas per uasa quædam coniunxit, ut cum fœtus in uteris augeretur, ac conformaretur, ei soli communes uenæ alimentum ex vtrisque affundant. cum uerò in lucem editus sit, mammis rursus totum affluat. Quicquid autem superuacanei sanguinis in mulieribus ante conceptum colligitur, natura singulis mensibus excernit per uasa ad uterum pertinentia. cum autem iam conceperint, fœtus alimentum ex eisdem uasis trahit. In hanc sententiam Hippocrates lac esse germanum menstruo dicit; quod octauo mense perfectionem adipiscatur, & alimentum redundet. Quomodo autem ex alimenti mutatione
“ lac efficiatur, ipse in libello De natura pueruli scribit his uerbis: Cum fœtus mouetur, tum lac
“ sui indicationem matri præbet. mammæ enim attolluntur, & papillæ turgent. lac uerò non pro-
“ dit. Cum autem uteri propter puerum tumidi sunt, uentrem mulieris comprimunt. ubi autem
“ eius pleni compressio contigerit, quod in cibis, ac potibus pinguissimum est, prosilit foras in omentum, & carnem. & quæ sequuntur. Sicut etiam in libro De muliebribus morbis scri-
“ ptum legimus, ubi sunt hæc, Quomodo autem lac gignatur, dictum est a me in natura pueri in

partu. postquam autem prægnans mulier fit, non valde menses prodaunt; præterquam nonnullis pauci: dulcissima enim pars humoris ex cibis, & potibus ad mammas uertitur, & exsugitur. Idcirco mammæ pectori iure adiunctæ sunt. si enim lactis gratia factæ sunt, lac autem, vt dictum est, alimentum est accurate confectum, profecto eius uasa in ea parte poni maxime oportebat, in qua lactis accurate confecti copia facillime simul, & celerrime posset consistere. E

* * * *

Id autem magis patiuntur eæ mulieres, quæ primo partu filios ediderunt. deesset enim puerulis alimentum, quod vsque ad decem menses satis esset. Et eodem in libro, Quæ minus alimenti ad fœtus alendos habent, citius pariunt: quæ plus serius. Ergo natura præparato matris lacte, infantibus alimentum prouidit. quod sane optimum est, nisi aliquo morbo afficiatur. Verisimile enim est cum totum maternum corpus, tum verò etiam lac vitio uacare. ac sanguine quidem alimur, dum adhuc in vtero gestamur, ex sanguine uerò lac gignitur, qui perexiguam in mammis mutationem adeptus sit. Cæterum lac è tribus essentijs, quæ ex dissimilibus inter se particulis constant, compositum est. una serosa est, & tenuis: altera crassa, & casei naturam imitans: tertia oleosa, & pinguis. Quod autem ait, Quæ ad decimum mensem tendunt. * F

Simile est eius, quod habetur in libro De mulierum morbis. *

Etenim in Aphorismis scriptum est, Si mulieri prægnanti lac copiose è mammis fluat, fœtum imbecillum esse indicatur. Id tamen primis mensibus non efficitur.

37 *Vulneribus ualidis tumor nisi apparuerit, magnum malum. Laxi, sursum serpentes, peius.*

Eadem ferme sententia in Aphorismis habetur: si vulnera valida, malaque sint, ac tumor non apparuerit, magnum malum: Laxi boni sunt. qui sursum serpunt, mali. In qua damnat, si malis vulneribus nullo modo tumores superueniant: propterea quod suspitio sit, ne humores, qui ad vulnera affluunt, tum ad partes magis princeps abscedant. Vt enim nimis intumescere vulnera, periculosum: sic nihil intumescere, periculosissimum est. illud est magnæ inflammationis indicium, hoc emortui corporis. sursum autem serpentes uocat tumores & duros, & renitentes, qui plerunque crudi sunt. in Aphorismis ὠμὰ vocat, & laxis deteriores censet. In sexto uerò De morbis vulgaribus tubercula æquabiliter maturescentia, non circum dura, & contraria comparans, uelut in una oppositione, durum tuberculum esse molli deterius statuit: in duris uerò, quod durius est: durissimum verò esse pessimum. G

38 *Quibus tumores sunt in vlceribus, non valde conuelluntur, neque insaniunt. his si repente euanescunt, quibus a tergo fuerant, conuulsionem cum doloribus: quibus uerò à fronte, aut insaniam, aut acutos lateris dolores, & rubram dysenteriam inuehunt. Tumores præter rationem alleuantes, impostur am significant: ut in Andronici filio erysipelas intro recurrit: si non ad eundem locum rediens, boni quid significet:*

In quincto etiam Aphorismorum dixit, Si tumores vlceribus superueniunt, non admodum conuelluntur, neque insaniunt. scribit enim ipse hoc modo, Quibuscunque ædemata in ulceribus apparent, non ualde conuelluntur, neque insaniunt: his autem repente cuanescentibus, ijs quidem, quibus a tergo fuerant, conuulsiones, & distentiones fiunt. quibus uerò a fronte, insaniæ, acuti lateris dolores, aut suppuratio, uel difficultas intestinorum, si ædemata rubra sint. Conuelluntur enim interdum & insaniunt ex ulceribus quidam, quando nimirum, aut notabilem magnitudinem, aut malitiam quandam contraxerint. Tumoribus autem repente euanescentibus, conuulsiones fiunt, cum ulcera in posterioribus partibus, hoc est in dorso, constiterint: si uerò in anterioribus sint, insaniæ, aut dolores lateris acuti, aut alia etiam mala oriuntur. Causa est, quia posteriores partes neruosæ sunt: anteriores uerò arterijs, uenisque redundant. Quod autem hic scriptum est, conuulsiones cum doloribus, in Aphorismis dicitur, Conuulsiones, & distensiones. Et loco horum, Dysenteria rubra, illic leguntur hæc, aut suppuratio, aut dysenteria, si tumores rubri sint. Sic enim uocant dysenteriam sanguinolentam: quæ fit cum sanguis per intestina sine exulceratione uacuatur. Cum verò præ iecoris imbecillitate etiam sanguinolenta deiiciuntur, tunc quoque ipsa affectio dysenteria nominatur: & pleriq; medici H

A nulla iecinoris cura habita, ægrotis causam mortis attulerunt. Est etiam uerisimile cum inflammatio intro recurrat, suppurationes effici, quod materia in thoracem effluat. aut etiam difficultatem cruentam intestinorum, quòd tumoris materia illuc rapiatur, quæ ex sanguine inflammationem generat.

39 *Hoc circa ortum ad aurem erat. ad pubem distributum est. alteri ter tio ab ortu die eruperat. suppuratum est nono. hic septimo die sanus fuit. maligniora sunt, quæ repente euanescunt.*

Cum eleuatio, aut ædema, aut quid aliud ad aurem ortum esset, postea ad pubem distributum est. sicut cum tertia die apparuisset, nona ad suppurationem peruenit: & septima ægrotus bene ualens redditus est. Addit autem, tanquam huiusce partis conclusionem caput, quod ad signa pertinet; cum ait, quæ repente euanescunt, esse maligniora: utpote, quæ neque in critico die accidant, neque signis salutaribus antecedentibus fiant. vt id sit, quod in Prorrhetico dictum est: Lateris dolor ex sputis biliosis si sine ratione euanuerit, in furorem aguntur. omnia enim, quæ sine ratione euanescunt, malum significant: propterea, quòd mutationes repentinæ in morbis acutis fiunt: quorum bonam iudicationem non sine concoctione, & aliquo die critico fieri, & ab aliquo indice die prius indicatam esse oportere, & quæ iudicationis formam ad morbum accommodatam faciat, didicimus.

GALENI RELIQVVM SEXTI COMMENTARII IN SEXTVM DE MORBIS VVLGARIBVS LIBRVM:

Quod in impressis ante hac non extabat: nuper in lucem prolatum.

IO. BAPTISTA RASARIO INTERPRETE.

9 *ILIS, ut dixi de auibus, quia biliosa sunt.*

Quod sæpe sum testatus, ex obscuris orationibus elici nullum uerum sensum posse, hoc etiam loco commemoro: neque enim quam uim habeat uerbum bilis, satis intelligi potest: ut nec etiam conijci, quid nobis prænunciet. quare hæc sententia vel Hippocratis non est, ut ego quidem censeo: nam quid de auibus ipse unquam supra dixit? uel est ab eo recordationis caussa forte conscripta. quod autem ait, quia biliosæ sunt, id ipsum uerū esse declarat earum leuitas, & quod in sublime ferātur: cuius rei alibi exposita à nobis causa est copiose. G

10 *Caliditas acrimonia signum est, turbationes, transitusque.*

Vera hæc oratio est: siquidem caliditas acrimoniam parit: estq; eius signum. ceterum si acrimonia quæ in corpore, aut particula, quæ naturalem suum statum seruet, inesse comperiatur, dum funditur, sensum sui excitat, idque est, quod ait, transitus. eadem cum interna, ac penitiora loca petit, intusque manet, turbationem affert.

11 *Delirantibus laterum dolores cessant: quibusdam uero etiam febres: quibusdam non item, sed cum sudoribus: quibusdam etiam cum perturbatione. quibusdam cutis arida, circuntenta, falsaque efficitur.*

Perspicua hæc oratio est. dolor lateris quempiam inuasit, ut signa, quæ affectum indicantia nominantur, nobis declarant. quod etiam grauis transitus morbi attestatur. quare sæpe fit, ut medicus repente ingressus, & morbi, & doloris leuationem esse factam, & astantes lætos comperiat. ipse tamen lætari temere non debet: sed quærere, facta ne sit iudicatio, aut abscessus erupérit, quorum nullum si factum inuenerit, sed ægroti oculos perturbatos, signaque delirij adesse intueatur, tum magnum esse malum pronunciabit: tūc enim sedata quidem pleuritis est, sed ad perniciem: propterea quod materia in cerebrum impetum fecit: quicunque enim aliqua parte corporis dolent, ac plerunque dolorem non sentiunt, eorum ægram esse mentem constat: ac sæpe usu uenit, ut pleuritis in delirium non desinat: sed per sudores excernatur. quandoque etiam per tussim expurgetur: quandoque autem ex multorum symptomatum turbatione abscessus in cutem fiat; quam ob rem illa arida, circutentaque efficietur. ac si interdum è salso humore excita pleuritis est, eundem ad cutim propellet. H

12 *Stupores quales nam sint, & quibus de causis oriantur, & quales coxam corripuerint, considerato.*

Hæc oratio accommodata erat ei, qui cū aurem curaret, eiq; uerum remedium non suppeteret, stuporem inducentibus medicamentis dolorem mitigabat. id quod etiam in coxæ dolore faciebat.

† *Liber manu scriptus nō habet, tertio die.*

13 *Propter aures, & ex auribus † tertio die fere pereunt.*

Cum

A Cùm auris una sit corporis nostri pars, multos ex auribus, & propter aures mori nunc scribit.ac quod ait, ex auribus, indicat ex primario aurium affectu id accidere: quod uerò ait, propter aures, id ex consensu fieri docet: sæpenumero enim grauis morbus aures corripuit, qui serpendo serie quadam propter continuitatem ad cerebrum peruenit, mortisque causa fuit. sæpe etiam contigit, ut cum magna materiæ copia cerebrum obsideret, eam natura ad aures amandarit, ægrotantique perniciem attulerit.

14 *Quibus cutis circuntenditur arida, & sicca, sine sudore pereunt: quibus laxa est, cum sudore moriuntur.*

Hæc sententia plerisque in locis est ab Hippocrate pronunciata: si cutim peraridam, ac circuntentam in morbo compereris, ut ne sudores futuros suspiceris. propterea quod cutis durior eos non admitit: at si eam laxatam inuenias, tum sudores proruptnros uerisimile uideri: sed animaduerte, ut diligenter differentias Hippocrates nouerit: cum aliud durum sit, aliud aridum, aliud denique circuntentum. quod ex contrarijs probe cognoscitur: nam duro molle, circuntento laxum, arido humidum opponitur: natura enim noluit iniqua esse, ut uni multa efficeret B contraria.

15 *In morbis, qui παλίμβουλοι sunt, mutationes prosunt. mutatio autem ad id, quod decet, priusquàm male afficiantur, facienda est. ut Cherioni contigit, cui irritata sunt ex quibus faucium exasperationes oriebantur.*

Quid morbus παλίμβουλος sit, scire non possumus prius, quàm quem παλίμβουλον hominem mortales uocent, intelligamus. ergo παλίμβουλος homo est dolosus, qui aliud loquitur, aliud sentit: & qui facile sententiam mutat. eiusmodi quoq; morbus appellatur, qui speciem ille quidem facit leuationis, sed tamen intus malignus est. itaque in hoc genere morborum facienda mutatio est. sed cur dixit, ad id quod decet, hoc est, consentaneum est, cum in eodem statu morbus non maneat, sed modo quiescat, modo malignus fiat? an tunc non esse faciendam mutationem censuit. hoc est, non commutandum in contraria, ut è calidis auxilijs ad frigida ueniamus, sed copia, & uis mutanda sit, ut à calido ad calidius proficiscamur. Quod autem maximi refert, ipse nobis nunc indicat: fieri quandoque, ut in morbis mutabilibus leuatio per dies aliquot esse secuta uideatur, tuque perfectam solutionem esse factam putes, & plenius ægrum nutrias. quo casu si morbus ad malignam se naturam conuertat, noli in errato persistere: sed tu quoque ad C tenuiorem uictus rationem te conuerte. id obseruauit Hippocrates in Cherione quodam, cui exasperatæ fauces sunt. qua in re illud scito, ut nausea uomitum antecedit, sic tussim asperitas. fit autem tum propter meatuum, tum propter branchiorum pulmonis obstructiones: spiritus enim cum obstruente pituita pugnans sonitum creat. itaque cum hic affectus illum affligeret, ac paucis diebus intermisisset, pleniore uictu usus est: cum uerò morbus repetijsset, ad renuiorem redijt.

16 *Si quid sani relictum est, subducta per infernas partes causa, aut detrahe, aut deliga, aut cyce, aut incide, aut adure. in quibus uero non, tu quoque nihil horum facito.*

Admirabilis hæc sententia est, chirurgicisque medicis apta: sæpe enim morbus præter naturam in corpore existit, medicusque ad manuum opus esse accedendum cognouit: quare monet, ne in infinitum usque incidamus, sed usque adeo, dum sanum locum inueniamus. uerum si, ut fere fit, uires in media actione hominem destituant, quod uehemens dolor urgeat, nec possit medicus id totum, quod præter naturam est, præcidere, tum ab instituto desistet, ac postea de- D trahet, aut deligatione intercipiet, aut adurente medicamento auferet, aut secundo loco ad ferramenta reuertetur.

17 *Quibus magna sanguinis copia, ac sæpe è naribus fluit, ijs, si color malus fuerit, merum modice datum prodest. quibus autem colores rubri fuerint, ijs non æque confert. ⁞ præterea quorum caput facile tolerat, hos merum iuuat: quorum non, minime. ⁞*

Hæc quoq; oratio aperta est. fluxit persæpe copiosus sanguis: eiusque fuit tanta uis, ut facies sit facta pallidior. eaque coloris priuatio in pallidioribus facile deprehenditur: in rubris uerò, non pari modo. quocirca si totum corpus euacuatum sit, alendum esset carnibus ijs, quæ multũ sanguinis gignunt, & item pane. sed ipsa edulia per se non concoqueret: immo uerò ei potius dolorem afferrent, quam ob rem quæ facile, & concoquuntur, & distribuuntur, danda erunt; huiusmodi autem censetur uinum, nisi forte capitis dolorem uereamur: siquidem tunc dilutius ei præberemus.

18 *Quorum nares natura humidiores sunt, ac genitura humidior, & copiosior, ij † ægrius ualent: quibus contraria, salubrius.* † *V. l. non, habet.*

Non

Non hoc ait, quorum nares humidiores sunt, eorum quoq; genituram esse humidiorem. ecquæ nam causa subest? sed quorum sint nares humidiores, & quorum sit genitura humidior, E eos ualere: propterea quòd nares excrementa, quæ superne descendunt, expurgant: genitura uerò, quæ inferne. sique hæc cohibeantur, qui ita affecti erunt, ægrotabunt. Hippocrates autem rectè addidit uerbum, natura: quando in destillatione nares humidæ sunt, & in gonorrhœa humida est genitura, nec tamen tum homines, quòd excrementa per naturam non euacuentur, integra ualetudine perfruuntur.

19 *Sputa rotunda delirium portendunt, ut in Plinthio apparuit. huic de sinistra nare sanguis profluxit, & quinto die liberatus est.*

In hac libri parte Hippocrates rationes exposuit tum causarum, tum morborum: nunc uerò de symptomatis differit. uerum quia hisce de rebus alibi dictum est copiosius, ideo quantum esse sputum debeat, multum ne, an paucum, & qua consistētia, utrum inquam crassum, an tenue: & quo odore, fœtidum ne, an secus: & quo colore, nigrum ne, an album: & qua figura, rotundum ne, an passum, quo de nūc agitur, tu per te ipse in præsagijs perleges. quod si globosum, rotundumque sputum eijciatur, statim ars nos docet, humorē esse glutinosum: qui humor in aspe F ra arteria contentus, atque ibidem multas horas moratus, eādem cum illa formam acquisiuit: siquidem ipsa quoque, & globosa est, & in orbem est rotundata: id tamen non contraheret humor, nisi calor ibi esset, qui eum quasi perfrictum reddidisset. ex quo conficitur, ut rotundum sputum caloris omnino signum sit. quod si caput quandoque tale inueniatur, ut facile patiatur, facileque sentiat, cum eiusmodi uapores recipit, tunc delirium exorietur: & sputum omnino erit cum calore coniunctum: & omnino homo delirabit. quod cum Hippocrates in certo homine cognouisset, fecit affectus mentionem, cum dixit, ut in Plinthio: nam cum nomen illius ignoraret, loci nomen adhibuit: cum enim procliue ad patiendum caput esset inuentum, tali sputo egrediēte, delirium est subsecutum: quod postea sanguinis profusio ex sinistra nare excepit. hic autem pro delirio non est intelligenda phrenitis, quando ipsum Hippocrates nunquam phrenitida uocet, sed tum denique cum mens de suo statu turbata est, aut furore correpta. sed compertum habemus, in hoc homine fuisse desipiētiam, cui rei argumento est quintus dies, qui criticus est, ut nos iam, & in aphorismis, & in libris uulgarium morborum exposuimus: at in phrenitide criticum diem natura expectare non potest. præterea dixit, ipsum esse liberatum, quod indicat, sanguinem nō guttatim, sed confertum profluxisse. quare liberatus est à desipientia, & spu G tum rotundum remansit: uel quod ait, liberatus est, significat, & desipientiam, & sputum rotundum, & morbum esse depulsum.

20 *Vrina, quæ habet multa subsidentia, qualis Dexippi post caluitium fuit, desipientia liberat.*

Hippocratis sententia hæc est: ego inquit, sanguinis proruptionem, non quia sanguinis profusio sit, æstimare consueui, sed quia humorē, a quo desipientia efficitur, euacuet. hinc etiam efficitur, ut euacuationem eam laudem, quam sudores, & eam, quam aluus, & eam, quā uesicę per urinas moliuntur. itaque ubi multa urina, quæ multa habeat subsidentia, excernatur, sedare desipiētiam poterit: pręsertim uerò, si ea urina ab humore, qui morbi auctor erat, sit excreta: siquidem nihil absurdum est, quædam interdum esse corpori attributa, ut multum urinę euacuetur, ipsa tamen desipientia perseueret. sed si urina sit ab humore illam faciente expressa, tum desipientiam sedare poterit, quemadmodum Dexippo euenisse ipse perscribit. hoc etiam loco certi ægroti fecit mentionem, ut cuius desipientiam copia urinæ sedet, intelligeremus. huic enim, cum exorta desipientia esset, post caluitium, per urinas soluta est. caluitium autem ipse defluuium pilorum nominat. itaque desipientiam tum caluitio, tum urinis esse euacuatam nos H monet.

21 *Vltra annum quartana non progreditur.*

De febri quartana modo sermonem instituit. Nos uerò tertianam breuem esse, periculoque uacare: quotidianam, & longam esse, & periculosam: quartanam denique, & longam, & periculi expertem esse diximus: ipse uerò nunc ait, quartanam annuum tempus non excedere: sed intra annum terminari. qua in re noli putare, falsam hanc esse orationem, ducta ab ijs, quæ modo apparent, coniectura, quod in multos annos trahi quartana uideatur: sed in primis causam in tempus, corporumque differentiam conijcito: propterea quòd si nostra corpora eo tempore fuissent excrementorum expertia, atque pura, certe uel in eam affectionem non incidissent: aut in ea breui tempore permansissent: nunc uerò, & sordes corporis, & excrementa morbos diuturnos efficere plane possunt. fortasse etiam non de omni genere quartanarum uerba facit: duplex enim quartana est: tum quæ ex nimia atræ bilis assatione oritur, quæ bilis acris est, præcipueque si computruerit, tum quæ ex fæce sanguinis putrescente gignitur: quę quidem imas partes non attingit: propterea quòd sanguis, qui naturæ amicus est, nunquam ita putrescit, ut in eo

bilem

A bilem atram imitetur. hoc igitur loco forte eam quartanam intelligit, quæ ex atra bili originem duxit: ea enim, cum plerunque acris sit breui tempore perdurat: præsertim si æstate hominem corripiat: nam hoc scitum est, æstiuas quartanas fere breues esse: autumnales, lõgas: ac tum maxime, cum hyemem attingunt. suppetit etiam nobis tertia causa, cur febrim quartanam esse breuem dixerit: ut eam quæ conuenienter rationi curetur, intelligamus: hoc est, cum in tempore sanguis detractus sit, purgãtia medicamenta data, & uitæ ratio instituta. hęc profecto ne annuo quidem tempore fortasse hominem afflixerit.

22 *Quem æstatis morbi corripiunt, ei quinto die eruptiones accidunt, quibusdam etiam id tardius fit.*

Agit de alia re, cum ait, Quem æstatis morbi. duplex autem scriptura est: nam legendum est, uel ὦτα, ut aures intelligamus: uel ὅτε, hoc est, quem: nos utranq; explicabimus. si ergo secunda scriptura probanda est, sententia Hippocratis erit huiusmodi: uidi hominem, quem cum morbi æstiui corripuissent, ut tertianæ, ardentesque febres, & herpetes, statim, hoc est quinto, aut septimo die esse liberatum, quòd morbi à bili orti breues sint; illi autem dissoluti sunt eruptione uasis cuiusdam, ut aut sanguis eruperit, aut per hęmorrhoidas fluxerit. si legas ὦτα, idest B aures, hic erit sensus. excitatus est alicui abscessus æstiuo tempore secundum aurem: qui cum discuti nòn posset, in pus conuersus est: cumque ille ruptus esset, quinto septimove die liber euasit.

23 *Quæ circa gingiuas, linguamque sunt, septimo die expuuntur: præsertim uero suppurationes, quæ nares, gingiuasque obsederunt.*

Cum supra de abscessibus disseruerit, nunc quoque de iisdem loquitur. cæterum quod ait, expuuntur, cum sputo intelligẽdum uidetur: mult enim circa linguam, atque gingiuas defluxionẽ primum attenuari, atque unà cum sputis excerni. cum autem crassa est, ubique manet, tum impacta suppuratur. at quo nam in loco? nimirum in naribus, gingiuisque potissimum: quandoquidem harum condensa substantia est. quæ quia densa est, idcirco materiam discuti per halitum, non finit: ideoque necessario fit, ut in pus commutetur:

24 *Quibus in dentium dolore tenuia à superciliis deueniunt, iis si piper bene imponatur, postridie crassiora prouenient: idque si alia non uicerint: nam in Hegesippo medicamentum soporiferum non uicit: sed C dolorem magis prouocauit.*

Admirabilis hæc sententia est, non facilis tamen, nisi quis prius quædam percipiat; quare sciendum est, excitari q̃nque dentium dolorem, quæ ὀδονταλγία, nominatur: isque à defluxione erodente gignitur. cum enim illa materia terrea sit, stridorem in dentibus parit: ex quo uehemens dolor excitatur: præsertim cum in dentibus gustandi, tangendique sensus inesse uidea tur. hunc dolorem cum leuare medicus summopere studeat, an aliunde ad dentes dolor confluat, an quòd ipsi perforati sint, itaque patiantur, diligenter inuestigat. si igitur defluere aliquid ad dentes cõperiat, quærit etiam, an ex toto corpore, an ex superioribus partibus, an ex inferioribus illuc confluat. id autem ex superioribus deferri compertum habet. uerum multæ sunt superiores partes: ideo supercilia exempli gratia adhibuit. quare fit, ut quia inde dolor manat, curari nullo modo possit, nisi pars, quę eum immittit, cohibeatur, & comprimatur: id ab adstringẽtibus, refrigerantibusque perficitur. quo peracto, ad loci affecti curationem deinceps accedit: utiturque medicamẽto, quòd ex tribus piperis generibus constat: ac postero die quod crassum est, euacuat: pleraque enim medicamenta tractu temporis agunt. nos uerò his omnibus usi sumus, atque opem tulimus. sed uires non sufficiunt, itaque, & confirmare eas quandoque, & eis D etiam stuporem inducere refrigerantibus opus est: siquidem ea sine ullo dolore adhibemus. alicui tamen medicamentum soporiferum non profuit. appellat autem ita, quia ex refrigerantibus somnus sequitur. sed in eo, quem memorat, refrigerans nullius fuit efficaciæ. eius culpæ affinis est medicus: siquidem prius dentem scarificauit, & eò magna copia confluxit, ideoque refrigerans medicamentum irritum fuit.

25 *A capite ossium naturam æstimato: deindè uerò neruorum, uenarum, carnium, & aliorum humorum superiorum, inferiorumque uentriculorum, tum morum, atque mentis: denique quæ consueto anni tempore citius fiant, uelut papulæ, & quæ huiusmodi sunt: & quæ singulis diebus citius, seriusque inuadant.*

Quoniam non potest curare quæ præter naturam in corpore constiterint is, qui ea, quæ secundum naturam sunt, ignoret, ideo de eis hoc etiam loco disputationem instituit. quare monet, ut quæ secundum naturam sunt, inuestigemus: quæque in nobis sunt, contemplemur. in primis uero quæ nostri corporis quasi fundamendamenta sunt, consideremus. ea autem ossa sunt, quorum quædam ideo fabricata natura est, ut essent tanquam nobis strata, atque subiecta: quædam ceu propugnacula, & tecta, nosque custodirent. uerum quia capitis ossa uaria sunt, effectũ

est,

est,ut ipso,propter summam ossium præstantiam, cerebrum contineretur. quod etiam ei forte E tributum est,ut ad eius proportionem cetera ossa efficerẽtur:cum inde quoque spinalis medulla sit exorta.Cum autem ossium naturam perlustraris,deinceps neruos intueri debes: utrum illi ex cerebro,an ex medulla dorsali ortum trahant.tum quo pertineant,ubi inserantur,ac coalescant. erit postea tibi ad ortum uenarum progrediendum: ut iecoris tibi sit perspecta natura: tum ad carnes contemplandas te accinges. ac carnem quidem appellat Hipocrates non solum cam,quæ musculos efficit,sed eam quoque ex qua intestina, & uesica constant: siquidem unaquæque particula ex carne sibi idonea conflata est.iam uerò humores tibi sunt perpendendi,ut & quot sint,& quam temperaturam habeant,& qua in parte redundare soleant, intelligas. uerum humores non uagantur,sed uentriculis quibusdam continentur. porrò uentriculi ipsi partim quod superuacaneum est,partim quod necessarium est continent:necessarium uerò est, ut uis,cuiusmodi est cerebrum:uel spiritus ut cor:uel humor,ut iecur.simili quoque modo aut excrementum,aut humorem in se habent,ut uesica: aut quod solidum est,ut rectum intestinum. atque,ut uno uerbo complectar, superiores, inferioresque partes, qua natura sint,peruestiga. nunc autem pro natura temperaturam,distributionem cõstructionem,fabricationemque intelligit.hæc omnia perquire,ut scias,qua mente sint prædita,quomodo conformata, quo habitu, qua intelligentia,qua ratione,quibus deniq; moribus pręstent.quod aũt mores dicit,legitur ẽt τρόπων,ut uicissitudines,mutationesque significet,quare mores scrutare, ut scias cuiusque mo- F res,& homo homini quantum intersit:& te non lateat, quomodo aer commutetur,quod permagni refert,ut perspectum habeas:cum enim alijs rebus omnibus quandoque utamur,aerem certe perpetuo spiritu ducimus.quare studium adhibe,ut noscas,an suam naturam retineat, an de suo statu desciuerit.quod autem ad stata anni tempora pertinet,immutatane illa sint,necne, da operam,ut cognoscas:ut utrum uno tempore,an quibusdam, an omnibus sit facta mutatio. tum specta,an ad similia,an uerò ad dissimilia declinarint.id autem dico, quia non temporum nomina, sed res ipsæ uarietatem efficiunt: neque enim si de aliquo audias,æstatem aduenisse, iam debes omnes morbos æstiuos expectare:propterea quod sæpe citius, sæpe tardius appetit tempus,quod temperaturam suam adulterat.quod in singulis anni temporibus intellectum uelim: diximus enim supra,cũ illa uerba explicaremus,Ascarides ad uesperam,totum diem proportione toti anni respondere: ut matutinum tempus ueri: meridies æstati: uespera autumno: nox hiemi comparata esse uideatur.hæc igitur omnia perquire, ut quo tempore exoriri morbi soleant,quemadmodum ipse de papulis,ceterisque omnibus dixit,tibi sit omnino perspectum.

26 *Licino lien magnus ultimo fuit: quartoque, aut quinto die dolere conflictatus est.*

G Hæc oratio expungenda plane est: nam cum ostendat, Licino magnum lienem factum esse, addidit ultimo,quod uel in extrema anni parte, uel in extremo morbo id ei cõtigisse significat. quare,cum non perfecte cuncta narrarit,non esse hanc ueram Hippocratis sententiam, quiuis uel mediocriter eruditus existimabit.

27 *Corpus biliosum, sanguineumque, si effluxus non habeat, melancholicum redditur.*

Nunc agit de alio quodam,quem fieri posse melancholicum scribit. potest autem id duabus de causis contingere,& propter atram bilem,quæ exusta ferme sit,ac computrescat: & propter fæcem sanguinis putrescentem:quæ tamen fęx nunquam adeo acris efficitur, ut ad atræ bilis acrimoniam perueniat. ait igitur, corpus, quod flauam bilim continet, sanguineumque est, fieri melancholicum, nisi effluxus, hoc est, nisi euacuationes habeat:nam nisi melancholicus humor paulatim euacuetur, ex eo morbi plerique efficientur. H

GALENI

GALENI IN SEXTVM HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS COMMENTARIVS VII.

Io. Baptista Rasario interprete.

Hæc particula ad vulgares morbos potissimum pertinet: in eaque pestilentis aeris descriptio continetur: tum varia symptomata, quæ secuta sunt, diligenter explicantur.

Vsses circa brumam, decimoquinto, aut uigesimo die ex crebra austrinorum, aquilonalsumque & niualium flatuum permutatione cæperunt. ex his tum breuiora, tum diuturniora symptomata, frequentesque pulmonis inflammationes oriebantur. deinde uero ante æquinoctium quamplurimis reuertebantur: idque fere die ab initio, quadragesimo: ac quibusdam admodum breuia, bonaque iudicationis: quibusdam uero fauces inflammabantur: alios angina, alios paraplegia corripiebant: aly lusciosi fiebant; id quod pueris potissimum accidebat. ceterum pulmonis inflammationes perbreues erant. faucium inflammationes tussientibus post fiebãt: aut ualde breues pro tussi excitabãtur. faucium uero affectiones breues, ac magis etiam in lusciosis id usu ueniebat. anginæ autem, ac paraplegiæ aut duræ, & siccæ, aut paucæ, & parum concocta reiectabant. quidam uero ualde matura excreabant. qui igitur plus uoce defatigabantur, aut rigebant, in ys tusses in anginas potius desinebant. qui autem manibus laborabant, manibus tantum resoluti sunt. qui equitarant, aut longum iter confecerant, uel cruribus erant defatigati, his in lumbis, aut cruribus incontinentes resolutiones, in fœmoribus uero & suris lassitudo, dolorque fiebant. durissimi autem, uiolentissimique dolores erant, qui ad resolutionem perducebant. atque hæc quidem omnia in recidiua contingebant. in principio uero non ualde. horum complures in medio cursu tusses reliquerunt: non perfecte tamen: si quidem cum recidiua aderant. quibus uox ad tussim prorupisset, harum plurimi ne in febrin quidem incidebant. quanquam nonnulli breui tempore febrem habuerunt: nemini tamen eorum neque pulmonis inflã-
C *mationes, neque resolutiones accidebant, neque aliud quicquam inuadebat: sed morbus in sola uoce indicabatur. lusciosorum affectio firmabatur, ut quæ alys de causis eueniebant: hæc tamen potius pueros attingebat. nigra oculorum uaria fiebant: præcipue autem eorum, quorum pupillæ paruæ essent, magnæ autem ex parte; tota nigra oculi pars erat uaria; ac magis in iys, qui nigros oculos habebant, & rectos nigrosque capillos: quorum erant parui occuli, non item, mulieres non ita tussis infestabat. immo uero raræ in febrim incidebant. atque admodum paucæ pulmonis inflammatione corripiebantur: eæque iam seniores erant: ac cunctæ euadebant. in caussa ego esse existimabam, quod non æque, ac uiri prodirent: & quia non eodem modo, quo uiri, a morbis corripiuntur. angina tamen duabus liberis, atque ea quidem mitissima, acciderunt: at ancillis & multæ, & uiolentissimæ: & breuissimo tempore iugulabant. uiris euenerunt plerisque: alyque superstites fuerunt, aly uita excesserunt. ad summam, qui salum deglutire non poterant, ys fiebant admodum mites, ac faciles ad tolerandum: qui autem simul etiam obscurius loquebantur, ys molestiam maiorem afferebant, diutiusque uexabant. quibus temporum, ac ceruicis uenæ attollebantur, malum: quibus autem etiam spiratio in sublime ferebatur, ys pessimum erat: siquidem simul quoq; tepescebant: enimuero, ut scriptum est. sic affectuum erant consortia: & qui prius scripti sunt, sine ys, qui posterius: quique posterius, non sine ys qui priore loco descripti sunt, extiterunt. celerrime peribant: ac cum fe-*
D *brili rigore rigebant, his neque reprimentia medicamenta, neque uentris perturbatio, neq; uenæ sectio, neq; quæcunq; probarim, ullum notabile auxilium attulerunt: secui. n. & in cubito, & sub lingua uenã: & per superiora purgaui. atq; hæc quidem in æstate, quemadmodum etiam alia multa, quæ prorupe- rant, extiterunt.*

I sib. impr. habet, totus oculus æger erat.

Si quis æstimare recte uelit, is forte comperiet, hic deniq; vulgares morbos primum pertractari: nam in principio dictum est nobis, huius quidem libri indicẽ de morbis esse vulgaribus. eorum tñ doctrinam hic non tradi, sed ferme eorum, qui dispersi noĩantur. dixi autem illud ferme, quia eorum quoque, qui Aeni uiguerunt, fecimus mentionem. hoc autem loco morbos re uera vulgares nos docet: propterea quod nec Hegesippo, neq; Anaxioni morbus accidit, sed totam ciuitatem inuasit. sed quinam morbus is esset, ipse nõ indicauit. id uero nouimus, sub aquilonali tractu urbem, qua de agit, sitam esse: ait. n. niues ibi extitisse. nam ubi in æthiopica regione nix comperiatur, ibi quæ constitutio fuerit, didicimus. illud aũt sciendum est, cum Hippo. facit temporis mutationis mentionem, neque commemorat, quodnam antecesserit, ipsum ita capi, ut plane suum statum, naturamque seruarit. itaque in frigida ciuitate hiems nomine quidem, sed non re fuit: quod calidior extiterit, quia austrini flatus in eius initio uiguerunt;

auster enim, ut sæpe diximus, calidus, humidusque est: ac tum corpus oblæsit: præcipue caput, ut pote quod nudum esset, & externo aeri expositum. nam & in aphorismis scriptum est, grauem auditum ab austro comparari: humorem enim ex toto corpore in caput attrahit. quod si auster solus perflasset, certe calor discutere materiam potuisset: sed repente aquilonius flatus exortus est: caq; subita mutatio uires perturbare satis potuit. præterea cum Aquilo sit frigidus, discuti iam materiã non sinit. vnde illa ibidem permanens, graues, difficilesq; morbos gignit. in omnibus aũt una erat priuatiua causa, quæ in aeris constõnem referebatur: una item, quæ antedicta est, quod cerebrum esset repletum. particulæ quoq; pro hoïum natura, habituq; & partium ad quid suscipiendum habilitate, uariæ erant, ac differentes: cum.n. materia in cerebrum comportaretur, si corpus ad affectum suscipiendum erat procliue, uincebatur, & morbum attonitum, aut comitialem contrahebat: si ualidum fuisset, morbos expulisset. similis est ratio partium propinquarum, aut longinquarum; hinc morbi oculorum, hinc pulmonis inflammationes a simili causa profectæ sunt. ipse uero magnum symptomatum numerum affert, cum ait, Tusses circa brumam cœperunt. hiems igitur, inquit, cum Sol capricornum est ingressus, fuit: cumque eius temperaturam mutauisset, facta est calidior, ac ubi quindecim, aut uiginti dies uiguisset, tusses sunt excitatæ. recte aũt ab Hippocrate initium est a tussi ductum: utpote quæ a superioribus partibus ad inferiores descendat: nã si auster flat, caput impletur, parsq; humoris in guttur decidens tussim creat: id quod tum maxime facit, cum frigus a niue exortum uiget. atque hæc quidem tussis ex crebra austrinorum, aquilonaliumq; uentorum mutatione originẽ duxit. etenim, ut in aphorismis dictum est, cum hæc constitutio dominetur: sic hoc loco, cum hæc mutatio crebra fit, morbos in pulmone concitat: siquidem is, utpote mollis, & ad spongiæ similitudinẽ factus, extrusam è cerebro materiã recipit. hmôi autem morbi tum diuturniores, tũ breuiores pro facultate, ac tẽperatura ægrotantis fuerunt, & multi per hyemẽ uiguerunt, ineunte aũt uere, cum Sol in ariete est, recidiua est facta, fuitq; spatium illud interiectũ, in quo deterius affecti ex recidiua sunt, ad dies usque quadraginta: sæpe.n. morbi inuadere mortales solent, qui in principio non admodum maligni sunt, quod uires adhuc ualentes eis repugnent: sed tũ cum intermiserint, iterum inuadunt, uiribusque ante prostratis inuentis, grauius affligunt: idque magis in medio tempore faciunt, nisi quis eos conuenienter rationi curarit. quare cum eo tẽpore morbus repetiisset, quidam mortui sunt, quidam bene, id est non imperfecte iudicati, i. nõ sine iudicatione incolumes euasere: dies.n. adueniebat, in qua non multa symptomata, quæ uictam naturam sequi solent, ægros urgebant. ac si natura qñque non erat superior, materia partes inferiores petebat. quare inflammatio, aut in fauces, aut in guttur irruebat: &, uno uerbo, eam partem, quæ facilius morbum susciperet, occupabat. qñque etiam paraplegia excipere hoïem solebat. est autem paraplegia, cum una particula corporis sensum, motumq; amittit: quod fit, quia humor illius neruum obstruxit. reddebantur etiam quidã lusciosi, quos νυκτάλωπας uocant: qui morbus solet uulpem, quæ ἀλώπηξ dicitur, corripere, quòd ea p̄p spiritus tenuitatem diurno tẽpore uidere nõ possit: propterea quod fundatur a radiis Solis, ac discutiatur: nocte uero cernat, quòd spiritus factus sit densior. & quod uulpibus per diem accidit, id illis de nocte euenit. siquidem qui sic affecti sunt, de die cernunt, de nocte non item: cum.n. materia ad cerebrum peruenerit, illic permanet, ac progressu temporis putrescens fit nigrior, ideoque caliginosos uapores ad oculos mittit, ac spiritui, qui aspectum efficit, tenebras offundit. unde fit, ut de die uideant, quòd lumen solis caliginosos uapores illos possit reddere tenuiores: de nocte uero nihil cernãt, quòd spiritus propter frigus fiat crassior. atque id est, quod ait, eos factos esse lusciosos: de quo affectu dictum est etiam a nobis aliis in locis copiosius. docuimus etiam, quid causæ sit, cur nõnulli cernant ea, quæ prope sunt, quæ uero procul absunt, non uideant. cuius rei caussam a spiritu, qui aspectus est auctor, prouenire diximus: qui licet sit purus, non multus tamen est, ut suam uim mittere procul possit. sed hoc quoque in eiusdem crassitudinẽ conijci potest, & sordes, quibus spiritus perspersus est: qui à longinquis rebus obscuratus, prius, quàm munere suo fungatur, fit tenuis: atque ita cernere longinqua nullo modo potest: uicina uero nequit intueri, quia purus, nitidusq; non est, neq; ab eo spatio, quod est interpositum, attenuatur. id aũt uerum esse, declarat ipse, cum ait, pueros præcipue factos esse lusciosos: nam cum ipsi essent, q̃ ceteri humidiores, spiritus uidendi facilius perturbabatur. hinc admirari Hippocratem licet, qui non solũ ab experientia fidem ducit, sed ad demonstrationes quoque confugit: nouitq; symptomata ipsa & propter ætatẽ, & propter genus, & propter fortunam, & propter corporis habilitatem uariari. atque ætatis quidem habita ratione, cum ait, ætatem puerilem magis, q̃ florentem, affectã esse: generis uero, cum docet, uiros potius, quàm fœminas ægrotauisse: & tamen par erat, uiros minus passos esse, & quod robusti sint, & quod exercerentur. sed aliam iniit rationem senex: sciebat enim mulieres parietibus se continuisse, ac magna ex parte, capite operto fuisse, ut aeris uitare iniuriam possent. at uiros, quia continenter domo exirent, ideo esse passos. hanc porrò caussam huiusce rei fuisse, ipsemet ostendit, cum seruas magis, q̃ ingenuas in morbum incidisse commemorat. qua in re uides ẽt fortunæ habitam rationem. siquidem seruæ multis partibus plures

A plures ægrotarunt, quod domo prodire cogerentur, ut dominarum mandata curarent: cum enim in aere uersarentur, morbos etiam contrahebant. quod autem ad habilitatem pertinet, vt quis sit quàm alius, ad morbos procliuior, non iam uno exemplo ostendendum est, sed tibi ex omnibus morbis facete coniecturam licet: siquidem nulla alia inueniri causa potest, quàm hæc ipsa, cur tot sint differentiæ, generaque morborum. facti igitur sunt pueri, ut dictum est, lusciosi: pulmonis uero inflammationes non multæ extiterunt. sed quid est, quod dixit Hippocrates, frequentes fuisse pulmonis inflammationes, nunc uero eas non fuisse scribit? nos ita respondebimus: lusciosos illos quidem fuisse, sed pulmonem non esse eis inflammatum, quod uniuersa materia in sublime ferretur. id quod in multis ostēdere locis ualemus. forte uero ait Hippocrates, In morbi principio inflammationes quidem pulmonis extitisse: sed tamen cum morbus repetiit, non iam eos apparuisse. cum enim in eo interuallo natura esset leuata, pulmonem ita roborauit, ut non iam amplius esset suscipiēdæ affectioni procliuis. has autem explicationes ex uerbis ipsius auctoris elicimus: ait enim lusciosos non admodum factos esse, postquam tussi conflictarentur. ut illo uerbo, post, indicet, se morbi principium cum recidiua conferre, quod secūda continet explanatio. & cum ait, lusciosos non esse factos postq̄ tussi correpti sunt. docet, cū materia in partes aliquas incumbit, ceteras partes liberas esse, quod prima nostra interpretatio asserebat. Iam uero propter internorum musculorum gutturis inflammationem anginæ quoq; exortæ sunt. uerum scire conuenit, in pestilentia quamuis morborum omne genus excitetur, tamen hos magis, illos minus conflictari, prout antecedens causa præsto esse uideatur. quare fit, ut si quis multum sit locutus, gutturque redditum sit imbecillius, illuc potius, q̄ alio materia sit impetum factura, ac magis etiam si ille riguit, aut frigido in loco, ubi guttur male acceptum sit, habita fuerit oratio. Si aūt quis aut manus, aut pedes fatigarit, is in paraplegiam, aut resolutionem cadet. est autem resolutio, sensus & motus in toto corpore priuatio, facie tamen excepta: paraplegia uero est unius partis resolutio. quod autem prius erat commotum, id materiam attraxit. trahitur autem materia, aut propter calorem, aut propter imbecillitatē, aut propter dolorem. illi uero calorem in pedibus habebant, qui aut equitassent, aut ambulauissent: imbecillitatem ij, quorum guttur est frigore oblæsum: dolorem, qui manū fatigassent. quibus oībus de causis paraplegia exorta est: ubi.n. erat lassitudo, ibi & labor. quam ob rem durissimi, uiolentissimiq; labores ex paraplegijs erant: quod distōrtio illuc materia cōpingeret. Qui uerba tantū attendunt, nec rem ad uiuum resecant, quærunt, qūo Hippocrates de labore differens, eum durissimum appellarit. sunt qui dicant, eum hæc scripsisse, ut sibi aliquod memoriæ lumen afferret: C ideoque in loquendo nullam adhibuisse diligentiam: sed uera ratio est, cum una res duo habet nomina, licet ei, qui uerba de ea facit, primum nomen de re, secundū de altera afferre: nam ut est apud Homerum, Tiresiæ nobis animusque superuenit: cum non anima illius, sed ipse Tiresias Vlyssi superuenerit, ita hic est accipiendum, grauis erat labor, durissimi, uiolentissimique dolores, qui ad paraplegiam perducebant. neque id de medijs intelligendum est; nam cum multi morbi essent exorti in pestilentiæ recidiua, sola tussis conquieuit: sed nec ipsa ex toto sublata est. sique materia uniuersa unam in partem irruere uidebatur, ceteræ liberabantur: ac si quādoque ad instrumenta uocis materia reperet, ut tussim excitaret, tunc graues morbi non fiebant. atque hunc affectum quidam anginam, sed male, nominarunt. nam quomodo in angina dicere Hippocrates potuisset, febrem non fuisse? itaque ait, sola tussi, ac uocis priuatione, aut raucitate correptos esse; quod illuc materia cōfluxisset. quocirca neque febris, neque pulmonis inflammatio, neque ullus alius affectus eos inuasit. causa autem omnium erat materiæ ad uocem com migratio: omniaque, superueniēte tussi, leuabātur. Lusciosa autem affectio perseuerabat, quasi ex alia causa eam constare existimes. fieri quidem potest, ut hīc affectus etiam oculo nihil cum D alia ulla parte patiente, sed proprio suoque affectu laborante, oriatur: ut cum glacialis humor crassus fit, spiritusque fuliginosior euadit: quo casu est curatu perdifficilis. quare tam difficilis ad curandum ille fuit, ut non iam in cerebri consensum tractum esse oculum putes, sed suo affectu laborasse eum censeas. qui sane effectus lusciosos homines faciebat, molestiaque conflictabat. causa est, quia pupillæ oculorum a frigore condensatæ minuebantur: ipsumque tuberculū in molem tollebatur: idque uel ob humoris redundantiam, uel quod frigus spiritum crassum efficiebat, qui sane non discussus, vtpote redundans, oculum inflabat. ceterum colores oculorum erant uarij: partim nigri, propter austri calorem: partim rubri, propter uim frigoris, quam aquilo inuehebat. Hippocrates autem magna ex parte nigros oculos fuisse commemorat. nigror uero ex calore consequitur, & tamen morbi omnes, qui relati sunt, ab aquilonis frigore ortū habuerunt. atque quod foris patimur, id nunc esse exortum: nam si lapidem in aquam proiicias, sitque inter te & aquam perexiguum interuallum, qualis nam sit lapis, intueberis: at si magnū, qualis ille sit, non perspicies. Simili quoque modo, si nitidus lapis sit, aureus uidebitur: si sordidus, non talis. idem eo tempore contigit: frigus.n. glacialem humorem intro compegit: ideoq; niger, & caliginosus sub aspectum ueniebat. cumque spiritus glacialem attenuare non posset, ideo oculus propter nebulosi spiritus redundantiam & niger, & caliginosus uidebatur. in hanc

Ex hoc loco planum est, cō textum uerborum Hipp. esse deprauatum.

etiam ſententiam adduxit Hippocratem id,quod palam apparebat:adeo enim caliginoſus erat E
is ſpiritus,qui ex capite manabat,ut ēt capilli nigri eſſent,adeoq; humidus,atque excrementis
abundans,ut recti etiam fierent . atque hactenus quidem hæc uiris eueniſſe Hippocrates literis
mandauit.at mulieres minus in morbos inciderunt,quòd ſe domi continebant,nec ſe ſe aeri ex
ponebant.idcirco ſublata eſſe cauſa uidebatur, ut etiam ipſe monuit . quam ob rem duæ ſolum
ingenuæ ægrotarunt;atque eæ quidem leuiter.at ſeruæ omnes malignū in modum morbo op-
preſſæ ſunt , quòd continenter in aere uerſarentur , & quòd ſeruilis uictus ratio prauos ſuccos
gigneret.cum autem hi morbi omnes in peſtilentia uigerent,factum eſt, ut plerique uita defun
cti ſint,pauci robuſti ſuperſtites fuerint.ac uixerunt , quibus materia in guttur decubuiſſet . Si
quandoq; uerò ad inſtrumenta uocalia eſſet comportata,ut loquela impediretur , ēt hi euade-
bant,ſed diutius uexabantur.ac quod diutius ait,non de uno hoīe dicitur,(nam quomodo an-
gina ſit diuturna?)ſed diutius in tota urbe permanebant:ſiquidem hæc longo tempore in urbe
uagabantur.atque hucuſque vulgaris hic morbus erat:nunc uero peſtilens eſt factus,cum mul-
ti mori cœperint.mors autem maiore ex parte ab angina proficiſcebatur.Sed audi rē mirabilē,
quam deinceps narrat.angina inquit,excitabatur: quę circa thoracem ſunt diſtendebantur,at- F
que inde caput quoq; tendebatur,itemq; uenæ temporum,& ceruicis,ut cū morbus malignus
eſſet factus , ad partes extimas tranſmittere ſuā malitiā inciperet . ac ſi qñ magna ſpiratio facta
eſſet,id erat mortis ſignum.ueruntamen id poteſt ēt controuerſum uideri;quia ſi magna erat re
ſpiratio,planum eſt,multum aeris intro eſſe perlatum . multum autem intro ferri non poterat ,
angina non ſoluta.Sed tamen nos alibi diximus,reſpirationem quæ ſine uiolentia fit in eo , qui
ſecundum naturam ſit affectus,a ſolo ſepto tranſuerſo effici,at cum natura oppreſſa eſt,tum eā
quoque muſculos pectoris ad actionem adhibere . Si uero grauis fiat pulmonis inflammatio ,
tunc eam ſublimioribus muſculis,qui ad ſcapulas ſunt, uti : quo etiam tempore narium pinnæ
dilatantur. ac thorax quidem mirum in modum dilatatur , non tamen aer ad dilatationis pro-
portionem introducitur:cum id prohibeat obſtructio.quod hoc tempore contingebat: cum.n.
natura anguſtia premeretur,ſublimiorum muſculorum motu utebatur,ac ſpirationem ſublimē
faciebat.quæ res magnam ſubeſſe anguſtiam ſignabat:itaque mortale ſignum erat.ad hoc acce
debat,ut qui ſic ſpirarent,ēt tepidi uiderentur:calor enim intimas partes obſidebat,eaſque ma
teriæ abundantia ſuffocabat: quam ob rem extimæ tepidæ reddebantur.at ſi forte cum febri ri
guiſſent,repente moriebantur: quod calor diſſoluens ſatis eſſe non poſſet ad mortē afferendā,
niſi ēt rigor ſuperueniſſet:qui.n.ſufficere uires ualebant?fortaſſe ēt illud nobis indicatur, in fe- G
bri non intermittenti,extremorum refrigerationem in malis eſſe:ſed hoc tempore,cum natura
ob ſuffocationem pene eſſet diſſoluta,in imas partes receſſerat;unde extremæ partes a ſangui-
ne deſtitutæ,ſunt refrigeratæ:ipſeque eam,quæ abſolute perfrictio eſt,rigorem appellauit. atq;
abſolute dixit,conſortia,hoc eſt coniunctiones morborum fuiſſe huiuſmodi.nam morbus inua
ſit,tum intermiſit,ac poſtea repetijt,& qui morbi in principio orti ſunt,non habuerūt eos , qui
in recidiua fuerunt;at,qui in recidiua extitere,eos exceperunt, qui principio uiguerant . huius
rei cauſa fuit,quòd uires ex recidiua conciderant.quamuis autem morbi omnes per id tempus
uiguerint,maxime tñ anginæ ſunt dominatæ.neque id tamen culpa medicæ artis contigit,neq;
quod Hippocrates ipſos morbos deſpexerit : ſed quia ipſorum malitia cuncta ſuperabat : nihil
enim Hippocrates non fecit,ut remedium adhiberet ; ac ſi totum corpus eſſe plenum inuenie-
bat,ut ad locum affectum materiam tranſmitteret:uenæ ſectione utebatur: eaſque uenas inci-
debat,quæ prope linguam ſitæ ſunt. Si uero corpus qualitates quaſdam ad locum amandabat ,
purgatione uentrem perturbabat,& peracta cōi curatione,ad loci propriam accedebat , ac ex-
tenſione utebatur.Sed in multis libris ſcriptum eſt,extenſione,in multis uero preſſione,in aliis
denique,reprimētibus . nos ſingula explicemus.ait igitur,ſi qñ ſuſpicatus eſt,anginam ex pitui H
ta ortam eſſe,uſus eſt extenſione,hoc eſt inedia; ut pituita conſumeretur . Sed hæc repudianda
opinio eſt,quod nunquam inediam Hippocrates extenſionem noīarit : at ſi legas , preſſionem,
hic erit ſenſus,non latuiſſe Hippocratem,quod raro ſolet accidere,quodq; magna ex parte eue
nit:atque hoc quidem,fieri plerunq; anginam ex muſculorum gutturis inflammatione.illud ue
ro,quod raro contingit,fieri anginæ ſpeciem ex uertebræ ad anteriora migrationem. ait igitur
Hippocrates,ſi unquam ſuſpicatus eſt, hunc affectum ita eſſe factum, ſe compreſſione uſum eſ-
ſe,ut uertebra ſuum in locum compelleretur.Sed hæc reijcienda,explodendaq; ſnīa eſt:quādo
ipſemet hanc eſſe inſanabilem affectionē cenſuit:& quonam modo id effici contingat , ipſe ſi-
gno adiuncto plane indicauit in orbem uidelicet excauatum locum eſſe. Sed cum nihil tale ap-
pareret,qūo ad vſum compreſſionis ei erat deueniendum?quare quod ait,ita eſt accipiendum:
ſæpe fit,ut qui propter oris anguſtiam imponere digitum non pōt,ut perungat,penna inungat:
ſæpe contrarium facimus,ut digito comprimamus,ut materiam extrudendo euocemus. ne igi
tur hoc ēt in loco inſanabilem eſſe affectum putes, locum affectum digito aitautem *
ſe compreſſione ſuperiore vſum eſſe, nec quicquam profeciſſe : adhibuiſſe quoque purgationē
per ſuperiora . nec tamen ait ſe per ſuperiora purgauiſſe , cum ipſemet iubeat , ne per locum
affectum

A affectum unquam euacuemus, ne tanquam imbecillus ad se trahat omnia, sed purgationes nũc uocat gargarismata, & quæ pituitam euocant. negat tamen hæc ulli fuisse ægrotis auxilio. atq; huiusmodi quidem erant præsidia, quæ se admouisse Hippocrates scribit. nec tamen superare morbum potuerunt: nam quæ rumpebantur, quæque symptomata superueniebant, maligniora erant, quàm ut remediis cederent. ac fæuiora erant, quæ rumpebãtur: quòd materia discuti pro gressu temporis non potuisset, ideoque acrior effecta, erodendo cutim disrupisset. aut etiam in pus a natura commutata erupit, & abscessum fecit. atque huiusmodi erat pestilentis aeris constitutio.

2 *Ac primum per squalores, lippitudines cum dolore coniuncta, uulgata sunt.*

Quidam hanc orationem a superiore disiungunt: aiuntque Hippocratem de tali quadam cõ stitutione disserere, ut dicat, æstas sicca uer ipsum excepit: in qua multæ lippitudines sunt vulgatæ. ego uero hunc sermonem cum superiore esse coniunctum puto, ut dicat, hiemem fuisse commutatam, deinde etiam æquinoctium uernum præter naturam extitisse: sed & ineuntem æstatẽ in una qualitate ad similem esse formam commutatam: siquidem arida fuit: non tamen multi B in ea morbi extiterunt. dictũ enim in aphorismis est, maiore nos molestia ab imbri, quàm a squalore affici: nisi cum nimius squalor sit: quoniam eo tempore graues ipse quoque morbos gignit. itaque cum nunc siccitas fuerit, cum tamen esse non consuesset, maiorem noxam attulit. in primis enim usu uenit contrarium eius, quod solebat: cum nihil sit oculo humidius: & tamen lippitudines exortæ sunt, atque eæ quidem dolorem adiunctum habebant, periculum enim erat, nè tunicæ propter siccitatem rumperentur.

3 *Sanguinem uenarum sistunt hæc, animi defectio, figura sursum spectans? alia interceptio, linamenti in orbem circumuolutio? appositio, deligatio.*

Admirabilis hæc sane est sententia: nam quandoque nimia sanguinis profusio ex uenis, aut arterijs facta est: itaque ne tantum progrediatur, ut uires dissoluat, comprimenda est. comprimitur autem aut aliqua re naturali, aut artificiosa. a re naturali, ad hunc modum: sæpe fit, ut cum sanguis confertim effluit, euacuato uitali spiritu, animi defectio consequatur. ea cutim refrigerare, materiamque crassam reddere, & sanguinis proruptionem sedare potest. hoc a natura prò ficiscitur: artis multa sunt opera: nam cohibet ẽt figura, quæ sursum uergat, ut si ex partibus in- C ferioribus, ut a pede sanguis exeat, pede in sublimi collocato, ille supprimitur. cohibet ẽt linamentum. ac si superficietenus sanguis fluat, solum linamẽtum admouet: si ex imis partibus, cir cumuoluit. Vel quod ait de circũuolutione, ita erit accipiendum, sæpe ex naribus sanguis exit, nosque eum & inuoluendo, & nares claudendo cõprimimus. deligatio quoque sanguinem profluentem sedat, ut in libro De fracturis est dictum: præsertim si deligatio non a sanis partibus ad ægras perducatur, qm̃ ita sanguinem attraheret, sed si ab ægrotis ad ualentes pertineat, ut eundem repellat. quod autem in medio scriptum est, alia interceptio, uel tanq̃ index est, ut significet, alias esse cohibendi sanguinis rationes, ut per linamentum, ut per circumuolutionẽ: uel ut sit aliud remedij genus: cum sæpe contigerit, ut dissectum aliquod uasculum laqueo intercipientes fecerimus, ne sanguis ultra proflueret. his modis omnibus sistitur is, qui ex uenis sanguis prorumpit. melius autem est, ut ex uenis, quàm ex arteriis effluat, ut ipse nos docebit, cum propter particulæ nobilitatem, tum uero quia pars ipsa pulsu agitata, tantum quietis naturæ, ut cicatricem inducat, non concedit.

4 *In bubonem plerunque attollitur, quia hepatica est. Sed & arteria uitiata malum signum est, ut in Posidonia usu uenit.*

D Hæc implicita, perobscuraque oratio est, multasque habet explicationes: cum enim dixerit, graue esse, ut sanguis è uenis euacuetur, subiungit, id non ex quacunq; uena esse intelligendum: quia nõ ex tenui, quæ telam aranearum imitatur, sed ex ea, quæ in bubonem elata est, malum erit. in bubonem autem attolli dicitur, quæ sese in sublime effert. hæc si sanguinem fundat, graue id erit, quia hæpatica est: hoc est, quia ex hæpate exoritur. est alia etiamnum explicatio, ad hunc modum, sæpe sanguis ad interna fluit: isque in alia uasa comportatur, ac uarices excitat. uerum sanguis profluens non omnem venam in bubonem, altumque attollit, vt varices oriantur, sed solam hepaticam. hæc vera quidem interpretatio est, sed tamen quandoque fit, ut quis vlcus in extremo pedis digito habeat, & bubo excitetur. quare Hippocrates hæc recordationis causa sibi ipse conscripsit, quæritque, quid causæ sit, cur una parte affecta, bubones aliam corripiant. nos uerò respondebimus, id effici, quia cum dolor pedem obsideat, natura illuc unà cum sanguine festinat, vt dolenti parti auxilietur, ac glandula aliqua rara inuenitur, quæ excepto humore inflammatur. quod præcipue fieri solet, cum hepaticæ uenæ illuc feruntur, siquidem propter magnitudinem multum humoris aduehunt, qui in caussa est, vt glandula bubone corripiatur.

5 *Frons non sudabat ijs, qui ex sanguinis profluxio peribant, sed ueluti concidentes, & spiritus pleni moriebantur. malum uero etiam erat, si cum sudore de uita decedebant.* E

Huius orationis sententia cum superiore coniuncta est. profluxit sanguis, qui neque naturali, neque ab arte profecto remedio cohiberi potuit. itaque ne quis artem medicam plane damnet, ideo docet, quō & præsagire, & prædicere mortem possimus, dicendū ergo est, sudores non esse secuturos: nam cum humor omnis sit euacuatus, unde sudor manabit? porrò si sudor non profluet, neque etiam syncopa consequetur; præsertim si ne frons quidem sudet. est.n. dictum, sudorem cum syncopa iunctum circa frontem, & superiores partes esse solere: siquidem sudor frontis, colli, & partium earum, quæ ad pectus pertinent, facultatis aīalis imbecillitatem, atque infirmitatem indicare plerunque uideatur. cum.n. alicuius corpus per halitum digeri, ac dissipari debeat, tum natiuus calor, qui submouere euaporationē cupit, ad faciem celeriter currit; sed si uinci se sinat, cum uapor per superiores partes euacuat: atq; ita sudor efficitur. uerum, ut hæc vult sententia, sudores nulli erant: sed cutis concidisse, exaruisseque uidebatur: & spiritus pleni moriebantur. nam quos spiritu plenos hic noīet, non sat scio; hancq; ego orationem interiectā ab aliquo, & non ueram Hippocratis puto. an uero tales appellat, quorum est magna, & frequēs respiratio: eamq; ob causam cum sudore non moriuntur: in quo genere sunt, qui aqua inter cutem laborant: hi enim utpote humore persperси, uitam effuso sudore finire deberent. F

6 *Ventres turbationem facile tolerant, ut Posidoniæ contigit.*

Est hæc admiratione digna oratio, si clara sit, declarabitur autem si ordine legatur: ait enim fieri alui profluuium, & turbationem; & utrum obsit, an prosit, iudicari ex ea, quæ sequitur facili, aut difficili tolerantia: atque ut Posidoniæ contigit, sic etiam de aliis esse iudicandum. quare, si legas hoc modo, Ventris turbationem facilis tolerantia indicat, ut Posidoniæ contigit, perspicuam orationem facies.

7 *Quæ etiam feras, ingenerent, considerabis.*

Feras appellat morbos ferinos, ac sæuos: quandoque etiam lumbricos. uide igitur, unde huiusmodi feræ gignantur: & quid ipsæ faciant. generantur autem a crudo succo, uel a pane, uel a leguminibus, uel ab oleribus: ipsæ uero & tormina, & morsus faciunt. quocirca siquis pane impuro, & cum leguminibus facto utatur, eumq; frequens cruditas male habeat, & edat ea, in quibus sit aliqua corruptela: is lumbricos in uentre habet, sine dubio, uel generabit.

8 *In extenuatione ante mortem distentio: umbilicusque prominens ei ulcerabatur. gingiuarum quoq; ulcerationes fiebant circa dentem ab ijs, quæ ingrediebantur.* G

Videtur id de Posidonia enunciare: ut intelligamus, sanguinis profusionē tam copiosam esse factam, ut natiuus calor sit refrigeratus, & aqua inter cutem oborta. itaque si aqua inter cutem excitata est, distentio uentris est subsecuta, non a bono humore illa quidem, sed ab excrementitio profecta. quæ res prominentiorem quoq; umbilicum reddidit: eumque ulcerauit. sunt qui legant hoc loco, non ἡλκώθη, sed εἱλκύσθη, hoc est extentum, & productum umbilicum esse. ceterum hic humor distribui cœpit, & superiores partes petere: ubi sua acrimonia ulcus in gingiuis excitauit: fecitque, ut edulia omnia, quæ dentes subibant, noxia esse uiderentur. ac fortasse dentis nomine non intelligit eos dentes, qui sub aspectum cadunt: sed de gula agit, utpote quæ esset ipsa quoque ulcerata; siquidem per dentes transit. ac dentem quidem appellat Hippocrates secundæ uertebræ exortum, qui a nuclei forma πυρηνοειδὴς nominatur: unde iter illud, per quod esculenta, poculentaque in uentriculum comportantur, cui οἰσοφάγον nomen est, proficiscitur. itaque forte accidit, ut humor illac pertransiens, locum ulcerarit.

9 *De quaque re præcipi recte multa possunt: atque hæc quidem, ut idem ualentia, illa uero non item; ueluti sunt diffundi, delitescere, educi, obdurari, concoqui, & euacuari.* H

Si quis in memoria habeat, quæ supra sunt dicta, ei nullam utilitatem hæc afferet oratio: nā supra nos Hippocrates monuit, spectādum esse, sint ne res similes inter se, an dissimiles; id quod nunc quoque iterat, cum ait, de quaque re potest quisque multa recte præcipere, ecce ut ego tibi præcipio, ut quæ similia, quæ dissimilia sint, perquiras. nos autem in superioribus de similitudine, deque dissimilitudine multa diximus: ac quo modo multæ dissimilitudines ad unam communem similitudinem redigendæ sint: ut ex multis dissimilitudinibus una similitudo fiat, exposuimus. nunc uero pro hujus rei exemplo hoc statuit: duos medicos ad ægrum accessisse, eumque inflammatione uexari comperisse. itaque uterque in eam sententiam uenit, locum ipsum euacuationis indigere: sed alius statuit humorem esse fundendum, aut discutiendum: alius esse constringendum, atque ad superiora repellendum. num igitur opponitur fusio constrictioni? an uterque euacuationem molitur? in alio quoque cum multi medici refrigerare uellent, alius

ptissanæ,

A ptisanæ,alius lactucæ,alius aquæ usu refrigerauit.hæcque eadem, nomine tamen differre existimantur.in re sane conueniunt,siquidem refrigerarunt omnia.

10 *Et ubi opus est homines a lecto propulsare, ibi timidos a lecto extrudes: & torpentes ad ea,quæ serius agunt,excitabis.*

In plerisque libris scriptum reperi non a lecto,sed κλινης,ut sit sensus,quo humor repit, inde euacuationem molire,sed uera lectio est,quam ego adscripsi: sæpe enim contingit, ut quidam propulsato morbo sani sint;exurgere tamen è cubili timeant, quod eo oblectentur: hos inquit, oportet extrudere,atque excitare:ne corpus torpore correptum refrigeretur.tum uero ubi excitatis,eis manda,quæ potissimum gerenda refugiunt: igitur, si nolint scribere, aut legere, ut scribant,aut legant, si sciant,imperabis.

11 *Aquis inter cutem correptos citius incidere,tabidosque statim urere,caputque secare conuenit.*

Non docet hoc loco curandi rationem,sed tempus,ut intelligas,quicquid agis, celeriter esse agendum.hoc autem ad chirurgicos maxime pertinet:etenim persæpe usu uenit, ut aqua inter B cutem,quæ ascites nominatur,ab humiditate circumspersa consistat, ac tum manum uelis adhibere,cutim ut perfores.iubet, ne quid temporis interponas, sed confestim rem aggrediaris, ne humor ad internas partes confluat.Itemq; mulieribus, quæ hydropes sunt ex retentis menstruis purgationibus,& eis, qui ex retentione alicuius excrementi, quod euacuari consueisset, uel ex suppresso profluuio sanguinis è naribus,aut hæmorrhoidibus,festina adhibere remediū prius,quàm robur deficiat,& uires prosternantur. pari etiam modo si tabidum urere constitue ris,ne cuncteris.propterea quod conandum est omni studio,hoc ut facias ante,quàm ulcus ipsum putrefiat:tunc enim omnis frustra suscipietur labor.Iam si os capitis quādoq; prope membranas fractum sit,siue secare,siue subleuare ipsum uelis,celeriter facito. idem in ceteris rebus omnibus obseruabis.

12 *In hydropibus ne partem,quæ sub imo uentre est,neque interna attingas:simile enim genibus contingit.*

Quia dixit hydropicos confestim secari oportere, nunc non omnes hydropas secandos esse, nos monet:neque enim confestim perforare uentrem illorum oportet: sed tum denique, cum C ita humor auctus est,ut uires ægrotātis euertat,& profliget.sunt enim eorum tria genera: alius tympanias ex flatu cōstat: ascites alius ab humore sic redditus,tertius anasarca,in quo humor per carnem sparsus, ac disseminatus est. tympanias secandus non est, propterea quod propter flatus nemo ad manuum opus deuenit:neque uero etiam anasarca: quia sparsus, disseminatusque per carnem humor euacuari non potest.Sed quemadmodū in tumore,qui genu obsideat,si a flatu sit excitatus,eum nemo incidit; immo uero nec semper cum ab humore ortus sit, ut cū incoctus,ac durus est:nec etiam cum sit in pus perfecte mutatus: ita in solo ascite ad manuum opus accedimus,qua in re damus operam,ut neque imum uentrem,neque ullam internam partem attingamus.

13 *Si qua circa os uentriculi doluerint,ut Xenarcho,tum quæ calida admodum sunt,inspirabis:& ulcus ab initio,euacuationis loco,fouebis.*

Hæc sententia ad curationem pertinet.cum enim Xenarchus,ut Hippocrates cummemorat, ægrotarit,ei uiri intelligentes profuerunt:cum igitur ulcus haberet in pulmone,frigidi aeris inspirationem uitandam esse diligenter præceperunt:siquidem sciebant,frigus esse ulceribus ini- D micum:eaque ab illo pungi pene,atque feriri:præsertim uero ubi respiratio frigidi aeris ad rarum,tenerumque pulmonem comportetur.atque hoc est,quod circa uentriculi os dicit. quod si intelligas circa præcordia,aut ipsum cor affectum excitari,sed nō,qui erysipelatis, aut inflammationis speciem gerat, quia in eo casu mors hominem arriperet, uerum eam animi defectionem,quæ syncope cardiaca appellatur,quæ ex innati caloris refrigeratione exoritur,tunc quia refrigeratum cor est,ideo frigidum aerem non introduces,siquidem malum adaugebis; sed uel ab ipso morbi initio fouebis.

14 *A quo unum,sic cetera.*

Hæc sententia uera est Hippocratis, quamuis multi eam expungendam iudicarint: censet.n. his uerbis, ut qua ratione Medicus unum symptoma comperit, eadem de ceteris iudicium faciat.ut exempli causa, dolore lateris quispiam correptus est: cum primum ingressus est Medicus, pungentem esse dolorem inuenit. itaque ab hoc signo facta coniectura, potest de alijs loqui,& ægrum interrogare:ueluti tussim,difficilem spirationem, febrimque adesse iam,aut subsequi debere.ac si post cōcoctionem inuenerit,caput grauatum esse,tunc sanguinem proruptu rum esse prænunciabit:ad eundem modum dicet,inferius labium concussum iri:& splendentia

quædam esse oculis obuersatura. quare fit, ut uno symptomate inuento, de ceteris, aut futuris, E
aut consequentibus tibi sit prædicendum.

15 *Iracundiæ, atque aliarum perturbationum signum est, ut si uox, qualis iratorum est, in non iratis
sit; si oculi turbati, ac terribiles sint, quales esse iratorũ solent: si alia denique ad hunc modũ adsint. idem
in morbis specta: ut cum quis natura ad tabificum morbum imaginem præ se ferat, tabificam formam fa-
ciet, si cetera pari quoque ratione adsint.*

Ratio hęc fere naturalis est: sunt enim quidam re uera naturam hominum cognoscentes, qui
ex facie de animi moribus diuinant. hinc efficitur, ut si quem uideant superciliis sursum contra
ctis, eum inpudentem uocẽt; si demissis, ingenuum: atq; illi quidem hæc peruestigant, ut animi
mores comprehendant: Hippocrates autem hęc inquirit, ut corporis affectionẽ agnoscat. ait igi
tur, iracundiæ signum esse, si uox tremula sit, si facies rubicunda, si oculi sint perturbati. ac sæpe
hæc omnia in aliquo, qui suum statum naturalem seruet, cõperiuntur. quare ars ipsa nobis indi-
cat, si in aliquem ille morbũ inciderit, fore, ut phreniticus, ac furiosus fiat: ratio enim e statu na-
turali facile ducitur: qui status est ad huiusmodi affectus originem accommodatus; simili quoq;
modo solicitudinis, ac molestiæ signa esse cognouimus demissa supercilia, oculos, qui nullo mo F
tu cieantur, colorem pallidiorem. itaque si hæc sine ulla solicitudine ac molestia in homine in-
sint, ars commonstrat, eum, si in quem alium morbum, tum potissimum in melancholicum esse
casurum: siquidem ita ei natura insitum est, ut ad ortum illius affectus sit comparatus. sed quor-
sum ea persequor, quæ animi naturam indicant, ea, quæ in corpore sunt, silentio inuoluens?
sunt enim quædam ad tabem comparatæ naturę, ut quæ scapulas in modum alarum prominen
tes habent, quibus pectus angustum, ac non altum est: quare nos ex arte facimus coniecturam,
si is ægrotabit, fore ut facile tabido morbo corripiatur: quod naturalis fabricatio ad eum affe-
ctum contrahendum procliuis esse uideatur. idem est de ceteris omnibus existimandum, ita, ut
ex naturali statu de iis, quæ præter naturam futura sunt, iudicemus.

16 *Tusses, quæ lassitudinem iunctam habent, lassa, præcipue autem articulos pertingunt.*

De tussi leui, deque lassitudine, quæ ex primitiua causa orta sit, nunc differit. aliquis magno
itinere confecto in lassitudinem incidit: eaque frigido in loco eum corripuit: ac tussis excitata
est, cumque tussis urgeret, uires robustę humorem expulerunt: & ad imbecilliores partes aman
darunt. quid autem est articulis imbecillius, siue statum suum seruent, siue præter naturam sint G
affecti? atque hoc quidem tempore propter motum in lassitudine facti imbecilliores, materiam
irruentem susceperunt.

17 *Verum, & in febribus cum lassitudine tusses siccæ factæ sunt: quæ si cum febre relinquuntur, in arti
culos firmantur.*

Superior oratio erat de leui tussi instituta, hæc autem de maligna habetur; itemq; de lassitudi
ne, cuius caussa posterius exorta est: nec tamen de omni lassitudine uerba fiunt, cum non de ea,
quæ ulceris, sed quæ tentionis sensum inuehit, deque ea, quæ ossa lassat, sermo fit: quæ quidem
ex crassa materia oriuntur. ex quo etiam efficitur, ut cum crassa materia sit, nihil in tussi reiecte-
tur: sed materia ibi consistat, cumq; discuti non possit, infra ad debiles, calidosque sinus uergit,
huiusmodi enim articuli sunt, itaque Hippocrates ait, tunc aridas tusses in articulos firmari, cũ
relinquũtur, hoc est, cum materia omnis non sit a tussi euacuata: sed permãserit, & ad articulos
impetum fecerit. unde ne eiicere quidem flatus oporteat, quidam uero per uerbum linquuntur, *
existimarunt spirationem interceptam significari, quod est unum difficilis respirationis genus;
quod in malis habetur. Sed satis insulsa eorum oratio est. H

18 *Spirationes obscuræ in tabidis, & sterilibus, malæ: & item cetera, quæ ab eadem constitutione hu-
iusmodi proueniunt.*

Perobscura hæc oratio uidetur: eamq; ita quidam interpretãtur: si in tabidis difficultas respi
rationis aliquid indicabit, morbus leuabitur: hoc est, si neque facta iudicatio sit, nec abscessus
grauis subsecutus: quia quæ nõ manifeste facillima sunt, si fiant, non sunt in absurdis habenda.
Sed ipse hoc ait, sæpe quispiam ęgrotum adiit, eiusque magnam, ac frequentem spirationem ui
dit: paulo post uero iterum ad eum ingressus, eum sine ullo signo, & ulla, quã animo concipere
possit, causa, paruam habere respirationem comperit. plerique autem lætantur, putantque se a
morbo liberari, quod difficilis spirationis sit facta mutatio. at q uere medicus est, pulsum attin-
git, eumque & exilem, & inequalem inuenit; magnumque subesse malum pronunciat: tunc. n.
parua respiratio est facta, non quod morbus soluatur, sed quia uires debilitatæ nõ iam dilatare
pectus possunt. hicque exigua fit respiratio. idem est de sterilibus sentiendum: quæ ipsæ quoque
ægre spiritum ducunt. Hippocrates autem hoc loco steriles non appellat eas, quę ut concipiant,
non iam aptę sunt, sed uiduas, quę uti rebus uenereis nolunt, atq; ita se facturas constituerunt,
in iis enim semen concretum coalescit, atque in unum conducitur: atque initio, cum calor semi

pis

A nis magnus esset, magna quoque respiratio fiebat: progressu temporis, cum seminis remissa uis est, parua respiratio est; idem in alijs multis perspicitur: in ijs enim, qui suppurati nominantur, pus ipsum prius educitur: ideo maior respiratio est, postea uerò, non quòd cessarit morbum efficiens causa, sed quia uis, quæ educebat, imbecillis facta est, ideo minor efficitur respiratio.

19 *Tabidis autumnus malus est. malū itidē est uerò, quando ficulna folia pedibus cornicis sint similia.*

Cur autumnus sit tabidis noxius, in promptu causa est: etenim inæqualis est, ut in eo modo calor, modo frigus uigeat. quoniam autem inæqualitas naturam prosternit, ideo fit, ut non solum autumnus, sed uer quoque sit infensum: tunc enim apta temperies, quæ sanguinis fusio est, humores ad pulmonem aduehit, naturamque adauget: id quod ueris principium facit uel maxime. ac principium quidem ipsius ijs signis indicauit, quæ scripta reliquit Hesiodus, cum in summa ficu folia similia pedibus cornicis appareant.

20 *Perinthi uerno tempore tabidi quamplurimi fuerunt. causa adiuuans fuit tussis hyberna, quæ populariter uagata erat: ac nonnullis, quibus morbi diuturni fuerant, cum in dubio essent, tabes ne illa esset, nec ne, confirmauit. quibusdam uerò in diuturnis morbis non facta tabes est: quo in numero erant,* B *qui renum doloris habebant: immo uerò, & alijs id contigit, ut homini illi, ad quem me Cyniscus perduxit.*

Hæc oratio ad vulgares morbos re uera pertinet: siquidem tota urbs Perinthi affecta laborauit, quare tussis uerno tempore in populum est grassata: sed initium ab hieme duxerat: & in uer usque pertinuerat. ceterum nisi huius orationis uerba traijciamus, erunt sane perobscura. Scribit igitur, tussim Perinthi fuisse, ac si quis suspicabatur, se esse ægrotaturum, factum esse, ut tussi superueniēte, in morbum inciderit. aitque Hippocrates, quibus morbus fuit diuturnus, eos in autumno tabem non esse perpessos, cum materia se assuefecisset, ut in alio esset affectu occupata. cum autem multi diuturni morbi essent, renum dolorem exempli causa memorauit, ac nō nullorum narrat historiam, qui cum diuturno essent morbo conflictati, & tabem, & tussim postea passi sunt. ac nihil mirabile est, si humorum malitia, quæ suberat, in totum sit corpus distributa. quo morbi genere affectus erat is, quem ad Hippocratem Cyniscus philosophus adduxit.

21 *Dolorum, qui latera, pectus, aliasque partes obsident, tempora, an multum inter se differant, spe-* C *ctanda sunt: ut, & quando melius, & rursus quando peius affecti fuerint intelligas, nullusque error committatur.*

Eadem ferme est de doloribus in aphorismis conscripta sententia, nosque ibi eam explanauimus. ceterum quod ad doloris tempora pertinet, nos monet, ut quando dolores magis urgeant, quando mitiores sint, diligenter obseruemus: quo aut principium, aut incrementum, aut statū, aut declinationem adesse, aut denique in quo tempore morbus sit, nos non fugiat: ita enim, & ad prædictionem, & ad curandi rationem hoc præceptum nobis erit accōmodatum: hoc est, vt salutem, aut mortem futuram prædicamus, & ut uictus rationem ritę instituamus. atque ita fiet, ut neque æger, neque nos ulla in re de recta uia deflectamus.

22 *In diuturnis dysenterijs cibi fastidia, malum, cum alias, tum uerò si etiam febris adsit.*

Dictum est à nobis in commentarijs ijs, quos in aphorismos conscripsimus, ubi & hāc, & superiorem Hippocratis sententiam declarauimus, dysenteriam ex acribus humoribus exoriri: & ab hac affectione intestinum ulcerari, atq; ita, ut ēt tractu temporis corruptela subsequatur.

23 *Vlcera circum glabra, maligna sunt.*

D Et hunc aphorismum etiam declarauimus, docuimusque, humores vitiatos, ac prauos ad ulceris partes comportari, atque ita ulcus erosione tentari: ut pilorum radicibus corruptis, vlcera cicatrice concludi nullo modo possint.

24 *In lumborum doloribus, si fiat recursus ad latus, malum. itemque tuberculum, quod seps uocatur.*

Quemadmodum cum a nobili ad ignobilem locum fit decubitus, est boni consulendum; ita cum ab ignobili ad nobilem fit recursus doloris, aut alterius mali, id non esse noxium non potest. id ipsum exemplo doloris lumborum ipse nobis declarat. is enim inquit, si ad latus, & costas perueniat, atque conscendat, est multo periculosior, quàm ante fuerat: sicut etiam in rebus perniciosis ac malis habendum erit erumpens tuberculum, quod a serpentis tabifici, ac mortiferi nomine seps, hoc est totius corporis corruptio, nominatur.

25 *Vitia renum post annum quinquagesimum sanata non uidi.*

Cautius locutus est in aphorismis, ubi scriptum est, Renum, & uesicæ uitia in senibus difficulter sanantur. nam quod addidit difficulter, non omnino sanari posse significat: sed posse quidem,

quidem,uerum magno cum labore:ac nisi summo studio,& singulari adhibita diligentia. causam uerò difficultatis cum illic attulerimus,nihil est,cur hoc loco sermonem producamus. E

26 *Quæ exacerbata in somnis sunt,& quibus extrema frigent,ac mens turbatur,itemque alia,quæ in somnis contingunt,huiusmodi:atque horum contraria.*

Diximus persæpe,hunc librum non ita esse confectum ab Hippocrate,ut in apertum proferretur:sed ut sibi ipse commentariolum conscriberet. Signo est, multa esse imperfecta, & nullo modo inter se cohærentia,& uerbum nullum habere,quo quasi copula coniungantur.quod hic locus plane demonstrat. ignoratur enim præceptum ne sit, an quædam eius obseruatio. Sed si addas uerbum,expende,aut specta,aut considera,stabit senis præclara sententia:iubentis spectanda esse omnia,quæ in somnis accidunt,ut qualia sint,intelligas.nam si lædere uideantur, si mens quasi de suo statu deturbetur,si extrema refrigerentur,scito mala hæc esse omnia: contra verò si sedare ægritudinem,lenire dolorẽ, & concoquere morbum, & corpus reficere uideantur;esse bona spe poteris,& somnum profuisse,& ægrotum esse conualiturum.ita enim ipse quoque cum alibi,tum etiam in aphorismis iudicauit. F

27 *Quibus nihil intra definitum tempus accidit,ijs,quæ ipsæ pariunt,uitalia.*

Multa possunt mulieribus prægnantibus accidere, quæ & ipse in aphorismis, & nos in commentarijs in eosdem sumus diligenter persecuti:quorum quædam ab acre nos ambiente, eiusque constitutionibus;quædam a corporis immutatione,ut ab alui profluuio, aut ab alijs malis proficiscuntur. quæ omnia nobis nunc omitterre consilium est.ceterum quod ait intra tempus constitum,hoc uel septimum mensem,ut in commentario libelli de septimestri partu docuimus:uel nonum significat.de octauo enim certum est,non edi in ipso uitales partus. in decimũ uerò,& in undecimũ quandoque mensem,ut Aristoteles auctor est,fœtus differuntur;sed raro.

28 *Quæ apparent,quibus in mensibus.*

Præter cetera incommoda,quæ grauidis imminent,illud est ualde attendendum,utrum menstruæ purgationes erumpant.uix enim fieri potest ut illis procedentibus fœtus integer conseruetur:præsertim si non primis mensibus,in quibus fœtus exiguo adhuc esset alimento,hoc usu ueniat.Si enim mulieri,ut ipse ait,prægnanti menstrua erumpat purgatio,fieri non põt,ut fętus integra ualetudine perfruatur. Alij uero de statis diebus, ac temporibus purgationum menstruarum,quæ primum in uirginibus apparent,loqui ipsum arbitrantur.ego uerò eis concedo, ut in ijs obscuris orationibus,quicquid uelint,diuinent. G

29 *Dolores per circuitus fiunt.qui autem in septuaginta mouetur,is triplicato numero perficitur:qui uero in nonaginta,is etiam triplicato numero absoluitur.*

Videtur hic innuere numerum dierum,in quibus partus absoluuntur, & in lucem eduntur. quia uerò,& septimo,& nono mense uitales eduntur,ideo ex duplici eorum motu, utrunque tempus designat.qui enim in septuaginta diebus mouentur,ijs triplicato hoc dierum numero perfecti,& absoluti redduntur,& foras erumpunt. facile enim subducere quiuis rationem potest,ex tot diebus, quot sunt ex triplicato eo numero, septem menses confici:præsertim cum iam probauerimus in hoc partu intelligi mẽsem, qui triginta dies capiat; septuaginta enim ter ducta numerum dierum ducẽtorum ac decem conficient: sicut nonaginta ter ducta numerum dierum ducenrorum acseptuaginta,ex quibus nouem menses constant, absoluunt. H

30 *Post muliebria tum dextra,tum sinistra hiat.*

Est probatum in superioribus,mare potius in dextra uteri parte,fœminas in sinistra concipi. itaque ait,tum dexteram partem,tum sinistram magis patere ad semen recipiendum, & continendum post menstruas mulieris purgationes: quo tempore magis concipere mulieres, & nos ostendimus,& ipse quoque scriptum reliquit;& ab eodem accepit Aristoteles,qui id ipsum in librum de natura animantium transtulit.

31 *Humiditas ex procedentibus.victu humido.*

Pleraque sunt,quæ Delio,ut aiunt,natatore indigent:nam,& ita breuiter,& ita obscure sunt proposita,uix ut intelligantur. puto igitur hoc significari. plerasque fœminas non concipere, quod nimia humiditate refertum,& imbutum uterum habeant:ideoque uictus ratione,qua exsiccentur,eas curari.cognosci autem uteri nimium humorem ex ijs ait,quæ inde procedunt, ac profluunt.ex nimia purgatione,vel quæ aquea sit,uel certe eiusmodi,ut inde facere de uteri statu coniecturam possis.

Citius

A 32 *Citius per membra discretus, motus uero rursus, tardius augetur,*

Supra in secundo commentario monuimus, mares in utero citius conformari, hoc est quinto trigesimo die: & sua membra distincta habere: cum uero mouentur, & in lucem proferuntur, tardius augeri: fœminas non item: sed contra potius, quòd in utero tardius conformentur, & in lucem editæ facilius ad incrementum perducantur. hoc idem statui hoc loco, mea fert opinio.

33 *Labores plerunque accidunt tertio, quinto, septimo, nonoque mense: & quarto, sexto, & octauo.*

Appellare solet πόνους Hippocrates, hoc est labores, pro eo, quod ὀδύνας hoc est dolores quandoque, ut etiam pro quauis molestia idem nomen usurpat: ut hoc loco. significat enim omnia, quæ grauidæ patiuntur. quæ paulo ante fieri statis tẽporibus, & per circuitum dixit. ideo quibus potissimum mensibus accidant ipse declarat: tertio inquam, quinto, septimo, & nono, tanquam in mensibus imparibus: tum uero quarto, sexto, & octauo, tanquã paribus. in hoc enim B spatio, & appetitus deiectiones, & uomitus, & malum, cui picæ nomen est, & pedum etiam tumores, & capitis dolores accidunt. adde uerò etiã uentris profluuia, febres multiplices, & abortus: qui plerunque, aut tertio, aut quinto fieri mense solent: quanquam etiam alio quouis tempore hanc calamitatem mulieribus contigisse conspexi.

34 *Hæc ex parua tabella.*

Puto hoc fuisse adscriptum à Thessalo Hippocratis filio: qui ut notaret, unde nam omnia, q̃ collegerat, sumpta essent, sic addidit: ut postea cognosceret, unde illa essent repetenda, siquid fortassis occurrisset. consuesse autem ueteres in tabulis, aut tabellis suas res conscribere, constat inter omnes. hæc igitur uerba nihil ad artem medicam, aut aliam quamuis contemplationem pertinent. quare huic commentario finem imponamus, ut ad octauum aggredi, & tandem ad finem perducere ualeamus.

C GALENI IN SEXTVM HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS COMMENTARIVS VIII.

Ioan. Baptista Rasario interprete.

ictus ex repletione, inanitioneq́, constat cibariorum, ac potuum. horum mutationes ex qualibus in qualia, ut se habeant, spectandum.

Quemadmodum Hippocrates bonorum omnium, quæ ad faciẽdam medicinam, quæque ad morbos cognoscendos, & causas indagandas pertinent: & omnium, quibus ad tuendam sanitatem opus est, & ad recuperandam eam, quæ iam perdita sit, inuentor fuit: ita etiam ipse princeps fuit, D quem uictus rationem rectè instituisse cognouerimus. is enim præter eã pulchram, & utilem scriptionem, quam de ratione uictus in morbis acutis nominauit, in quam nostri etiam quatuor sunt commentarij, pleraque conscripsit opuscula, in quibus præcepta, atque rationem intueri possis, ad omnium hominum uitam gubernandam pertinentia. nam & de uictu salubri, & de uictu ualentium, & alia permulta nobis reliquit, quibus ad rectè, salubriterque uiuendum informemur. sed & præter hæc ipsa, quæ data opera, ad hoc pertinentia, memoriæ consignanda putauit: multa quoque omnibus in locis disseminauit, cum aliis in libris, tum uel maxime in aphorismis, & his, quos modo explicamus, quæ ad eandẽ rem facere uideantur. intelligebat enim ad uitam humanam tuendam hoc ualere plurimum: quod uiuendi ratione usque dum hac lucis usura perfruimur, uti uel inuiti cogamur. & fere hæc una res est, cuius maiorem habere rationem, quàm aliarum omnium medici debent: nam extra aerem nos ambientem, cuius maxima habenda ratio est, si quidem ipsum continenter ducimus, & emittimus, hoc est inspiramus, & exspiramus, quid est, in quo tam diu, aut tam sæpe, q̃ in uictu uersemur? purgationes enim, sanguinis missiones, cæterasque euacuationes, & quæ communi nomine remedia uocantur, raro adhibemus. sine uictus autem ratione, quomodo ægrum sustentes, aut uires conserues, aut morbos ad statum usque, tum ad declinationem perducas,

ducas, certe non habebis. Ipse uero duabus potissimum in rebus positam esse uictus rationem uidetur statuere, in alimentorum repletione, & inanitione: quas res ut serues, & apte constituas, magna cura, & singularis adhibenda diligentia est, ut intelligas, quando alendus ægrotus sit, quando non sit: quid dandum, & quantum, & quale. & item quando mutanda uictus ratio, & ex quibus rebus in quas sit facienda mutatio. qua de egit in libro De ratione uictus in morbis acutis sanè quàm diligenter: quo etiam in loco medicos sui temporis ualde accusauit, qui nullam rectam uiuendi rationem instituerent. Nunc uerò, ut monui, duplicem esse ipsam uictus rationem docet: ut altera parca sit, affluens & largior altera: utranque tamen cibis, poribusque uult contineri. uel etiam censet uictus rationem quandoque imperandam ex ijs alimentis, quæ ualentis, aut ex ijs, quæ imbecillæ sint materiæ. cuiusmodi autem possis huius rei gratia alimenta adhibere, nihil opus est hic commemorare: quando habeas nostros de alimẽtorum uiribus commentarios: ad quos si eum libellum quoque aggregaueris, qui est de bonitate, uitioque succorum, totam rem plene cõprehenderis. neque id oscitanter faciendum est: quando usu interdum uenit, ut sit facienda alimentorum commutatio. an quod de permutatione ait, nõ modo de ratione uictus, quæ potu ac cibo continetur, sed de alijs quoque, ut de somno & uigilia, de motu, & quiete, ac ceteris ad uitam pertinentibus, intelligendum est? ita enim fortasse intelligere præstiterit. non tamen nos latet, illud præcipue uitandum esse, ne corpora nimium expleamus: cum planum sit, multa inde exoriri genera morborum, de quibus in eo potissimum libro locuti sumus, quem De plenitudine inscripsimus: ubi etiam duas esse plenitudinis species ostendimus. cum enim causæ morborum effectrices corporibus occurrunt ijs, in quibus nulla sit humorum uitiosorum redundantia, aut certe superuacanea sint perexigua, non magnam admodum, immo uero modicam noxam afferunt, & ea molestia, siue morbus sit, siue quiduis aliud, breui tempore corpus occupat: contra uero si plena humorum malorum corpora offendant, certe non secus in ea agunt, atque eadem opprimendo coercent, utpote parata ad morbos, ac soleat flamma ignis in arida ligna suam uim exercere: ac sicut accensi lychni flamma sulfuri admota: licet enim eius subitam, & uehementem actionem intueri. ita si plenum excrementorum, quæ uitiata sint, morbus a causis suis excitatus, corpus inuenerit, statim comprehendit, atque in sua esse potestate omnino cogit. quare danda opera est diligenter, ne corpus redundans, affluensque excrementis in morbum incidat: neve causæ morborum ipsum tale vnquam inueniant. fieri enim quandoque potest, ut in malum habitum cadat, & aliis plerisq; morbis corripiatur, quibus adhiberi nullo modo remedium possit.

2 *Odores delectant, molestia afficiunt, implent, placant. eorum mutationes ex qualibus in quales, ut se habeant.*

Est etiam in medicina odorum usus non paucus. nam & in animi defectionibus, & in suffocationibus ex utero solemus suaues infra, fœtidos supra adhibere: illis ut uterus oblectatus laxetur, & calfiat: his ut offensus fere, eos auersetur, ac refugiat. est etiam quibusdam natura tributum, ut grati eis odores sint, quibusdã, ut ingrati uideantur. quod debet medicus animaduertere, ut si quando sit facienda permutatio, ex qualibus in quales facienda sit, nõ ignoret. etenim si quis prius calidis oblectabatur, eoque morbo sit correptus, ad quem calidi sint accommodati, non est facienda commutatio. sin uerò morbus frigidos requirat, uide ut odores sint contrarij, quod ad qualitatem caloris, aut frigoris pertinet: suauitatem autem ne mutes. hoc autem dico, ne gratos, & suaues in fœtidos, & insuaues mutes. ut igitur cetera commutes, seruanda tamẽ perpetuo est odoris gratia. alios comperias, quos odores lædunt. ijs ne adhibeas. si necessitas urgeat, da operam, ut parum admodum consuetudinem immutes, & quàm minime homines offendas. quod uero ait, implere: idne ad replendum caput, an ad alẽdum referri oporteat, incertum est. constat enim utrunque ab odoribus præstari: quorũ alterum nos iam in eo aphorismo, facilius est impleri potu, quàm cibo, ex Hippocratis sententia probauimus: alterum uero, quod ad implendum uaporibus caput pertinet, ita clarum est, ut putidum sit uelle confirmare rationibus.

3 *Spiritus irrumpentes, intrantes, exeuntes, & item corpora.*

Diximus persæpe, magnam habendam esse aeris nos ambientis rationem, eiusque constitutionis, ut an purus sit, an crassus, an tenuis, an cœlum sit nubibus obductum, an sudum, sciamus: quem sanè aerem modo spiritum irrumpentem ipse nominauit. quoniam autem is nostro spiritu ducitur, aut emittitur, quod opus est eius, quæ communi nomine uocatur respiratio, ideo ait etiam uidendum esse, qui spiritus introeant, quique exeant: ut illo uerbo significet inspirationem, cũ aerem intro ad nos trahimus: hoc uero, expirationem, cum attractum iam aera foras pellimus. magnum profecto usum hæc contemplatio, & ad præsagiendum de salute, aut pernicie futura: & ad morbum curandum afferre consueuit. id quod ipse sexcentis in locis docuit, & nos

A & nos in libris de usu, deque difficultate respirationis eius secuti sententiam, declarauimus. Iam uero quod addit, & item corpora, nihil uelle aliud uidetur, quàm ut omnia, quæ corporibus nostris admouentur, consideremus: siue ea alimenta sint, ut potiones, sorbitiones, & quæ ciborum nomine appellantur: siue remedia & medicamenta, ut emplastra, unguina, & quæ pellendi morbi causa imponuntur: & item omnia, quæ exeunt, ut excrementa per os, nares, oculos, aures, secessum, urinam, sudores, sanguinis profluuium, & continuum effluxum illum uaporum, qui oculorum effugit obtutum. nisi enim hæc omnia medicus diligenter spectabit periculum est, ne offendat: aut ne occasionem, quam esse præcipitem dixit Hippocrates, arripiat.

4 *Rumores meliores, & tristiores.*

Vult hoc quoque medico curæ esse, ne nuntij tristes ad ægrotum perferantur, neve quis coram ipso de rebus tristibus, & quæ motus turbidos afferre nobis solent, sermonem instituat: sed de rebus iucundis, & animum oblectantibus habeatur oratio. qua de re supra quoque mentio facta est.

B 5 *Qualia ex qualibus lingua adsciscat.*

Aegrotantium lingua solet plerunque indicare, qui nam succi uitiosi redundent in corpore. sunt enim quibus dulcia esse amara, & contra, uideantur: sunt quibus insuauia magis placeanr. ut enim in uitijs oculorum fit sępe ut omnia flaua, aut alterius coloris uideantur, pro ea nimirũ specie, quã gignit humoris, qui uitiatus est, ita in lingua usu uenit. atque hoc est, quod ait Hipp. in illo loco, cibum paulo suauiorem, licet paulo sit deterior, esse ægroto concedendum. cum deprauatus gustus sit, & item uitiata ea facultas, quæ appetitum excitat in nobis, fit, ut interdũ in huiusmodi rebus conniuere oporteat: quando in morbo regio tantam uim habet bilis in gustatu, ut omnia amara uideantur. sic cum salso, aut acido humore imbuta sit, omnia, quæ offeruntur, eiusdem esse saporis ægroti existimant.

6 *Spiritus simili modo calidior, frigidior, crassior, tenuior, siccior, humidior: implens plus, aut minus: atque ab ijs mutationes quales ex qualibus, ut se habeant.*

Magna adhibenda diligentia est, ut aeris qualitates omnes, & eiusdem subitas, & quæ statis quibusdam temporibus fiunt, mutationes medicus perspiciat. si enim sciat, quando is calidior, C aut frigidior sit, quàm usus postulet, itemque siccior, aut humidior, & crassior, aut tenuior, poterit omnibus uictus rationem instituere, quod ad aerem pertinebit, ad unamquanque temperaturam accommodatam. ac si qua exuperantia sit, eam instituta contraria uictus ratione corrigere: & si ratio morbi ita exigat, curandum erit, ut calidæ qualitati frigidus aer, frigidæ calidus, & humidæ siccus, ut siccæ humidus comparetur. quod uero ait, de crassiore, aut tenuiore, non est ullo modo contemnendum. scimus enim Thebis crassum, ut in tota Bœotia, Athenis tenue cœlum fuisse. ideo ingenio acuto Atticos, crasso Thebanos fuisse commemorant. Vnde illud Pindari, cum ueller suam poesin ornare laudibus, quòd eam calumniam ægreferret inflígi Thebanis de ingenij tarditate, ac proinde Bœotij sues dicerentur, sic, inquit, Bœotium uitabimus suem. sed uidendum etiam est, sitne purus aer, aut nebulosus, aut mala quadam qualitate infectus, cuiusmodi nos esse docuimus eum, qui è stagnis, aut paludibus, aut latrinis prodit. ut in libro de aere, aquis, & locis ostendimus. Adhibendum quoque studium est, ne nos fugiat, utrum multum, an parum impleat. quo in casu si magnam implendi uim habeat, parum: si exiguam, multum ducere oportebit: uel uariandum prout morbi, aut ualetudinis ratio postulabit: quam mensuram nobis suppeditabunt uires corporis, & robur, & firmitas. quocirca, ut in su-D perioribus monet, habendam esse rationem mutationum: hoc est ab aere calido in frigidum, & contra, & item in aliis repugnantiis, & simplicibus, & coniunctis, ut fiat commutatio: ut quid repente, quid progressu temporis faciendum sit, intelligamus.

7 *Continentia, contenta, impetum facientia.*

Planum est continentia hic appellari solidas corporis partes: siquidem humores hæ partes continent: contenta uero humores, qui solidis partibus continentur: impetum denique facientia, spiritus: quòd hi ex omni parte, & momento temporis corpus, quod in suo statu sit, facile, & sine ullo impedimento penetrent, nos uerò iam alibi docuimus, quæ nam sint solidę corporis particulæ, ut ossa, nerui, uenæ, & arteriæ, ex quibus tum musculi ipsi: tum uero caro, & tota moles corporis est constituta. ad quod genus pertinent etiam concretiones eorum omnium, quæ extima, quæque intima nominantur. exposuimus etiam, quænam contenta uocentur, hoc est humida omnia, quęcunq; in uasculis sunt in totum corpus pertinentibus. sunt autem hi quattuor humores: ut sanguis, ut bilis flaua, ut pituita, & atra bilis. quibusdam uero eorum instrumentum a natura attributum, ut flauæ bili uesicam fellis, atræ lienem diximus: sanguini nullũ esse proprium datum, sed uenas omnes, sicut nèq; pituitæ. Ex hoc triplici genere, hoc est ex cõ-

tinentibus,

tinentibus,contentis, & ſpiritibus corpus humanũ conſtat. medicus uero dare operam debet, E
ut omnia naturali in ſtatu ſint, ut ſolidæ partes ſuum numerum,figuram, quantitatem, & poſi-
tum habeant: humores attemperati ſint, ne ſit ulla ipſorum exuperantia, neve defectio, ſed ſit
apta omnium ſymmetria: ſpiritibus ne ſit aditus ullo in loco interclusus. ita enim corpus bona
ualetudine perfruetur. ſunt,qui addant in fine huius ſententiæ,corpora: quod tamẽ ab ijs libris
abeſt, quos ego adhuc uiderim. uerum & ſi uerbum illud addas, nullam tamen aliam inde eli-
cies,quàm eam,quam nos attulimus,ſententiam. itaque ſi ſic,ut nos,ſiue ut aliis placet, legas,
quod ad mentem Hippocratis pertinet,nihil intereſt.

8 *Sermonibus ac ſilentio. dicere quæ uult: eaque ſermonibus quibus utitur,ſiue magni,ſiue multi:ſi-
ue ueri, ſiue ficti ſint.*

Hęc ſententia conuenit cum ſuperiore,in qua monuit,ingreſſum,ſermones,figuram,ueſtẽq́;
ægrotanti gratam eſſe oportere,ſicut tonſuram,ungues,& odores iucundos. uult enim, ut me-
dici oratio, atque etiam adſtantium ſit ægroto iucunda. idem cenſet agendum de ſilentio: ut
ſi loquax ſit ſuapte natura ægrotus,morem quoque ei medicus gerat,ut ipſe ſit loquacior: ſi ille
taciturnus,ipſe quoque idem inſtitutum ſeruet. uult præterea,medicum uti eo ſermone, qui ſit
ægro familiaris.quod non ſecus de uoce intelligendum eſt:ut ſi altiore,aut ſubmiſſa loqui æger
uelit, idem medicus faciat. itemq́ue ueritatis ſtudio ducatur,uera itidem medicus referat: ſin F
fictis,falſisq́ue delectetur,ficta referat, ac uulgi rumores narret. In quibuſdam libris legitur nõ
hoc modo,εἰπεῖν, ἃ βούλεται,ſed μὴ εἰπεῖν hoc eſt,non dicere,quę uult:quod ita ueteres Hippocra
tis interpretes exponunt,ut iubeat,non eſſe loquendum ad gratiam ægrotãtium: ſed ſi quid ur-
geat,ſi quid prohibendum ſit,ſi quid imperãdum deniq;,illud eſſe aperte, & ſine circuitione di-
cendum. hoc autem mihi non ſit uerisimile, quia quæ ſequuntur, hoc eſt, ſermonibus, quibus
utitur,ſiue prolixis,ſiue breuibus,ſiue ueris,ſiue etiam fictis,repugnant huic ſententię.Siue igi-
tur legas affirmando,ſiue addas negationem,idem elicietur ſenſus: prima enim ſcriptura ſigni-
ficabit,dicenda ea,quæ uelit ægrotus:ſecunda uero,non dicenda,quæ ille dici nolit.

9 *Abeuntia noſcere oportet,unde inceperint,aut ubi ceſſarint: aut quantum diſsiparunt: eorum item
colores, calorem, ſalſuginem, dulcedinem, tenuitatem, craſsitudinem:æqualiter,an inæqualiter: cor-
pus,tempus: mutationes quales ex qualibus habeant.*

Dubium eſſe nemini poteſt,quin hæc omnia ſint ab Hippocrate relata in commentarium,ut
paratam haberet materiam,unde,cum uellet, multa ſumeret, quo librum edendum conficeret.
hæc.n.eiuſmodi ſunt,ut aliquod memoriæ lumen afferre poſſent. monet autem hoc loco,ut ex- G
crementa omnia attendamus,& ipſorum uim,naturamq́ue cognoſcamus. idq́; duobus uidetur
capitibus complecti,qualitate nimirum, & quantitate. ait enim nobis uidendum eſſe, quando
excretio inceperit,& quando ceſſarit: & quàm uehementer corpus afflixerit,uiresq́; diſiecerit:
quod ad quantitatẽ uidetur pertinere: deincepsq́; agit de qualitate, cum ait, colores, calorem,
ſalſuginem,dulcedinem. hortatur medicos intueri colorem excrementorum,ſiue ij per ſedem,
ſiue per urinam,ſiue per nares,ſiue per palatũ, ſiue etiam per uomitum, aut per hæmorrhoidas
excernantur. ſolet.n.plerunq; color indicare humorem uitiatum. adde quod præſagia quoque
ex coloribus ſumimus:quod idẽ fit ab aliis qualitatibus,quas commemorat. nec minus utilita-
tis affert cognitio tenuitatis,& craſſitudinis,ut humores diſtinguamus,ut ſciamus,quos euacua
re,quos prius concoquere oporteat:& internoſcamus, dandũ ne medicamentũ ſit, an ſecanda
uena,an clyſteribus utendũ,aut quid deniq; facto opus ſit.ad idem pertinet, quod ait de corpo-
re,deq; tempore:ut ſciamus,extenuatũ ne corpus ſit,an iuuenile,an ſenile,an robuſtũ, & carne
conueſtitum,an perferre diutius morbum poſſit. nam quod tẽpus ait eſſe conſiderandum,dili-
genter attendendum eſt:ut ſciat medicus,utrum ſit morbi principium,an incrementum,an ſta-
tus,an declinatio: ſiquidem tot eſſe morborũ tempora nos iam quodam in opuſculo demõſtra H
uimus. præterea utrũ in acceſſione febris, aut incremento, aut alio morbi alicuius tẽpore æger
uerſetur,cognoſcerę medicus debet,ut quo tempore excretiones fiãt,intelligat:ut ſi per urinas,
per alui excrementa,per ſudores fiat euacuatio. Ad hanc quoq; contemplationẽ dies critici p-
tinent: quæ res ſummo ſtudio notanda eſt:nam ſudores, ut eſt apud Hippocratem,ſi in eo, qui
febrim habet,inceperint tertio die,& quinto,& ſeptimo,& nono, & undecimo, & quartodeci-
mo,& ſeptimo decimo,& uigeſimo,& ſeptimo uigeſimo,& quarto & trigeſimo,boni exiſtimã-
tur,cum morbos iudicent: ceteri uero,qui aliter prorumpunt,ſunt indicia laborum,merito igi-
tur cenſet,habendam eſſe temporis rationem.

10 *An tentata expulſione,ſuperarit.*

Monet uidendum eſſe,an cum natura excretionem aggreſſa eſt,ſuo conatu morbum ſupera-
rit,& uitiatos humores penitus excreuerit. hoc autem cognoſcet medicus duobus illis inſtru-
mentis,q̃ nos in aphoriſmis deſignauimus,hoc eſt,ſi contulit,& æger facile fert. tunc.n.ſcimus
morbum

A morbum esse profligatum,& nihil reliquiarum superesse. alioqui cum tentauit, nec præstare to tam rem natura potuit, debet medicus adiuuare, ne recidiua statim subsequatur; ut solet excitari, si quid sit relictum in corpore, quod afferre morbum posset.

11 *Lachrymæ nolentibus, inuitis, multa, paucæ, calida, frigida, crassa.*

De lacrymis supra dictum est, si in acutis morbis sponte fluant, boni consulendum esse: si nó sponte, malitid ipsum in febribus,& aliis morbis tenendnm esse, ipse etiam alibi censuit. addit autem hoc loco, spectandum esse, an multæ, an paucæ sint: ut inde de humidiore, aut minus hu mido cerebro facias coniecturam. idem de calidis, ac frigidis statuendum est. illæ enim calidũ, hæ frigidum humorem in cerebro redundare: ut crassæ crassum,& tenues tenuem indicabunt.

12 *Gustus, uomitus, sputum screatu, aut tussi euulsum.*

Diximus maximum fuisse apud ueteres usum uomitus. itaque permagni referebat, scire, qui bus conferret,& quo tempore esset imperandus, & sæpe ne, an raro utendum hoc remedio esset. Sed utilitatem quoq; affert uomitus consideratio ad præsagiendum, ut in commentariis in B præsagia declarauimus. ubi etiam de sputo, deque screatu satis diximus. in quo notandũ illud est, etiam è gula,& uentriculo sanguinem uomendo expelli: ut è particulis, quæ respirationi deseruiunt, tussi: & ex faucibus, ac gurgulione, screatu: denique ex ore, spuendo. qui uero plura scire aueat, nostros ille commentarios percurrat.

13 *Solis æstus, frigus, humiditas, & siccitas: tum mutatio per quæ, ex quibus in quæ, ut se habeat.*

Ait considerandum esse, an quispiam in morbum inciderit, quod diutius in sole sit moratus, aut frigus perpessus sit. hæc.n. duplex caussa multiplices gignere morbos solet: ut etiam humiditas,& siccitas. sed de temporum mutationibus, & naturis abunde actum est à nobis in tertio aphorismorum,& item in ijs commentariis, quos in librum De aere, aquis & locis,& in librum De humoribus, edidimus: sicut etiam fere de ijs omnibus, quæ deinceps consequuntur.

14 *Labores, somni, otia, uigiliæ, quæ per somnum accidunt, insomnia, cubilia, in quibus, & ex quibus.*

Hoc loco nomen laborum pro exercitationibus usurpauit. qui enim ijs assuetus, eas definit, aut non ita, ut prius, utitur, plerunq; pati solet. quare medicus, si potest, debet dare operam, ut C hominem ad pristinum statũ reducat: ita etiam faciat in eo, qui cum in otio uitam degeret, coactus sit, multos, magnosque labores suscipere. iam uero de somno, ac uigilia est eadem ratio: & item insomniorum, quorum uim supra exposuimus. admonet non esse negligendam contẽplationem cubilium: ut scias duro ne, an molli uti strato æger consueuerit: & quo in loco habitare,& iacere debeat: quod sanè ad morbum depellendum plerunque multum ualet.

15 *Mentis cogitatio expendenda, sua ne sponte, sine instrumentis, & rebus, mæreat, gaudeat, timeat, confidat, speret, ac desperet, ut Hippothoi puella suo in animo sciebat per se ipsam ea, quæ in morbo eidem acciderant.*

Hoc præceptum ad præsagia pertinet. nam si quis lætatur, aut mœret sua sponte, sine causa perspicua, nó dubium est, quin humor melancholicus eum affligat: quod ipse in aphorismis ait his uerbis: Si inquit, timor & mœror diu perdurant, humorem melancholicum indicant. Simili quoque modo iam didicimus, lætitiam sine aperta causa, desipientiam arguere. mirabile autem est, quàm uariæ imagines rerum obuersentur animis eorum, quos hic humor uexat. quidam.n. se in testam esse commutatum existimabat, proinde neminẽ sibi propinquare uolebat, ueritus nimirum, ne se confringeret. alius nullum se habere caput arbitrabatur. itaq; necesse fuit, gra D uissimam è plumbo galeam eius capiti imponere, ut se tãdem habere caput persentisceret. alius putabat, sibi adesse tibicines perpetuo, idcirco sæpe illos extrudendos esse, & expellendos clamitabat. ac plerique horum sunt, qui ubi conualuerint, meminerunt eorum omnium, quæ in morbo gesta sunt: quod memoria illæsa permansisset: licet cogitatio de recta uia deflexisset: quod ipse Hippothoi filiæ euenisse memorauit.

16 *Aetatem ab ætate discerne: & an ante, aut post factum est, quàm oporteat: ut si hieme solutus mor bus est, & seni, aut puero, quod ad ætatem pertinet. & num æstate ante, uel post, quàm deceat: exitus den tium, pilorum eruptiones, semen, plus, & minus, capillorum incrementũ, crassitudo, potentia, diminutio.*

Aetatis, anni temporis, regionis,& consuetudinis habendam esse medico rationem, sexcentis in locis Hippocrates monuit: si quidem perpetuo inspiciẽdum sit, in qua ætate, quo morbo, qua regione, & quo anni tempore medicamenta propinẽtur. concedendum enim multum est etiam consuetudini, sicut ætati. hoc certe scitum est, pueris, & senibus, ut neque uacuationem per medicamenta, sic neq; per inediam imperandam: quod illorum uirtus cito dissipetur, hi uero, utpote qui iam ætatis uitio refrigerati, & imbecilles, durare diutius non poterunt. illud

etiam

etiam uidendum, an morbus puerum, an senem corripiat. spes.n. in puero est, fore, ut ætate procedente commutetur: in senę non item: sed siqui morbi longi eos occupant, fere ad mortem usque eis comitantur. Sed neque hoc esse satis existimauit, quod cognoscatur: addidit enim, an ante, aut post factum quid sit, quàm oporteat: hoc est, ut uideamus, an morbi æstiui sint exorti uere, & an uerni per hiemem: & an hiberni per autumnum apparuerint. siquidem uehementẽ affectionem, & ualidam causam esse necesse est, quæ alieno tempore huiusmodi morbum excitarit: ut si ardens febris hieme, & morbus attonitus æstate exoriatur. hi namque morbi prorsus naturæ temporum illorum aduersantur: suntq; periculosiores, quàm si suis temporibus, hoc est calidi morbi calidis temporibus, & frigidi frigidis excitarentur. ait etiam considerandũ esse exitum dentium, hoc est ætatem eam, in qua emittere dentes pueri incipiunt: & item eruptionem pilorum, hoc est cum puberes fiunt: & cum primum semen profunditur, quo sanè tempore fit etiam uocis in asperiorem commutatio. & attendẽdum, qui ab hac ætate, plus, minusve absint. denique monet, ut puerilem ætatem, florentem, & uirilem, atque etiam senilem diligenter spectemus: quas sanè ætates ipse tribus uerbis indicauit, his, crassitudo, potentia, diminutio: q̃ nos ab ipso, ut ætatum inditia, proposita esse, & tanquam signa conscripta existimamus. E F

17 *Quod cognatum, quodque per se est, spectandum: ac quanto magis, & minus.*

Morbi aut per se se membra corporis occupant, aut per consensum aliarum partium. nam cũ intet uterum, & mammas non mediocris sit consensus, hoc fere fit, ut si uterus male affectus sit, mammæ quoque simul patiantur: contra si mammæ laborent, etiam uterus non sit expers malorum. simili quoq; modo accidit, ut firmum caput suapte natura quis habeat, tamen quia magna uis uaporum à uentriculo in ipsum comportatur, in consensum morbi trahatur: sicut etiã potest contingere, ut ipsum per se dolore tentetur. quare uidere medicum decet, ut hæc apte distinguat, ne quem morbum consensus partium genuit, per se exortum arbitretur; aut etiam contra, & ita minus rectè adhibere medicinam tentet.

18 *Anni tempus, num in eo quid citius, aut tardius sit factum: & an tempus, in quo est factum, plunium fuerit, an squalidum: calidum, an frigidum: cum uentis, an sine uentis: & qui uenti flarent. & an in anni, aut temporis principio, medio, fine, aut semper, & hora præterita, uel præsenti, uidendum.*

De anni constitutionibus supra copiose disseruimus: de temporum uero mutationibus, quæ morbos pariunt, quæque uel statũ suum anteuertunt, uel subsequuntur, in aphorismis abunde egimus, ut de uentis cum ibidem, tum etiã in libro de aere, aquis, & locis, & in tertio in librum de humoribus commentario, quare nihil est, cur hoc faciam longius; neque par est, ut quæ alibi rectè dicta sunt, huc transferamus. G

19 *Tempus morbi, & hora, & quæ succedunt, spectanda. circuitus item, & ex his, qui maiores, qui multa habent incrementa: & alterius morbi incrementum, itemq́ remissio, ac uigor, & magis, ac minus cessans: & quando, ac quomodo, quo tempore, qua ætate denique.*

Superior sententia anni tempora, eorumque mutationes comprehendit: hæc uero tempora morborum, non quæ esse quatuor nos docuimus, sed quo tempore morbus exortus sit, hoc est, an hieme, uere, æstate, & autumno hominem corripuerit. scripsit.n. etiã in aphorismis hac de re, ac monuit quosdam breuiores esse, quosdam diuturniores, si æstate, aut autumno inceperint. uult uero etiam syptomata, quæ comitari morbos solent, spectari. hæc enim modo salutaria, modo perniciosa censentur. Sicut præstat febrim conuulsioni, quàm conuulsionem febri superuenire: & in aliis plerisq; morbis idem usu uenire sæpenumero animaduertimus, & ipse in aphorismis adnotauit. Circuitus quoque attendendi sunt, ne in accessionibus ægrum alamus, & ita morbum augeamus. quia uero & uehementiores, & mitiores esse circuitus solent, ideo monet, ut & maiores, & minores spectemus. si enim accessiones uehementius hominem conflictarint, incrementũ notabile indicabunt: & item morbum acute moueri, aut uelociter, ut ad statũ properet. neq; incrementa circuituum ait esse oscitanter cõsideranda, quãdo non mediocrẽ nobis usum ad tempus futuri status cognoscendum sint allatura. addit etiam, tempora morbi nobis esse nota oportete, ut principium, incrementum, statum, ac declinationem. denique uidendum, in quibus morbus magis cessarit, in quibus minus. hoc autẽ ex pulsu potissimum cognosces, si is ad integritatem redijt, aut secus. Sed hanc tractationem, ut alibi diximus, Hippocrates omisit. H

20 *Modi superuenientium morborum considerandi: & num quis cum uomitu, aut sine uomitu inceperit: an epoto quodam adstricti sint, aut parum purgati.*

Virum acuti, an non superuenientes morbi sint, cognoscendum esse ait: ut eorum impetum uideamus, eique occurramus. præterea quærere de ægroto, aut familiaribus debemus, utrum morbus cum uomitu, an sine uomitu inceperit. quod huc pertinet, ut si ad uomendum æger sit procliuis,

A prōcliuis,& se se uomitionibus euacuare consueuerit,nos quoque eodem utamur remedio. sin contra,ut neque cum uomitu inceperit,neque ad uomendum aptus homo sit, nos quoque uomitu uitato,alia præsidia adhibenda esse intelligamus.postremo admonet, hoc esse attendendum,an per secessum purgatio recte fiat : quod quidam ita sunt a natura facti , ut per infernas partes aut uix purgentur,aut non nisi magno cum labore , & dolore: quidam uero ideo epoto medicamento non purgantur,quia crassi,incoctique humores adhuc sint:quos ut educas apte, concoques.

21 *An candidi febricitent:& horum labra,& modus,& tempora.*

Senes , propter frigidum ipsorum corpus , non nisi uehementi de causa in febrim incidunt: quos,ut pote exangues fere,& a natiuo calore destitutos,exalbescentes uocauit . eorum quoq; spectanda esse labia subiunxit,ut si ulcerata sint,de magnitudine febris faciamus coniecturam. Sin aliter affecta sint,pro ratione affectionis ipsa æstimemus. Sed & modus considerandus est, ut de uita,aut morte fiat præsagium.

B 22 *Corpus,actioque obseruanda,itemque aspectus,auditus,nasus,tactus,lingua,cogitatio.*

Persæpe dictum est,spectandam esse corporis constitutionem,& actionem non modo corporis totius,sed etiam singularum partium:ut quæ suo munere fungitur , sana , quæ eo fungi non potest,infirma iudicetur.quod ut intelligamus,subiungit,quæ actiones attendendæ sint,ut aspectus,quem oculi præstant,sit ne integer,an aliqua ex parte uitiatus,ut sæpe dixit supra,dextrū, aut sinistrum oculum distortum esse : tum auditus , ut si secundum aures,aut in ipso meatu aurium quid uitij sit exortum:tertio loco nasus, ut de facultate odorandi faciamus coniecturam: tum tactus,ut sciamus,corpus ne calidum sit,an frigidum,an temperatum : an uerò ulla noxa in sensum tactus ceciderit,quod uel paraplegia,quam uocant, aut aliud simile symptoma solet efficere:superest gustatus,ut omnes sensus corporis sint enumerati : quem ipse linguæ nomine significauit.postremo uero quia non solum ea quæ ad corpus,sed etiam quæ ad animum pertinent,spectanda sunt, ideo addidit nomen cogitationis : ut omnes animi functiones eo nomine comprehenderet:quas nosse Medicus debet , ut an in suo statu , an uerò de eo sint detrusæ perspiciat.

C 23 *Tumores in palpebris superioribus relictos nosse oportet:nam ceteris membris extenuatis recidiuæ fiunt.in extremitate uerò subrubri durique,ac ualde† turpes.in his enim exorientia,& coarctata continentur,ut Polymeda Pharsalo usu uenit.* † *Lib. Ald.hēt γλισχρά.i.glutinosi.*

Vnico exemplo ostendit eos tumores , qui in superioribus palpebris relicti sunt,recidiuam efficere,communi ratione eorum,quæ in morbis relinquuntur:præcipue autem id contingere, cum cetera membra sint extenuata.Torsit autem ueteres interpretes hæc dictio.quocirca quidam eam fere totam commutarunt:quidam uerò ita , ut nos attulimus , legentes, rectum inde elicere sensum sunt conati:alij unico uerbo commutato,se ueram inuenisse sententiam sunt arbitrati.nos uerò de illorum dissensione nihil dicemus,quid uerò sentiendum sit,paucis exponemus.quare quod ait in superioribus

ita accipiendum est,quasi

ut tumores præter naturam ibi exortos,aut etiam prodeuntes.

*

Desiderantur quædam.

D *

24 *Cum impetu rumpuntur tumores,ac liuores in lippitudinibus & in ulceribus . itemque deiecta ex tuberculis,& suppurationibus spectanda sunt.signa enim sunt .*

Tumores,qui in lippitudinibus oriuntur,cum ad suppurationem peruenerint, cum impetu rumpuntur:& confecto iam pure,noxij humores erumpunt.quæ uerò deijciuntur in tuberculis,& suppurationibus,quæ per aluum plerunque excernuntur,spectanda sunt, ut tubercula rupta esse inde colligamus.prisci autem interpretes hoc quoque loco plura attulerunt. nos in locis obscuris diutius uersari nolumus,cum multa adhuc supersint,in quibus multum operæ, ac temporis ponere utiliter possimus.

25 *Circa messem tormina,& dolores circa umbilicum a porris,sed,& ab allijs extiterunt.*

Vsum porri cica messem modo tormina , modo dolores excitare creditum est . in caussa

est acrimonia.cuius etiam allium est particeps.ut uel ob hanc caussam minus mirabile sit,si caput aggrauat,flatum gignit,fastidium affert,& dolorem eũ excitat,qui esse molestus prius consueuerat. E

26 *Ignis sacer in quibusdam a ceruice exortus in facie indicabatur,quibus autem nigra erant in ceruice,mala:& quibus pustula,& quæ turbationem afferrent,mala.*

Ad recordationem est hæc conscripta sententia, ut postea longiore ambitu uerborum eam explicaret.cum enim ignis sacer quosdam corripuisset, & a ceruice ducto initio in faciem pertransisset,ibidem iudicatus est,quod ipse,ut raro contingens,obseruauit. uix enim fit, ut recte morbus iudicetur, cum ab ignobili ad nobilem partem commigrat. in quo aduertendum est, quibus nigra in ceruice apparuerant,malum portendisse.hoc est non fuisse in iis sacrum ignem rite iudicatum, quòd sanguis ille crassus, aterque expurgari non posset. ac multo etiam peius fuisse,si pustulæ scatentes cutim occupassent,iam uero si alui turbatio, & mentis alienatio erãt consecutæ,æger erat in desperatis:quòd eam turbationem malitia,magnaque copia humorum excitaret.

27 *Adamantus,cum esset melancholicus,magna peply copia sumpta, aliquando nigra euomuit. quod etiam alias sumptis cepis fecit.*

Hanc etiam historiam,ut admirabilem adiunxit.cum enim humor melancholicus grauis sit, ut suapte natura deorsum feratur,ideoque facilius per aluum, quàm per uomitum euacuetur; sicut flaua bilis propter leuitatem facilius uomitu reijcitur, quàm ut per inferna expurgetur; contra tamen in Adamanto accidisse commemorat,cum ille peplijs copiose usus esset, & item cepas comedisset.nam quod ait nigra,non dubium est, quin atrum, & melancholicum humorem significet. F

28 *Febres,in quibus labia ulcerantur,æqualiter intermittunt; ac tertianis refrigerationes sunt. ardentes autem semper statim ad manum soluuntur.*

Labia uidentur nullam aliam ob caussam ulcerari, nisi quia acer quidam uapor illuc a uehementia febris amandatur,qui partes illas quasi ardore quodam consumit:nihil tamen mali præterea facit,præter ulcerationem, cuius nunc Hippocrates mentionem facit. hoc autem cum in tertianis quandoque contingit, tum uero maxime in ardentibus, cum febris calorem perferre æger non potest. atque has quidem febres ait æqualiter,remittere, quòd neque ullam habeant remissionem,nisi omnino soluantur: at in tertianis, ait esse refrigerationes, & intermissiones; adde uero etiam pulsus ad integritatem redire, tum eas repetere, ut tertio quoque die hominẽ occupent.ardentes uero cum soluuntur,hoc confestim faciunt, ac si manum admoueas statim eas solutas esse persenties.deuincuntur enim a manu,neque postea redeunt. G

29 *Quale in articulis insit, & an non ad suppurationem perueniant.*

Interdum totum corpus pituita refertum redditur,ut quidam quasi muci per urinam excernantur.quo sane tempore potest contingere,ut etiam ad articulos decubitus fiant, & abscessus quidam similes ijs, qui in hydropibus sæpe cernuntur, ibidem excitentur. monet autem, ut si quis te ad eiusmodi homines curandos accersat, caueas,ne tibi idem, quod plerisque medicis, atque iis quidem non uulgaribus,accidat. cum enim illi abscessus eos aperuissent, in eaque essent opinione,fore,ut saniem ibi copiosam essent inuenturi,tantum abest,ut saniem eo in loco conspexerint,ut totam carnem,qua articuli contegebantur,pituitosam plane,& muco plenam intuentes,se deceptos,& falsos deprehenderent. id autem uitare omnes summo studio debet, ne & ipsi male audiant,& ægrotis perniciem ultro moliti esse existimentur: præsertim cum uel mortem afferant,uel dum altius plagas adigunt,neruos etiam præcidant,atque ita mancum,ac decurtatum hominem reddant.est igitur diligenter obseruandum, ne quid temere facias in articulorum tumoribus incidendis:præsertim nisi certo scias,ea quæ insunt,ad suppuratione deuenisse:ut ipse accurate monuit. H

30 *Consuetudo,dum sani fuimus, attendenda qualis in uictu, uestitu,laboribus, somno, rebus uenereis,& mente fuerit.*

Consuetudinem in sex potissimum rebus obseruari ait oportere,in cibo ac potu, in uestitu, & aliis,quas commemorat; quia, ut in commentariis de uictus ratione in morbis acutis diximus,magna uis consuetudinis est. nam si quis semel modo cibum sumere singulis diebus cõsueuerit,uelis autem eum bis alere,non mediocriter lædes:sicut etiam contra,si abstineas. præterea, quæ consueta sunt, lædere minus solent. sed quanta uis consuetudinis sit, nos iam uno libro copiose docuimus, quem De consuetudine inscripsimus. quod autem ait, [illegible] non modo uestitum potest indicare, sed habitationem quoque: ut inquam inuestiget medicus, an æger solitus sit in domo, an sub dio cubare, & an intra domesticos parietes multum,an

parum

A parum se continere: ut inde de aere ambiente facere coniecturam possit. nec minus tamen ad uestimenta potest referri. addit tertio loco, labores solitos esse spectandos, quod tantum possit consuetudo, ut uel senes, uel imbecilli commodius, quàm uel iuuenes robusti, labores ferant: id quod ipse in aphorismis, & alibi sæpe, uim cōsuetudinis ornans laudibus, scriptum reliquit. Ad hæc ait, attendendum, quantum, & quando quisque somno indulgere per sanitatem cōsuesset: ut uel de periculo, uel de salute, uel de morbi diuturnitate, aut breuitate loqui certius posse medicus uideatur. quintum locum tribuit rebus uenereis, ut in illarum quoque usu mos pristinus, consuetudoq; seruetur: ne ue magna fiat immutatio. supra. n. diximus ex ipsius Hippocratis sententia labores, cibos, potus, somnos, res uenereas mediocritatem excedere non oportere. ultimo loco ait exponendum, qualis fuerit mens eius, dum integra ualetudine frueretur: ut quantum a statu naturæ suæ deflexerit, nos non fugiat. plerique enim læti sunt, aut mites, aut blandi. qui si contrarium in statum sint mutati, causa statim peruestiganda, & eidem est occurrendum. quod idem est, si contrariam in partem sit facta mutatio, faciendum.

31 *Qualiter morbi, & a quibus, in quos modos mutentur: ad quæ loca uersi sint, quando inceperint, ad*
B *fuerint, cessarint.*

Nisi quis morborum modos norit, uix, aut ne uix quidē curare eos recte sciuerit. sunt enim morbi, aut continui, aut intermittentes, aut acuti, aut longi: præterea aut cessarunt, & postea repetierunt; aut denique sunt aliquo modo commutati: aut è loco ad locum alium decubuerunt. quod cum de decubitu supra loqueremur, quomodo fiat, ostēdimus. ac non modo hæc cognoscere medicus debet, ut supra monuit, sed scire etiam, quando morbus inceperit, ut inde faciat coniecturam, utrum in statu, an adhuc in incremēto sit, an declinet. quod permagni refert tum ad remedia adhibenda, tum uero etiam ad uictus rationem recte instituendam.

32 *In quibus incontinens terrefactus, sit spectandum.*

Quicunque se a rebus uetitis abstinent, ij uel iudicio id faciunt, uel affectu, & monitu aliorum. iudicio faciunt ij, in quibus ratio cupiditatē uincit, ut uel ipsi cupiditate relicta gaudeant: uel rationi quidem obtemperent, uerum ad ea, quæ deseruerunt, oculos retorqueant. hos ἐγκρατεῖς, hoc est continentes uocant. qui uero affectu quodam sunt continentes, id ipsum duobus modis faciunt, hoc est pudore impediti, ut solent ingenui homines, & liberaliter eruditi, aut, cū
C seruili ingenio sint, metu solum abstinent a rebus prohibitis. hi uero suapte natura incontinentes sunt, sed metu ægritudinis perterriti, in officio continentur, ut non scortentur, non potent, non se se cibis expleant: aut hos, uel illos cibos, quod esse noxios audierint, non gustent. id ergo uidere medicus debet, ut quædam concedat, quædam prohibeat: moneatq; quæ mala, quæque incommoda sint ex usu rerum uetitarum consecutura: ne si ægrotus deliquerit, ipse culpæ affinis existimetur.

33 *Victus in morbo contrarius.*

Est Hippocratis explicata sententia, contraria curari contrarijs, eandem nunc iterat, ut nobis in memoria firmius hæreat. ac nihil aliud hic monet, nisi, ut quæ ad uictum pertinēt, ea contraria morbo instituas.

34 *Facilitas, & difficultas in tolerando.*

Hoc ipsum sexcentis in locis inculcauit. causa est, quia mirificam in facienda medicina utilitatem affert. uidendum enim est, num æger facile ferat morbum, medicamenta, inediam, euacuationem, & cetera omnia, quorum in morbis habenda ratio est. Si facile ferat, boni consulen-
D dum: si ægre, & cum labore, mali. quod in euacuationibus est potissimum obseruādum, ut scias an cohibendæ sint, an uero adiuuandæ, aut ita sinendæ. idque siue natura eas moliatur, siue medicus sua industria easdem tentarit.

35 *Ne te lateat, quantum uictus ratio cognosci possit. magna enim calamitas est, hanc si ignores.*

Nisi quis uictus rationem probe cognitam habeat, profecto innumera incommoda ægro afferet, quæ uel mortem, uel certe eius periculum minabuntur. debet igitur medicus diligēter in hanc curam incumbere, ut quæ ad uictum pertinent, accurate pernoscat omnia, ne quid delinquat, sed ægro semper adiumento sit.

36 *Similitudines præstantibus etiam medicis errores, & dubitationes afferunt: causa uerò ipsa, e conuerso. Scio autem difficile esse etiam† intelligenti ratiocinando uias cognoscere, ut si acutum caput ha-* † *Lib. impr. nā hēs οἰδότι id est intelligenti.*
" *beat, si simus, si subsiccus, si biliosus sit: si difficulter uomat, si niger, iuuenis, temere uictitans: hæc inquam*
" *omnia simul, & inter se conuenire difficile est.*

Vt in philoſophia magnos uiros,& clariſſimos philoſophos ſcimus eſſe deceptos in ſimilitu- E
dinibus non rite diſcernendis ,ita etiam in medicina vſu ueniat neceſſe eſt : neque enim ratio-
num ſimilitudines agnoſcere poſſunt ij,qui nõ diu,multumq́ue , & quotidie in rationibus ſunt
uerſati.in quo maxime peccant ij,qui aliquid eorum, quæ uitam humanam attingunt , temere
pronuncianr,idq́ue faciunt,aut opinione ſapientiæ , quam ſibi arrogant,aut honoris,aut quæ-
ſtus gratia.ut autem intelligeremus,quàm acri ſtudio debeamus laborare,ut ne nos ſimilitudi-
nes fallanr,ſcripſir, hanc rem non modo vulgaribus ,ignariſq; hominibus errores , ambiguita-
teſq; afferre,ſed optimos etiam medicos,& ualde exercitatos in errorem induxiſſe . cauſſa igi-
tur ſpectanda eſt,qua cognita,fiet,ut minus labamur,minus decipiamur, & firmiore coniectu-
ra curationem ſimus adhibituri.uidetur tamen quaſi excuſationem quandam ſubiungere,cum
ait,ſcire ſe,quâm difficile ſit,rationes curationum omnes cognoſcere,quæ uidentur uariis in re
bus conſiſtere,ut in corporis figura,utrum quis capite ſit acuto , an uero ſimus ſit:ut in tempe-
ratura,utrum inquam ſit ſiccus,an humidus,calidus,an frigidus.ut in humorum cognitione,v-
trum bilioſus,an pituitoſus, an melancholicus ſit:ut in affectione corporis, aptus ne ſit quiſpiã
ad medicinas,ad uomitum,ad excretiones per aluum,per urinam,per ſudores, & cetera huius
generis. Sicut etiam ex colore poſſumus facere coniecturam de humore redundante , niſi ſit is F
propter aliquam externam permotionem, & perturbationem mutatus . & item ex ætate nobis
poteſt aliquid ſuppeditari, ut ex conſueta uictus ratione , ut an conuenienter bonæ ualetudini
uitam traduxerit,an ſine ullo diſcrimine rebus omnibus,& temere ſit uſus. quæ omnia inter ſe
coniungere ait eſſe perdifficile,ac multo etiam laborioſius de eis recte iudicare .

36 *Fiſtula cuidam rurſus rumpebatur: quòd tuſsicula permanere prohiberet .*

Dixit permanere,id eſt perdurare,& perſeuerare: quia cum iam fiſtula eſſet cicatrice conclu
ſa,tuſſiculę motus pectus agitabat,atque ita occluſam in eo fiſtulam aperiebat.uel etiam humo
res in capite collecti ad pulmonem deferebantur,atque ita erodebant id,quod iam eſſet conglu
tinatum.hanc ſibi hiſtoriam ſcripſit Hippocrates,ut poſtea pluribus uerbis enarraret.hæc autẽ
pauca ſibi ad recordationem adnotauit,cuiuſmodi etiam eſt,id quod ſequitur.

37 *Cui iecoris fibra complicata erat,eum concuſsi, & dolor ſtatim ſedatus eſt ,*

Hoc uel caſu,uel ictu,uel ex lucta,uel alia externa cauſſa,potuit contingere.cõcuſſio autem
fecit,ut ſuum in locum fibra rediret.quare non mirabile eſt,dolorem eſſe eo pacto ſublatum . G

38 *Thaſi Satyrus,cognomento Grypalopix qui dicebatur,cum circiter uigeſimum quintum annum æ-
tatis ageret,ſemen genitale per ſomnum ſæpius emittebat : id quod etiam per diem ſæpenumero ei acci-
dit.is cum ad annum trigeſimum perueniſſet,tabidus factus, interyt .*

In urbe Thaſo ait hoc,quod narrat,contigiſſe. Satyrus enim cum magnam uim ſeminis emi
ſiſſet,idque non ſolum nocturno,ſed etiam diurno tempore,circa annum ætatis trigeſimum eſt
factus tabidus,& ita mortuus eſt.quod Hippocrates nulla alia nota temperaturæ,aut ſigno ad-
uentitio adiuncto,memoriæ prodidit .

39 *Abderis paleſtræ cuſtos,qui Sthenens uocabatur,multum luctatus cum alio fortiore,in caput ceci-
dit.inde abiens aquam frigidam copioſe bibit.Poſt hac autem illa nocte ſubſecuta eſt uigilia,moleſtia , &
extremorum refrigeratio . poſtridie domum ingreſſus eſt : & glande ſedi impoſita,aluus nihil dezecit.pa
rum minxit, cum nihil minxiſſet prius . ſub noctem lauit . & tamen uigilia , moleſtiaq́ perſeuerarunt,
delirauit. tertio die extremarum partium refrigeratio eum corripuit : calefactusq́ ſudauit . epoto uero
mulſo tertio die mortuus eſt ,* H

Probabile eſt,cum ex ictu concuſſum eſſet cerebrum , magnam ei noxam eſſe ex aquæ potu
allatam: unde uigiliæ,& moleſtiæ ſunt conſecutæ:& extremæ partes frigore correptæ ſunt.Sed
malitiam ſignorum,quæ ex principe hac parte ſumebantur,auxit etiam glans ano iniecta, quæ
nihil irritauit,ut excrementa deiicerentur.Sed neq; fructum ullum tulit ex balneo : cum nulla,
neq; ab eo,neq; a glande eſſet facta diuerſio.eadem enim mala,& ijdem caſus reuerſi ſunt : niſi
quod ait,hominem calefactum,hoc eſt,ut ego quidem puto , ui morbi excalfactum ſudaſſe , &
poſtquam deliraſſet,& mulſam aquam bibiſſet,è uita tertio die exceſſiſſe .

40 *Melancholici plerunque in morbum comitialem ſolent cadere,& contra,qui morbo comitiali affi-
ciuntur,melancholici fiunt.horum utrumlibet magis uſu uenit,ut in hanc , uel in illam partem infirmi-
tas uergit.nam ſi in corpus,morbus comitialis hominem corripit : ſi in mentem,melancholicus efficitur .*

Melancholia plerunq; in morbum comitialem commutatur,ſicut morbus comitialis in me-
lancholiam uertitur:id tñ non perpetuo accidit; propterea quòd ſi a pituita comitialis exiſtat ,
non iam in melancholiam tranſeat . nos uero in commentariis De locis affectis , quomodo ex

A melancholia fiat comitialis morbus; & ex comitiali melancholia, & item quomodo cum ad corpus,& ad mentem repit,alteruter morbus gignatur,plane ostēdimus, quod qui scire aueat, eos libros legat,nec putet nos uelle eadem de re sæpe eadem iterare.

41 *Phaethusa Pythei coniux Abderita, olim cum puella esset, fœcunda fuit. Sed eius marito in exilium acto, menstruæ purgationes ipsam longo temporis spatio defecerunt. Postea uero dolores, & rubores articulos obsederunt. quæ cum ei contigissent, corpus uirile, atq; omni ex parte hirsutum factum est, barbamq́ emisit, & uox facta est aspera. cum uero omnia faceremus, quæ essent ad menstruas purgationes euocandas accommodata, ciere tamen eas non potuimus: sed ipsa non ita diutius producta uita, perijt.*

Hanc historiam monimentis litterarum esse consignandam Hippocrates censuit, quod admirabilis sit,& contra opinionem omnium. uerisimile tamen est, cum menstruæ purgationes non profluerent,ut excrementis ijs,quæ excerni per uterum debebant, ad articulos confluentibus, dolores primum,deinde rubores sint exorti, quare diximus alibi, uerissimam eius esse sententiam,cum ait,mulierem pedum doloribus non laborare, nisi menstruæ purgationes eam defecerint. cum uero omnis redundantia ad cutim propelleretur,etiam pili toto corpore, atq; adeo B barba ipsa exorta est. ac ne quid deesset,ut uirile corpus esset factum, uox quoque facta est aspera. existimabat autem Hippocrates una sola in re curationem esse positam, si menses essent prouocati. itaque omni studio id esse tentatum commemorat, sed frustra. quocirca illa intra paucos dies excessit è uita.

42 *Idem quoque Namysiæ Tasiæ Corippi uxori accidit. unica autem spe medici omnes, quos quidem ego noui, ducebantur, si illa effœminaretur, menstruæq́ purgationes naturaliter profluerent. uerum multis remedijs adhibitis, non sunt excitæ. immo uero illa non ita multo post obijt.*

Altero exemplo declarat, quid alteri mulieri acciderit, quam menstruæ purgationes diu defecerant. ait enim medicos multa tentasse,& nihil non esse conatos, eas ut prouocarent, frustra tamen omnem laborem impendisse; quod illa effœminari non potuerit: hoc est perduci ad eum statum nequiuit, ut menstruæ purgationes prorumperent. ut nos fere admoneat, muliebres purgationes si diutius suppressæ fuerint, uix posse reuocari, & sæpius nos hmôi laborem frustra suscipere, quàm ut uoti compotes fiamus. Namysia uero non secus quàm Phaethusa, cuius facta est nuper mentio, cum nullum fructum ex medicorum opera tulisset, è uita ex-
C cessit: nec potuit diu uitam producere. non tamen hæc nos deterrere exempla debent, quo minus mulieribus ita affectis manum admoueamus: sed excitare potius, ut ingenium exacuamus, quo optata consequamur: siquidem tum denique officio nostro functi simus, cum omnia effecimus, quæ ratio nobis suppeditat, & longus usus peritiaque commonstrat.

GAL. IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE HVMORIBVS

COMMENTARII TRES,

Nuper in lucem editi, & latinitate donati.

A IO. BAPTISTA RASARIO.

Axima fuit inter ueteres Hippocratis interpretes de libro, qui De humoribus inscribitur, dissensio: Zeusis enim, & Heraclides, qui in omnia Hippocratis opera commentarios conscripserunt, ipsum esse a ueris Hippocratis libris omnino reiiciendum existimant. Glaucias autem, & alij hunc quidem librum ad Hippocratem auctorem referunt: non ad magnum tamen illum, cuius sunt aphorismi, & cetera, de quibus nos in libris De difficultate respirationis disseruimus: quā etiam sententiam Dioscorides, & Artemidorus, cognomento Capito qui dicebatur, a quibus multa in ueterum scriptis innouata sunt, habuerunt. alios uero etiam comperias, quorum non facile sit per- G noscere sententiam. ij enim quædam esse Hippocratis, quædam non esse hoc in libro concedunt: propterea quòd multa ad summam redacta breuitatem, quædam longiore explicata oratione, quàm esset in senis nostri more positum, inuenirent. quam ob rem quæ ordine, & ea dicendi ratione, qua uti ipse solet, proposita esse perspiciunt, ea illi ita explanant, ut uera, atque propria: quæ confusa, & sine ordine, aut alio modo quodam dicta intuentur, ea interiecta esse prorsus contendunt. Quidam etiam perueteres inuenire libros, uel trecentos iam ab hinc annos descriptos magno studio sunt conati: ut quæ deprauata esse uidebantur, emendarent. quæ omnia apud eos, qui primi in hunc librum explanationes ediderunt, esse animaduertenda existimaui, ut plurimorum, & probatissimorū librorum ope adiuti, ueras lectiones inueniamus: ac res melius, quàm speraram, mihi successit. quocirca subit mihi audaciam eorum, qui commentarios conscribunt, admirari, qui cum debeant utilissima quęque docere eos, qui nuper ad medicinam perdiscendam animum adiungunt: alia potius faciunt omnia: atque in nugis multum operæ, temporisque consumunt. Sed quoniam sunt, qui uelint, hunc librum a Thessalo Hippocratis filio, aut a Polybo eius genero confectum esse, quorum uterque suis in scriptis artem, & sententiam Hippocratis secutus est: neque remota ab his censentur, quæ ab Euryphonte sunt littera- H rum consignata monimentis, si unquam maius otium nanciscar, commentarium profectò conficiam, in quo qui ueri, quique spurij libri Hippocratis sint, exponam: queadmodum de libris, qui sunt De morbis uulgaribus in commentarijs de difficultate respirationis fecimus: cum explicaremus, primum librum, secundum & tertium non solum ab Hippocrate confectos existimari ab iis, qui sunt in hisce rebus præstantissimi, sed etiam rerum tractatione, & proprietate inter se connexos iudicari. eandem quoque rationem esse eorum, quæ in quarto, sextoque habentur, demonstratum est. quos sane libros a Thessalo, Hippocratis filio compositos esse, constat inter omnes, qui cum patris commentarios quibusdam in membranis, aut tabulis exaratos comperisset, non pauca ipse de suis adiunxit. quintum autem, & septimum nemo, opinor, est, qui dignos uera, ac propria Hippocratis mente, atque sententia iudicaturus uideatur: atq; ut ego quidem censeo, ne quartum quidem. Sed hæc missa faciamus, & iam ad libri propositi explanationem aggrediamur.

1 *Color humorum, ubi non est humorum reciprocatio, uelnti efflorescit.*

In plurimis ueteribus libris ita, ut nos attulimus, huius orationis initium scriptum inuenimus: in quibusdam uero loco eorum, quæ hic uides, hæc scripta sunt. Color humorum, ubi nulla

A nulla est ipsorum perturbatio, ut in flotibus, in ætatum successione commutatur. Sed hoc mihi non vr esse Hippocraticæ dicendi rationis proprium: immo uero potius affixum ab alio, ut hic libellus, qui per se ipse paruus est, maior uideretur. quo.n. tempore Pergameni, Alexandrinique reges inter se de libris sibi comparandis certatim contendebant, eo ipso tempore ab ijs, qui pecuniarum caussa ad reges clarorum hominum scripta afferebant, & inscriptiones, & confectiones librorum deprauari cœperunt: quemadmodum in libro De natura humana, & De ratione victus in morbis acutis, & aliis plerisque usu uenisse demonstrauimus. nam cum hunc librum ob paruitatem despici facile posse quispiam existimaret, multa plerisq; in locis, ut magnus tederetur, interiecit. Dioscorides autem existimat hanc dictionem esse Hippocratis Thessali filij: siquidem magnus Hippocrates duos habuit filios, Thessalum, & Draconem: quorum utercque filium nomine Hippocratem suscepit. atque hæc quidem de ipsa dictione. Nunc uero par est, ut singula uerba seorsum expendamus. Color inquit humorum. Notas, ex quibus temperaturam noscimus, suppeditat color. idem noxæ magnitudinem indicat, ut si ulcus omnino siccum fit propter eius facultatis, qua corpus alitur, imbecillitatem; non unus in eo color erit perpetuo: sed pro humorum, qui in corpore sint, uarietate, magnitudineque noxæ, uariabitur: ut exempli
B caussa, si amaræ bilis humor in corpore redundarit, color pallidus apparebit: si humor sit melancholicus, tũ aut liuidus, aut in alterutra uiridis significatione, cum uiride modo idem, quod pallidum, modo idem, quod æruginosum significet: ut interim maior noxa liuidum colorem, qui prope ad nigrum accedit: minor rubrum, & uiridem efficiat. hoc cum in singulis corporis partibus clare, tum uero in facie euidentius perspicitur: siquidem pessima coloris commutatio habetur, quæ ad nigrum tendit, utpote refrigerato iam sanguine: ut facere solet, cum foras effusus in grumos coit: moderatior uero, cum ad uiride uergit: id quod diuturnis in morbis sæpe cernitur, sed tamen in principiis perraro: quocirca eo tempore maximum periculum impendere significat, ut scriptum reliquit Hippocrates. etenim cum totius corporis color immutatus sit, tum & malum, & perniciosum putãdum est: ad hoc tamen alia quoque signa accedunt, ut cum oculi lucem refugiunt, in cuius rei caussa est imbecillitas eius facultatis, quæ ad aspectum pertinet: ut cum propter infirmitatem continentis facultatis lacrymas emittunt: ut cum distorquentur, quod laborante neruorum origine, musculi oculos mouentes conuellantur. ut cum alter oculus minor, quam suapte natura esset, reddatur, quòd facultatem ipsum gubernantem inde esse extinctam intelligamus. Iam uero in malis etiam habendum est, cum alba oculorum esse ru-
C bra vñr: sicut cum uenulæ in eis, aut liuidæ, aut nigræ sunt. nam ut rubræ propter plenitudinẽ, aut inflammationem quandam partium ad cerebrum pertinentium, uidentur: sic nigrescunt, & liuent, dum refrigerantur. refrigerantur uero dum extinguuntur. quo circa fit, ut hmói colores perpetuo perniciosi censeantur. uerũ enimuero bonus faciei color, si multum mœstitiæ adiunctum habeat, in malis esse consueuit. putant.n. persæpe medici, faciei bonum colorem significare, aut sanguinis è naribus eruptionem criticam, aut abscessus sed m aures futuros; & tñ falluntur: præsertim uero si habeat multam mœstitiam coniunctam. neque.n. usu uenit, ut ægroti ita bono colore sint, sicut ij, qui optime ualent, sed magna ui caloris ualde rubri effecti, hoc consequuntur, ut similes ijs, in quibus bonus est color, esse uideãtur. nam quod ualde rubrum est, idẽ est ad melancholiã pronum: cuius apertum signum est mœstitia: quæ si multa sit, id ipsum multo magis confirmat: quam ob rem cum facies florida uideatur, ægrotus uero mirum in modum mœstus sit, tum calidam admodũ affectionem, q̃ sanguinem exurat, ideoq; atram bilim gignat, in cerebro esse plane constat. Interdum uero & calidissimus sensus nobis insuetus in habitu corporis exoritur, cum humores calidi ceteris excellunt, ut etiam frigidissimus, cum frigidi dominantur. atque ubi pituita redundat in corpore, candidiores: ubi bilis, pallidiores homines vñr. sique purior bilis sit, flauiores. color.n. ab humoribus, nõ a solidis animantis partibus prouenit,
D cũ humores se in intimas corporis partes receperunt: id quod eis contingit, aut propter frigus, aut rigorem, aut aliquam animi perturbationẽ, quo in numero sunt timor, magna tristitia, aut pudoris initium. si horum nihil adsit, humores in intimas corporis partes se nunquã recipient: sicut neque unquam facto in cutim impetu uiolentius, eam adurent, nisi aĩum occupet aliqua perturbatio; aut calor immodicus extrinsecus aĩal obsideat. proinde recte dictum ab Hippocrate est, Vbi non est humorum reciprocatio. etenim in ijs, qui uehementer commoti sunt, aut ira perciti, aut pudore affecti, ueluti reciprocantibus humoribus, seque intro retrahentibus, aĩum ad colorem adhibere non oportet. qđ si nulla uis frigoris, aut caloris, aut nulla perturbatio earum, quas nunc dixi, ambientem nos aerem infestum hẽat, certe humores ex colore cutis uere dignoscentur. fit.n. interdum, ut medici, atq; hi quidẽ non uulgares, redundare sanguinẽ in corpore arbitrentur, falsi nimirum coloris mutatione. & tñ non redundat: sed illa coloris commutatio, aut ab aeris nos ambientis calore, aut ab iracundia, aut & a febri profecta est. quandoque etiam esse imminutum sanguinem putant, nec tamen id uerum est. id quod usu uenit, cum is a frigore compulsus in partes intimas se recepit. potes autem id ipsum in mari persæpe contéplari, quod cũ agitatur, maius: cum tranquillũ est, minus multo uidetur. Cum igitur corpus se ipso

albidius sit factum,neq; ulla adsit perturbatio,tunc pituitosum humorem abundare plerunque E
indicat:cum uero sit pallidius,aut magis flauum,biliosum.sic ēt si ad rubicūdius uergat, quàm
naturæ status ferat,redundare sanguinem:si ad nigrius,atram bilim fere significat.sunt ēt quo-
rum color plumbum imitetur.alij,quorum ceu mixtio ex albo,& liuido quædam. atque hmôi
quidem colores crudum abundare humorem declarant, qui in genere ille quidem pituitæ con
tinetur,minus tñ, quàm,quæ consueto uocabulo pituita appellatur,humidus est. huncque hu
morem Praxagoras uitreum noîat. at sanguis in medio horum & biliosorum est.eorum autem
aliqui,prius quàm alimentum sit accurate in sanguinem conuersum,uelut semicocti sunt:alio-
qui oîno incocti:alij a forma sanguinis parum absunt : aliqui rursus uelut postremi ad gignēdū
sanguinem,excessum caloris consequuntur:quorum alij parum absunt a sanguine:alij plus, a-
lij plurimum.quo sane tpe,si uacuatione opus sit,tūc secare uenam poteris,hac adhibita distin-
ctione:ubi parum in utranq;partem recesserint,audacter mitti sanguis poterit:ubi plus,cautius
agendum:ubi plurimum,plane abstinendum. qua in re sæpe coloris sanguinis mutationem in-
tueri oportet,ac modo sanguinis profluentis , modo uero ēt ægrotantis hominis. Sed & animi
defectio solet esse in multis affectibus euacuationis terminus : itemq; fluentis sanguinis tenor
labascens,& pulsus commutati,atque alia multa, quæ nos in libro De uenæ sectione sumus dili
gentius prosecuti.nunc autem non est ignorandum,si quæque pars succo alitur, qui sui simili-
mam hēat essentiam,estq; sibi natura comparatum,eum ut sibi succum,alterando, & immutan F
do paret,sanguinem ex carne iecinoris esse ortum habiturum. cor ēt hoc eodem est præditum
colore,sed non adeo,ut iecur:quod humidius corde,ideoq; rubicundius,molliusq; extitit: cor
uero est iecore siccius,atq; calidius,neq; proprius ipsius sanguis est sanguini iecoris similis, sed
quo calidius uiscus uiscere , eo flauior sanguis uidetur.qui color ita est siccioris sanguinis pro-
prius,sicut ruber humidioris.cuius quidem sanguinis temperatura humidi,& colore rubri pri-
ma generatio in iecore est:eiusq; ductus,a quibus deriuatur,& in totū corpus distribuitur, ue-
næ sunt.at flaui sanguinis,ac tenuis,& spirituosi prima gñatio in sinistro cordis uentriculo con
sistit: huncq; sanguinem in totū corpus arteriæ cōportant,atq; dispēsant.quæ ēt res facit,ut ira
cundiæ sedem in corde sitam esse,nobis persuadere debeamus. itaq; in morbis facere coniectu
ram ex colore oportet,ut humorem in corpore redūdantē cognoscamus : nisi humores in imas
corporis partes se receperint. color.n.inquit, similis humoribus efflorescit, cum nulla est reci-
procatio.itaq; in iis,qui intro maxime recesserunt , nec sunt per totum corpus æquabiliter dif-
fusi,spectanda sunt hæc,anni tps,regio,ætas,& morbus : & humor noxius , neq; alius ante illū,
euacuandus est:ut si,exempli caussa,pituita redundet,eam euacuabis:si bilis flaua,aut atra infe
stum hoîem habeat,pituitam non attinges,sed bilim infestam educes. Simili quoq; modo cum G
sanguis redundarit,aut eius serum,eius erit facienda euacuatio.unus.n.quisq; humor in corpo
re redundans propriis notis distinguitur,ut si in toto corpore flauus sit factus color, ut in mor-
bo arquato accidit,neq; bilis per sedem excernatur, aut aliquæ pustulæ biliosæ per totum cor-
pus eruperint;& particulatim,si uentriculi morsus,aut cibi fastidium , aut appetentiæ uacuitas
adsit,sitisq; torqueat,osq; amarescat,aut ignis sacer aliquam corporis partem obsideat, aut ho-
mo tertianam febrim,aut ardentem ex bili habeat;in quibus sane oîbus flaua bilis abundat:e-
rit bilis ijs medicamentis,quæ ab actione,bilem educentia nominantur,euacuanda. quo in lo-
co non modo vulgares,sed præstantissimi ēt medici animum aduertere diligenter debent:siqui
dem hæ notæ non accurate perpensæ,in errorem inducere hoîes solent. quam ob rem in apho
rismis Hippocrates,nobis recte consulens,aliam notam tribuit,attendendum esse,cum ægri fa
cile tolerant.ut hac freti,recte fieri euacuationem intelligamus . atq; in atræ quidem bilis exu-
perantia,spectare colorem par est: qñ in hac quoque totius corporis color in nigriorem muta-
tur. immo uero affectus omnes , qui ab eius excessu oriuntur , humoris copiam perspicue indi-
cant,ut elephas,ut cancer , ut quartana febris,ut lien magnus , & uarices nigrescentes : & quæ
melancholia noîatur,& omnis insania immanis,temeraria,& fera. Iam uero ēt,qui humores in H
muliebri corpore abundent,menstruorum indicat color:atque eorum notas Hippocrates litte
rarum monimentis consignauit.nunc uero,ut de flaua bili dictum est nobis , ita de pituita dici
posse existimabis:ut œdematosi tumores,pustulæq;,& totius corporis color humoris formę re
spondeant:quem ēt sequantur quotidianæ febres , mentis pigritia , & torpor , propensiones in
somnum,capitis grauitates,& acidi quidam ructus:si quando talia in uentre redundarint.at de
sanguine quorsum attinet dicere?is.n.non est unum quid accurate,sed ex contrarijs, differenti
busq; constat partibus:estq; in eo velut liquor sanguinis,ac uelut limus quidam, & fæx : immo
uero ēt ueluti fila inesse sanguini,clare licet intueri:quibus sublatis,sanguis non concrescit . ac
sanguis a filis secretus,& colore,& essentia differt , ut quidam accurate ruber , quidam flauior,
quidam nigrior uideatur. qñque etiam quidam candor in eo efflorescit : quandoque totus esse
liuidus conspicitur:ac sæpe prope ad nigrorem accedit.quæ cum ita sint , planum est , in eo re-
dundare sæpenumero crassum, nigrumque humorem : propter quem totius corporis color ni-
grior appareat,cicatricesque nigrescant, & uenæ in cruribus cōtracto liuido colore in uarices
conuer-

A conuertantur. quandoque uero superat flauus humor: quem & uomitus, & deiectiones, & alia significant. interdum uero ruber, aut albus: ut ex totius corporis colore, capillisque, & uomitibus, & alui excrementis deprehenditur. Sed quod omiserunt ij, qui uerbotenus medici uocantur, est à nobis hoc loco distinguendum: quemadmodum inquam in corporis partibus, quæ sub aspectum cadunt, modo in omnibus eadem apparet temperatura, quod ad colorem pertinet, ut " in morbo arquato, & elephantiasi, & aqua inter cutem, & malo habitu, & ijs colorum uitiis, quę " ab iecinore, lieneque orta sunt: modo unius solum partis, in qua uel biliosus, uel pituitosus, uel melancholicus humor inhæserit, temperatura permutatur, ita etiam in cerebro accidat: ut interdum omnis, qui uenis continetur, sanguis melancholicus fiat, & communi noxa, cerebrum quoque offendatur: interdum uero, ut sanguis, qui in toto hominis corpore sit, illæsus maneat, & ille solus, qui in cerebro est, alteretur: idq; dupliciter: ut uel aliunde in ipsum confluat, uel in ipso melancholicus humor sit genitus: qui quidem gigni solet, cum magna interni caloris copia flauam bilim, aut crassiorem, nigrioremq; sanguinem assauit. id quod dignosces hoc modo. In primis corporis habitum, qualis sit, intuebere; ac memento molles, candidos, pinguesq; melancholicum humorem minime continere: graciles, nigriores, hirsutos, quique latas uenas habent, eos esse ad huiusmodi humorem gignendum aptissimos. usu etiam interdū uenit, ut præ-
B rubro colore homines in melancholicam temperaturam affatim cadant: itemq; flaui: præsertim uero, si in uigiliis, ac laboribus prius uitam duxerint. Illud etiam spectādum est, sint ne ulla ora uenarum cohibita, aut ulla alia consueta sanguinis euacuatio, aut in mulieribus menstrua retēta purgatio: & quibus homo alimentis usus sit. quæ res nobis est in primo De facultatibus alimentorum definita, atq; distincta. itaq; si in hoc uitæ genere uersatus homo est prius, quàm in morbū incideret, tibi erit integrum etiam ex hoc maiorem quampiā sumere coniectura. si uero boni succi alimentis usum illū compereris, habeto rationem exercitationū, tristitiæ, uigiliarum, curarumq;. ad hæc accedat oportet anni tempus, præteritaq; & præsens cōstitutio, itemq; regio, & ægrotantis ætas; de quibus paulopost uerba à nobis fient. nunc autem satis ad rem indicandam erit exemplum, quod subiungā. ponamus igitur, uacare febri hominem, uenasq; maiorem in tumorē elatas esse, corpusq; uniuersum esse rubicundius. spectandum erit, num ulla causa ex ijs, quæ calefaciendi uim habent, ad corpus accesserit. si ulla adfuisse uideatur, præstiterit reiicere in aliud tēpus eam dignotionem, donec motus ex illa excitus in toto corpore cōquieuerit: ut fit in omnium externarum motionum cessatione constitutum. ac si eo tēpore homo talis uideatur, scito sanguinem redundare. hinc autē alia perpendenda sunt: atq; in primis,
C q̄ maximā uim habent: tum deinceps reliqua: cuiusmodi sunt grauitas, tērtio, & segnities ad motus: deindeq; ad pulsus, uigilias, somnos, appetentias, cibi fastidia, ac cetera huius generis pertinent. post hæc uero, utrum suppressa sit ulla consueta excretio, num omissa exercitatio, nū plura, & ualentis materiæ alimenta continenter ingesta sint: num a cibo insuetis balneis usus sit: ut interim nō negligas, quæ ad anni tempus, regionē, & alia, uti diximus, referūtur. Quidam tamē sunt, qui putent, colorem non modo qualitatem, sed etiam essentiæ quantitatē indicare: sed falluntur: cum in nulla re, q̄ per essentiam augeatur, pristinus color mutetur. ita. n. & nix cādidior, & pix nigrior, & aurū magis flauum redderetur. ex quo plane patet, incrementū essentiæ aliud esse, q̄ alterationem: incrementum. n. ad quantitatē: alteratio ad qualitatem pertinet. color uero qualitatis essentiæ, non quantitatis est indicium. tanta igitur, ac talis est colorum prærogatiua, de quibus est à nobis conscripta tractatio, ac demonstratum, ipsorum notitiā magno nobis esse & ad curationē, & ad dignotionem morborū adiumento: præsertim uero ad hoc ualere eos colores, qui in facie, in oculis, in lingua, atq; urinis conspiciuntur. quanquam decipi quosdā uidemus, qui, cum in oculos intuentur, firmum se nactos esse totius corporis temperaturæ argumen-
D tum ex oculorum colore arbitrantur, cum tamen inde solum oculorum cognoscere temperaturam eis concedatur. immo uero etiam in iecoris uitiis, linguæ & totius corporis color uitiatur. ac si inflammatione tentetur mēbrana costas succingens, sputum colore inficitur: atq; ita, ut si biliosior sanguis sit, flauū, aut pallidum sputum fit: si pituitosior, spumeum, & albū: si magis melancholicus, nigrum, aut liuidum: si nihil horum subsit, rubrum: interdum uerò etiam tenuia, salsaq;, & colore sincero infecta sputa fiunt. ut ipse quodam in loco memorauit: neq; tū inde facere de temperatura totius corporis coniecturam debemus. Age uerò quid de urinarum colore dicemus? nisi. n. unū ego de urinis librum conscripsissem, certè multa de eis mihi essent hoc loco afferenda necessario. uerum nihil opus est eadē huc transferre, & longiorem orationem instituere. tantum addam, quod ad præsagiendi rationem ualeat. cum igitur quartus dies, ut ipse nos docuit, index sit, & qualis septimus sit futurus nunciet, oē, quodcunq; in eo primo notabile cōcoctionis signū apparuerit, futurā septimo die crisim significat. ac tunc non modo rubra quædā nubes apparet, quæ uisa prius non esset, sed etiā multo magis sublimamentum album, æquale, & cōsistens. si uero uelox admodū sit morbi motus, tunc coloris, consistētiæq; mutatio satis potest futuram crisim indicare. itaq; si urina tenuis fiat modice crassa, sique alba fiat pallida, huiusmodi morbo iā crisin prænunciabit. sed alia quoq; sunt, quæ non secus, quàm urinę, futuras cri-

ses

ſes ſignificant, ut alui excrementa, ſputa, & quæ in criticis ſuperuenire diebus ſolent: de quibus nos in commentariis De criſi, deq; criticis diebus diſſeruimus. Hippocrates uero in aphoriſmis quodam in loco rubræ nubis ſolum mentionem fecit: utpote quæ raro contingat: quod fere nu beculæ albæ appareant: eſtq; id euidentius concoctionis indicium. nos autem docuimus, ex Hippocratis ſententia, rubrum colorem ſalutarem eſſe illum quidem, ſed tamen diuturniorem fore morbum indicare: ut eſt in libro præſagiorum ſcriptum his fere uerbis: Si urina ſubrubra ,, ſit, ſubſidentiaq; ſubrubra, leniaq;, erit hæc multo, quàm prior, diuturnior: admodum tamen ſa- ,, lubris. quo in loco addidit admodum, ut firmum ſalutis ſignum inde exiſtere declararet. Nunc autem his omiſſis, occaſio nos monet, ut de humoribus diſſeramus. Hoc igitur prius intelligendum eſt, humorem, & ſuccũ non idem eſſe. humor.n. eſt humiditas quædã, quæ in corpore animantis continetur: ſuccus humiditas eſt, quæ in ijs fructibus, quibus ueſcimur, aut quos exprimimus, inuenitur. quod cũ ita ſit, de humoribus dicendũ eſt: conſtare nimirum inter ſapientes homines, omnia corpora ex quatuor quibuſdã generibus, quæ proportione humoribus reſpondent, quæq; elementa oẽs uocant, eſſe conſtituta: eaq; fuit Hippocratis, Platoniſq; ſententia. cõſtant.n. è terra, igne, aqua, & aere. elementũ porrò uocant minimam illius rei, cuius elementum ſit, partẽ. hiſce autem elementis proportione reſpondent, ut dixi, quatuor humores, qui ſunt F in nobis: hoc eſt ſanguis, pituita, bilis utraq;, tum flaua, tũ atra. cum aũt hi humores inter ſe apta menſura ſunt ſecundum naturam temperati: tunc rectè ualemus: cum uerò, aut deeſt quidpiã, aut redundat, aut in alienum locum cõmigrat, ægrotamus. nunc uerò ſcire, quid cauſæ ſit, cur aqua humectet, ignis adurat, aut aqua fluat, & ignis in ſublime feratur, firmiſſimaq;, & grauiſſima oĩum elementorum ſit terra, nihil ad morbos curandos facit. ſatis.n. eſt ei, qui tueri ualetudinẽ uelit, ac morbos profligare, ſi ſciat, ex apta caloris, frigoris, ſiccitatis, & humiditatis tempe rie bonã ualetudinẽ exiſtere: ex horũ intemperie, morbos oriri: atq; & ſi intelligat, ex quatuor elementis ſtirpes gigni, earumq; fructus, & ſemina procreari: hæcq; omnia eſſe pecudum, ſuũ, caprarum, boum, & ceterarum animantium alimenta, quæ aut herbas, aut arborum baccas, aut ramos, aut radices depaſcuntur: hominibus uerò & hæc ipſa animalia nutrimento eſſe: & ex eis gigni in humanis corporibus ſanguinem, pituitam, & geminas biles: ac ſanguinem quidẽ plurimum, ideoq; ipſum ſolum in uenis apparere: alia uerò pauciora procreari. ceterum hic ſanguis eſt ortus noſtri ueluti materia: conſtatq; e quatuor humoribus, ſed hoc nomẽ a dominio duxit. nolim autem quenquam cogitare, corpora ex quatuor elementis abſolute eſſe conflata: quandoquidem illa, ut poteſtate ſint in corporibus, actu tamen nullo modo inſunt: ſed quæ ex ipſis, G intercedentibus alimentis, gignuntur: ut ſanguis, pituita, & flaua, atraq; bilis: ut flaua bilis igni, atra, terræ; pituita aquæ proportione reſpondeat: ob eamq; cauſam calida, ſiccaq; poteſtate ſit flaua bilis, ſicut ignis: frigida, & ſicca, atra, ſicut terra: pituita uerò frigida, & humida, ut aqua: aereum uero elementum in ſolis corporibus animantium cernitur, iuxta ſuam naturam: ut in reſpirationibus, & pulſibus licet intueri. atq; ex his ipſis prima conſtant corpora, ut medulla, & caro, & nerui, & oſſa, & alia quãplurima. Hippocrates ãt in libro De natura hoĩs, quatuor in nobis eſſe elemẽta cõprobauit: quorũ excedẽs modũ copia atq; uis, & immutata qualitas morbis cauſam affert. tũ oſtendit, pituitã hieme: ſanguinẽ uere: flauã bilim æſtate; atrã autũno redundare. ad hæc uero addidit, quæ ad temporum anni differentiã pertinent: & in horum tractatio ne de ætatibus quoque, & regionibus poteſtate quadam egit. eandem.n. rationem in ætatibus puer, quam in anni temporibus uer habet: eandem iuuenis, quam æſtas: eandem ſenex, quam autumnus: eãdem poſtremo decrepitus, quã hiems. ſimilis eſt ratio regionum: temperata enim ueri; calida æſtati: quæ in calore & frigore inæqualis eſt, in frigore tamẽ & ſiccitate exuperat, autumno: humida & frigida hiemi reſpondet. Scire autem conuenit, omnia quidẽ genera morborum in omnibus temporibus naſci: idq; iam definiuit Hippocrates: potius tamen quoſdam mor H bos in quibuſdam temporibus exoriri: de quibus paulo poſt, ut etiam de ætatibus diſſeremus. Nunc aũt ſubit mihi illorum admirari ſtultitiam, qui de humano corpore loquentes, ut quomodo conflatum ſit, & ab initio conformatũ, declarent: quædam in eo ineſſe aiunt forte quadam artis, ac rationis experte, & non ſapientis opificis prouidentia, conformata: cum tamen faber, ſi lecticam fecerit, dextroſq; pedes ſiniſtris æquales fabricatus ſit, artifex: ſi uero pedes uel longitudine, uel craſſitudine, uel figura diuerſi ſint, imperitus, & nõ artifex appelletur. illi tamen hoc in humano corpore non animaduertunt: in cuius fabricatione omnes tum philoſophi, tum medici ſapientiſſimi naturæ artem ſunt admirati: ſiquidem non eſt hoc, ut quiſpiam fortaſſe parum accurate intuens exiſtimabit, ex decem, aut duodecim, aut uiginti particulis conſtitutum: ſed ex pluribus oſſibus & muſculis quàm ducentis: deinde in oſſa ſingula uaſculum ipſa alens peruenit: in muſculos uero nõ modo pertinet id uaſculum, cui uenę nomẽ eſt, ſed etiam arteria, atq; neruus: omniaq; quæ in dextra parte ſunt, in altera etiam ut muſculi, ut uenæ, ut arteriæ, ut nerui, ut oſſa inter ſe prorſus æqualia perſpiciuntur. quę ſanè diſpoſitio non modo iuſtitiam in corporis noſtri fabricatione, ſed etiam ſummam poteſtatem & prouidentiam conditoris noſtri aperte demonſtrat. ad hæc uero ſpecta oſſium, muſculorum, & aliarum particularum magnitu-

dinem,

A dinem,ſitum,compoſitionem,numerum,figuram, totam denique cõformationem:quæ cuncta
ubiq; ſeruari cõſtat . atq; hanc quidẽ diſtributionem in oĩbus corporis partibus , quæ organicæ
nominantur,cõperies.nã dextræ,ſiniſtræq; habent æqualẽ numerum,magnitudinẽ, craſſitudi-
nẽ,ac naturam,quæ nullo modo uarietur.ut igitur de humanis affectibus iudicia facimus,ſic fa
cere de diuinis par eſt, & effectorẽ noſtri corporis admirari . Sed aliud eſt,quod maiore admi-
ratione me afficere conſueuit: ſimr nõnulli,qui in nobis quoſdã eſſe humores illi quidẽ conce-
dunt,ſed tñ non eſſe quatuor eis placet:& cibos in ſanguinẽ uerſos,ad aſpectus, guſtatus, & ta-
ctus iudiciũ permutari:id aũt re uera eſſe non concedunt : ſed hæc oĩa eſſe noſtrorum ſenſuum
fallacias arbitrantur . alij uerò in ipſa natura eſſe qualitates fatentur,ſed eiuſmodi, ut neq; mu-
tari,neq; alterari queant:alterationes aũt,q̃ in eis apparent,eas ex ſecretione, concretioneq́ue
exiſtere contendunt.Hippocrates primus oĩum,& medicorum,& philoſophorum,quorum no
men ad nos puenit,aggreſſus eſt demõſtrare,quattuor eſſe elementa, & quattuor itẽ humores;
& quattuor eſſe oẽs qualitates,q̃ inter ſe mutuo agerẽt:a quibus, quæ ortũ, interitumq́; nanci-
ſcuntur,oĩa fiunt,& corrumpuntur . ac de his noſtrum habes cõmentarium,cuius index eſt,De
elementis ex Hippocratis ſententia:& itẽ commentarios,quos in librum ipſius De natura hoĩs
B edidimus;in quibus & Anaxagoræ, & aliorum multorũ falſam fuiſſe ſententiam demonſtraui-
mus.iam uero idẽ Hippocrates princeps omnium eorum,quorum nomen fama ad nos pertule-
rit,totas ꝑ totas mutuo miſceri qualitates cognouit: & principia demonſtrationum,quibus po
ſtea Ariſtoteles uſus eſt , apud ipſum prius moniincutis mandata literarum comperimus . Zeno
autem Citieus , ut qualitates,ita etiam ſubſtantias totas per totas miſceri exiſtimauit . Sed non
eſt hoc loco de eiuſmodi opinione diſputandum.quoniam aũt animantium,quæ ſanguine præ-
dita ſunt,particulæ ex ſanguine matris factæ ſunt,iſq; ſanguis eſt pituitæ, & bilis utriuſq, parti-
ceps,inde factum eſt,ut quidam noſtrum ortum ex ſolo ſanguine, alij uero ex quatuor elemen-
tis cõſtare uoluerint. quamuis enim utriuſq; ſectæ ſit probabilis ratio,eſt tamen uerior ſentẽtia,
qua,quattuor elementa eſſe naturæ humanæ materiam,affirmatur. Hippocrates autem aduer-
ſus eos,qui hoĩem eſſe ſolum ſanguinem, aut unũ aliud quod uis dicerent , hoc ſatis eſſe exiſti-
mauit,ut ab eis peteret,oſtenderent hoĩem,qui formã non mutaret,nec uarius redderetur:tum
uero aliquod anni tempus,aut ætatem hoĩs proferrent,in qua ſolum, & unũ eſſe ſanguinem ap
pareat, ut uero probarẽt duas biles eſſe cum ſanguine cõiunctas perpetuo, itemq; pituitam : q̃
ſecundum naturã in ætatibus,anniq́; temporibus apparent,memorauit. proinde noſtra corpo-
C ra ex quattuor gigni humoribus, itemq́; augeri, & ali ſcriptũ reliquit : quippe, qui intelligeret,
magnam corporum noſtrorũ uarietatẽ,ſi eſſet unus humor,ceu unum elementũ, fieri nullo mo
do potuiſſe.itaq; ait,eos,qui unũ eſſe elementum,aut humorem ſtatuunt,euertere principia me
dicinæ . medicus.n.naturæ miniſter eſt . naturæ aũt contemplatio in ijs potiſſimum corporibus
uerſatur,quæ oriuntur,& occidunt,quæq;,ut uno uerbo complectar, mutationi ſunt obnoxia:
ſed ſi id quod eſt,unum ſit, hæc ſublata erunt oĩa : & cum eis medicina tolletur. præterea uerò
multæ,ac multiplices ſunt medendi rationes: quæ ſanè euertuntur ab ijs, qui omnia eſſe unum
ponunt:propterea quòd noſtra corpora uel nihil omnino patientur:aut ſi patiantur,uno ſolum
modo patientur:atque ita una erit modo curatio,ut etiam cenſuit Hippocrates . quod ſi ita eſt,
omnis nimirum medicina ſublata eſt . enimuero,ſi quid aliud , hoc etiam medicis concedendũ
eſt,multas eſſe morborum ſpecies,ac multas itidem remediorum.quod qui nõ concedit, is me
dicinæ principia tollit.Hippocrates aũt in libro De natura hoĩs à qualitatibus nominare elemẽ
ta conſueuit:ac calidum uocat neq; ſolam qualitatem,neq; quod ab eius exuperantia homony
me dicitur:ſed corpus,quod ſummæ caliditatis particeps eſt : frigidum uero id, in quo ſumma
frigiditas:ſiccum,in quo ſiccitas. quibus quidem fit rebus, ut nemo ſanæ mentis dubitare poſ-
D ſit,quin omnia animantia ex aere,igni,aqua,& terra ortum ducant : neq; in controuerſiam re-
uocare,hæc eſſe omnium animantium cibos,ſicut neq; hoc,humores,qui noſtris in corporibus
ſecundum naturã apparent,ex eis eſſe genitos . immo uerò ẽt ex iis humoribus ſingulæ partes,
quæ ex ſimilibus inter ſe particulis conſtant , ſunt generatæ ; hiſq́; primum inter ſe coniunctis,
primum,ſimpliciſſimumq́; efficitur inſtrumẽtum,quod unius actionis cauſa natura molita eſt .
his rurſus inter ſe compactis,alterum maius inſtrumentum efficitur. illis item inter ſe connexis
uniuerſi corporis exiſtit ſabricatio. ſed nunc propria, & proxima noſtri corporis elementa eſſe
quattuor humores,affirmamus: oĩum uero communia,humidum,ſiccum, calidũ, & frigidum:
ut ducto a qualitatibus nomine,elementa,ex Hippocratis ſententia,nominemus.atq; hæ quidẽ
ſolæ quattuor qualitates ſubiectam ſubſtantiã immutantes,in cauſa ſunt,cur inter ſe elementa
commutentur:eædemque plantas,& animalia efficiunt.elementa porrò inter ſe mutari, ut hu-
mores procreentur,multi eorum,qui phyſici uocati ſunt,euidentia nimirum ducti,ac perſuaſi,
conceſſerunt.ac Thales, quamuis ex aqua uelit conſtare omnia, tamen hoc etiã ipſum conceſ-
ſit.præſtiterit fortaſſe eius uerba ſubiungere,quæ in ſecundo De principijs,ita fere ſcripta ſunt:
“ Hęc autem,inquit,peruulgata quattuor,quorum lõge principem eſſe aquam ſtatuimus,& fere
“ ſolum eſſe elementum affirmamus, ad concretionem,compactionem, & conſtitutionem eorũ,

quæ hac mundi ſede continentur, inter ſe commiſcentur : quomodo autem id fiat, eſt a nobis E
ſuperiore libro declaratum.hoc loco plane patet,Thaleti placere,elementa inter ſe commutari.
Hippocrates uero ex eo, quòd probatum eſſet prius, omnẽ ſubſtantiam alterari, uidit refutatã
illam eſſe ſententiam,qua ſtatuebatur,corporũ alterationem,quæ apparet,concretionẽ,diſcre-
tionemq́; eſſe:ut Epicuro,ac Democrito placuit:& hanc, nõ eſſe expertia mutationis quatuor
elementa,ut Empedocles exiſtimauit. itaq; recte cenſuit, naturam omnium ex calido,frigido,
humido,ſiccoq; conſtare:& quatuor humores in nobis ſemper reperiri. cum enim hæc mutuo
ac uiciſſim agant, certe actio non ex diſcretione & concretione exiſtit, ex eo, quòd ſubſtantia
per ſe tota patiatur, atque alteretur.ex his autem humores generãtur. qua de re cum male ſint
locuti plerique ueteres, tum uero peius etiam Eraſiſtratus, qui cum in ceteris rebus fuerit præ
ſtãtiſſimus:de hac re nihil habuit, quod uel mediocriter probabile eſſet, quod afferret. prorſus
autẽ eſſe inutile putat,ſcire,quomodo cibi in uentriculo concoquãtur, & quomodo ex conco-
ctione humores gignãtur, & quomodo bilis in uenis exiſtat:ac ſolius euacuationis habendam
eſſe rationem, humorum uero ortum eſſe negligendum exiſtimat. id quod ipſe in tertio de fe-
bribus perſpicue ſcriptum reliquit.ſed fallitur,ut iam Plato,atq; Ariſtoteles demonſtrarãt.uerũ
nos,ut iam ſæpe diximus, non hoc nobis propoſuimus, ut quæ ueteres recte ſcripta reliquerũt
ea nunc pertractemus, ut qui illos, nec ſententia, nec dicẽdi ratione ſuperare ualeamus.uiri.n.
illi demonſtrarunt, cum alimentum in uenis a natiuo calore alteratur, ſanguinis originem ex F
mediocri calore exiſtere: aliorum humorum, ex eodem immodico.nam & edulia, quorum eſt
natura calidior,bilioſiora ſunt:quorum uero frigidior eſt, pituitoſiora.eadem ætatum eſt ratio.
magis enim bilioſæ,calidiores natura cenſentur:pituitoſiores uero,frigidiores.idem in uitę in-
ſtitutis,itemq́; regionibus,anni tẽporibus,ac multo magis in ipſis naturis cernitur. morbi quo-
que frigidi a pituita originẽ trahunt:calidi a flaua bili.ad ſummã nihil uſquam inuenies,qđ hãc
non cõfirmet ſententiã.Verum exiſtimato hæc a me,res demonſtrandi cauſa potius dicta eſſe,q̃
ut inſcitiã, & ſtupiditatem eorũ indicem, qui aliter ſentiunt:nec ea quidem norunt, de quibus
inter oẽs cõuenit,quæq; quotidie uſu uenire ꝑſpicimus.demonſtrationes.n.harum rerũ,a ſciẽ-
tia profectæ,ex iis ſunt petẽdæ principiis,q̃ alibi ſunt a nobis ꝑtractata,ut eſſe corporibus attri
butũ,ut inter ſe agãt,& patiãtur, id ex calido,frigido,ſicco,& humido exiſtere: & ex horũ me-
diocritate,& immoderatione ſanitatẽ,morbumq́; conſtare,& morborũ remedia à cõtrarijs du
ci. mihi tñ & ſophiſtæ,& medici cõplures,atq; hi quidem egregij, inter quos Eraſiſtratus cẽſe-
tur,id vñr ignorare:morbum tñ appellandum eſſe,cum in corpore quædã affectio eſt, quæ non
ex accidenti,ſed primo, & per ſe actionẽ lædit. quis igitur,aut cognoſcere, aut ſanare morbos
poterit,cũ protſus eos,qui,quanti,qualeſq́; ſint,ignoret?hæc tñ neq; Hippocrates, neq; Praxa- G
goras,neq; Philotimus,neq; Ariſtoteles ignorarunt. an igitur Eraſiſtratus cũ nullos alios libros
Hippocratis euoluit,tũ uero eum,qui De natura hoĩs inſcriptus eſt, nõ uidit, ut tãta negligẽtia
humorum tractationẽ ſilentio præteriret? an hoc nouit ille quidẽ,ſed data opera pulcherrimã
artis contemplationẽ ꝑtermiſit?& tñ hæc oĩa,quæ ad morbos cognoſcendos,atq; curandos ma
ximum uſum afferunt,uir egregius Eraſiſtratus ꝑteriit: ac ueteres non eſſe flocci faciendos ſibi
perſuaſit. quanquam ꝑſtiterit, & humotum oĩum ortum noſſe, & ſcire unum inſtrumentũ ad
purgandos humores accommodatũ,eſſe a natura conſtructum, ut ſanguis tum a liene, tũ ab ea
ueſica,q̃ iecori adhæret,expurgatur. cum uero, q fit admodũ craſſus, terreuſq́; & eã mutatio-
nẽ,q̃ in iecore fit,prorſus fugerit,lien in ſe trahit. quo uero pituita expurgaretur,nullum inſtru
mentũ eſt molita natura. ea.n.frigida,humidaq́; eſt,ac ueluti ſemicoctũ alimentũ:proinde non
euacuandum:ſed in corpore manens alterari dẽt. duplex aũt eſt genus alterationis,ut q̃ ſpeciei
procreatrix eſt,q̃ primo,& proprie nominatur alteratio: & itẽ q̃ contundere,& contrahere cor
poris noſtri particulas dr̃. primo genere cõtinetur alimentorũ alteratio; propterea, quòd nihil
de ſpecie in aliã uerti ſpeciẽ põt,niſi calfiat,refrigeretur,ſiceſcat,& humectetur. eſt aũt demõ-
ſtratum,oẽs affectus corporis nõ aliũde,q̃ ex calido,& frigido,&ſicco,& humido alterationes, H
& mutationes in aliud ſubſtantiæ genus accipere. atq; hac ratione ducti primas qualitates ſpe-
ciei procreatrices,& q̃ ueluti elementa ſint,eſſe quatuor in libro De elemẽtis,deq́; facultatibus
naturalibus,ut humiditatẽ,ut ſiccitatẽ,ut caliditatẽ,& frigiditatẽ affirmauimus. ac mihi quidẽ
plurimi eorum,q in ijs perquirendis ſunt verſati,vñr errauiſſe,quod eam,q̃ excelleret, abſolute
cõſiderarunt: cum tñ per magni referat, an ad naturam uniuerſam aĩum adiungamus, an hoĩs
ſolius habeamus rationẽ,ut quid de calido,frigido,humido, ſiccoq́; diſtinguamus. nam ſi uni-
uerſam naturã reſpicias,unumquodq; horum dupliciter dicetur, abſolute,& per exuperãtiam:
ut unumquodq; elementũ,abſolute,homo uero, aſinus,& bos ꝑ exuperantiã intelligatur. nos
uero nõ abſolute ꝑueſtigamus,ſit ne plus humidi, q̃ ſicci in mari, qñ id euidenter perſpicimus,
ſed utrum ita ſit ad hoĩs comparationem. contra tñ quamplurimi medici faciunt, atque adeo
ſtulti ſunt,ut ne id quidem cõcedant,de quo inter omnes conſtat, hoc eſſe commune omnium
animantis partium,quæ ad humores aliquos gignẽdos,aut ad uſum aliarum partiũ,aut ad pro-
pagationem generis,aut ad fœtum alendũ utiles,uim habent,ut ille humor ſit quædã ueluti re-

dundantia

A dundantia alimenti partis illius, a qua ipse generatur. neq;.n.particula ideo humorē gignit, qa norit quam ad rem is humor usui futurus sit animanti; alioqui tali esset mēte, atq; intelligentia pdita, qualem in iis arbitramur inesse oportere, qui remp. gerunt. sed eam mentem, atq; intelligentiā hēt animantium opifex: ipsa uero particula, ut demonstrauimus, cū aliis naturalibus potentiis, tum uero alteratrice, qua sibi alimentū assimilat, regitur, & gubernatur. Quærat autem quispiā hoc loco, quid causæ sit, cur sanguis, cum in uasis seminis diutius moratur, exalbescat. Sed si quis eorū, quæ in libris De facultatibus naturalibus sunt a nobis demonstrata meminerit, eū facile hoc esse inuenturū arbitror. illic.n. ostendimus, oēm particulam alimentum sibi simile reddere. itaq; cum uasorum tunicæ candidæ sint, sanguinem in formam sibi ipsis similem cōmutant. quæret aūt fortasse aliquis, cur in nullo alio uase id fieri pspiciatur. est in promptu responsio: nō ita diu in uase sanguinem commorari. nā si tam diu moraretur, ac non diflueret, citoq; euacuaretur, profecto ēt in aliis animantis partibus eiusmodi reperire humorem liceret. quanquā in unoquoq; uase natiua humiditas, a qua tunicæ uasorū nutriuntur, huiusmodi esse uidcatur. quocirca in flexibus uasorum sanguis ipse ueluti stagnās, in causa est, ut spermaticus humor cumuletur. Nunc uero animi quoq; actiones ab humoribus, & omnino a corporis tem

B peratura immutari, inter optimos medicos, præstantissimosq; philosophos cōuenit. ac nos uno commentario id probauimus: in quo uires animi esse corporis tēperaturæ consequentes demōstrauimus. atq; inde fit, ut ex humorum redundantia plurimæ in hoībus intemperies oriantur. quarum octo obsidere singulas partes solent, eæq; aut ex nudis, solisq; qualitatibus, aut ēt cum humore aliquo fieri solent. proinde intemperiē, quā siccitas excitauit, humectare oportet: quā humiditas, exiccare: quam calor, refrigerare: quam frigus deniq;, calefacere. eadē est ratio compositarū: ut uel calfacias, & exicces, uel humectes, & calfacias, uel refrigeres, & humectes, uel sicces, & refrigeres. Iā uerò nō est parua cura nutritioni adhibēda, qñ ex ea humores gignūtur, & eadem uirtutem, ac uitium in nobis parere existimatur. id ipsum aūt Plato quoq; uidetur in
" Timæo scriptū reliquisse ad hunc fere modū: Danda inquit, opera est, ut pro uirili parte, nutritio
" ne, institutis, ac disciplinis uitiū fugiamus, & uirtutē adipiscamur. ut.n. instituta, disciplinæq; ui-
" tia tollunt, uirtutēq; pariunt, ita ēt facit nutritio. appellat aūt instituta, q̄ in gymnasticis, musicis, geometricis, arithmeticisq; uersantur. nutritionē uero nullā aliam licet intelligere, pter eā, q̄ ex cibis, sorbitionibus, ac potionibus cōstat: inter quas ēt uinum est, de quo in secundo De legibus libro multa Plato memorauit: & nos disseruimus in eo cōmentario, quem in Timæū edi-

C dimus, & separatim quoq; in cōmentariis, qui sunt de facultatibus alimentorū, & in libello, quē De bonitate, uitioq; succorum inscripsimus. qm̄ igitur bona, & mala nutritio magno est animi functionibus incōmodo, uel usui, & easdē integras, incolumesq; conseruat, & bonos, ac pstantes humores gignit: par est, eā non esse negligendam. præcipue aūt conandum est, ne humores superuacanei sint in corpore, neq; acres, neq; acidi, neq; salsi, neq; mordaces, neq; crassi: neque crassi simul, ac crudi, neq; fluentes, neq; glutinosi, neq; † plethorici: neque ēt crudi, & impacti: siquidem hæc oīa morborum oīa genera afferre solent. atque in primis quidē redundantia podagram, & multa genera morborum, quæ ad articulos pertinent, itemq; capitis, & cordis dolorem, & alia multa inuehere mala cōsueuit: immo uero et uenas rumpit, ac totidem, & item plura his, afferunt alia. & in podagra id ipsum euidenter pspicimus, morbū oriri, cū superuacaneus aliquis humor ad pedes cōfluit. qui nisi illuc confluerct, ne morbus quidem is unquam hoīem corriperet. non cōfluet aūt, si homo excrementis perpetuo uacet: si modicis utatur exercitationibus, si alimentum probe concoquat: unde desidia, & crapula cū lædunt. lædit ēt potentis, ac copiosi uini potus: siquidem huiusmodi uina neruosum genus prompte replent. capitis aūt dolores non modo, ut dixi, excitātur, quia magna humorū uis caput occuparit: sed ēt ex solo calore: interdū uero ex flaua bili, q̄ uel in capite, uel in uentriculo continetur: & propter obstructio

† Forte legendum est, οὐ τε ταλκῶς: i. neque plenitudine.

D nē loci alicuius, aut ob flatuosum spiritum, qui in ipsa particula gignatur: aut aliis multis de causis, quas memorare non est huius loci, ac tēporis. Ceterum, cum magna humorū copia in uenis coacervata est, & cū ipsa tenue quoddā serum in uentriculum confluit, tunc cordis dolor excitari solet, isque os stomachi occupat, quod fere oīum partium maxime sentiendi facultate præditū est. usu ēt interdum uenit, ut uenæ, q̄ in renes inseruntur, quarum oscula aperiuntur, pp humorum, qui in ipsis cōtinentur, crassitudinem, & copiam rumpantur: ac ruptionē sinceri sanguinis euacuatio cōsequatur: cū uero oscula aperiuntur, sanguis non confertim effundatur, præsertim si copiosus non sit: sed paulatim tenuior percoletur, & totam urinam sanguine tinctam reddat. cumq; copia, & crassitudo humorum hæc faciat, sic ēt immutare pulsus potest. id quod tenacitas, & acrimonia nō secus facit. atq; acrimoniā quidem, ubi alere opus sit, caucbis: siquidem ea ad excretionem stimulat. cōtra uero facit tenacitas, quod in causa est, ut q̄dam celerius, quædā serius ad deiectionem properent. quinetiam acer, & tenuis humor causa interdum est, ut superficies in læuitate intestinorum ulceretur, ac tū maxime, cum ea, q̄ ingesseris, mox deijciuntur talia, qualia deuoraris. quandoque ēt cornea ulcerat acrimonia, ut in oculorum doloribus accidit. iam uero radit ēt in difficultatibus intestinorū ipsa intestina, idque primum facit.

sed

ſed & immodicus calor,& morſus uitandi ſunt:quando ex eis deliriũ,uigiliæ, pulmonis inflam E
matio,& alia pleraque genera morborum conſequuntur.ita etiam conuulſiones,ac palpitatio-
nes,& urina, quæ iumentorum lotio ſimilis ſit, crudi & craſſi humoris ſunt ſpecies : ac peſſimi
cenſentur morbi,in quibus ambo humores antedicti redundãt: ac ſemitertianam febrim ſolẽt
afferre.Et uero ẽt tubercula,& puſtulæ excitãtur, cũ natura partes corporis intimas expurgat,
ut nonnunq̃ per excretionẽ,ſic ẽt per depoſitionẽ ad cutim.ſubtiliores.n.dilutioreſque humo-
res extenuans,per halitũ digerit: ex craſſioribus aũt cuti , ac magis ẽt pelliculæ, quæ dẽſior eſt,
in hærentibus,puſtulæ oriũtur:idq; illis potius accidit,quorũ denſior ſit cutis,& durior:ſiquidẽ
per eã craſſiores,tenacioresq; humores difficilius pertrãſeunt.ſed & dorſi dolores locũ mutãtes
ex humore defluente fiunt:qui interdum ſolus ſit,magna tamẽ ex parte flatuoſum, craſſumque
ſpiritum coniunctum habeat. eſtq; conſentaneum hunc craſſum humorem , cum uias ſpiritus
in cerebri uentriculis obſtruit, comitialem morbum afferre , neruorum principio ſe ipſum qua-
tiente,ut,quę noxia ſunt,excutiat. meatuum enim obſtructio a craſſo,tenaciq; humore repen
te fit.ſed cruditatem maxime omnium ſugere nos oportet . crudus enim humor proprie nomi-
natur is,qui talis eſt,quale uidetur eſſe id,quod in urinis,puri ſimile,interdũ ſubſidet, ab eo ta- F
mẽ differt,quia pus graueolens eſt,& glutinoſum: crudus uero humor habet quidem craſſitudi
nem,& colorem illi ſimilem:ſed neque graueolens eſt, neque glutinoſus. ac tale quidem eſt id,
quod uentriculo ac uenis nondum concoctum continentur . ſunt porrò crudorum humorum
duo genera : eorum alter tenuis,& aqueus eſt: alter craſſus, & glutinoſus, eſtque is in partibus
corporis impactus. tenuem uero, & aqueum euacuare expedit prius, quàm a colore febris ex-
calfiat,pungatque,ac mordeat: at craſſum,& glutinoſum cõcoquere,& fluidum reddere prius,
quàm medicamento purges . hoc enim ſcitum eſt,corpora,cum purgare quis uelit,fluida eſſe fa
cienda , ut cenſuit Hippocrates . cum igitur homo ſe cibis largius expleuerit , neceſſe eſt crudi
humoris plurimum in corpus animantis rapi : idque multis de cauſis , & quòd deterius in uen-
triculo , uenisque concoquatur id , quod plus eſt : & quòd plus in corporis molem ſubit , quia
plus ſit,& quòd citius,quàm par eſt:propterea, quod uentriculus uenis;uenæ autẽ ceteris om-
nibus animalis partibus permittunt,ut quod nondum confectum eſt,rapiant . hunc autem hu-
morem, qui crudus proprie nominatur , plerique pueri propter crapulam , plurimum coacer-
uant:ex quo facile calculus gignitur:cum is humor ſit ceu materia,ex qua fiat lapis : efficiẽs ue
rò cauſſa,calor cenſeatur.fit etiam ex naribus,& ore in circuitibus ordinatis, & inordinatis hu
morum crudorum excretio, qua cerebrum expurgatur : qui ſane humores a pure,ut diximus, G
differunt.Cum igitur curandi ratio potiſſimum in humoribus uerſetur, certe eos neq; tenaces
eſſe,neq; craſſos,neq;multos neq;nimis calidos,neq; frigidos,neq; mordaces, neq; corruptelæ
obnoxios,neq; ueneni naturam imitantes expediet.etenim cum aucti ſint,morbos gignunt,&
dolores inuehunt.Ac dolores ex humoribus excitari ſex modis planũ eſt, aut ex calore, aut ex
frigore,aut ex craſſitudine,aut ex tenacitate,aut ex mordacitate,aut ex copia deniq;: cum in-
quam ſupra modum aucti ſunt,& euacuationem poſtulant . augentur autem interdum eadem
de cauſſa , a qua geniti ab initio ſunt . quo ſane tempore duplex eſt nobis curationis propoſita
ratio,ut alterentur,& ut euacuentur.qua de re in libris methodi medendi eſt a nobis actum.ne
que enim par eſſe cenſeo,ut omnia,quæ ſunt a me alijs in libris perfecte ſcripta,in hoc libro ite
rẽtur.quin etiam in aphoriſmis oſtendimus,cum corpus plethoricum eſt,uenæ ſectione : cum
malis redundat humoribus,medicamento purgante euacuandum eſſe.addidimus quoq;,haud
difficulter malitiam humorum a plenitudine ſanguinis poſſe diſtingui:ſi modo in libro de pleni
tudine a nobis confecto es ſtudioſe uerſatus.ac ne illud quidem eſt omittendum,cum humores
redundantes mouentur,& omnem in partem corporis feruntur,nec dum in aliqua parte corpo
ris firmati ſunt,tunc ad eos expellendos naturam incitari,& aliquo,qui uelut manum porrigat, H
& motum illum ad uentrem deducat,indigere. at,qui una in parte firmati ſunt,prius quàm con
coquantur, mouere non oportet . tunc enim natura quoque nobis ad euacuationem eſt adiu-
mento.hæc enim poſt concoctionem humores excernere, & quod ſuperflui , reijcere uidetur:
quo ſane tempore iudicationes fiunt.cum igitur natura perfecte euacuat, nihil eſt præterea fa-
ciendum.cum uerò modice,& imbecillius facit, tum,quod deeſt,addere debent ij,qui medici-
nam faciunt.qua in re illud intelligendum eſt,raro contingere,ut ab uno membro ad aliud hu-
mores confluant.Sæpius uerò accidit,ut una in parte,in qua concoquantur,toto morbi tempo
re uſque ad morbi ſolutionem, conquieſcant.quomodo autem membra aliorum membrorum
morbos,qui ex humorum tranſmigratione fiunt,excipiant,in extremo libro accuratius expo-
netur.Nunc uerò non poſſum non admirari eos,qui cum uelint Hippocratem de mutatione hu
morum,quæ ætate progrediente fieri ſolet,hoc loco diſſerere,hanc lectionem, ita, ut dixi , de-
prauarunt.cum enim illi propter breuitatem non poſſent magnitudinem ſententiarum , paucis
uerbis contentarum intelligere,in eam ſunt opinionem diſtracti.etenim quamuis color in ætati
bus ſæpenumero muterur,non tamen id nunc explicare Hippocrates uoluit.nam,& pueri plu-
rimum habent humoris ſanguinei,& quod ad temperaturam ætatis pertinet,eum ſolum habe-

rent

A rent: sed cum multa comedant, eaq; nullo ordine seruato, ideo suboriuntur etiam in eis aliqua ex parte, ut ante diximus, humores, qui crudi nominantur, proinde fit, ut natiuus eorū color nitidus, ruberq; sit, & ueluti floridus, aut etiam ex albo, & rubro cōmixtus; interdum uerò etiam splendidus, quod ipsum a sanguine, spirituq;, & bono colore consequitur. cū uerò ad adolescentiam peruenerunt, quidam eorum meliorem educationem nacti, recta uictus ratione utuntur: ob eamq; caussam sanguis solus in eis exuperat; unde plane constat, colorem exuperanti humori proportione respondere. alij uerò multo peius educantur, quam cum in pueritia adhuc essent; ideoq; hi continenter ægrotant, & uehementius confliĉtantur: cuius rei caussa est cruditas humorum, quæ in ipsis coacervatur. Quæ hanc ætatem excipit, præsertim mala uictus ratione adhibita, amaræ bilis humorem gignit; ut in ea redundet non sanguis solum, sed illa etiam, quæ pallida, flauaq; bilis nominatur. in aliis ad eandem rationem mutationes fiunt; quæ non possunt firmiter definiri: ut in ætate declinante melancholicum humorem subire, aut alio in tempore pituitam, ita, ut color quoq; commutetur. Sed mihi non fit uerisimile, Hippocratem modo de successione ætatum, deq; earum mutatione, & colorum uariatione uerba facere: sed de ijs coloribus, quos quotidie in corporibus ægrotantium intuemur: quosq; spectare medicum oportet: ut ipse in libro de præsagiorum ad hunc modum præcepit. In primis, inquit, ægri faciem spectare conuenit, sit ne ea beneualentium faciei similis. deinde, Totius quoque, inquit, faciei color attendendus, uiridis ne sit, & non niger, & liuidus. tum paulo post, An totius faciei sit immutatus color. ad hæc, sit ne reflexa, an liuida, an pallida palpebra, aut labrum, aut nasus. præterea uerò in sexto de uulgaribus morbis libro, Alij, inquit, ad manum humecti, alij prærubri, alij præpallidi, alij liuidi, & cetera generis eiusdem. Sic de sputo, de urina, de alui deiectionibus, deq; alijs ipse censuit. admonet igitur medicum, uideat, sit ne color sanguineus, an pallidus, an flauus, an albus, an niger: ut plane noscat, quisnam humor redundet in corpore: siquidem color cum humorem, qui insit in corpore, consequi consueuit. Recte autem fecit, cum addidit, ubi reciprocatio non sit: propterea quòd cum humores sunt aliquo affectu perturbati, nō est nobis integrum, de coloribus ab illis excitatis recte, & uere iudicare. ut enim mare cum crescit, cumque decrescit, quod fieri omnino solet in reciprocationibus, & purpurascit, uentisq; agitatum accurate naturam suam non uidetur seruare: sic humores, cum intra corpus se receperint, & non fusi sint, sensu oculorum percipi non possunt. cum uerò nulla reciprocatio est, hoc est, cum in toto corpore sunt æquabiliter fusi, tunc color, qualis sit humor noxius, & redundans, nobis indicat: ut si aliquam euacuationem medicus moliatur, noxium humorem

C educat, ut ipse sexcentis in locis noxium humorem, & non alium prius esse euacuandum præcepit. id autem qua ratione faciendum sit, in libro De natura hominis scriptum est. Quod uerò ait, ἄνθεα, tripliciter exponunt: uel ut color, qui in corpore efflorescit, colori humorum similis sit: uel ut color humorum similis sit colori florum, sitq; aut ruber, aut albus, aut fuscus, aut liuidus, aut pallidus, aut flauus, aut niger, aut, ut summatim dicam, similis colori florum, propriam que naturam seruet, & humores in imis corporis partibus non lateant, & non retrocesserint. uel ut color humorum sit floridus, hoc est pulcher, & bonus; ut in libris De morbis uulgaribus scriptum comperimus. Cum, inquit, replētur, hoc rursus signū est, corpus floridum redditur; quod omnis est refectionis indicium. floridum uerò corpus efficiunt exercitationes, ut est a nobis in commentarijs De tuenda ualetudine demonstratum, & item cum probus sanguis corpus reficit. sed prima explanatio præstat ceteris. Quod igitur hac sententia continetur, ad morborum curationem, futurorum præsagitionem, & præsentis sanitatis tutelam pertinet. Sed uideamus iam, quæ subiunxerit, ad hunc fere modum.

2 *Educenda, quo uergunt, ac per loca accommodata: nisi quorum maturationes e temporibus pendent.*

D Iubet hoc loco, ut pro humorum inclinationibus euacuationes faciamus: sic etiam in aphorismis scriptum est, Quę educere oportet, quo maxime natura uergit, per accōmodata loca educito. his autem uerbis significat, ut nos exposuimus, quæ nec iudicantur, neq; perfecte iudicata sunt. ea autem esse educenda locis accommodatis nos docet: hoc est, ut euacuationem faciamus aut per intestina, aut per uentrem, aut per uesicam, aut per uterum in mulieribus, aut per totam cutim sudoribus, aut per palatum, aut per nares, aut per hæmorrhoidas, cum per fluxum sanguinis fiat iudicatio. quæ res solet esse optima, cum directo ad locum affectum fit. mala uerò cum in contrarium. debet igitur medicus animaduertere, quo naturæ impetus feratur. sique ipsa ad loca accommodata repat, ei erit auxiliandum: si uerò ad contraria, prohibere, ac reuocare, & retrahere inclinationem, ut paulo post iubebit Hippocrates, oportebit, nam si morbus cerebrum occupet, quoniam duæ sunt commodæ inclinationes, altera ad palatum, quæ quidem est præstantior: altera in asperam arteriam, quæ non proba est, rem considerare diligenter debebis: & cum uniuersum corpus prius euacuaris, quo natura feratur, per eam partem educito. quæ res facit, ut intelligamus, humorem, qui euacuandus sit, a natura nobis indicari, & locum, per quem euacuare ipsum oporteat, commonstrari. Age uerò cum inflammatio iecur obsideat, simulatque concocta inflammatio sit, purgationem adhibemus: ac per inferiora quidem, cum ea in fimis

In simis iecoris sit partibus: præcipue autem si natura id ipsum alui deiectionibus prius indicet: E per urinas uerò, cum in gibbis. In ceteris quoq; simili modo spectabimus, & humorem redundantẽ, & affectũ locũ ex quo, tanq̃ e caussa quadã morbus emanat. etenim hæc, & quis euacuandus humor sit, & modum euacuationis, & locum, per quem fiat, & ad hæc omnia, tempus etiam oportunum indicabunt. nam inter initia tenues, serososq; humores licebit euacuare: at si crassi, glutinosique sint, cuiusmodi sunt pituita, & atra bilis, concoctionem expectabis. atq; hoc est, quod ait, nisi quorum maturationes ex temporibus expectantur. nam quorum est expectanda cõcoctio, eos medicamentis attenuare ut fluida sint, oportet. ut, & sine molestia, & oĩs noxius, & infestus humor euacuetur. quod ut fiat, spectare in primis decet, an ægrotus sit ad eiusmodi purgationem idoneus. qui enim cruditatibus ex multis aut glutinosis, aut crassis edulijs abundant, quibus item hypochõdria sunt flatibus distenta, aut urina supra modum calida, & ignea, aut aliqua est ibi uiscerum inflammatio, ij ꝑfecto omnes sunt ad purgationes inepti. Vel quod ait. Nisi quorum maturationes ex temporibus expectantur, significat, debere medicum in diuturnis morbis humorum expectare concoctionem: cum id morbus concedat: in acutis uerò, non modo non esse expectandam concoctionem, sed etiam statim in principio, uel etiam primo die purganti medicamento, quod ipse appellare solet, medicari; cum materia turget, utendũ F esse. hoc enim eius præceptum est, cum in aphorismis ait, Concocta medicari, & mouere nõ cruda, neque in principijs, nisi turgeant: de quo nos in hoc quem sumus libro dicturi; neque meher „ cule par est, ut quæ post dicenda sunt, hoc loco afferamus. nunc uerò, quod facessere interpreti- „ bus negotium solet, explicemus. Aiunt illi, hũc librum non esse Hippocratis, quia solœcismum hic facit. nã cũ dixerit, Color humoribus similis: addit, Ducenda, quo uergũt. mea autem sententia est, libros, qui ad priscos, & præstantes uiros referantur, non esse probandos, aut reprobandos habita solum ratione uerborum, sed potius sententiarum, & intelligentiæ. Nam præterquã quòd hæ sunt distractæ, diuisæque inter se sententiæ, ut hæc a superiore nõ ducatur: q̃s ignorat quot errata librarij committant? & quot innouarint Dioscorides, & Artemidorus? postremo autem, ut hæc omnia missa faciamus, in alijs ipsius senis libris alia pleraque dictionis uitia reperiri confirmo: ut ob hanc unam caussam liber non sit Hippocrati abiudicandus. nam neque satis recte in aphorismis ardentem febrem a delirio solui conscripsit, itemque in libro de fractu ris cum ait, Medicum luxationum, ac fracturarum quàm directissimas extensiones efficere. & „ in prædictionibus, ubi scriptum est, Vrinæ in turbulentis, ac uigilibus decolores, nigræ, sublime „ petẽtes, atq; in sudoribus, phreniticæ. uerũ eo in libro licet multas eiusmodi oỗnes, in quibus G solœcismus sit, reperire: ideoq; uerisimile sit, nonnullos suspicari, eum nõ esse uerũ Hippocratis Sed ẽt in libro Præsagiorum, quẽ oẽs esse Hippocratis cõfitent̃, tanq̃ superuacaneũ reprehẽdo, qđ ait, bis, aut ter in die, & semel in nocte, & cetera, q̃ postea adscripsit in illa oratione, cuius initiũ est. Sed pro copia ingesti cibi deiiciat. Et eodem in libro paulo post ordo immutatus est. Sed eidem quoq; uitio uerto negligentiam, in scđo de rõne uictus in morbis acutis, cũ de fomentis differit. nec effugere ullo modo põt, quin solœcismus sit, quod habetur in libro De officina medici, ad hunc modũ, τὰ δὲ μὴ ἀλλήλα ἀποπίπτων, καλῶς ταχέως ἀποπιέζονται: ea ut neq; cõprimant, neq; decidant. Iam uero in illa quoq; sñia uitium perspicue deprehenditur. cuius hoc est initiũ, Quibus in urinis &c. Sed quid opus est prolixa oratione hæc persequi; cũ Attici quoque, quorũ lingua Hippocrates aliqua ex parte utitur, numerũ multitudinis pro numero singulari ponere consueuerint. mihi satis est, hæc modo attulisse: ac præterea addere, me esse, quæ hmôi erunt, prætermissurum: & quod minime sint ad hoc institutum accommodata, & quod effectura sint, ut hi commentarij, contra quàm tu uelle uidearis, ad immoderatam prolixitatem perducantur.

3 *Maturationes aut intro, aut foras uergunt, aut aliam in partem, ut quam oporteat.*

Cum dixerit, nisi quorum maturationes ẽ tpibus existunt, merito quorsum cõcoctiones uer H gant, hic subiunxit. qm̃. n. iussit, educenda esse uel quæ nõ perfecte iudicata sunt; ideo hoc loco, quid intelligat, ipse perspicue declarat. cum est humorum facta concoctio, tunc humores intro, aut foras uergunt, aut per alia loca accommodata, aut incommoda (quod ipse, quia planum est, omisit) prodeunt. quocirca sp uidendum est, q̃cunque iudicentur, cum natura aut absolute, & perfecte, aut imperfecte mouet: deinde uero imitanda est natura, cum adiudicatiõe nõ aggre ditur, tum uero ipse nos docuit, quo esse ipsi naturæ adiumento possimus, cum illa quidem conatur, sed rem inchoatam relinquit. atq; hæc quidem sunt quorum nos hic monet Hippo. sicut ẽt alibi fecit, his uerbis: Quæ iudicantur, & integre iudicata sunt, ne moueas. hoc præceptũ seruandum nobis dedit, cum natura integre mouet: quod uero deinceps addidit, cum natura ad iudicationem moliendã aggreditur, sed eam non absoluit, ualet, ut nos moneat, eidem ut auxiliũ afferamus, ut cũ ait, Quæ educere oportet, quo maxime uergere uidebunt, per uias accõmodatas ducito. eo. n. q̃ pe natura id, quod noxiũ est, uult expellere. Sed q̃a præ imbecillitate, rẽ perficere non põt, nfo indiget auxilio. atq; ipse quidẽ in libro De rõne uictus in morbis acutis, cũ lateris dolorem curat, euacuatiõe ꝑ humorũ inclinatione molit. Sciendũ aũt est, morbi maturationẽ esse concoctionem quãdam eorum, q̃ præter naturam sunt: ipsam uero concoctionẽ esse

de

A deductionem quandam eius, quod concoquitur, in naturã concoquentis. cum igitur corpus naturalem statum conseruat, & naturæ familiaritas inter id quod concoquit, & id quod cõcoquitur, intercedit, tunc omnis, aut certe maximæ partis eius materiæ, quæ cõcoquitur, fit mutatio, minimaq; pars semicoctæ superest. cum uero prçter naturam affectio corpus obsidet, tum quod simile redditur, exignum admodum est: excremẽtum uero semicoctum, permultum. vt enim in corporibus bene ualentibus excrementa concoctionem indicant: sic etiam in ægrotantibus facient. ac primum quidem eorum, quæ uentre continentur, cruditatẽ, & concoctionem indicant sua forma deiectiones, quæ per aluum excernuntur: eorum, quæ in pectore, atq; pulmone, quæ per tussim excreantur: eorum, quæ in cerebro, quæ per nares emittuntur: eorum, quç in uenis, q̃ cum urinis secedunt. vt aũt cognosci possit maturatio, nos plus millies iam diximus: & tñ nunc quoq; rem summatim complectemur. Totius igitur morbi sunt quædam tempora, ut principiũ, ut incrementum, ut status, ut declinatio, cum ægroti superstites sunt futuri. positum autem sit in primis, ut principium alicuius morbi, utputa inflammationis inquiramus. itaq; principium in toto eo tempore erit, in quo particula morbi magnitudini subiecta, sanguinea impletur materia. cum uero influxus cessarit, idq; quod in particula inflãmata insit, putrefieri inceperit, hoc secun-
B dum tempus est, & inflammationis incrementũ. cum uero pus cõficitur, & dolores maximi hominem corripiunt, id morbi tẽpus status appellatur. si uero fluor suppuretur, aut digeratur, tumorq; minor fiat, tunc est declinationis initium. id ipsum quoq; in febribus usu uenit: ac principium statuendum est tp̃s illud, in quo noxij humores crudi sunt. cum uero concoqui incipiunt, cessat tum principium, & secundum tempus, quod incrementum appellatur, aduentat. cum efficitur cõcoctio, status est: quẽ excipit declinatio. hæc omnia nos in libris de crisibus sumus accurate persecuti: vbi & obscuræ concoctionis, & perfectæ, & euidentis, & item eius, quæ oĩno cruditas est, notas exposuimus: earum aũt quædam ex urinis, quædam ex alui deiectionibus, quædam e sputis sumuntur: suntq; propriæ concoctionum quæ uel in uentriculo, uel in uenis, uel in organis respirationis fiunt. quam ob rem factũ est, ut ipse in primo de vulgaribus morbis libro,
« hanc sententiam attulerit, Maturationes iudicationis celeritatem, & salubrem tutelam indicãt:
« cruda uero quæ sunt, & incocta in abscessus malos, aut iudicationis uacuitates, aut dolores, aut
« temporum productiones, aut mortem, aut recidiuas se uertunt. Cum.n. iubeat, debere medicũ imitari naturam recte agentem, est autem maturatio naturæ actio, certe planum est, cum celeritatem iudicationis, & securitatem, & bonam ualetudinem indicari, tum uero a nobis naturam
C simul adiuuãtibus maturationes procurari. & quẽadmodum, si caussæ morborũ effectrices a natura uincanẽ, concoctiones fiunt, ita si ipsa eas non superet, nulla iudicatio fit, sed dolores, & cetera consequuntur, q̃ ipse adnumerauit: cuiusmodi sunt, ꝓduci morbos, mortẽ sequi, & morbos repetere. hoc aũt intelligendum nobis est, uniuersam morbi concoctionem in humorum alteratione effici. est.n. extenta per solida corpora natura, quæ facultas illorũ est, & humorũ cõcoctio a solidis partibus bene ualentibus proficiscitur. cumq; illæ ęgrotãt, iam morbus is in habitu est, & periculosus. caussa est, quia prius, quàm solidæ partes propriã uim recuperarint, nulla eis potest adhiberi curatio. illa porro uis in quattuor elementorum, aut qualitatum, aut humorũ apta mensura consistit. ceterum q̃uo solidæ partes curandæ sint, iam in libris methodi medendi exposuimus. Illud enim hærere nobis in memoria debet, quod ipse in sexto de morbis vulgaribus libro litteris prodidit, Omne, inquit, quod suppurat, non reuertitur: ipsa enim concoctio, & iudicatio simul; quia in ijs quos grauedo, & raucedo ex destillatione a capite male habet, cũ cõcoctio facta sit, & febris accesserit, tum & firmam morbi iudicationem fuisse, & hominem non esse iterum ægrotaturum spera. proinde in libro præsagiorũ legimus, vrinas puerorum, quæ aqueæ sint, hoc est incoctæ, perniciosas esse: quando pueri propter alterantis facultatis robur omnia ce-
D lerrime concoquunt. ceterum concoctiones non modo urinam, sed etiam alui deiectiones crassas reddunt in ijs, qui recte in uentriculo cõcoctionem obeunt: itemq; sputa in pulmonis, costarumq; inflammationibus: atq; etiam pituitam in destillationibus, ac grauedinibus, & in lippitudinibus: & pus in ulceribus. ita fit, vt urina aquea in pueris, vtpote quæ nullã sit nacta mutationem, vt crassior fieret, mortiferum signum censeatur. quomodo autem idem in ceteris accidat, non est nunc narrandi locus. Quod autem ipse ait, intro, aut foras, diligenter aduertendũ est, ne fortasse contra facias. nam si, verbi caussa, in lassitudinibus crudi humores sint, uomitus nõ erit imperandus: quia non tum uti uomitu debent homines, cũ affectiones a lassitudine exortę abũdant, sed cum soli humores sint noxij, tum uomitu euacuare eos conuenit, tunc.n. nullum periculum impẽdet, ne intro uiolentius reuellatur aliquid eorum excrementorũ, quæ in carne inhęserunt. cum uero cruda, & mordacia redundant in corpore, vtraq; reuulsio uitanda est, ne cruda foras, ne mordacia intro reuellantur. foras aũt ferunt exercitationes, frictiones, balnea, fomenta calida, & item omnia, quç humores, qui alte in corpore animantis mersi sunt, ad motum in omnem partẽ irritant: intro uero ferunt, quæcunq; uetant, ne foras quid feratur. quæ oĩa uitanda sunt, ut neque accommodatum est, humores, qui extra sunt, intro: neq; eos, qui intus sunt, foras reuocare: sed qui extra sint, per halitum digerere sensim expedierit: siquidem quæ uehemẽtius

id faciunt,etiam aliquid attrahunt ex ijs,qui intus consistunt:qui uero sunt intus, ii attenuādi, E concoquendiq; sunt,& tunc, per quam uiam expediat,ut ipse iubet, erunt educendi.

4 *Hæc ego præscribo ei hominum multitudini,qui necessitate coacti uitam temere ducunt. & cetera, quæ sequuntur usque ad eum locum,Eiusmodi autem oritur satietas.*

Quæ hoc loco habentur,quæ ad quadraginta fere uersus pertinēt,esse adiecta ab aliquo,qui, ut iam supra diximus,facere fucum,& maius uolumen hoc reddere uolebat, plane constat. primum enim præceptum,quod de euacuatione,& humorum inclinatione Hippocrates nobis dedit,commune est,& ad omnes homines accommodatur: hæc uero soli multitudini,quæ cōpulsa necessitate temere uitam degat:deinde quæ dicuntur,falsa sunt multis partibus plura, & minime digna Hippocratis sententia.

5 *Cautio.*

In hoc uno uerbo præceptum ad medicinam utilissimum continetur. indicat.n.nihil esse nobis negligendum,nihilq; temere faciendum,nulli deniq; rei procliuius,aut inconsiderate assentiendum.quocirca in medicina non par est priscis fidem simpliciter adhibere,ut si quid illi dixerint,statim credamus;sed prius experientia & ratione,utrum ne illud sit,an falsum, perpendendum est,quod qui non faciunt,næ illi uehementer errant.& in errorem alios inducunt. id quod F usu potissimum uenit ijs medicis,qui quotidie in ciuitatibus hac,illac circumcursant,ac sola experientia experte rationis utuntur. proinde tu nihil negligito,neq; temere, neq; inconsiderate fidem adhibeto ueteribus in ijs,quæ de facultatibus eorum dixerunt, quæ ad curationem pertinent. quod cum est in omnibus obseruandum,tum uel maxime in eo remedio,quod admodum præstans,insigneq; est,quod uenæ sectione perficitur,integre sententiam hanc seruab is,ut nihil temere,nihilq; inconsiderate facias:sed prius per spicias ea proposita,de quibus nos sæpe disseruimus; ac scias,cum ea augentur,nobis indicare, maiore opus esse euacuatione: cum minuuntur,tū esse de euacuatione detrahēdum,quantum illa sint imminuta. prius quàm.n.uenam seces,præstiterit hæc omnia intueri;magnitudinem morbi,simulq; robur uirium ægrotātis, itemque ætatem,& naturalem eius,quē curas,temperaturam: ad hæc uero etiam anni tempus,uernum ne illud sit,nec ne:& utrum locus sit suapte natura temperatus:deinde uero utrum magnū periculum immineat,cuiusmodi est inflammationis pulmonis,aut anginæ, aut doloris lateris, aut alterius acuti,aut uehementis morbi suspitio:& utrum secāda uena sit, cum hæmorrhoides suppressæ sint:& in mulieribus,cum ipsarum est cohibita purgatio. itaq; in medicina facienda, adhibenda cautio est,ne quid temere fiat.nam præterquam quod non mediocre periculum hæc G res neglecta affert,magnum etiam dedecus parit. hecq; res medicis fere omnibus notam turpitudinis inurit,estq; in caussa,ut homines putent,res ęgrotantium a medicis non cognosci: atq; ita se illorum fidei credere non audeant.quam ob rem uir sapiens Hippocrates recte dixit, cum optimum esse censuit,medicum uti prouidentia.

6 *Ἀπειρία.*

Pleriq; ex interpretibus ita distingunt,ut hoc uerbum significet experientię uacuitatem,hoc est,nullam experientiam:ut dicat,sæpenumero contingere, medicum non esse peritum aut medicamenti,aut naturalis temperaturæ eius,qui morbo laborat,aut aliarum rerū, quarum in medicina usus est plurimus. alij uero sic accipiunt, ac si uelit artis infinitatem significare, in quam sententiam scripsit in aphorismis hæc, Vita breuis,ars longa.Alii scribunt hanc uocem, ut sit cū „ superiore coniuncta ad hunc modum, Cautio infinita:idq; non est plane contemnendum:præsertim cum subiungat, difficultas experientiæ : vt experientiam difficillimam, & periculosam esse intelligamus.

7 *Experientiæ difficultas.*

Periculosam esse experientiam,nemo est,qui nesciat.id quod ei accidit propter materiam,in H qua ars uersatur.neq;.n.ut ceterarum artium,sic medicinæ materiæ sunt coria,ligna, & lateres, in quibus liceat multa experiri sine periculo:sed in humano corpore sita est, in quo experiri ea, quæ longo usu non probaris,non est tutum.præsertim cum experientia in totius perniciem animantis desinere posse uideatur.ideo in medicina facienda,ut medicamenta rite conficiamus,& de ijs,q̄ a ueteribus sunt litterarum prodita monimentis, sn̄iam feramus,experientia opus erit. hæcq; ipsa tractatio est perutilis:cum medicinæ data sint fere duo crura,quibus incedat, experientia,& ratio.& quicunq; prudentia,sapientiaq; pręstant,ac ueritatis studiū uere colunt,ii iudicandi instrumenta nobis a natura ad cognitionem earum rerum, quę in uita geruntur, attributa,rationem inquam,experiētiamq; custodiunt. quæ quibusdam in rebus parem utilitatem ad artem pertractādam afferunt:in quibusdam altera maiori usui est,quàm altera: semper tū ad rei perfectionem altera alterius operam requirit.quam ob rē si quis de te q̄rat,cur huic, aut illi homini febricitanti aquam frigidā potui dederis,duæ tibi suppetent r̄nsiones : altera, quæ doceat febris originem, atque naturam, quæque de morborum temporibus differat,eodemque modo frigidæ naturā,quæ sit,exponat:tū uero in tali morbo,& eiusmodi tempore,aquę frigidæ potionem esse consentaneam,aptumque remedium confirmet:altera uero nihil horum attingens,ad usum

A usum,experientiamq; confugit:aitq;,se persæpe uidisse,in eiusmodi & morbo & tempore aquæ frigidæ potũ profuisse. Cęterũ medici,qui ab experiẽtia Empirici uocati sunt,tria esse experiẽtiæ genera uoluerunt:quorũ unum casu,alterum consulto,tertium imitatione fieri aiunt. de ijs tñ non iam ita inter omnes conuenit.immo uero sunt,qui ad artem satis esse experientiam cõtendant:aliis uero non parum ad eam ipsam rem conferre etiam rationem placeat.at Lycus ad experientiam,& obseruationem refert omnia, neq; unquam ullam probationem demonstratiuam adiungit:cum tñ Hippocrates cõtra facere uideatur: vt qui omnibus in locis afferre demõstrationes conetur.atque,vt ego quidem puto,si id fieri à nobis possit,experientia & ratione in uenienda sunt omnia;qui uero illa sola nititur,is obseruator, empiricusq; uocatur: qui ratione, aut methodo quadam,is & rationalis,& methodicus nominatur. incumbendum autem in hoc est,quia neq; illa satis est ad omnia inuenienda,neq; item ratio sola id præstare uidetur posse. id tñ nõ est confuse faciendum, sed separatim adhibenda est disciplina ab experientia profecta, se paratim uero ea,quam suppeditat ratio: vt quã utraq; uim habeat,aperte perspicias. uerum in omni experientia periculum est,ne propterea quod non sit adhibita distinctio,erremus.id autẽ fit duobus modis,tum quod id,quod commune est,in suas differentias non sit distributum:tum

B quod in caussis rem immutantibus non attendamus, quę præcipue,aut primo , aut ut appellare libeat,quæq; fortuito sint consecutæ.ideo periculum de rebus faciendum est,adhibitis suis,pro prijsq; distinctionibus.quod est in alimentis indicandis obseruandum uel maxime. debes.n.singulas particulas per se ipsas degustare,odorariq; prius,quàm cuiquam des:deinde uero etiã esu probare.cum.n.odoratus,gustatusq; cuiusmodi succum,& odorem referat ea particula,qua de agitur,nobis indicat,tum uero ẽt simul totam eius temperaturã statim declarat. atq; hac ratione facultas ipsius,& consistentia,& item succus accurate inuenitur. quædam.n.succum habent humidum,& aqueum:quædã crassum,& lentum: quos etiam succos separatim gustare expedit:qñ ipsorum alij acres,aut acidi,aut amari:alij salsi,aut salsuginosi,alij austeri, aut acerbi,aut dulces,aut alio modo quodam sint affecti.Qui aũt sine methodo,quam ratio commonstret,alimenta,remediaq; cõpererunt,merito commemorant,& ad usum traducunt ea,quæ sæpe iuuerunt.obseruationem.n.& memoriam eorum,quæ eodem modo facere sępe uiderunt, suam esse experientiam dicunt:sed cognitionem non exercent.cumq; illam ignorent, fit,ut ne curationẽ quidem inueniant.Et tñ Hippoc.vir admirabilis,multa potius experientia,quàm ratione uidetur cognouisse:cuiusmodi illud est,Dolores oculorum meri potione,aut balneo, aut fomento,

C aut ẽt alijs rebus,quarum ipse meminit,curari. itaq; omnia , quorum in medicina usus magnus est,experiri oportet,ut quomodo ad naturã ægroti affecta sint,cognoscamus.ita enim sibi quisque modum in rebus omnibus aptum inueniet.nam quemadmodum sine ratione conficere recte medicamentum non possumus,ita eius scire firmiter, & accurate uires sine experientia non licet.cum.n.sæpe medicamentum id non fecerit,cuius caussa sumptum sit,tunc quo id confectũ esset,non ratione,sed experientia deprehendi. mixtiones.n.eiusmodi nõ eodem modo omnes conficiunt.interdum.n.e paucis numero simplicibus aliquod conficere medicamentum prope raui:interdum e pluribus:quandoq; etiam e plurimis,uel omnibus , quæ essent generis eiusdẽ. ad hæc uero,quia quædã nobis copiose suppetebant, quædam omnino desiderabantur,aut pau cissima admodum erant eo tempore , cum necessitas urgeret,ex ijs,quæ aderant , medicamentum composui,quod cum usu & experentia probatum cõperissem,eo semper ita usus sum. atq; in medicamentis quidem simplicibus distincta potissimum experientia uires inueniendæ sunt, quòd in ea falli nullo modo possis. ex quo patet,plurimos medicos in errore uersari,qui neq; de simplicium medicamentorum facultatibus periculum faciunt, neq; ratione eas expendere conantur.debes autem ea experiri,cum non mixta sunt, & nullam aduentitiam qualitatẽ habent

D adiunctam.idq; primum faciendum est in optimo corporis statu, tum in iis corporibus,quæ intemperata sunt:postremo in morbis simplicibus.cum uero id ratione expendimus, distinguendum est id,quod ex accidenti fit ab eo,quod primo,ac per se inest. Siquidem sola experiẽtia docet ea,quæ prosunt,quæq; nocent:sed eius difficultas multas sententiarũ uarietates peperit.quę res fecit,ut totam artem ignari magnopere calumniati sint : ac ne medicinã quidem ullo modo esse uoluerint:quòd uiderent,tantam esse inter artifices dissensionem , vt quæ alius ut optima, proferret,ea esse praua alius existimaret.merito igitur dixit,difficilẽ esse in rebus,& in arte,præsertim uero medicinali,experientiam,qua re fit,ut nos accurate exercere,& in medicina facienda neque pigri,neque socordes esse debeamus.

8 *Nuditas*.

Hoc est unum eorum,quæ ad summam sunt redacta breuitatem,& quæ fere intelligi nõ pñt, nisi fortasse hoc nobis indicet,quemadmodum ex colore,quem humores gignunt,& eorũ inclinatione,& cõcoctione facere licet de morbis,deq; natura ægrotantiũ coniecturam,ita etiam ex nuditate,quæ affectio est,quæ oculorũ coronam,& item capitis partem, quæ capillo tegitur,& mentum obsidet,vt ẽt alopecia,ophiasis,& caluitium. tunc.n.pili oẽs fluunt,extenuãtur, quassantur,scinduntur,squalent,in puluerem uertuntur,subflaui,canique fiunt.atq; ita,ut hoc quo-

que ſignum ſit,cuius ope quidplam,quod ad ægrotos pertineat,poſſis agnoſcere. Sunt qui ſcri- E
bant non μαδαρότης,hoc eſt nuditas; ſed μαδάρωσις, ut non ſolum oculorum affectum ſignificet,
cum pili palpebrarum fluunt,ſed idem,quod caluitium, a uerbo μαδᾶν ductum, quod expertē
eſſe pilorum ſignificat:ueluti ſunt puelli admodum parui, quòd in eorũ cute nullus adhuc mea-
tus ſit,neq; etiam fuliginoſum excrementum. nam & ex pilis licet temperaturam corporis co-
gnoſcere:quod ut fiat,audi,quæ ſubiungam.pili hunc in modum gignuntur. humor plerunque
minoribus meatibus continetᷣ,& aliquid intro ad imas corporis partes recurrere cogitur.Si ue-
ro uapor ueluti fuliginoſus,craſſusque,& terreus fuerit,periculum eſt,ne in anguſtis uijs impa-
ctus,nec facile intro rurſus redire,nec etiam euacuari poſſit. quocirca natura alium ſtatim para
uit,qui hunc e profundo ſubiens,feriat,ac prorſum pellat:ut hunc rurſus alius:atque ita corpus
tale conficiunt,quale eſt ea fuligo,quę foris cernitur.ac tale corpus totum prorſum propellitur,
lori formam iam adeptum.eiusq; color uarius eſt.proinde capillus niger eſt,cum ui caloris deu
ſtus uapor in fuliginem abit:flauus, cum minus exuſtus ſit.albus ex pituita efficitur. criſpi autē
capilli,aut propter temperaturæ ſiccitatē,aut propter meatum, in quo radices agunt,fieri ſolēt.
Quicunq; autem humidam,frigidamq; regionem incolunt,capillos,qui modice augeantur,gra
cilesq;,& rectos,& ruſos habent.qui calidam & ſiccam,ij nigros,qui parum augeantur, ſiccos,
criſpos,& fragiles.qui medium inter hos tractum tenēt,moderate, & ad proportionē regionis.
commutantur aũt in ætatibus,& pro natura corporum,& item regionum. de quibus omnibus F
actum accurate eſt a nobis in libris de temperamentis: eaq; non ſunt hunc in locũ transferēda:
cum minime par ſit omnia omnibus in libris cōſcribere. ſi quidem,quod ad eum locũ qui ſit in
manibus,proprie pertineat,eſt perfecte pertractandum:qđ uero obiter occurrit,eius capita ſo-
lum annotāda ſunt. etenim glabros,albidam cutim hñtes,quiq; rectos capillos,& qui nigros,&
qui nigris ſunt oculis,& qui in otio uixerunt,minus per halitũ digeri, q̃a frigidiore temperatu-
ra ſunt,demonſtrauimus.eandem ob cauſſam mulieres, quas peſtilens conſtitutio,propter men
ſtruam purgationem minus lædit, * In hanc ſñiam ipſe in tertio de vulgaribus
morbis libro cum formas corporũ eorum,qui tabidis morbis corripiuntᷣ, explicaret,Genus in-
quit,tabidorum læue erat,pituitoſum,ſubrubrum,cæſium.Leucophlegmatiæ,& quibus ſcapu-
læ in alarum modum prominebant,ac mulieres.quo in loco appellat læue,quod uacat pilis: qđ
eſt temperaturæ frigidioris indicium. atq; ut glabrum & uacans pilis frigidiorem, & mãſuetam
naturam,ſic hirſutum calidiorem,atq; iracundã eſſe indicat. Qui.n.mores ex forma corporis ſe
noſſe profitentur,eum,qui admodũ hirſuto pectore ſit,animoſum iudicant:ſin cruribus,ſalacē.
aiunt.n.illum habere pectus leoni ſimile,crura uero,hirco.neq; tñ exiſtimandum eſt,ſi alicui pe
ctus piloſum ſit,neceſſe eſſe,ut totũ corpus eius ſiccius ſit,& calidius:ſed hoc,plurimum caloris G
in corde eſſe,proinde animoſum hoĩem effici:ſicut ſi totum corpus uacãs pilis, delicatumq; ſit,
& alba cutis,timidi,ignaui,& ſegnes homines redduntur.quanquã hęc pro natura regionũ mu
tantur:ubi enim terra mollis,aquoſaq; eſt,& aquæ ibidem ſublimes ſunt,ut æſtate calidę,& hie
me frigidæ ſint,ibi hoĩes carnis mole conueſtiti,& pigri,& ſomniculoſi ſunt, vbi uero nuda eſt
regio,aquis uacans,& aſpera,ibi dura,firma,& hirſuta ſunt corpora. ac de his omnibus hoc in-
telligendum eſt,corpora,quæ magis rara,magisq; hirſuta ſunt,facilius uſum carniũ,quibus ue-
ſcantur,quàm,quæ alterius ſunt generis,perferre:ut pote quæ per halitum digerantur:itemque
ærumnas,quia minus in laſſitudines incidant:& bona habitudine diutius perfrui,quia non ſta-
tim ad extremum perueniant. Iam uero ex eo,quod glabrũ,hirſutumq; corpus ſit,potes de hu-
more,qui redundat,facere coniecturam.nam & delicati,& albi,& glabri, humorem melancho-
licum minus coaceruãt:graciles uero nigriores,& hirſuti,& quorum ampliores uenæ ſunt,ij ad
illum humorem gignendum aptiores iudicantur.ceterorum humorum eadem ratio eſt.

9 *Viſcerum inanitio: quibus infra repletio: quibus ſupra, nutritio.*

Appellat uiſcera ea tria,quæ etiam principalia nominantur,vt cerebrum,cor,& iecur:& item
inteſtina omnia,quæ & in ſuperiore uentre,ut uocant,& in inferiore continentur. ceterum hoc H
p̃ceptum utile eſt,ſiquidem in cerebro eã partem animi,quæ rationis eſt particeps;in corde eã,
in qua irarum exiſtit ardor:in iecinore eam,q̃ uoluptate aliᷣ,ſiue eam naturalē,ſiue,ut Ariſtote
li placet,altricē,aut uegetabilē,aut gñatricem,ut ab uno horũ nomen trahat,appelles, cõtineri
plane ſcimus.itaq; de inanitione uiſcerũ diſſerit,ut ſciamus,qũo nos gerere debeamus,cũ inani
tio affligit.ac uiſceribus q̃ inferiore loco ſunt ſita,prodeſt repletio:ijs uero,quæ ſuperius, alimē
tum.Fit.n.interdũ,ut & in natura,& habitudine corporis humani bilis in partibus ſupernis flu-
ctuet,& ad infernas deijciatᷣ:ac uiſcera magis ſuſpendantur,aut ſtabiliantur.cũ.n.uēter magnus
eſt ſuapte natura,tũ uiſcera ſtabilit,licet uacans cibis ſit:at ſi paruus,tum cibis refertus,ſtabilit:
euacuatus uero,eadē relinquit ſubſidētia. ex quo fit, ut quidam ſuſpenſa ſibi eſſe uiſcera perſen
tiant.quibuſdã uero flaua bilis ſurſum fluctuat:cũ ipſam a iecore ad id inteſtinum, quod uētris
exortum uocant,meatus defert.interdum etiam in quibuſdam particula quædam ab ipſo ad uē
trē progreditur:in quibus nimirũ bilioſum ſupernatat excrementũ. in alijs uero deorſum oĩno
ſecedit.inde fit,vt qui parte ſuperiore amaræ bilis homines ſunt,hæc maiore cũ moleſtia ferãt,

qui

A qui uero ſuperiore parte pituitoſi ſunt, ij non aſſuetam cibi abſtinentiam facilius fere tolerant. Verum non debent uehementes uaſorum inanitiones intempeſtiue fieri: & cauendum, ne uiſcera, & quæ in toto corpore inſunt uaſa, neq; immodice repleantur, neq; diſtendantur: ſed potius in quadam definita relaxatione conſiſtant, ut aditus naturali ſpiritui plane pateat: qui ſane ei, cum uiſcera repleta ſunt, interclusus eſt.

10 *Inclinatio ſurſum, inclinatio deorſum.*

Quemadmodum cenſuit, humores, quo uergunt, eo adducendos eſſe, ita de repletione, deq; alimento nobis imperat, ut inclinationem obſeruemus. nam quibus prodeſt alimẽtum, quod ſuperne datur, ijs etiam inclinatio, quæ ſurſum uergit, accommodata eſt: quibus uero inferna repletio, ijſdem quoq; ad inferiora inclinatio uidetur conuenire. An uero id generatim de omnibus extulit? vt hoc loco idem uelit, quod ſupra, cum dixit, educenda qua maxime uergunt: & in illo aphoriſmo, Quæ educenda ſunt, quo maxime natura uergere uidebitur, ducito: id quod eſſe melius uidetur. ſed hac de re ſatis iam ante diſſeruimus.

11 *Quæ ſua ſponte ſurſum, ac deorſum repunt; quæ proſunt, quæq; nocent: congenita forma, regio, conſuetudo, ætas, tempus anni, morbi conſtitutio: exceſſus, defectio, quantum cuique ſit reliquum, aut ſecus.*

B Dat nobis hoc conſilij, accurate intueamur, quæ ſua ſponte uacuantur ſurſum, aut deorſum, utrum proſint, an obſint. quod quomodo cognoſci a nobis poſſit, ipſe poſtea declarabit, cum dicet, Quæ deiiciuntur, non multitudine æſtimanda ſunt, ſed ſi qualia oportet, & æger facile ferat, & itẽ in aphoriſmis, cum ait, Si inquit, qualia purgari oportet, purgentur, & confert, & facile ferunt: contraria uero, difficulter. nobis igitur ſuppetit ratio iudicandi, cum moderata euacuatio fit, ſi facile æger ferat: contra uero, ut immoderatam & moleſtam eſſe euacuationem, cum æger difficulter toleret, cenſeamus. Itaq; ſiue nos, ſiue natura euacuationem moliatur, eſt in quantitate, & qualitate modus quidã ſtatuendus: quo noxius humor uacuetur, & multitudini humoris noxij euacuatio cõueniat. ſi enim educatur id, quod redundat, certe ægrotus ſe factũ eſſe leuiorem ſentiet, & facilius morbum perferet. at ſi quid eorum, quæ naturæ accõmodata ſunt, ſimul excernatur, eius uires & diſſolui, & infirmas effici, neceſſe eſt. verum, ſi qualia oportet, uacuentur, idq; ita fiat, ut facile feratur, tunc ſiue per inferiora, ſiue per ſuperiora hoc accidat, proderit. at ſi nec qualia oportet, euacuentur, nec facile ferat ægrotus, tunc ea res lædere conſueuit. proinde cenſet perpetuo, ut quæcunq; ab ipſa natura recte fiunt, quæ modo ſpõte fieri dixit, ea me-C dicus imitetur. etenim ſi per ſuperiora, qualia oportet, hoc eſt, quæ noxia ſunt, ſua ſponte euacuentur, hocq; proſit, & æger facile ferat, monet idem eſſe medico faciendum, ſi uelit euacuare; ut, noxij humores euacuentur, & id ipſum ita fiat, ut omnis facilitas ferendi ægroto comparetur. Ceterum has notas expoſuimus nos, cum aphoriſmum illum explicaremus, cuius initiũ eſt, In perturbationibus uentris, & uomitibus: & cum illum etiam declararemus, cuius hoc eſt initium, Quæ deiiciuntur, non multitudine æſtimanda ſunt. vterq; eſt in primo aphoriſmorum libro. quare hæc miſſa facientes, quæ ipſe adſcripſit, perpendamus: quæ quidem ſimul indicant, aut faciendam eſſe euacuationem, aut non eſſe euacuandum, aut purgandum. principem autẽ locum obtinet forma congenita: hoc eſt communis omnium hominum natura, & cuiusq; propria. quocirca ſpectare medicus debet, qualis ſit naturalis temperatura, utrũ facile, an difficulter euacuationes, purgationesq; ferat: & uidere, an in morbo commutetur. id autem tum ex actionibus, tum ex facie cognoſcitur, ſi ſimilis ſit ſibi ipſi, cum bona ualetudine frueretur: vt ipſe in præſagiis faciendum eſſe monuit. In acutis inquit, morbis ita ſpecta, in primis ægri faciem, ſi faciei bene ualẽtium ſimilis ſit, præſertim uero ſibi ipſa: ſiquidem ita fuerit optima. Verum quia nos omnium hoĩum naturam prius cognoſcere non potuimus, ſed ſæpe etiam repente ad igno-D tos homines uiſendos uocamur, ideo a communibus initium ducimus. nam in quibus neque nares acutas, neque oculos concauos, neque cetera, quæ ibi ſunt ab Hippoc. memorata, perſpicimus, in iis neminem de ægrotante quicquam interrogamus, at ſi illa adſint, tum quærimus, quomodo affectus eſſet, cum in naturali eſſet ſtatu. Regionis uero formam eſſe magno uſui ad morbi curationem, & ad futura præſagienda, eſt a nobis ſæpenumero demonſtratum: atque ipſe in libro de aere, aquis, & locis, qui in quaque regione morbi uigeant, declarat; atque illi quidem eũ indigenas corripiunt, tum uero quia familiares ſint, minus periculoſi habentur. De conſuetudine autem quid attinet dicere? præſertim cum ipſe ſæpenumero dicat, eam nobis multis in rebus eſſe fructuoſam. Sed & in præſagiis etiam ait: ſi quis pronus cubet, cum in bona ualetudine ita cubare non conſueſſet, aut delirium, aut dolor uentris portenditur. & illud, Dentium ſtridor in febri, quibus a pueris non conſueuit, inſaniam, mortemque ſignificat. Non exiguam porrò utilitatem ex ætatis duci cognitione, cognoſces ex aphoriſmis, in quibus de ætatibus diſſeruit: & in quos ſunt iam a nobis conſcripti cõmentarii. eſt autem quadripartita ætatum diuiſio, atq; humida quidem, & calida puerorum eſt: ſicca & calida florentium: ſicca & frigida declinantium: humida & frigida ſenum. ſed pueruli non abſolute calidi ſunt, vt qui ætatem florentẽ habent: ſed natiuo calore, qui temperatus eſt, & in probo ſanguine conſiſtit. quãquam aũt plus

humoris habeant,quàm ad salubrem habitum opus sit, tamen exsiccandi non sunt: propterea E
quòd in caussa hoc esset,ne augerentur,& crescerent.De senibus quęstio existit,quòd alij humĩ
dos,alij siccos eos esse dixerunt.Sed hoc in libris de tẽperamentis ostensum a nobis est,eos,qđ
ad membra eorũ solida pertinet,siccos esse:quia uero ex frigida temperatura,magna copia ex-
crementorum in ipsis est, ideo humidos dici. itaq; si libris de temperamentis diligenter perle-
ctis,uera scientia cognoueris,frigidam & siccam esse propriam senum temperaturã, sed adiun-
ctam habere humiditatẽ ex pituitosis excrementis profectam, tunc plana & perspicua erit ea,
quam oẽs fere neglexerãt,dubitatio. quam ob rem iubet,& nobis auctor est, ut in omni re tra-
ctanda,& anni tempus,& regionem,& ętatem intueri debeamus.atq; in aphorismis quidem,cũ
de morbis,qui in quoque anni tempore,quaq; ætate uigeant,dissereret,nobis elemẽta artis tra
didit.ego uero nonnullas eius sententias hic afferam, quas ipse ad hunc fere modum scriptas re
liquit:Morbi,inquit,oẽs in omnibus fieri temporibus uidẽtur:quidam tñ magis in quibusdam, »
& fiunt & irritantur:ut uere,atræ biles,& ceteri,quos deinceps subiunxit:æstate, continuæ,ter
tianæq; febres,& alij:autumno,alii multi,quos ipse narrauit: hieme,alij: vt ẽt progrediens scri-
bit,quales,quantiq; morbi in ętatibus oriantur.quos ego,breuitatis studio ductus,minime esse
memorandos puto. Monet autẽ nos,vt morbi constitutionem consideremus.vt utrum morbus F
acutus,an diuturnus sit,utrum symptomata iuncta habeat,aut ijs uacet: vtrum in principio,an
incremento,an statu,an declinatione sit,cognoscamus: & utrum morbo mortifero æger tenea-
tur,ut superstes esse non possit,an euasurus sit,iudicemus. vult enim ipse e morbis sumi rationẽ
pręsagiendi,quid futurum sit:quod nos prolixo sermone cũ in libris De crisibus,tum uero ẽt in
commentarijs in aphorismos editis explicauimus: veluti cũ ait, Tertiana exquisita cito iudica- »
tur:quartana longa est:vtraq; uacat periculo.phrenitis uero, & ueternus & periculum minanẽ, »
& acuti sunt morbi.Scirrhus uero lienis,& exitiosus est,& diuturnus.Hoc autem loco aeris nos
ambientis constitutionem prætermisit:cuius tñ in libris de vulgaribus morbis fecit mentionem
his uerbis:Cum totus ille status austrinus,& squalidus esset:deinde uero, Cũ totus annus humi »
dus,frigidus,& aquilonalis fuisset:itemq;. Non una species morborũ uagata est:neq; unus sem- »
per fuit in toto anno status. Hoc nomen,constitutio,si per se solum, & sine additione proferatẽ, »
potest & regionis,& cuiusq; rei alterius formam indicare.Iam uero excessum,defectionemque
annexuit:a quibus morbi sæpenumero gignũtur, & item in caussa sunt, cur medicus properet
naturam adiuuare,cum ea nõ satis euacuet: aut cur immodicam euacuationẽ cohibeat. quibus
quidem fit rebus,ut uidendum sit,plus ne,an minus,quàm par est,fluat,quod sua spõte prodit: G
& quibus alterutrum prosit,quosq; offendat.siquidem utrunq; malum est. vt enim quod mediũ
est,id in omnibus est rebus expetendum,ita quod redundat,quodq; deest, fugiendum: nam &
uirtutes omnes in medio consistunt,& uitia extra medium excedunt.

12 *Purgatio, euacuatio, remedia.*

Solet Hippocrates absolute appellare euacuationẽ, cum oẽs humores æqualiter euacuãtur:
purgationẽ uero,cũ ij, qui praua qualitate affecti sunt. fit aũt accuratissima oĩum humorũ, qui
æqualiter educantur,euacuatio per uenæ sectionẽ.proxime ad hanc accedit,quã scarificatione
malleolorũ obimus.itemq; ea,q̃ in exercitationibus,aut frictionibus, aut balneis, aut ẽt inedia
uersatẽ.quanquã inedia non per se,ut singula,quæ dicta sunt,euacuat: sed per quandam perspira
tionẽ,quia nullum alimentũ,quo euacuata materia instauretẽ,introducitur. hæc aũt uno nomi-
ne remedia,hoc est sanationes uocat. Verum siue natura ipsa corpus euacuet, & noxiorum hu-
morũ fiat euacuatio,siue id,nobis medicamentũ dantibus,consequatur,Hippocrates appellare »
purgationes consueuit.quocirca Thucydides in pestilentia explicanda, secundo historiarum li
bro,euacuationes in morbis,q̃ impetu naturæ ꝑ symptomata ratione morbi cõtingunt,purga-
tiones,expurgationesq; uocauit.Purgatio igitur est euacuatio humorũ,qui sui qualitate mole- H
sti sint.atq; ipse in aphorismis quancunq; euacuationem nominat uasorũ inanitionem, idq; ab
euentis,ꝓpterea qđ eueniat,vt in omnibus euacuationibus uasa inanianẽ:& uerbo medicandi
in ijs solũ utitur,q̃ purgant.Ac purgationes quidẽ,& euacuationes fiunt medicamẽtis,quæ aut
uomitũ cient,aut aluũ subducant,aut deniq; per superiores,aut per inferiores partes, hæq; aut
medicamentis,aut uenæ sectione,aut uomitu,aut per urinas, aut per sudores,aut per clysteres,
aut per reuulsionẽ,aut per deriuationem: de quibus deinceps ipse disseret; absoluunẽ. hoc tñ in
primis sciendũ est,plerosq; paratiores ad uenæ sectionẽ esse,quàm alios: quosdã uero ad purga
tionem: vt alii quiduis potius,q̃ uenæ sectionẽ,patianẽ: quidã alia omnia,quàm ut bibere medi
camentũ uelint.immo uero sunt,q̃bus purgantia medicamenta stomachũ subuertunt: alii uero
sine molestia eadem sumunt. itaq; uidendum est,quibus hoĩbus sanguinẽ detrahere, q̃bus dare
medicamentũ purgans oporteat.atq; in ijs,quorum uires firmæ,robustæq; sunt, si euacuati sint
noxii humores,morbus cessat.in q̃bus vero sunt infirmæ atq; imbecillę,una cũ humoribus no-
xiis,q̃ euacuenẽ,ipsæ quoq; dissoluunẽ: id qđ nõ est ullo modo faciendũ: sed studendũ ꝑpetuo
est,ut inde maior utilitas existat,oĩsq; noxius,& molestus humor euacuetẽ. quod ut fiat,intueri
prius diligenter oportet,aptusne æger ad purgationẽ sit, nec ne. qui.n.multis cruditatibus, aut

glutinosis,

A glutinosis,crassisq; abundant edulijs,quibus item hypochõdria sunt distenta flatibus, aut urina
supra modum calida, & ignea,aut aliqua uiscerum inflãmatio,ij oẽs ad purgationes inepti sunt.
quã ob rem glutinosos,crassosq; humores,qui in corpore sint,attenuare oportet,& meatus eos,
per quos illi a medicamento purgante traducuntur,& trahuntur,aperire. qđ nisi feceris,ægre &
moleste purgatio procedet, vt & tormina, & uertigines, & anxietatem,& summam molestiã sit
" allatura.idq; est, quod Hippocrates literis consignauit, Corpora cum quis purgare uolet,ea flui
" da faciat oportet,siue uomitibus,siue alui subductione purgatio faciẽda sit.quod etiam in mor-
" bis diuturnis intelligendum est:siquidem id in acutis usu non uenit:sed in ipso statim initio pur
gatio adhibenda est, si materia turgeat,vt postea dicetur. Nunc autem rei,ad multa,magnaque
utilis,quæ in purgatione adhibenda,& in medicamentis daudis, (quod quidẽ idem est)contin-
git,te admonebo:quã semper tibi hærere in memoria peruelim. Cum nostrũ corpus ad morbo-
sam affectionem paratum sit,ut illa inibi sit,ut prope cõfecta sit,si quid extrinsecus accedat,affe
ctionem illam arguit,& apertam facit:ac uel febrim accendit,uel dolorẽ capitis,aut destillatio-
nem,aut tussim, aut aliud quidpiam mouet. deinde uero homines ex illa morbosæ affectionis
præparatione cum periculo languent,cum neq; cursus,neq; alius ualidus motus, neq; in tempe
B rantia,neq; refrigeratiõ,neq; calfactio,neque res uenereę,neq; uinum,neq; aliud quid huius ge
neris morbum excitarit:propterea quòd nihil horum satis est,ut suapte natura uehementẽ im-
becillitatem gignat:sed uel ephemeram febrim,uel quid tale,quod ad exigui spatium temporis
perduret,afferre possit.proinde non est ignorandum,has non esse caussas,sed potius occasiones
morborũ.ceterũ eæ occasiones sunt multiplices,vt cursus,luctæ,pancratia,res venereæ, frictio
nes,æstus, refrigeratio,uigiliæ,iræ,tristitiæ,& timores.ex ijs res uenereæ,quæ spiritũ perturbãt,
quia morbus a malitia humorum non est exortus,purgationem non postulant. raucos uero,ac
lienis uitio laborantes purgare conuenit.in quibus aũt exigua inest copia sanguinis,& spirituo
sos,& qui tussiunt,nec quicquam reijciunt,quiq; siticulosi sunt,non itẽ. sed de spirituosis,aut in
flatis quæstio est:siquidẽ multæ caussæ sunt,ut quidã uenæ sectionem,quidam purgationẽ,qui-
dam aliud deniq; remedium exigere uideantur.nihil tñ, nisi adhibita distinctione, faciendum:
nisi uelis multos in facienda medicina,errores committere. Equidem Hippocratis diligentiam
cum in alijs rebus omnibus,tum uel maxime in eo commendo, quòd scopum eum, qui non in
uno,alterove morbo solum,sed in oĩbus ad purgationem indicandam præstet ceteris, non omi
serit.is autem ex ipsius sententia,est,qui ab affectus magnitudine sumendus est,quem omnes fe
C re neglexerunt.atq; empirici quidem aiunt,se obseruasse,euacuationem tum deniq; faciendam
esse,cum suus ille plethoricus concursus, ut uocant,factus sit. ac perspicue fatentur, se in nihil
aliud,quod ægroto accidat,intueri: sed ita ad euacuationem accedere.& tñ fit interdum, cum
non adsit plethoricus concursus,ut mittendus sanguis sit.Si.n.morbus ualens sit,uiresq; ægroti
robustæ,nemo erit,qui in medicina facienda sit exercitatus,qui non esse missurus sanguinem ui
deatur.ac quemadmodum sanguis propter magnam ipsius copiam,& morbi magnitudinẽ,mit-
titur: sic purgatio propter alterius cuiusdam humoris redundantiam, & morbi robur adhibebi-
tur.De uenę autem sectione est a nobis in alio libro disputatũ,& item deinceps disseretur:nunc
uero de purgatione loquemur. hac autem opus habent ægroti,non modo quia humorũ redun-
dantia,quæ noxia est,expurgetur:sed etiam ut auertatur,& euacuetur.atq; in hydrope quidem
statim in principio adhibenda curatio est. ubi uero constiterit,in primis addenda erunt, quę pi
tuitam per sedem educant:deinde utemur ijs,quæ excito uomitu euacuant: tum usus eorũ erit
accommodatus,quæ ad euocandam ex ore pituitam ualent, ut a capite pituita detrahatur: at
ubi humor pituitosus in totum sit corpus distributus, tum corpus erit eo expurgandum medica
mento,quod illi uniuerso expurgando sit.quanquam ad crassos humores incidendos, & ut uri-
D na procedat,etiam medicamenta,quæ incidendi uim habent,erunt nobis usui,atq; adiumento.
Eodem quoq; modo morbum,quem regium appellãt,omnibus admotis remedijs Curamus,vt
purgatione, uomitibus, prouocata urina,per palatum,per nares,& uno uerbo,per superiora,&
per inferiora. id quod in omnibus fere uehementibus,ualentibusq; morbis,quos malitia humo
rum procreauit,esse faciendum uidetur. ceterum morbus omnis tribus modis ualens efficitur,
aut propter eius partis,quæ affecta est,nobilitatem,aut propter affectus magnitudinem:aut pro
pter ipsius malitiam. horum omnium Hippocrates in libro De ulceribus mentionem fecit: quo
" in loco de purgatione scripsit hæc: Purgatio, inquit,per aluum plurimis ulceribus cõfert. itemq;
" uulneribus capitis,uentris,articulorum,& ijs omnibus,in quibus periculum est,ne os corrum-
patur. * hoc igitur nobis consilij dat Hippocrates, vt purgemus,ac redundantem hu-
morem euacuemus:idq; modo sanguinis detractione,cũ is ceteros humores superet:modo me-
dicamento purgante,cum aut flaua,aut atra bilis,aut pituita redundet: præsertim uero si mali-
tia humorum adiuncta sit,aut plenitudo, aut inflammatio,aut herpes,aut aliud quid huius gene
ris.quo circa statuẽdum est,purgationes esse putiles & cũ morbi magni sunt, & cum qbus pma
gna est humorũ iuncta redundantia.Non defuerunt tñ,qui hãc habuerint sñiam, prius q̃ ita aut
sanguinis missione,aut purgatione educas id,qđ superuacaneũ est,calfacientibus utẽdum esse,

atq; ita discutiendum. Sed illi materiam ad locum affectum attrahunt potius, q̃ ut per cutim ina E
niant. perspicuum enim est, tum denique medicamentis uti, quæ ad locum sint accommodata,
nos debere, cum uniuersum corpus sit expurgatum. Iam uero uenæ sectionem adhibemus, pur
gationeq́ue, & clysteribus utimur, & inediam imperamus, cum uniuersum corpus plenum, aut
malis affectum humoribus uidetur. Si neutrum horum subsit, tum ad remedia loco imponenda
statim confugimus. & quoniam hoc artis medicæ officium est, omnes singularum corporis par
tium naturales actiones recuperare, cum illæ corruptæ sint, easq́ue custodire, cum sint integræ,
eęq́; naturalem corporis fabricationẽ consequantur: profecto & ipsam cum adest, tueri, & cum
corrupta sit, recuperare necesse est. principes aũt functiones a particulis similibus inter se perfi
ciuntur: secundariæ uero, ab organicis. proinde spectandum est, qui humores sint in corpore,
quamq́; utilitatẽ, aut damnum particulis afferant. itaq; interdum solum caput grauitate tentari
sentimus, aut affectione quadam ulceris sensum referente conflictari: aut musculos temporales
intendi. idq́; uel absolute, vel cum maiore calore quodam. ita etiam in iecinore, liene, uentricu-
lo, costis, ac septo transuerso grauitatem persentiscimus, sępe etiam in ore uentriculi sensus qui
dam grauitatis, aut morsus, aut nauseę, aut auersionis ciborum, aut cuiusdam absurdi appetitus
oboritur. præterea uero fixi in particula quapiam dolores. cuius rei caussa est, aut copia humo- F
rum, quæ confertim illuc comportata est, aut spiritus flatuosus: idq́; euacuationem esse facien-
dam indicat. Sunt etiam interdum nudæ quędam intemperies, uacantes humoribus, interdum
cum humoribus coniunctæ. hæcq́ue euacuationem humorum corpus affligentium, aut uapo-
rum indicant omnia. ipsaq; euacuatio hominem a morbis, affectibusq́; liberum reddit: ac satis
est purgare, frictione, balneoq́; uti, & discutienti medicamento quodam inungere. cum his aũt
spectanda est ætas, naturaq; ægrotãtis, itemq́; anni tp̃s, regio, & alia, quæ supra memorauimus.
ceterũ cognitio loci affecti difficilis esse solet. cognoscitur aũt affectus locus, ut scis a nobis esse
in eo opere, qđ de locis affectis edidimus, demonstratũ, ab excretis, ab ijs, q̃ affectis adnascunt̃
partibus, & ab actionum noxa: ad quæ aggregantur colores, qui præter naturam sunt, & figuræ.
quæ cum omnia compereris, scito euacuationem esse admoliendam. ac puta, cũ ea plenitudo,
quæ ad uires pertinet, fuerit, sanari eam continuo non posse, quod cum ipsa euacuatione uires
una interdum exoluantur. quanquam inuenti quidam sunt, qui statim post euacuationem sint
ab omnibus molestijs liberati: uerum neque omnes medici illorum affectiones norunt: neque
* si norunt, a ceteris distinguere statim possunt. nam neque in sudores, neque in odores intueri il
lic oportet. in primis enim nihil ibi indicant: ac sudor & odor non idem est: cum sudor sit tenuis G
humiditas quædam, & ex ipsis humoribus proficiscatur: odor uero, ueluti fumus quidam ex hu
moris materia resolutus. proinde ad hæc adhibere animum non oportet. Sed corrigenda medica
menta sunt: siquidem docuimus omnia medicamenta uentriculum, præsertim uero eius os, pro
pterea quòd maxime neruosum sit, & sensu præditum, lædere. quam ob rem odorata admisceri
solent, ut ne sola medicamenti facultas uentriculi os attingat. admiscentur autem semina, quæ
uim medicamentorum obtundant, ipsorumque actionem non impediant: quæque attenuandi,
atque incidendi uim habeant. præterea uero quę admiscentur, sibi inuicem consentiant. alioqui
inęqualiter fit euacuatio. neque uero omnes, qui quoquo modo affecti sint, nec quocunque tem
pore, nec statim ubi contigerit, purgãdi sunt. Ac sanos quidem, & in quibus nihil redundat, pur
gare non oportet. quorsum enim decet, accommodatam naturæ, & culpa uacantẽ, & non mor-
bosam materiã auferre? immo uero, præter quàm quòd id cum molestia, & labore facis, nõ me-
diocris noxa consequetur. quicquid. n. per uim quidpiam facit, id dolores, labores, interdum ue
ro ẽt animi defectiones, ac partiũ exolutiones, aliasq́; molestias inuehere consueuit. euacuaris
tu quidem, sed quidpiam naturæ accõmodati, & quod rei essentiam attingat, detraxeris. Verũ
si in homine aut pituita, aut flaua bilis, aut alius quispiam humor redundarit, tũc erit oportuna H
euacuatio. Sed tñ crassos humores attenuare, ac tenaces incidere plane decet: alij uero euacuã-
di sunt. vtrisq; enim auxiliantibus & natura, & medicamento, recte succedit purgatio, eaq́; faci
lius, ac melius peragitur, cum molesta materia secedit. Sed, ut monui, obseruare eos oportet, qui
pingues sunt, & quorũ tabidus est habitus. temporũ quoq; anni repentinas mutationes, astro-
rumq́; ortus, & occasus, a quibus tẽpora ualde immutant̃, arcturũ dico, uergilias, solstitia, æqui
noctia, caniculamq́; obseruare par est, qua de re ipse in libro de aere, aqua, habitationibus, locis,
& regionibus, mentionem fecit. prius. n. quàm probe constiterint, non est accõmodata euacua-
tio. Age uero in ijs purgationibus, quæ per inferiora fiunt obseruãdæ sunt hæmorrhoides, fluor
muliebris cruentus, itemq; omnes, qui crebra desidendi cupiditate urgentur, quem morbum te-
nesmum uocant: quiq́; alui fluore tentantur, & quorum intestinum ulceratur, quorum denique
sicca mirum in modum aluus est. in purgationibus uero, quæ per superiora fiunt, obseruabis tus-
ses, asthmata, interna ulcera, ac pulmonis quidem tabem, iecinoris colliquationem, sanguinis
sputum: & si quem in gurgulione, aut faucibus, aut ceruice morbus exercere consueuit. huc ac-
cedunt oris stomachi dolores, & cum cibum homines non continent: nec tamen ipsum uomi-
tu reijciunt. itaque pituitosi per supernas partes: biliosi per infernas purgandi sunt, præser-

tim

A tim quibus atra bilis euacuanda eſt. Verum vbi opus euacuatione eſt, non debemus ipſam ita
abſolute, ſimpliciterque admouere: ſed diligenter expendere, quomodo ea facienda ſit, &
qualia futura ſint ea, quæ ſumus euacuaturi, & per quem locum, & quo tempore, & quatenus
educenda. ac quod diximus, quomodo facienda ſit, ſignificat tranſitus aperiendos: idque non
ſimpliciter, & ut ſors fert: ſed ut decet. quod nobis ſignificat modum, quo ad inanitionem faciē
dam vtamur, vt, exempli gratia, in ijs, quæ ventre cōtinentur. per clyſteris, glandiſq; uſum, &
item medicamentum, quod aluum ſubducat: & hæc ſingula per certa quædam: cum & clyſter,
& glans, & ſubducens medicamentum multis confici modis poſſint. quod uero diximus, qualia
futura ſint, quæ euacuanda ſunt, intelligimus, attendendam eſſe qualitatem eorum, quæ eua-
cuantur. vt noſcamus, aqueum ne & tenuem, an pituitoſum, an bilioſum, melancholicumve hu
morem præſtet educere. iam quod diximus, per quem locū huc pertinet, nobis ſpectādum eſſe,
per quam partem euacuare oporteat. quamuis enim perſpectum habeamus, per inferiores par-
tes euacuationem eſſe faciēdam, tamen per quam ex inferioribus tentanda ſit, diſtinguendum
eſt: vt per veſicam ne, an per aluum, an per uterum: rurſus uero ſi per ſuperiora, utrum per na-
res, an per os. eſt etiānum euacuatio, quę per totum corpus fit, eaque aut per ſudorem efficitur,
B aut per eam perſpirationem, quæ latere ſenſum noſtrum dicitur: quæ quidem propter tenuita-
tem eorum, quæ educuntur, oculorum effugit obtutum, etenim cum eius facultatis, quę animal
continet, imbecillitas, & tenuitas humorū in idem conueniunt, eſtque eis calida febris adiun-
cta: aliquid ſemper propter imbecillitatem quidem extra cutim excernitur, verum ſub aſpectū
præ exiguitatę non cadit: utpote tenues humores defluant. quod ſi etiam locus ſit calidus, &
anni tempus æſtiuum, & cæli ſtatus calidus, ac ſiccus, tunc homines in huiuſmodi affectionem
promptius cadent: ac magis etiam, ſi natura ſint bilioſiores, oſque ventriculi habeant imbecil-
lum. Præterea uero, quod addidimus, quo tempore, ſcito, uidendum eſſe, quo ſit tempore uacuā
dum, vtrum in principio, antequàm morbus concoctus ſit: cum inquam, ut ipſe poſt dicet, tur-
get, & ad humorum excretionem nos impellit natura, quæ animantia gubernat: an poſtquam
noxij humores ſint concocti. quod deniq; diximus, quatenus, ſcire debes, copiam euacuationis
nobis eſſe perpendendam, cuius habere rationem medicus debet: vt ſudor interdum uidetur
eſſe ægroto utilis, & tamen ipſum quoque eſſe moderatum oportet: propterea quòd ſi immodi
cus ſit, uires diſſoluat. multo autem accuratius ſeruare modum decet in ijs, quæ uomitu reijciū
tur, quęque per aluum educuntur, ac quæ per ora uenarum, perque uterum euacuantur. Eſt au-
C tem tentāda euacuatio autumno, & uere, per quam potiſſimum partem prodeſſe uidetur, ut nu
per dicebam. ſi uero hieme, & æſtate euacuare aliquid cogaris, dato operam, vt hieme per infe-
riora; æſtate per ſuperiora id facias. idq; ipſe in libro de ſalubri diæta monuit. cauſa eſt, quia hie
me pituita in uentre gignitur. quocirca iubet, eam vt vomitibus euacuemus: at æſtate uult vt bi
lim ſupernatantem deorſum retrahamus. uerum ſi totum euacuare corpus uelis, æſtate per ſu-
periorem uentrem, hieme per inferiorem medicamēto faciendum eſt, ut in Aphoriſmis habes:
at quæ prohibere uoles, ne augeantur, ea per loca contraria reuellere conueniet. & tamen in læ
uitatibus inteſtinorum cum in extremitate ſunt exulcerationes, ab acri, tenuique humore exor
tæ, licet morbus medicamentum per ſuperiora poſtulet, quod potius huiuſmodi humores ſu-
perfluitent, quàm infra ſecedant: tamen hoc hieme non eſt faciendum: ut modo dicebamus. cū
uero humor pituitoſus adhæſit inteſtinis, non eſt per ſuperiora purgandus, hoc eſt per medica-
mentum uomitu purgans educendus. eſt enim natura comparatum, ut ea ſolum, quæ in uentri
culo ſunt, euomantur. eorum uero, quæ inteſtinis continentur, nihil eſt, quod euacuari uomitu
poſſit. quam ob rem in facienda medicina mentem, animumque adhibere diligenter, ne erres,
oportet. hanc autem ad rem non parum facit etiam cōſuetudo: ſi quidem ipſa quoque modum
D euacuationis declarat. nam qui vomere ſoliti ſunt, eas purgationes minore cū moleſtia ferunt,
quæ per ſuperiorem uentrem fiunt: inſueti uero, non ſine periculo id faciunt. ac magis etiam cū
elleboro vomitus cietur: quo remedij genere cum veteres plurimum vſi ſunt; tum uel maxime
Archigenes, cuius liber, qui eſt De elleboro propinando inſcriptus, adhuc extat. Eſt etiam mor
bi genus ſpectandum. qui enim aquam inter cutem ex pituita habet, is medicamentum pituitæ
educendæ poſtulat: ac primum quidem per inferiorem uentrem, deinde & per uomitus, & per
ea, quæ pituitam per os euocant. cum enim in toto corpore ſit diſperſa redundantia, omnia eua
cuationum genera adhibebimus. at hydropi aſcitæ medicamenta dabimus, quibus aqua edu-
catur. ſicut regio morbo correptis ea propinabimus, quæ bilim ducant. in quibus etiā bilis mul
tis modis expurganda eſt, ut per inferna, per ſuperna, per urinas, per palatum, & per nares. Eo-
demque modo ſi melancholici humores abundarint, ut in melancholia, cancro, & elephantiaſi
vſu venit, medicinis vtemur, quibus atræ bilis humor euacuetur. in comitiali morbo pituitam
expurgantia medicamenta danda erunt. Quædam etiam intemperies ſine humoribus compe-
riuntur: in quibus refrigerare, calfacere, exiccare, humectare, & aliquid horum coniuncte face
re oportet. in ijs autem, quæ ex humoribus conſiſtunt, ſi particula ſibi ſoli inſeruiat, tibi licebit
audacter euacuare, prout affectio ſuadebit, uiribus tamē etiam perſpectis. ſin eius miniſterium

ſit omnibus animantis partibus neceſſarium,cuiuſmodi eſt iocinoris,aut uentriculi;non parua E
ſolicitudo de uirium robore habenda eſt,vt ne una euacuatione magna affatim adhibita,ipſum
diſſoluamus.Ita etiam qui in corporis ſuperficie laborant intemperie,ijs medicamenta,quæ po
ſtulet intemperies,adhibebimus.quibus autem in imis corporis partibus intemperies eſt,in ijs
ineunda eſt interualli ratio.ceterũ quæ per ſingulos dies in nobis coaceruantur, ea erunt exer-
citationibus expurgãda. Ea aũt quę vſu balneorum fit euacuatio,nõ magna eſt:ac ferme quid
piam eorum,quæ cute continentur,euacuat.quę uero in profundo corpore inſunt,& per carnẽ
ſunt diſperſa,ac ſolidis partibus inhærent,non iam ſatis a balneis euocantur.neq; tñ euacuatio
medicamentis facta purgantibus eſt idonea: quanquam ijs,qui valde purgatione indigẽt, & ex
longis ẽt interuallis accommodata eſt.Si uero quiſpiam euacuationem moliri velit,vereaturq;
ne plenitudo colligatur,atq; ita in morbos cadat,is ſciat,præſtantiſſimum eſſe ad euacationem
ineundam tempus,ver:ab hoc,autumnum. is.n.ſæpenumero circa uergilias conſtitutionem ue
ri parem ſortitur:vt quidam non ægrè purgentur,& id oportuno tempore faciant prius,q̃ æſti-
ua excrementa ab hieme excepta condeſentur,& corporibus infigantur.& ob eã cauſſam pur-
gationes uerno tempore ſunt optimæ,quòd excrementa hieme collecta educunt prius,q̃ calor
exuperans ea moueat,ac perturbet. quo in loco par eſt attendere commune medicorum erra-
tum,quod in plurimis affectibus plerunq; committitur. nam quod ſuperuacaneum eſt euacuãt
illi quidem,ſed tñ,ne ei quod euacuatum ſit,quid perſimile gignatur,nullo modo ſibi curãdum F
proponunt.Iam uero,cum ęgrotus medicamentum bibit,ei danda ſorbitio eſt: interim uero dũ
ſit purgatio,ſorbitionem non dabis.& tñ plerią; medici,cum euacuant,copioſe hominẽ alunt;
at Hippocrates nobis auctor eſt,ut pauciora demus:propterea quòd corporum, quæ expurga-
ta ſint,facultas purgatione conflictata,neq; ferre,neq; probe conficere alimentum poteſt.nunc
uero, qm̃ etiam inteſtini natura facit,vt facile,aut difficulter aluus ſubducatur, bene actum iri
nobiſcũ puto,ſi is,qui recte per ſuperiora,perq; inferiora purgaturus eſt,huius rei non erit igna
rus.Venter enim in hominibus ſuapte natura oſculum hẽt aduerſum: & in dextra parte ad ſpi-
nam latius,q̃ in ceteris animantibus:inde uero fit anguſtius:deinde meſaræũ ſubit: atq; ita de-
inceps uſq; ad principium coli inteſtini.ij,qui tales ſunt,cibis facile euacuantur:at quibus oſcu
lum ſuperius vergit,uel eſt anguſtius,q̃ par ſit,uel quòd ita ab ortu ſit factum, vel quòd aliqua
inflammatio obſideat,aut durus tumor poſtea enatus comprimat, aut aliud quid impediat; ijs
cibi difficulter deſcendunt:ſed facile ſubducuntur.quos quidem oẽs per inferiora purgare non
debemus.at quibus os uentris propter morbos anguſtum eſt factum,ſi progreſſu temporis mor
bi ſoluantur,ſymptomata quoq; ſolui ſolent.quocirca non ſemper ſunt eodem modo ad purga
tiones per aluum affecti.& quæ natura fiunt,ſemper obſeruanda ſunt:quæ uero ui morborum, G
quatenus morbi uetant.Qm̃ uero ex medicamentis alia decocta damus, quibus ægri ueſcãtur;
alia ſicca in puluerem redacta,aut contuſa,aliorum uero liquores,aliorum deniq; radices exhi
bemus,non ſunt cocta crudis commiſcenda:nec radices liquoribus admodum temperandę:ad
hibere igitur animum oportet,ut cui morbo unumquodq; medicamentũ conueniat,intelligas.
nam quę maxime contrarijs morbis conueniunt,non ſunt ſimul commiſcenda.ergo feruida re
frigerantibus,fortia debilioribus temperantes offeremus.itemq; inſuauia iucundis,ut pulegij,
nepitæ,& thymi coma,& ſemine petroſelini,dauci,& aniſi,& pipere,& † alijs condiendo; quo
rum quædam purgationem adiuuant,ut piper,atque etiam ſal:quædam uetant,ne quid plus, q̃
oportet,purgetur:ut prædicta ſemina faciunt.quædam medicamentum perducunt ad ea, quæ
purgationis indigent. Nunc uero meo me functũ officio ſatis putabo, ſi medicum cohortabor,
ut nihil plane eorum,quæ ad artem pertinent,negligat.ſiquidem ſunt his de rebus integra a no
bis conſcripta uolumina: ut ẽt de venæ ſectione eſt ſæpenumero uarijs in locis actum : & tñ in
præſentia mihi propoſui pauca quædam ſummatim,& perſpicue eſſe afferenda:præſertim cum
tu mihi mandaris,ut hæc celeriter,breuiterq; conſcribam.Primum igitur,quod eſſe in uenæ ſe
ctione propoſitum debet,eſt morbi magnitudo,& robur uirium; exceptis ab hoc ſermone pue H
ris,& ijs,qui ad ſummam ſenectutem peruenerunt.Scire enim conuenit,non ſolũ particulis ani
mantium ſuppeditari a ſanguine alimentum:ſed ẽt natiuum calorem ſuam in ſanguine ſedem
habere collocatam.is autẽ calor, qui in corde eſt,tum minor ſe ipſo redditur propter magnam
eiuſdem inopiam:aut propter frigidam qualitatem:tum maior, uel propter calidam ſanguinis
qualitatem,uel propter inopiam exiguam.quemadmodum autem in uentriculo prauæ conco-
ctiones fiunt,cũ ea,quæ ſumpta ſunt,aut magis pituitoſa,aut magis bilioſa redduntur, aut cor-
ruptelam quandam patiuntur,aut cruda,& mutationis expertia plurimum manent, & inflatũ
uertuntur:ita etiam ubi ſanguis non gignitur,humorum in arterijs,uenisq; affectiones propor
tione reſpondebunt ijs,quæ a fruſtrata in uentriculo concoctione proueniunt.alimentum aũt,
quod a uentriculo diſtribuitur,qm̃ a natura non ſuperatur, & in boni ſanguinis generationem
non mutatur multas experiri corruptelas ſolet.quæ autem ex materia calida computreſcunt,
calidiora redduntur:proinde putreſcens ſanguis erit calidior.qui cum ſit factus calidior,etiam
cauſſam afferet,vt particula,in qua putreſcit,calidior ſentiatur:& quæ uicina ſunt,una cũ par-

† In altero exẽ plari pro ἐλ- λαω legi. ἐν ἁλ- ει .i. ſale

A ticulis ita affectis, calore inquam aeri, & mordaci, incalescant, cum igitur in aliam particulã decumbit, in ea tumorem præter naturam excitat. ex quo genere est inflammmatio. cumq; is sanguis, qui decubuit, crassior sit, & magis melancholiam imitetur, tum scirrhi naturam tumor nanciscitur: ut esse laxus solet, cum fluxio pituitosior. at si biliosa sit, ignis sacer gignitur. quę omnia nos in methodo medendi, itemq; in eo libro, quem ad Glauconem misimus, & alijs plerisq; in locis, accurate distinximus. itaq; cum plenitudo sit duplex, uti dixi, tũ ea, quæ ad uires refertur, tum ea quæ ad affusionem pertinere dicitur, celeriter euacuanda est prius, quàm magnum quid piam malum excitare in hominibus incipiat. quocirca si inire de uena secanda consilium uelis in hæc proposita potissimum intuebere, quanta inquam sit plenitudo, & qualis, tũ perspicies naturalem corporis facultatem, deinde ipsius corporis totius habitum, tum anni tempus, regionẽ, & antecedenrem uitam: & utrum aliqua solita excretio sit præter consuetudinem cohibita: denique utrum homo gracilior euaserit, aut crassior. cumq; perspicua plenitudinis adsint signa, ac ualentes uires sint, uenam secabis: si uidelicet tentionis sensum afferat affectio, sine ullo discrimine: ac multo etiam magis si sensum inflammationis aduehat, si uero plenitudo aggrauans molesta sit, sanguis non perpetuo mittendus erit, at uenam secabis ijs, quibus hæmorrhoides sup-
B pressę sunt: & ijs omnibus, quoscunque ęstiuo tempore morbi a plenitudine profecti corripiũt: & item qui in eiusdem generis morbos uerno tempore cadunt. cæterum intemperantes, uinosos, atque abdomini deditos siue purgatione, siue sanguinis detractione euacuaris, nihil iuueris. Iam uero non solum incidenda uena est, cum subest plenitudo, sed etiam sine plenitudine in principio inflammationis, quæ sit uel ex ictu, uel ex dolore, uel ex partium exorta imbecillitate. tria igitur sunt, quæ agnitionem continent, morbi magnitudo, eaq; aut præsens, aut imminens: ætas, & robur uirium: hæcque tria proposita ad sanguinis missionem suadendam esse satis possunt. Ac si qñ tãta crudorum humorum coaceruata sit copia, ut uenæ sectionem prohibeat, non tamen coargui nostra debet oratio: propterea quòd in huiusmodi robur uirium non adest. ergo in ijs, quibus euacuatione opus est, maturandum est euacuare, nisi sit quædam concocti alimenti in uentriculo facta corruptela. In febribus autem, si continentes febres sint, & manifestã aliquam accessionem afferant, in qua accedentes in eadem permaneant magnitudine, & ordinatas, aut inordinatas inuasiones faciant, erit summa diligentia animaduertendum, ne increscẽtibus inuasionibus detractiones moliamur. sed id tẽporibus placidioribus faciamus. sanguinis autẽ detractio multis fit e partibus. ac si a fronre sanguis auferendus sit, recta in fronte uena se-
C canda erit. atq; in plurimis, in frontis partibus superioribus, & caluaria, ubi uena ad Y litteræ similitudinẽ scinditur. sectio autem in parte inferiore apud ipsam uenæ scissionem facienda est. q uero in angulis oculorum sunt, eas prope supercilia, multo supra angulos incidere solemus. secundum aurem uero secanda est ea, quæ duræ auris parti est opposita. sub lingua aũt aut utran que, aut certe maiorem, quę dextra est, incidimus. in brachio uero eam, quæ ex humero descendit. in manu eam, quæ inter medium & annularem digitum interiacet: in poplite eam, quæ media est maxime: in malleoirs internam. paruitas autem persæpe facit, ut non sit nobis integrũ, ut quam uelimus, incidamus. In uenis autẽ cubiti secandis, si secundum naturam sint, ut in plurimis usu uenit, tres erunt ad incidendũm accommodatæ, eæq; perspicuæ, ea nimirum, quæ supra est ad musculum, & media, & quæ ad brachij exortum est. quænam aũt sit in aliquibus secãda, discernimus. in animi enim defectionibus, aut in aliquo stomachi uitio, aut in uiribus suspectis, incidenda est superior: quibus autem confertim facta detractione, & concitata euacuatione opus est, media: at qui mutationem in melius postulat, quo in numero sunt, qui comitialem morbum patiuntur, inferior. Iam uero in cubiti articulatione multas uenas, quas incidere medici solent, comperies: de quibus in libris de dissectione, deque usu partium, & in eo, qui est de
D dissectione uenarum, disseruimus. Terminum autem mittẽdi sanguinis Hippocrates coloris mutationem statuit, sed scire par est, qui quid sanguinis in inflãmatione est, id ipsum magna ui caloris mutare colorem: reliquum uero sanguinem persimilem in omnibus particulis permanere. tunc enim Hippocrates de inflammatione, quæ costas obsidet, loquebatur. quocirca si sanguis, qui toto corpore continetur, sit pituitosior, certe is, qui in costa inflammata habebitur, erit rubicundior, si ille fuerit ruber, is qui in parte inflammatione obsessa est, adustus ad nigritiem permutabitur. liuidus autem medius est in ea mutatione, quæ a rubore ad nigritiem efficitur. atq; hoc quidem esto signum ex Hippocratis sententia. Illud uero non est nobis ignorandũ, scopos cum augentur, indicio esse, copiosiorem fieri euacuationem oportere: cum non augentur, tantum esse de copia euacuationis detrahendum, quantum illi sint imminuti. adhibere autem maxime animum debemus pulsum mutationi, utpote quę minime fallax signum sit: ac si uel in magnitudine, uel ulla inæqualitate commutentur, statim cessandum erit. ac de hoc præsidij genere hactenus. qui scire quidpiam accuratius aueat, is totum librum nostrũ, cuius inscriptio est, De curandi ratione per sanguinis missionem, legere poterit. De euacuatione autẽ, quæ uomitu fit, quid opus est dicere? perspicuum enim est, eã interdum accommodate adhiberi ijs, qui uomere soliti sunt: interdum uero consuetudinem esse interrumpendam. si igitur in uentriculum fla-

ua

ua bilis confluat,homoq; sit ea natura,ut amara bilis in eo coaceruetur,regioq; calida sit,& ui- E
tam laboriosam,atq; ærumnosam homo degat,is assuefaciendus ita est,ut bilim prius,q̃ cibum
sumat,euomat.si uero malum inde ortum sit,quòd multum uini a balneo ante cibum,uelit bibe
re,tum & uomendi consuetudo omittenda est,& de potus,deq; pastus copia est detrahendum.
ventriculus.n.propterea factus imbecillis, totius corporis redundantias in ipsum confluentes,
excipit : interdum uero accommodatus est vomitus,vt humorem glutiuosum , eumque pluri-
mum a ventriculo abstergamus . ac si quis sit , qui huiusmodi humorem continenter in ventri-
culo colligat,eum quoque uomere continenter oportet. contra uero si uentriculus propter im-
becillitatem continere ea,quæ sumpta sint,non poterit,vomitu non erit utendum:& pauci ci-
bi,ijque stomacho idonei dandi erunt.ipsumq; medicamentis ijs,quæ foris superdantur,confir
mabimus.Quoniam autem ijs,qui difficulter ad vomitum impelluntur,non mediocre pericu-
lum imminet,ne & venula rumpatur,& aspectus offendatur, & gurgulio, ac stomachus dolore
conflictetur,& alia item incommoda patiantur;ideo medici modos excogitarunt, quibus mo-
dis hoĩes uomere facile possint.proinde in quibus excitare uomitum a cœna sine ulla molestia
uolumus,ijs narcissi bulbos una cum esculentis dabimus,quibus uescãtur: hacque ratione fiet,
ut illi facile uomant.Valet etiam ad prouocandum uomitum anagyri semen, & glandis vnguẽ F
tarię carnis denarius ex aqua mulsa potui datus.hoc etiam sępe aluum subducit,atque adeo,vt
iecur & lienem ex posca repurget.Vomitus autem multa commoda affert.nam & pituitam eua
cuat,caput,alioqui graue,leuat,totum corporis habitum agiliorem reddit : ac uetat, ne is, qui
nimio se uino ingurgitauit,aut multa deuorauit,offendatur. Ceterum qui sibi esse uomendum
proposuerit,spectare dẽt,ne quibus uescitur,aut acerba,aut arida sint: sed tum dulciora,tum li
quidiora,tum deniq; acriora.quarum rerum magnam copiam in nostris de simplicium medica
mentorum facultatibus cõmẽtarijs habebis explicatam.huiusmodi autem sunt radicula,eru-
ca,vetus salsamentum,origanum uiride,modicum cepę,atq; porri:tum uero etiam ptisanę ex
leguminibus confectæ,& quæ mel mixtũ habeant,ac lomenta fabarum,& carnes pinguiores.E
uinis deligenda sunt dulciora.caussa est,quia ea magis superfluitãt,ac magis &t si sint,q̃ cõsueue
rint,dilutiora.non debet aũt is,qui ad uomitum incitatus est,cogi,ut oĩa accurrate uomat : sed
ubi satis sit euacuatus,tum cessandum est . cumq; tm̃ uomuerit,quantum esse cõsentaneum vi-
deatur,tum uentriculum,ceu vas quodam,lauet aquæ mulsæ potu, aut magna ui aquæ, & ite-
rum vomat.Clysteribus autem sæpenumero in morbis utimur,cum vti alijs remedijs nõ licet.
multis uero confici modis solẽt.alij enim molles sunt, acres alij.molles ex aqua calida,ex aqua G
& oleo commixtis,& item ex lacte fiunt.huius quoq; generis est aqua in qua alicã,tragum,lini
semen,maluamq; decoxeris.quibusdam anserinum,suillum,caprillum,hircinum, gallinaceũq;
adipem adiungimus.sicut etiam butyrum,resinam terebinthinam,rutam,cuminum,lauri bac-
cas,anethũ,& quæ sunt generis eiusdem.Acres constãt ex muri,aqua marina,garo siluri,deco-
ctione iridis,thymi,satureiæ,aristolochiæ rotundæ,cucumeris agrestis,absynthij, colocynthi-
dis,cnici,uerratri nigi,polypodij,& mercurialis:& ex uino mulso cum sale, & nitro, & centau
rij succo.Molles autem adhibentur ijs,in quorum intestinis stercus durũ insidet.& quibus ma-
ius aliquodadmouere remedium uolumus, ut dropacem, sanguinis missionem, aut chirurgicã
actionem quandam.acribus vtimur ad lateris dolores,gingiuarum defluxiones,capitis dolorẽ,
propensionem in somnum nimiam,peripneumoniã,anginam, rigorem,morbum comitialem,
insaniam,coxendicis morbum,inflammationem oculorum,& cum homo non nisi recta ceruí-
ce ducere spiritum potest,deniq; ad ueternum.Sed stercus aut supra,aut infra continetur.id qđ
ex his notis dignosces.ergo si stercus propter affectionem,quæ in superioribus sit partibus, cõ
tineatur,stomachi distentio aderit,& dolores dorsi,ac spiritus angustiæ comitabuntur. si uero
in ieiuno,& gracilibus intestinis cohibeatur,nausea,saliuæ copia, frequẽs circa umbilicũ æstus H
ægrum afflictabit.at si colon intestinum male affectum sit,flatus cohibentur,tormina uiolenta
adsunt,lumbi grauitas sentitur,quæ lassitudinis sensum inuehit.quocirca fit,ut clysteres sint ad
multas res utiles,ut in extremo intestino ægrotante usu venit,itemque in choleris siccis,in le-
uitatibus intestinorum,in alui fluore,in crebra desidendi cupiditate,& alijs permultis,quæ nũc
non sunt nobis recensenda.usus uero etiam quandoque postulat,ut ex aqua salsa clysterem pa
remus,ut cum ulcera intestinorum in dysenteria computrescũt.idque facimus, ut quicquid cõ
putruerit,abstergamus:ac simul multas veluti squamas ulcerum educamus . quod quidem usq;
faciendum est,donec intestinum expurgatum sit.quod ubi factum erit,tum in clysteres medica
menta conijciemus,quibus expurgare,quæ superuacanea sunt,possimus. Iam vero præter cly-
steris usum,alia multa nobis suppetunt,quæ & corpus,& singulas eius partes,ut caput,& cete-
ras euacuent.huiusmodi sunt aut apoplegmatismi,quibus pituita educitur,aut per nares expur
gantia,aut quæ suffumigationes vocantur,aut quæ excitis lachrymis materiã inaniunt.Suffu-
migatio tamen non multis illa quidem prodest,sed ijs solum,quorum thorax male affectus est:
ac ne his quidem omnibus:siquidem non congruit ijs,qui sputo sanguinis laborant, neque ijs,
quos morbus siccus in thorace vexat. apophlegmatismus vero est post totius corporis purga-

tionem

A tionem accommodatus.Ita etiam quæ per nares caput purgare dicuntur.eaque aut ex centau-
rij succo fiunt,aut betæ,aut triti elaterij,aut cedriæ,aut aliorum,quę huiusce sunt materiæ.Eo-
rum uero,quibus lachrymæ cientur,usus est perexiguus:siquidem ea solum adbibemus, cum
oculi diuturno sunt morbo exiccati:& cum palpebras scabies obsidet. Reliqua autẽ sunt, quæ
per vrinas euacuant:quæ non omnibus conueniunt.vitanda enim sunt in tabescentibus, pro-
pterea quod eos ualde perturbant.ceterum ex ijs,quę urinam cient,quędam per os sumuntur,
quo in genere sunt,quæ potui dantur: quædam glandicolis imponuntur.atq; his vtimur, cum
lotij plena ad summum vesica,eijcere ipsum non potest.De ijs uero,quæ sudorem eliciũt, deq;
balneis,ac ceteris,in quibus est uis euacuandi,quę ipse uno nomine remedia uocat;non est nũc
oportunus ad dicendum locus. quam ob rem ad ea,quæ deinceps sequuntur,accedemus.

12 *Declinatio.*

Hoc etiam vnum est medicinæ faciendæ genus.cum enim euacuare,aut purgare semper nõ
possimus,sitque infixum quid in particula, quod eam uexat:damus operam,id vt declinemus:
ut neque particulæ molestiam afferat,neque eo in loco cõputrescat:quod quomodo sit facien-
dum,ipse deinceps docet,cum hæc subiungit.

B 13 *Deriuatio in caput,in latera, qua maxime vergit. aut reuulsio in supernis deorsum: in infernis,
sursum. aut exsiccare, aut aliquibus inferna; aut aliquibus superna. aut eluitur; aut quibusdam mi-
tigabitur.*

Deriuatio est eiusdem generis cum euacuatione,quæ fit per eam partem, quæ fluxionẽ ex-
cipit.vsu autem reuulsionis prohibemus,ne vehementissimi humorũ effluxus confertim in par
tem decumbant. hæcque sunt ab Hippocrate reperta communia cuiuscunque immodicæ eua-
cuationis remedia.fit autem deriuatio ad uicina loca:reuulsio ad contraria.ut si quid per pala-
tum uacuetur,ad nares deriuamus:sursum uero reuellimus.Medicus autem dẽt naturam imita
ri.id ipsum uero ipsa facit persæpe,vt est in aphorismis conscriptum.Si,inquit, mulier sanguinẽ
vomat,menstruæque purgationes superueniant,morbus soluitur.quocirca nos cum menstruæ
purgationes uehementius,& confertim euacuãtur,& cum sanguis ex utero fluit,sursum reuel
lere consueuimus.quod,cucurbitula maxima sub mammis affixa,facimus. Sanguinis uero ex
naribus profluuium, inita ratione contraria,hoc est maximas cucurbitulas præcordijs adhibẽ
tes,cohibemus.Sic etiam cucurbitula defigenda occipiti est,vt materiam,quæ in posteriore est
parte,& ad oculos comportatur,reuellamus,eademque ratione venã in fronte secamus,ut ma
C teriam,quæ in posterioribus cerebri partibus continetur,ad anteriores trahamus. Sic etiam si
a nare dextra sanguis fluatiocinori affigenda cucurbitula est,si a sinistra, lieni:si ab utraque,vi
sceribus utrisque admouendæ sunt.atq; ad hunc modum in omnibus fluxionibus tum reuel-
les,tum deriuabis:ut quæ per aluum fluunt,ea uel per urinas,uel per uterum traducas:quæ per
vrinam,ea uel per uterum,uel per sedem:similique modo quæ per vterum,ea aut per vrinam,
vel per aluũ transferas.in ijs autem quæ per oculos,& aures,& palatum fluunt, ea per nares
deriuantur:reuelluntur autem quæ supra sunt omnia,deorsum:sicut in ijs oĩbus,quę infra sunt,
sursum fit reuulsio:præterea a dextris ad sinistra,& a sinistris ad dextra:& ab internis ad exter-
na,& vicissim ab his ad illa.Ipse enim in sexto de uulgaribus morbis libro censuit reuellẽdum
esse,si non qua oportet,materia vergat,at si qua oportet,his aperire,quemadmodũ singulę ver
gant.ac nos iam ante didicimus,ducenda esse qua vergunt,per loca oportuna auertendaq;,ac
reuellenda,quæ non rite uergant.id ipsum autem facies,si humores ad cutim vergentes,per ip-
sammet euacuabis. * eodemque modo si pars capitis posterior dolore affligatur, re-
cta vena in fronte secta,vt diximus,prodest.propterea quòd non euacuat modo,sed etiam re- *
uellit:cum reuulsio,vt monui,ad loca contraria fiat,vt exempli caussa,in longitudine supra, &
D infra,in latitudine uero,hinc & inde,hoc est a dextris,& a sinistris: in altitudine,retro & ante.
atque ita sæpe diuturnæ oculorum fluxiones sanatę sunt,ex partibus occipitis misso sanguine,
& cucurbitulis admotis.ita etiam in libro de ulceribus scriptum comperies:In omni inquit,ul-
cere,cui ignis sacer superuenit, purgandum corpus est,qua ulceri maxime prodest,siue id per
superna,siue per inferna fiat;ac nobis eandem obseruandam esse distinctionem tradit, ut scia-
mus,ad ea loca materiam esse reuellendam,ad quæ maxime vergit.quare si vehemẽter fluxio
feratur,eam ad contraria reuellemus:vt si in superioribus ulcus sit,per inferna purgemus: si in
inferioribus consistat,superiorem ventrem euacuemus.quod si fluxio ipsa cessarit,& in mem-
bro fixa sit,deriuare fuerit melius,& quòd translatio fit in propinquiora,& quòd tum attractio
e vicina parte promptior medicamento pueganti suppeditetur.in quam etiam sententiam affir
mamus,uenæ sectionem remedio esse vehementi sanguinis profusioni.ac nos sæpe id sumus ex
perti,immodicam sanguinis fluxionem,ita euidenter cohiberi.perspicuum autem est, uenam
humeralem eius brachij,quod recta uia ei nari,e qua sanguis large fluit,respondet, incidendã
esse.siq; ex utraque nare profluat,utranque uenam secandam. neque enim euacuationis, sed
reuulsionis gratia uenam incidimus.sectio tamen ante profluuium adhibenda est.atq; Hippo
crates quidem iubet reuulsionem esse ad contraria faciendam:euacuationis uero gratia, dire-
cto.

cto.& quæcunque sanguinis profluuia directo fiunt, ea maximam afferre ægrotantibus utilita E
tem affirmat.quę uero contrario modo fiunt,tantum abesse,vt prosint, vt etiam interdum lædant:quòd uires dissoluant,nec ulla morbo afferatur leuatio.siquidem neque in liene turgente sanguis e dextra nare proflués,neque in iocinore,si a sinistra erumpat,ullum usum parit:sed reuulsio quibus directo adhibetur,euidentem vtilitatem celeriter. ostendit:cótrario uero modo, non item .quam ob rem cum humores intro vergunt,sunt extra reuellendi:cum in posteriores partes se recipiunt,tu eos in anteriores attrahes.cum huc,tu contra,in contrariam partem adduces.cumq; morbus thoracem,ac stomachũ petit,tunc manus,ac pedes adhibita ui sunt vinculis excipiendi.ut quod molestum est, illuc reuellatur . eodem quoque modo si redundantia, ad caput,aut ventrem feratur,medicamenta mordacia manibus, pedibusque admota reuellere contrariam in partem solent.quinetiam si materia in os,aut palatum,aut gurgulionem fluat, erit ad nares deriuanda usu medicamentorum mordacium,quæ per nares caput purgantia nominantur.quæ uero ad oculos fertur,eam ad os per mordacia gargarismata retrahes.in ceteris uero,& per.quæ admouere oporteat remedium,& quonam modo , ipse loci positus commonstrai.atque id est,quod ipse ait,in superiòribus,deorsum:in inferioribus, sursum . fluentium.n. F
adhuc humorum reuulsio:eorum uero,qui iam particulam occuparunt, deriuatio medela est. vtrunque autem genus euacuationis iubet Hippocrates per communes venas esse faciendum. veluti in utero,ut dixi,reuulsio erit,si uenam cubiti secueris:aut cucurbitulas prope mammas affixeris:aut manus calefeceris,& fricueris,& deligaueris.deriuatio autem erit,si uenas poplitis,aut malleolorum incideris,& cucurbitulas feminibus applicueris:ac si crura calefeceris,fricueris,& ligamento exceperis.at si contrarias partes fricueris, præsertim uero si id feceris,medicamentis adhibitis,quæ uim calfaciendi habeant,reuellens remediuṁ admoueris:ut sunt ét naturales meatus oppositi,si adaperti sint.Itaque si dextra uteri pars male affecta sit, e dextro, brachio,dextroque crure mittendus sanguis erit:si in sinistra,tum e membris ijs detrahes,quæ illi recto tramite respondeant.si uero in supernis partibus quid inflammatione tentetur, ut in angina,inflammatione oculorum,& ijs omnibus quæ in capite sunt,usu venit: uenas exteriores,& quæ ad rectitudinem sitæ sint,incides.liene autem inflammationem patiente, uenam sinistræ manus internam secabis.si iecur,internam dexteræ.artubus uero patiétibus, euacuationem,siue reuellere,siue deriuare uelis,a coniugibus faciendam scito:nisi morbus sit diuturnus:
propterea quòd eo casu ab ipso affecto membro detrahere sanguinem oportet.ita etiam in an- G
gina,venas,quæ sub lingua sunt,incidimus,ubi nimirum corpus totum iam sit uacuum , morbusque sit diuturnus.eadem ratione,& lieni,& iocinori cucurbitulæ affiguntur . sic aliud etiam quoduis membrum affectum scarificamus, si non amplius confluere humores uideantur.Quoniam autem corporis particulę quædam spatia intus habent,quædam extra,quędam utrinque, quædam neutra ex parte,scire conuenit,quænam exsiccãdæ sint,quę secus.atq; ex simplicibus quidem arteriæ,uenæ,ac nerui;quæ in artubus sunt,intus habent:qui intra peritonęum, utrinque.nerui autem,qui in artubus,neutra in parte.qui intra peritonæũ,ex alterutra parte.uisceribus uero fere omnibus ampla spatia,& intus,& extra insunt.caro quoq;,ut pulmonis,rara:contra uero,renum densissima.post hanc iocinoris.lienis uero caro,quo est densior carne pulmonis,eo est,quàm iocinoris,rarior.in his omnibus,quæ neutra in parte habent spatia, quibus si peruicaceam fluxionem excipiant,ea exsiccãda sunt, licet suapte natura non admodum sicca fuerint:cuiusmodi sunt nerui,præcipueq; ij,qui sint in artubus . sed quæ intus , & extra aliquid relaxare inflammationis possunt,ea non iam postulant,quæ exsiccare ualde possint:præsertim si laxam carnem,ut pulmo,habeant.Quædam etiam sunt,quæ abluere oportet aut clysteribus, H
aut medicamento , quod excire uomitum queat . qua uero ex parte,superiore ne, an inferiore hoc faciendum sit,nemo,opinor,ignorat.quatenus uero progrediendum sit,ipse mitigationem pro termino statuit.

Ne humores effusi intro retrahantur : sed transitus exsiccentur.

Aggressus est Hippocrates multos curationum modos nos docere,de quibus est in alijs eius libris scriptum perfectius:ut de purgatione,deque euacuatione,& alijs est a nobis declaratum. docuit enim deriuãdum esse,cum humor aliquis euacuationis indigens non cœperit per oportunum locum ferri,atque tamen admodum procul ab oportuno , nec in eum , qui sit maxime contrarius:sed si per urinam euacuari cœperit,uitiata uesica,aut renibus,tunc pręstat,per aluũ deriuare.deinceps uero post deriuationem de reuulsione agendum putauit: ut humorem non progredientem,ducamus.si enim infestus humor excerpatur,ac moderata sit euacuatio,sinendum est,ut fiat,neque ulla cura adhibenda:at si immoderata sit,aliquid a medico faciendũ est, ut modo copiam eius nimiã cohibeat,modo eius defectioné irritet.Itaq; docet, eos humores, qui ad cutim consistunt esse euacuandos : propterea ꝙ procul sane perducentur,si eos in imas corporis partes reuulseris,ut per aluum,aut per uomitum euacuentur.ipse enim uocare † effusa,& effusiones,& effusos humores solet eas excretiones,& euacuationes,quæ ex uasculis fiũt: quæ quidem fieri solent,cum uenæ,quæ in cute sunt,contenduntur,ac sanguis per ipsas contu-

† ἐκχυμώματα. ἐκχυμώσεις ἐκχυμώματα.

A sas effunditur. is tamē non uno loco ita effusus statim in grumos coit, sed postquam effusio per persultationem efficitur. si uero sanguis ita cōstiterit, locus pallescit, ac nigrescit: propterea qđ sanguis in multas fit corporis particulas diffusus. quocirca adhibenda diligentia est, ut prius, q̃ nigrescat, curetur. quod faciemus, si sanguinem discutere conati erimus, cum ipsum ægre posse discuti, ubi in grumos coierit, intelligamus. Ceterum quomodo effusa curanda sint, recta uia ac scientia in methodo medendi perdiscere potuisti, & item in ijs libris, qui de medicamentis locorum conficiendis conscripti a nobis sunt, & tamen nunc quoq; non nulla afferentur. partes igitur intimæ corporis oēs, quæ male affectę sint, ualentiora postulant medicamenta, quàm quarum in superficie morbus est. omnibus autem effusionibus euacuatio pro medela proposita est. eumq; foras uergant, nullo pacto intro eas retrahere fuerit cōsilium. idque ipse paulo ante nos docuit, educenda esse omnia, qua uergant, per loca oportuna. proinde ijs, quæ calfacere eas ac modice siccare possint, utemur. nam quæ ualenter siccant, digerunt illa quidem inter initia cui dentius, quàm imbecilliora: sed tamen quasdam affectus reliquias prędura, quæque curari uix possunt, relinquunt. medicamenta uero, quæ humectant, & calefaciūt, & ea, quæ ad siccius uergunt, neque tamen perspicue, neque euidenter contrahunt, sunt omnium effusionum remedia.

B Cum uero totum id, quod effusum est, discussum sit, tibi integrum erit, rupta si qua erunt, uehementius exsiccare: ac deligatura coniungere.

Turbatio, infusio, ablutio, quibus ad sedem abscedit: unde exoluitur aut medicamentum, aut ulcus, aut humor quispiam, qui constiterit, aut germen, aut flatus, aut paruum animal, aut æstus, aut alius affectus quidam.

Multos curationis modos nos docet, aut potius ad prædictos aggregat, quibus utamur, cum quid sedi, uel intestinis, præsertim recto, molestiam afferat: affectus porrò caussa esse potest, aut abscessus, aut medicamentum; hoc est quippiam ueneni uim habens: aut ulcus, aut humor aliquis ibidem compactus, & infixus, aut exortus alicuius rei, & germinatio, aut flatus illic contētus, & cui transitus non pateat ut prodire queat: aut cibus non confectus, aut exiguum quoddā animal ibi genitum, cuiusmodi sunt lumbrici: & cetera huiusmodi parua animalia: aut æstus uexans, aut aliud mali genus. hęc enim omnia irritatione, quam ipse turbationem uocat, & infusione per sedem, & ablutione uel curantur, uel certe mitigantur. ac nos iam de his locuti sumus in ijs libris, qui sunt de locis affectis: neq; opus est, nunc lōgiorē orationē de eis instituere.

Hæc autem spectanda sunt: quæ sponte sua desinunt: aut uelut pustulæ ab exustione excitatæ, ea quibus

C *bus qualia lædant, aut prosint. figura, motio, in sublime sublatio, & rursus subsidentia: somnus, uigiliæ anxietas, & oscitatio, horror; ut quæ facienda, aut prohibenda sunt, anteuertas.*

Cum aliquid sua sponte fit, id quomodo desinat, spectandum est: utrum inquam morbū soluat, an uero alium affectum quendam pariat: an pustulas quasdam excitet, ut in æstu, atq; ambustis fieri consueuit. quo sane casu est præterea uidendum, illa ne prosint, aut noceant. Si enim utilitatem afferant, ea sic erunt sinenda, nec ulla eis adhibenda curatio: si uero noceant, tum & prohibenda, & curanda esse scito. Signa autem erunt hæc: figuræ corporis, faciei, oculorum, decubitus, &, uno uerbo, ipsiusmet ægroti. Hæc uerba aliter quoq; scripta comperiuntur, ad hunc modum: figuræ ipsarum: ut hoc de pustulis dictum intelligamus: quo figuram ipsarum spectemus, latæ ne illæ sint, an rotundæ, an globosæ, an aliam figuram habeant. nam quæ a calido humore gignuntur, eæ tum cito iudicantur: tum minime latę sunt: quæ uero a frigido, eæ & latæ sunt, & diutius perdurant. quocirca ab Hippocrate dictum est, latas pustulas non admodū pruritum excitare. solent autem exoriri, cum natura partes imas corporis expurgat, ut nonūquā per excretionem, ita per decubitum ad cutim. mea uero sententia est, quæ hoc loco dicta sunt, in ægrotante esse accipienda. addit enim, motio, sublatio, & cetera: siquidem mentis torpor, cor

D porisque pigritia, & propensio ad somnum, & capitis grauitas, ac ructus acidi, in neutre redundantes, a pituita originem ducunt: sicut eleuatio, & subsidentia a flaua, atraq; bili oriuntur: uigiliæ autem a flaua, aut potius ab utraque bili excitantur. atq; ea quidem, quæ ad somnū, queq; ad uigilias pertinent, accurate spectanda sunt, ut oportune adhibeātur: ut uideamus, an in principio accessionis, an in statu, an deniq; in declinatione somnum cōcedere par sit. etenim in principio accessionis febris, cum humores & crudi, & copiosi sint, somnus semper nocet: ut etiam noxius est, cum abscessus uētrem uexat. caussa est, quia calor intro se recipit, & cum eo sanguis quoque intro recurrit, eumque eo tempore natura nihil aduersus morbum agat, longior sit accessio. at si crudi quidem humores in aliquo sint, sed tamen pauci, sitque uirium adiuncta imbecillitas, tunc somnus potius commodum, quàm damnum afferre solet. interdum etiam in eiusmodi somno splendores quidam e redundantibus excitati humoribus, oculis obseruantur. *Sic habetur in utroq; exēplari.*

* * * Anxietatem autem uocauit, quam plerique tædium sui nominant. aiunt, enim, eos ægrotos anxios esse, qui decubitū ferre non possunt, sed formas mutant, quia præsens eis semper molesta sit; quod ijs potissimum euenit, quibus in ore uentriculi propria quędā molesti humoris qualitas continetur: qui humor neque multus sit, neque in uentriculi spatio innatet, sed in eius sit tunicis immersus. Oscitatio uero est ueluti pandiculatio: quam uel humor flatuosus,

. tuosus,vel flatus vaporosus in musculis contentus gignit.Horror autem est affectus prauorum E
humorum per cutim discurrentium.In extrema autem dictione,iubet maturãdum esse, si quid
faciendum,uetandumve sit.dixit enim in aphorisinis,præcipitem esse occasionem.quocirca mi
nime par est,res agendas in aliud tp̃s reijcere,ac socordes esse: sed anteuertere,atq; accelerare.

Correctio per vomitum:inferne,per exitum,aut sputum,mucum,tussim,ructum,singultum, flatum, vrinam,sternutationem,lachrymas,pruritus,euulsiones,contactus,sitim, famem,repletionem,somnos, labores, laboris vacuitatem,corporis,mentis , per disciplinas,memoriam,vocem, silentium.

Morbi complures inueniuntur,ad quos tollendos aut omnia hæc remedia, aut certe eorum
multa sunt accommodata: de quibus nos iam supra disseruimus. In primis autem vomitu uti-
mur,cum magna glutinosorum humorum copia ventriculo continetur,eamque abstergere cõ
uenit.interdum etiam uomitus non confert: ut cum ventriculus infirmus est,& totius corporis
excipit in se redundantias.sed tum præcipue vomitum imperamus,cum flaua bilis in uentricu-
lum confluat,& homo sit suapte natura biliosus,regioque sit calida,& ipse sit ad vomẽdũ assue
tus.at,quæ per exitum gradiuntur,ea per infernas partes ducenda sunt : ut præceptum , apho-
rismiq; sententia seruetur:Quæ ducenda sunt,&c.Sicut quæ sursum repunt, per uomitum eua-
cuanda sunt.ac de hoc,ceu de signo,ipse in libro præsagiorum uerba fecit.Subiũgit quoq; alios
curãdi modos,ut per sputum,mucum,tussim,& alios,quorum ipse mentionem fecit.atq; e spu-
to quidem duplex oritur indicatio.prima,colore,tenuitate,ac crassitudine,morbi genus signifi F
cat:altera indicat,per sputum esse euacuationem faciẽdam:quod effici a medicis solet per apo
phlegmatismos,& ea,quæ per nares caput purgant,& catapotia quædam,quæ sub lingua con-
tinentur.de colore autem sputi,quod in morbis colorem contraxerit,hoc est,cum rubrum,aut
cruentum,aut uiride sit,aut alio quouis modo affectum, ipse tum in præsagijs, tum uero etiam
in libris De ratione uictus in morbis acutis locutus est, his fere verbis: Sputum inquit, in omni „
bus doloribus,qui pulmonem,costasq; obsideant,& cito,& facile excreari debet;quodq; flauũ „
est,admodum permixtum sputo apparere.nam flauum,quod sincerum sit,periculosum est . al- „
bum uero,& glutinosum,& rotundum,inutile censetur.si uero admodum uiride est,& spumeũ „
malum est: sed grauius est nigrum. In libro uero de uictus ratione,ad hunc modum scribit : Si „
inquit,in dolore lateris continenti,quique formentis adhibitis se non remittit, ac sputum non „
procedit, sed summe glutinosum sit,nec concoctum : & quæ sequuntur. in lateris enim morbo „
dolor sentitur,qui pungentis sensum inuehit,habetque respirandi difficultatem adiunctam,&
sputum colore infectum.ideo si sanguis sit biliosior,sputum erit aut flauum,aut pallidum:si pi-
tuitosior,erit sputum spumeum,& candidum: si magis melancholicus, tunc erit aut nigrũ, aut
liuidum: si nihil horum sanguis habeat,rubrum sputum reijcietur. * sunt enim G
uentriculo duo meatus dati: quæq; in ipso praua continentur,magis fluitant,& euomũtur.quæ
dam per intestina secedunt:ut quæ per renes,ac uesicam transeunt,per urinã excernuntur.quæ
ex cerebro,ea potissimum per nares,interdum uero per palatum,auresque euacuãtur . Mucum
uero etiam interdum aqueum,crudumq; uidemus,quem prohibere oportet usu rerũ,quæ odo
ratui offeruntur,& medicamentorum,quæ per nares attrahuntur,& eorum, quæ imponi auri-
bus solent.cuius sane generis sunt grauedines,quas uocant: quas inter initia lædit sternutatio,
cum nimirum crudi,incoctiq; humores sint,sed neq; etiam interdum rerum venerearum vsus
prodest: propterea quòd uehemens quædam fit motio,quæ replere caput consueuit.idque est,
affectui contrarium,quippe qui tranquillitatem,& quietem postulet,& modicum calorem ex-
petat,ut crudi humores coquantur,ac non fluant.cum enim iam cocti fuerint humores, fluxus
cohibetur,atque euacuatio per sternutationes fit. porrò grauedinis , ac destillationis caussa est
cerebrum,cum ueluti e similibus inter se particulis constans,in frigore intemperiem contraxit.
ac destillationem quidem uocamus,cum excrementum in os defluit: grauedinem , cum in na-
res: raucitas uero destillationes sequitur,cum fauces humore imbutæ fuerint . Si uero in
* * * Cum uero aut nulla ex parte complectitur,aut diminute,aut H
uitiose,tunc flatus fluctuationesq; consequuntur.ac flatus quidem,cum & cibi flatui gignẽdo
sunt,& uentriculus non ualde frigidus sit.fluctuationes uero,cum in eo nihil inest, qđ uerti in
flatũ queat,aut cum sit uehementer perfrigeratus.De uitiosis aũt eius motionibus,ut q̃dã tre-
morẽ,quædam palpitationẽ,aut ueluti fluctuationẽ,conuulsionemq; afferant, est iam a nobis
disputatum in eo libro,quem de symptomatum differentia conscripsimus. nunc scire cõuenit,
motum ventriculi,qui fere conuulsionis speciem præ se fert,qui in singultu accidit,non esse cõ
uulsionẽ eam,quæ solis accidere musculis consueuit: propterea qđ neq; uentriculus,neq; eius
gula musculus est . motio enim uitiosa quædam est expellentis facultatis , quæ aliquid molesti
reijcere cupiat.proinde,in uomitibus reijciũtur ea,quæ in eius sunt amplitudine: in singultibus
uerò ea,quæ in uentriculi sunt corpore: sicut in tussi oẽs uẽtriculi partes id,quod eis molestum
est,expellunt.singultus autem ex nimia inanitione,aut repletione fieri aiunt.qui ex inanitione
oriuntur,insanabiles sunt: quos excitauit repletio,ij ab incidentibus, abstergentibusq; ea, quæ
impacta sunt,medicamentis curantur. * Conuulsionem igitur, tremorem ,

palpitationem,

A palpitationem,rigorem,horrorem,singultum,tusses, ructus,sternutationes,& oscitationes esse motus uitiosos,iam est a nobis declaratum.simulque ostensum,eadem esse naturę opera,quę ab aliqua morbosa caussa ad motum uiolenter impellitur. ceterum uellicationes,singultus,tusses, sternutationes, pruritus, quęque sunt huiusmodi,si parua,debiliaque sint,cessant siquis ea ferat seque ab eis abstineat. molesta autem est sitis uel maxime: eaque duabus de caussis oritur,tum penuria humiditatis: tum caliditatis redundantia sed primum genus ægre curatur:alterum tollitacetum ex aqua epotum. ideo ijs,qui noctu siti torquentur,conuenit super dormire: propterea quòd concoquitur,ac descendit per somnum sitis caussa,quæcunque ea fuerit.si enim ex potus penuria sitis orta sit,curabis,si potum dederis:si ex uini calore,aqua restinguetur. * planum est enim contraria curari contraijs.ita famem curabis,si cibos offeras: vt expletio tollitur penuria,& euacuatione: vt somnus, insomnia: labor uacuitate laboris,quę uel ad corpus,uel ad animum,vel mentem,vel rationem,vel ratiocinationem pertineat.itemque uox,hoc est sermo,silentio,& uicissim,contra. νόημα uero nunc uocat intelligentiam,quam mentem atque animum communi nomine homines appellant.Eorum uero,quę uoce proferuntur,est ratio,qua & consequentia,& repugnantia cognoscimus. quibus & diuisio,& coniunctio,& resolutio,& de-

B monstratio,& cetera consimilia continentur. Quomodo autem mens idem quod intelligentia, & intellectio apud ueteres significet, eiusque rei multa afferri possint testimonia,superuacaneũ est memorare.Iam uero animi quoque ægritudines sunt ira & tristitia. sed animus, & ira differunt ab angore,& tristitia in actionibus. in ira enim atque animo calor naturalis intenditur,ac propagatur, bilisque tunc gignitur, atque augetur: in tristitia uero, atque angore contrahitur natiuus calor,& frigidus,pituitosusque humor generatur. itaque cum in corpore frigidi,pituitosique humores redundant, tum non modo corporis motione, sed etiam agitatione mentis excitarę,ac uelut accendere natiuum calorem oportet. qua in re iram,non tamen uehemẽtem, corporis motionibus adijcies, vt calor propagetur, & humores ad extimas partes expellantur. hoc enim iam est a nobis in libro * de morbis uulgaribus demonstratum. * * * Sed etiam in dolore capitis,cum mali caussa est eiusmodi humor,qui mediocrem calorem postulet,scito in deligatione esse remediũ. si uero humor aqueus sit, etiam sternutamẽtis adiuuatur: at contra si sit biliosus, excitandæ sternutationes non sunt: propterea quòd humor perturbatur,& augetur. Quod uero ad loquelam & silentium pertinet, non est temere ab eo adiunctum. cum enim uox sit motio instrumentorum respirationi deser-

C uientium, in multis morbis loqui, in multis silere prodest: vt in sputo sanguinis utile est neque clamare,neque uehementer spiritum ducere,aut mittere: neque pulmonem,neq; thoracem,neque asperam arteriam ualenter mouere. Vrinam autem esse optimam ipse dixit, cum alba sunt subsidentia,leniaque,& equalia. idque omni tempore usq; dum morbus sit iudicatus. ita enim tutelam indicat,& morbum fore breuem significat. De somno hoc est etiam ab Hippocrate conscriptum: esse nobis natura comparatum, ut die uigilare assueti simus,noctu dormire, si hoc immutetur,malum esse:peiusq; censeri,si neq; die, neq; nocte quispiam dormiat. huius rei afferre caussam potest aut dolor aliquis, aut labor,aut animi ægritudo,aut corporis affectus. quem,utrũ curationem postulet, intueri maxime debemus.

19 *Hysterica purgatio: quæ superne erumpunt,ac torquent: pinguia,sincera,spumea, calida,mordacia,æruginosa,uaria,ramentosa,fæculenta,cruenta, flatus expertia,cruda,cocta,sicca: quacunq; circunfluunt; contemplanda sunt: item q; ferendi difficultas prius,quàm periculum adueniat: quaque sedare non oporteat.*

Hysteram plerique nõ medici solum,sed etiam philosophi uterum appellarunt, eam inquam partem, quam natura mulieribus ad concipiendum dedit. equidem multas ego hystericas fœ-

D minas uidi,quarum nonnullæ ita iacebant,ut sensus,motusque expertes essent: pulsumq; & languidissimum,& minimum haberent,aut certe nullum penitus habere uiderentur: nonnullæ uero & sentirent,& mouerentur, ac ratione integra sine noxa,uterentur, uix tamen respirarent. nonnullæ deniq;,quæ artus contraxissent. vteri autem affectuum sunt multæ differentiæ: quas ferè omnes in sexto de locis affectis recensui. extitit autem quæstio a nonnullis allata, utrum omnes mulieres ita affectæ, sint mortuæ: quæ sane absurda quæstio est.cum enim quædam incolumes euaserint, perspicuum est, eas non esse mortuas. sed,inquiunt,non respirant. respiratio autem a uita,& uita a respiratione non separatur. ita quicunq; uiuit,omnino respirat: quiq; respirat,is etiam omnino uiuit. inire igitur hanc rationem possumus, exiguum eis relictum esse calorem ex arteriarum,& cordis actione: quam perspirationem quidam uocãt: sicut respirationem eam nominant,quæ a thorace,& pulmone efficitur.q̃m uero in ijs,quæ ex utero suffocantẽ, totum corpus est refrigeratum,ideo respiratio per os nullo modo efficitur: per arterias uero fit. sed hæc,cum sit perexigua,sensum latet. porrò in hosce uteri affectus incidere mulieres propter, menstruas purgationes retentas,aut propter semen,probabile fuerit. quanquam seminis retentio maiorem habere uim ad lædendũ corpus, quàm menstruæ purgationes suppressæ, uidetur: pſertim iis in corporibus,in quibus semen suapte natura peioris succi sit,& copiosius,ac uita in

otio traducatur : & ex mulieres frequentiore admodum concubitu prius uterentur : deinde ex E
toto, & confertim a pristino usu se abstinuerint. hæc autem symptomata, quæ hysterica nominantur, ad uterum, tanquam ad radicē pertinent. ac quidam arbitrātur, uterū esse uelut animal, quod gignendæ prolis desiderio trahatur.: proinde si priuetur ijs, quæ concupscit, totum ab eo corpus lædi, atq; hoc ipsum apud Platonem scriptum inueniri aiunt, his fere uerbis: Qui aūt, in- "
quit, vterus ac uulua in mulieribus appellatur, cum animal sit creandæ prolis cupidum, si intēpe "
stiue, ac diutius uacans fructu fuerit, succēsens, ægre, molesteq; fert : & in oēm corporis partem "
pererrans, ac spiritus uias obstruēs, nec sinens fœminas munere fungi respirationis, in extremā dubitationem conijcit: atq; alios omnigenos morbos affert. Sed hoc sciendū est, vt alibi demōstrauimus, vterum neq; animal esse, neq; per corpus uagari: sed modo sursum, modo in latus retrahi, propterea quòd spiritu impletur. itaq; latitudo amplificatˀ, longitudo uero fit breuior : ob eamq; causam sursum trahitur. plenitudo autem ex menstruis purgationibus, quæ retentæ sint, oritur, atq; ita uteri uincula humore perfusa, extenduntur. his porrò extentis, vterus continui ratione simul contrahitur. itaq; si æqualiter ex omni parte trahantur, ipsorū commutatio in nullam partem propēdebit. Si uero inæqualiter, ad partē uehemētius trahentē extendentur. Vexat uero etiam interdū fœminas fluor is, quem muliebrem nomināt : idq; sine ulla uteri affectione: F
cum uniuersum corpus per uterū expurgatur, & euacuatur; sicut etiam euacuari quandoq; per renes solet. Vteri autē inflammatio ex multis excitatur caussis: vt ex ictu, ut ex menstruis suppressis: vt à refrigeratione, vt ab inflatione, vt ex abortu, vt ex partu ægre edito. inflammationē sequitur acuta febris, capitis, ac sedis, oculorū dolor, colli conuulsio, inclinatio in aduersum, stomachi ex consensu dolor. tum uero os uuluæ conniuet: pulsus parui, crebriq; reddunē. Inflammatio uero in abscessum transit. quo tempore inordinatæ cum horrore accessiones mulieres inuadunt. & exulceratur sępe uterus ex difficili partu, aut fœtu extracto, aut corrupto, uel ab acribus medicamentis, aut a fluxu, aut a ruptis abscessibus: atq; interdum in cancrū desinit. quinetiam scirrhum vulua contrahit, aut duritiam, aut inflationem, a quibus uexatur. quorū morborum remedia ego breuiter subiungerem, nisi de eis sæpe uerba fecissem, ac nunc non esset de ijs loquendi locus: sicut neq; de utero procidenti, neq; de eodem, cum eius os occluditur, neq; de alijs eiusdem morbis in præsentia dicendum est. * Eas uero, quæ ex utero

strangulantur, quæ sint frigidiores, * admotis seminibus odoratis,

pulegij coma,

artemisia, ruta.

acorum,

superdare autem conuenit.

tum ex myrrha, & G

quæ crassitudinem incidant.

si uero propter uteri humorem non possis

at eius,

qui siccior sit, est a contrarijs petenda curatio, *

* sed flatus, qui uterum uexent, prohibet, & auxilla, quę admouentur, repellit.

quocirca oportet aliam curationis inire rationem.

* inutile esse plane perspicitur. sed & illud esse incommodum uidetur, quod æruginosum, uarium, aut cruentum, aut ramentosum,

* quæque boni, & quæ mali consulenda sint, ab ipso perdisce. Sic enim scriptum reliquit: Alui, inquit, excrementum optimum est, quod molle est, & consistent, & eodem tempore, "
quo in bona ualetudine, excernitur, & ad proportionem eorum, quæ ingerūtut. Si.n. talis deie- "
ctio fit, inferiorem uentrem recte ualere declarat. at si liquida fuerit, utile erit, vt sine stridore, neque frequenter, neq; ex breuibus interuallis deiiciatur. creber.n. desidendi labor insomniā parit. cum uero æger affatim, sæpeque deiicit, ne animus ipsum deficiat, periculum est. In his nos H
docuit, vt perspecta consistentia, quantitate, & tempore deiectionis, quæ optima sint alui excrementa, cognoscamus. vt autē excrementa liquida fiur, caussa est, quia ex uentriculo in iecur non fit facta distributio : vel quia de iocinore, aut liene aliquod excrementum in ipsum defluxerit: idque & bonum, & malum esse potest. ac bonum quidem, si & iecur, & lien, & totum deniq; corpus per iecur expurgetur: non bonum uero, cum symptoma est, propterea quod non recte sit facta distributio

* *

* *

nunc uero

indicat, pessima excrementa non modo a consistentia, quantitate, & tempore, quo deijciuntur, dignosci: sed ex colore, odore, & sonitu, qui cum eis sit coniunctus. ait enim: Quod ualde liquidum est, albicans, aut pallidum, aut rubrum uehementer, aut spumeum, prauum est: sicut etiam glutinosum, album, subpallidum, lene: caussa est, quia liquidum, est cruditatis signum: albū uero indicat, pallidā bilim in uentrem ex iecore nō descendere: pallidū, magnā pallidæ, æruginosęq;

bilis

A bilis copiam admixtam esse. spumeum uero modo indicabit flatuosum spiritum esse cum humore, qui difficulter soluatur, permixtum: modo uero caloris copiã. exigua porrò, tenax, albaq; deiectio erit colliquationis nota: quod nimirum pinguedo ab igneo calore, qui tamen non admodum malignus sit, liquefiat. quæ uero subpallida, lenisque est, eiusdem est colliquationis indicium: sed significat pinguedinem a uehementiore calore consumi: aut quia pinguedo uetus, aut semiputris existat. * *

Præterea ubi ait:

itemque cum subiungit: nigra, pinguia, liuida, æruginosa, fœtida. planum est nigra eum colorem ab atra bili pura contraxisse. liuida ab eadem, sed modica. pinguia autem deijciuntur, quod pinguedo ab igneo calore simul colliquetur. fœtida uero corruptelam subesse significant. * *

proinde fit uaria multorum affectum sint indicia. *

B * * sinceras uero ipse deiectiones appellare cosueuit, quæ nulla sunt aquosa humiditate permixtæ: solo humore, qui uacuatur siue is biliosus sit, siue melancholicus, siue porri colorem imitetur, siue bilis sit, quę ęrugnosa nominatur, intestina peruadente. huiusmodi enim deiectiones exustam esse omnem natiuam humiditatem a calore febris indicant. usu uero etiam quandoque uenit, vt sincera, quæ pallida, aut flaua, aut fulua, aut rufa, aut ęrugino sa, aut nigra sint, deijciantur: sicut etiam prærubra illa est proluuies, quæ in iocinoris affectionibus excernitur. quam ob rem modo cruentę, modo prærubræ deiectiones reduntur.

* *

ut in secnndo de vulgaribus morbis ostensum est.

* indicans quoque, perinde ac ipsemet ægrotum quempiam conspexerit, in quo natura impellente proruperit ad intestina, & uentrem inferiorem.

C * * plerunque enim huiusmodi deiectiones cum torminibus excernuntur: cum nimirũ affectio, in qua talia excernuntur, praua fuerit. *

quo in loco de aqua mulsa differit. ceterum spumea alui excremẽta, ac potius quæ sunt magis, quàm par sit, biliosa, ac magis etiam calida, educit ea mulsa, quæ magis pura est, quàm quæ aquea. nam quo sincerior sit, eo maiorem uim ad excernendum habet. hæcque est biliosarum, spumantiumque deiectionum caussa. Mordacia autem excrementa duobus modis ad motum incitantur: uno, cum ab ipso corpore sensibili impelluntur: vtpote quod eius, quod alienum sit, expellendi uim habeat: vt in commentarijs de naturalibus facultatibus probatum est: altera, cum uehementiore motu agitantur, quem uel exercitationibus, vel frictione adipiscitur. quæ igitur subcallida, putriaq; excrementa sunt, ea non modo horrorem, sed rigorem quoque, & febrim afferre possunt. cruda uero, ac tenuia, ut horrorem quidem & rigorem afferant, certe febrim non accendunt: nisi notabilis quædam copia utrisque accedat. * *

propterea quod usu non uenit, ut ægrotus, præsertim morbo acuto, habeat uen

D trem robustiorem, quàm in naturali statu habuisset. quanquam quod cum morsu aliquo celeriter secedit, neq; robur uirium, neq; imbecillitatẽ plane indicat. sed quod sine morsu, aut aliquo alio symptomate, & oportuno tempore ad motum excitatur, id ipsum tres uentris facultates alterantem, retinentem, & expellentem ualentes esse declarat. crudum uero alui excrementũ erit tenue, asperum, succi expers, & quod eorum, quæ ingesta sint, qualitatem seruet. quod uero ex iis sit excrementis, quæ ex toto corpore in uentrem confluunt, id rusum sine permixtione est: quod tum deniq; accidit, eum amaræ bilis humor purus, & copiosus in uentrem confluit. viride autem est æruginosæ indicium: vt nigrum est uel atræ, uel sanguinis in eo loco perusti. si uero uelut quid liuidum in excrementis appareat, nec quid tale æger sumpserit, refrigerationem quandam, & extinctionem partium internarum indicabit. sicut etiam si pingue sit, nec quid eiusmodi æger comederit, est, ut dixi, colliquationis nota. & quod ualde fœtet, si hoc etiam ex cibo nõ proficiscatur, non mediocrem subesse corruptelam declarat. *

* multæ enim affectiones longius tempus, in quo concoquanť, postulanr. periculumq; multitudini, & copiæ par afferunt. facilius. n. simplex concoquitur affectio, minusq; est, quàm multiplex, periculosa. Ceterum Hippocrates terminũ deiectionibus prę scripsit facilitatẽ, aut difficultatem tolerandi: vt sciamus, quo in loco cessandum, in quo secus.

sic etiam in aphorismis censuit, cum ait, Si qualia purgari oportet, purgentur, cõfert, & facile fe E
runt: contraria, difficulter. nam si quæ uexant, euacuentur, ęgroti facile ferent: si quid uero aliud
euacuetur, ac non id, quod molestum est, omnino necesse est eos id moleste esse laturos. Turpe
enim medico est, si permittat, ęgrotum adire periculum prius, quàm id, quod immodice circun-
fluit, cohibeat, & comprimat. quocirca iubet, vt excrementa alui perspiciamus, ac non solum
qualitatem, sed etiam quantitatem contemplemur: tum tolerandi facilitatem, & difficultatem,
& uires ægrotantis, ac ceteras distinctiones, de quibus nos iam persæpe locuti sumus, diligenter
attendamus.

20 *Maturatio, descensus eorum, quæ infra sunt: fluctuatio eorum, quæ supra. quæ ex vtero, sordes au-
rium, irritatio, adapertio, euacuatio, calfactio, refrigeratio, intrinsecus, extrinsecus, horum etiam, horum
non. Alui autem egestiones ijs, qui sese laboribus exercent, quandiu parum ederint, parumq́; potauerint,
modicas, ac duras esse oportet. quæ uero liquidiores sunt, ut in transitu conformētur, hæ sane sunt omnes
deteriores. at ijs, qui multum edunt, multumq́; laborant, oportet transitum excrementorum mollem, sic-
cumq́; esse. si uero insuper homines febrim habeant, aut alui profluuia repetierint, eaq́; longa fuerint, pe-
nitus mala censentur, siue ea biliosa, siue pituitosa, siue cruda sint. Et cetera, usq; ad eũ locum, Cum infra.*

Paulo post monebit, concocta medicari oportere. & supra etiam dixit, maturationes intro,
aut foras, aut quo decet, uergere: idem momentum, & eandem inclinationem humorum nunc F
innuit esse attendendam. nam quæ infra descendunt, si matura, cõcoctaq; sint, per infernas edu
ci partes postulant: quæ uero superfluitant, hoc est, quæ supra uergunt, per superiores. ceterorũ
est eadem ratio. Sordes autem aurium spectare oportet. comperies. n. quorum aures destillatio-
ne laborent, modo liquore quodam tenui, ac liquido: modo ceu purulento, ac fœtido: cũ mem-
bra debilia & multum, & prauum colligere excrementum consueuerint. Nam & grauitates au-
diendi, & surditates aut propter aliquam aurium particulam, aut propter neruum, qui in eas a
cerebro pertinet, aut propter cerebrum ipsum in ea parte læsum, unde neruus exoritur, consta-
re uidentur: aut etiam a tumore aliquo præter naturam proficiscuntur, qui in meatu excitetur,
quod ibi germen quod tofi, aut carnis speciem gerat, sit enatum: idq; ex illis sit, quæ præter natu
ram meatũ obstruunt: e quorum numero sunt ẽt sordes, quæ de more in auribus gignuntur. Irri
tationem quoq; ait esse attendendam. in plerisq;. n. aphorismis uerbo ὀργᾶν hoc est turgere, & ir
ritare, cum de ijs agit humoribus, qui sunt ad excretionem paratissimi, & ad euacuationem pro
perant, uti uidetur: idq; per translationem ab animantibus ad uenerem cõcitatis: vt in sequen-
ti commentario ostendemus, cum ea uerba, quorum initium est hoc, Concocta medicari, inter
pretabimur. Adapertio autem aut meatuum, aut effluxuum, qui in toto sunt corpore, interdum G
nocet, interdum prodest. ac uenæ etiam in sanguinis eruptionibus aperiuntur, & referantur: &
item quæ superuacanea sunt, adapertis uasis fluere solent. quo sane tempore inspiciẽda euacua
tio est, calorisq;, ac refrigerationis partium, præsertim extremarum, est habenda ratio: ac consi
derandum, extrinsecus ne, an intrinsecus, an contra, ducere conueniat: & ubi hoc sit agendum,
ubi secus. multa. n. sunt, quæ nec calorem, nec refrigerationem postulant. multa uero, contra. id
autem non modo in corporis particulis tibi pernoscendum est, sed in morbis quoq;, & sympto-
matis: quæ certe non te fugient, si nostros de caussis morborum, & symptomatum perlegere li-
bros uolueris. Quæ autem de alui deiectionibus, deque alijs hic dicuntur, in ueteribus libris
non reperiuntur.

21 *Cum infra umbilicum est id, quod torquet, tũ & tardum, et molle tormen est. si uice uersa fit, cõtra.*

Vt est ab ipso in aphorismis conscriptum, si citra febrim tormina adsint, genuumq; grauitas,
& dolor lumborum, inferna opus esse purgatione significant: ita hoc ẽt loco ait, tormina tarda,
molliaq; esse, si partes infra umbilicũ obsideant. contra uero fore, si a superioribus orianẽ. cete-
rum curanda sunt tormina, cũ ex morsibus quibusdã, aut torminibus dissolutiones proueniunt.

22 *Quæ deijciuntur, quà uergunt: nõ spumea, concocta, cruda, frigida, fœtida, sicca, humida, maleolẽtia.* H

De ijs agit, quæ sua sponte deijciuntur. uidendum enim est, quà uergant. ac si per loca oportu
na, & ut oportet, & qualia, & quanta deijci opus est, permittendum, ut egerantur: præsertim si
non spumea, & concocta sint: siquidem natura tunc eadem per iudicationẽ excernit, ac fortasse
etiam in die critico facit. Verum si cruda sint, tunc habe in memoria eas distinctiones, quarum
supra mentionem feci: hoc est facilitatem tolerandi, & difficultatem. Siue enim cruda, siue frigi-
da, siue fœtida, siue liquida, siue sicca sint, ægrotus uero facile ferat, cohibenda non sunt: at si ille
ægre, & difficulter toleret, supprimenda.

23 *Sitis, quæ prius non adfuit: neque æstus, neque alia occasio, urina, nasi humectatio.*

Hæc pro signis adhibuit: si. n. sitis, quæ prius non adfuit, nunc infestum hominem habeat, ad-
auctum esse calorem significat: præsertim uero, si neque æstus sit, neque ulla alia occasio subsit.
Occasiones autem interdum Hippocrates uocat eas, quæ falso caussæ appellatur: sæpe ẽt ita ma
nifestas caussas uocat. Sic. n. hoc nomen usurpauit in quarto de ratione uictus in morbis acutis
libro: Quocirca, inquit, qui medicinam facit, debet animaduertere, ne ulla ipsum fugiat occasio.

A Adhibere quoque animum urinæ oportet: ac magis, si prius neque talis, neque tanta erat: itemque nasi humectationi, vt facias, quod ipse nos monet; ijs, quæ nuper accidunt, nouo occurras consilio.

24 *Deiectionem, siccitatem, si corpus non concidit, spiritum turbidum, hypochondrium, extrema, oculos male affectos, coloris mutationem, pulsus, frigus, palpitationes, cutis duriciem, neruorum, articulorum, uocis, mentis, figuram uoluntariam, pilos, ungues, tolerandi facilitatem, aut difficultatem, & num qualia oportet, spectabis.*

Veteres, ac recentiores Hippocratis interpretes, cũ nomen deiectionis quid significet, ignorarint, multa, quæ minime decebat, attulerunt. Glaucias enim, & Heraclides Tarentinus, itemq; Zeusis, qui primi in omnes fere libros Hippocratis commentarios conscripserunt; deiectionem esse perturbationem quandam putant, cum æger consistere uno in loco non potest. Sed modo huc, modo illuc se iactat. Rufus Ephesius, ac Sabinus, inter iuniores, non hoc, sed quid grauius, esse deiectionem dixerunt. esse inquam mortiferum quoddam symptoma, quod solet euenire, cum quispiam inibi est, vt se moriturum opinetur. incidit enim, inquiũt, in eum timor quidam, ex ijs rebus profectus, quas ante gessit, vt metus ac solicitudinis plenus reddatur. quo sane tempore nec cibum sumit, nec potum, sed timet omnia, ac suspectum habet non medicum solum, sed eos etiam omnes, qui adstant, quippe operam illi suam præstant. Artemidorus, cognomẽto Capito, & Numesianus is, qui explanationem in aphorismos edidit, aliud de hoc nomine excogitarunt: quod & absurdum est, & indignum, cuius nunc fiat mentio. Sed Capitonẽ ego ita sentire non miror, quippe cum alij permulti eius errores inueniantur: at de Numesiano magna me capit admiratio: quem & sapientem, & prudentem, ac non delirum, semper noui. sed pessime omnium hunc locum Lycus explanauit. is enim maleuolentia in Hippocratem suffusus, omnia illius cogitata, omnesq; sententias peruerse interpretatus est. Iam uero neq; Asclepiades, neque Diocles Caristius hanc uocem recte intellexerunt. neq; enim esse corporis symptoma, quod ad uires pertineat, sed mentis, quod ad animum referatur, putauerunt. sed quis Lyci Macedonis insolentiam, & Artemidori inscitiam, itemq; aliorum loquacitatem, & absurdos sermones ferat? ac ne nos quoq; huius culpæ affines simus, iam quid deiectionis nomen apud Hippocratem significet, explicemus. In primis igitur, scire conuenit, ei nunc esse de ægrorum decubitu sermonem institutum: quos in præsagiorum libro dixit, inueniri debere a medico in dextrum, aut sinistrum latus in lecto iacentes, atq; ita, ut totum corpus non siccum, sed humidum sit, ut eo in loco scriptum legimus. supinos autem iacere, minus bonum censet. Si quis uero decliuis sit, & a lecto ad pedes delabatur, grauius id erit. mortale uero est, si hiãs quis dormit: imbecillitatem. n. uirium significat. quocirca oportet, ut ipse consulit, brachia, & crura parum reducta esse, ut totũ corpus iaceat, extra figuras extremas constitutum. extremas autem figuras intelligo, in quibus longa extentio, aut flexus siue artuum, siue spinæ sint, quæ neruis supra modum extentis fiunt. hæc autem egregij illi interpretes ignorant: qui uerbo tenus se Hippocraticos nominant; sed si rem, atq; doctrinam attendas, nihil esse aliud, quàm Sophistæ, & solo nomine medici, uidebuntur. Scito igitur, nunc deiectionem appellari, cum quis modo hominis uiuentis decumbere non potest, sed tanquam mortuum, inanimumq; corpus deorsum fertur. cum. n. quis iacẽs ad pedes sublabitur, ut Hippocrates sensit, signum est, uirium ad extremam imbecillitatem perductarũ. non posse autẽ stare, vel sedere, uel exurgere est certe minus graue: sed deiectum esse modo inanimi corporis, cum robur uniuersum est ex omni parte exolutum, & perditum, id corpus dicitur ab Hippocrate ἐκρίφθαι, hoc est deiectum esse, & profligatum: ipseq; affectus, ἐκριψις: hoc est uirium deiectio nominatur. proinde alio in loco dixit, corporis contentiones, artuum duritias, & confractiones, cum dissolutus homo sit, in malis esse habendas: vt sciamus, corpus neq; contentum, neq; relaxatum, sed moderate affectum esse debere. est. n. perspicuum, ipsum neq; siccum, neq; humidum immodice esse oportere. Si uero sit, non erit ignorãdum, siccos, aut humidos affectus in ipso consistere. ac morbi sicci, qui in artetijs, uenisq; uersantur, & ex linguæ siccitate, & ex totius corporis squalore cognoscuntur. sed in externis quoq; ulceribus siccæ inflammationes oriuntur, cum nullus ex eis tenuis humor fluit. itemq; oculorum inflãmationes sæpenumero aridæ sunt, ac nihil inde excernitur. affectus quoq;, quibus cerebrum obsidetur, cũ nihil per nares, & palatum repurgatur, sicci dicunt. de humidis contraria sentienda sunt, ut eos humidos censeas, cum de locis affectis superuacanea excernuntur. Vide igitur, num corpus deiectum sit, & profligatum: aut squalidum, aut humidum, aut siccum. at scito, remedia esse, ut ipse docuit, a contrarijs petenda. Deinde spectandum est, utrum tota moles corporis conciderit. mitior enim is morbus est, in quo totus corporis habitus non collapsus sit: sed tñ in longius produci tps consueuit. Quod ad spiritũ turbidũ attinet, nõ est recte dictũ, neq; ego id esse ab Hippocrate cõscriptum arbitror: siquidẽ in ea editione solum, quã in vulgus protulit Dioscorides, hoc uerbũ esse scriptũ inuenitur: ac fortasse est ab ipsomet interiectũ. In nullo. n. alio libro, qui uerus Hippocratis sit, turbidũ spiritum esse dictum cõperies, non in præsagiis, non in libris de vulgaribus morbis, nõ in aphorismis, non alibi deniq;. dicimus quidem aquã turbidam, urinamq; turbidã, quæ

urinæ iumentorum similis sit; sed quid turbidus spiritus sit, cum ignotum est, tum uero nemo E
ita loquitur. Quidam uero ignari, quid spiritus turbidus sit, aliud quid, nec minus improprium,
† θολερὸν nec minus obscurum inuexerunt: scribunt enim non † turbidum, † sed floridum, idque a uer-
† θαλερὸν παρὰ τὸ θάλλειν. bo florendi ducunt. fuit hoc Sabini inuentum. Sed quid est, quod ille non audeat? faciem qui-
dem floridam quasi bono habitu, coloreque perfusam, ut dicat fortasse aliquis, certe spiritum
floridum nemo dixit, præter eum, opinor, qui librum prædictionum adornauit. Sed nos perspi-
cue nouimus, cum librum non esse Hippocratis uerum. itaque uidetur, ab aliquo fuisse uox illa
adscripta, tum a librario in contextum uerborum translata. Verum hæc negligenda, paruique
facienda sunt, sicut ea omnia, quæ ad uerborum explicationes pertinent. Hyppohondria uero
utrum distenta, laxave sint, an dolore conflictentur, an alium morbi sensum afferant, vt ipse in
libris de uulgaribus morbis sæpe memorauit, spectare conuenit. Sic utrum extrema calida, an
frigida, an alio modo affecta sint. Oculorum male affectorum est eadem ratio: uidendum enim
est, utrum concaui sint, an prominentes, an aliam quampiam subesse affectionẽ indicent. quin-
etiam coloris mutationem, de qua supra dixi, non contemnes. color enim uel ob morbi mali-
tiam, uel uigilias, aut aliud symptoma quoddam solet mutari. etenim propositum esse debet,
dandam esse operam, ut, unde id profectum sit, dignoscas: ducto ex eo colore, qui præter natu-
ram in toto corpore cuiusque hominis sit exortus, argumento; tum e morbis, symptomatis, an-
ni tempore, regione, ætate, statu cœli, natura ægroti, morbis grassantibus, & uictus ratione. Sed F
pulsus quoque totius corporis spectandi sunt. Veteres autem non iam omnem motum arteria-
rum, sed eum solum qui sensibilis esset, atque ipsi homini prorsus uehemens, pulsum uocabant:
Hippocrates primus motum arteriarum omnium, qualiscunque is esset, pulsum appellauit. Age
uero & refrigerationes, & palpitationes, & rigores, & tremores cõsiderandi sunt; de quibus est
in manibus nostrum integrum uolumen: in quo & de conuulsione, & de ijs, quæ generis eius-
dem sunt, disseritur. Cutis autem modo durior, modo siccior redditur: interdum uero madores
quidam, & calidi uapores ab intimis corporis partibus efferuntur: in quibusdam siccitas, aut du
ricies, aut mollities, diu perseuerat: id quod ijs potissimum usu uenit, qui se nimio labore fatiga-
runt, aut refrigerati sunt, aut qui, una cum lassitudine, a sole exusti: sicut interdum etiam corpo
ris gracilitas, oculorum cauitas, & insueta quædam coloris priuatio apparent: quæ solent esse
communia eorum, qui quouis modo in solicitudine, curisque uersantur. Articulis autem multa
accidunt: q̃ omnia sunt a medico consideranda. idem de uoce censendum. uitiatur enim, quam-
uis actio naturæ non tota sit omnino perdita. Non est autem idem uox, quod loquela, & ser-
† διάλεκτος. mo: sed uox est munus uocalium instrumentorum: † loquela eorum, quæ ad sermonem per-
tinent: quorum omnium princeps est lingua, tum nares, & labra, & dentes. Vocalia uero instru G
menta sunt guttur, ac musculi ipsum mouentes, itemque nerui omnes, qui ad eos uim a cerebro
† αὐδήν. afferunt. † Sermonem uero non omne id, quod proprie in sensum auditus cadit, neque id so-
lum, quod ore emittitur, in quo genere ploratus, sibilus, fletus, tussis, & huiusmodi cõtinentur:
sed solam hominum uocem, qua inter se colloquuntur, ueteres appellabant. Multa quoque
mala angere mentem solent, quæ & accurate intueri, & in eis discernendis exercitatum
esse oportet. Ita etiam figuræ, in quam sua sponte, aut inuiti ægroti se uertunt, esse pe-
ritum par est. Iam uero & pili, & ungues liuidi, & nigri quidpiam indicant, quod
non est contemnendum: quemadmodum scimus aduncos reddi vngues tabe-
scentibus, quòd carnes, quibus utrinq; insiguntur, colliquatæ sint. quam ob
rem ipse in præsagijs dixit, Si uero præter grauitatem, ungues, digitiq;
liuidi sint, mors est continuo expectanda. perspectum enim habe-
mus, liuorem nobis indicare, calorem natiuum extinctum esse.
Quoniam uero facilitas, & difficultas tolerandi magnam
uim, & ad mortem, & ad sanitatem habet, ideo nobis
eam in memoriam esse reuocandum existimauit. H
Addidit etiam, qualia oportet, ut intelliga-
mus, utile esse, ut hęc, & quę his similia
sunt, facile feramus: id quod su-
pra ad euacuationem tran-
stulit: siue cum natura
corpus expur-
gat, siue
cum nos medicamentum purgans damus,
humorum corpus uexan-
tium fiat eua-
cuatio.

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE HVMORIBVS

·COMMENTARIVS SECVNDVS.

Igna hæc sunt: odores corporis, oris, secessus, auris, flatus, urinæ, ulceris, sudoris, sputi, naris, cutis salsa, aut sputum, aut naris, aut lachryma, aut aly humores. penitus similia quæ prosunt, quæque obsunt.

Est hoc ab Hippocrate recte proditum, non modo communem om-
nium hominum naturam, sed etiam cuiusque propriam esse medico per-
noscendam. ita enim fiet, ut neque qualitatem, neque quantitatem reme-
diorum, quibus opus sit, neque etiam, quomodo admoueri debeant, igno
B remus. etenim ad ægrotos sæpenumero accedimus, quibus cum prius, cum integra ualetudine
fruerentur, nulla nobis necessitudo intercessit. proinde neque quo colore, neque quo habitu,
neq; quo natiuo calore essent, aut quis eorum esset motus arteriarum, plane scimus, vt de mor-
bi magnitudine recte iudicemus: si quidem ei solum, qui naturalem statum accurate perspe-
ctum habeat, integrum est nosse, quantum quisque naturæ statum excesserit, & ad quantum
magnitudinis morbus peruenerit. Cumq; hoc ignoremus, ne omnino hæreamus, ad signa con-
fugimus: quorum perfecta notitia nobis, qui mites, quique maligni morbi sint, declarat. huius-
modi autem signa aut aspectabilia sunt, hoc est uel in toto corpore, ac magis etiam in facie aspi
ciuntur: aut primum non uidentur, postea uero sub aspectum cadunt. huius autem generis sunt
omnia, quæ ab urinis, alui excrementis, sputo, sudoribus, sordibus aurium, muco, & ab alijs o-
mnibus trahuntur, quæ a corpore, aut natura, aut ui medicamenti extruduntur, alia uero so-
lum audimus, quo in numero sunt dolores, solicitudines, & cuncti mentis & intelligentiæ, ac
sensuum morbi, atque noxæ. Volunt enim eam etiam tractationem, qua signa continentur, me-
dicinæ partem esse: quandoquidem necessaria est ipsorum ad curationem adhibendam obser-
uatio. quin etiam uel citra curationem, necessarium est signa cognoscere, ut qui curari possint,
C quique non possint, intelligas: ne si manum admoueas ijs, qui sanari non queunt, in errorem in-
ducaris. Iam uero hæc ipsa pars, quæ ad signa pertinet, in tria distribuitur: in cognitionem præ-
teritorum, in contemplationem præsentium: & præsagitionem futurorum. etenim præterita
symptomata, itemque præsentia diligenter ad morbi caussam inueniendam, intuemur. sed ne-
cesse etiam est, nosse, mors ne, an salus expectanda sit. ceterum signa quædam eiusdem sunt spe-
ciei, aut generis: quædam neque eodem genere, neque eadem specie continentur. eiusdem sunt
speciei, quæ in uno morbo contingunt, cuiusmodi sunt, quæ sputo reijciuntur: quæ quidem si-
gna sunt eius affectionis, quæ pulmonem, thoracem, asperam arteriam, & instrumenta respira-
tionis obsideat: vt morbi cerebri membranarum sunt ea, quæ per nares, aut palatum excernun
tur. quæ porrò, neq; eiusdem speciei, neq; eiusdem sunt generis, nemo est, qui nesciat. non om-
nes tamen, qui explanationes conscribunt, norunt signa alia esse morbi propria, quæ quia affe-
ctum indicant, ideo παθογνωμονικὰ nominantur: & ad præsagiendum accommodata; alia uero inse
parabilia. cumq; de his non dubitamus, propterea quòd nullam nec propriam, nec inseparabi-
lem morbi notam perquiramus, uerum illud indagemus, salus ne, an mors ægroti expectanda
sit: tum omnia & signa, & symptomata, quæ in corpore apparent, necesse est diligenter perpen-
D dere. sunt etiam quædam concoctionis & cruditatis signa, sicut quædam salutis, aut mortis: quę
dam iudicationis. ac concoctionis quidem, cruditatisque signa sunt alui excrementa, sputa, &
urinæ: salutis, ac mortis sunt, quæ cum illis excernuntur, & in toto apparent corpore. iudicatio
num uero non est unum proprium, præcipuumque genus signorum: sed alio in tempore, & in a-
lio morbo erunt critica signa, in alio uero affectu, aut alio morbi tempore erunt uel symptoma
ta, uel praua signa, ac nullo modo critica. quocirca Hippocrates in secundo de vulgaribus mor-
bis libro recte censuit, critica non iudicantia partim mortalia esse, partim difficulter iudicare. ac
signa quidem concoctionis bona semper sunt: cruditatis, non bona. nam si capitis dolorem, aut
delirium, aut respirationis difficultatem, aut grauem soporem subesse uideas: in ijs nihil firmũ,
nec bonũ, nec malum p̃noscere poteris: sicut nec ẽt, si intuearis sudores, aut copiosam alui, aut
lotij excretionẽ, aut sanguinis e naribus, aut ex utero, aut hęmorrhoidibus effluxionẽ. immo ue
ro ne si tumores quidem scd̃m aures, aut alios abscessus perspicias. caussa est, quia hæc oĩa & cri
tica, & non critica esse p̃nt. atq; id quidẽ duobus modis, uel quod nullo modo, uel qđ male iudi
cationem faciunt. Alterũ uero genus est non modo signorũ, q̃ critica sint, sed quæ ẽt caussarum
uim habeant. hoc genere continentur uomitus, alui deiectiones, vrinæ copia, sudores, sangui-
nis profluuia, tumores scd̃m aures, atq; abscessus. Iã uero aliud quoq; genus comperies eorum,

quæ uno eodemq; tempore & signa erunt,& symptomata. hocq; genus neq; iudicationē affert, E
neq; æq;,atq; illud,quod in coctionibus uersatur,fidum est,neq; omnino infidum: sed in hoc ge
nere quædam semper bona sunt,quædam mala.quod ipse declarauit,cum dixit,Mentem consta „
re,rectéq; se ad ea,quæ offeruntur,habere,bonum . facilis quoq; respiratio,& integritas pulsuū „
in bonis habetur . ita etiam facilis tolerantia,& facies beneualentium faciei similis,& decens de
cubitus,& corporis æqualitas boni consulitur.horū contraria,in malis statuenda sunt:quę om-
nia sunt in præsagijs ab Hippocrate scripta diuinitus. Age uero signum a colore profectum nō
est despiciendum:siquidem color sanguini proportione rñdet.sanguinem autem nunc intelligo
humorem uniuersum,qui in uasculis inest,in quo & pituita, & biles,& tenues liquores continē
tur.hic.n.& melior,& deterior efficitur.at is,qui sanguis per exuperantiam appellatur,aliū,præ
ter rubrum,colorem habere non potest.Ceterum Hipp.hoc loco nō distinguit,utrum signa bo-
na sint an mala:aut utrum nec bona,nec mala,aut utrum salutaria,aut mortalia sint:quēadmo-
dum in libro præsagiorum,ac de morbis vulgaribus:neq; etiam numerauit omnia. ait autē hæc
signa esse,ut ea ne putes aut caussas esse,aut symptomata,atq; ita falsus non recte medicinam fa
cias.In primis autem statuit odores corporis.qua in re scire cōuenit,in omnibus rebus fere mu F
tuo consentire odoratum ac gustatum:non tñ in ijs,quæ suauissimum odorē ex se mittunt: pro
pterea quod ea tñ abest,ut gustantibus suauia sint , ut etiam non modicam amaritudinem præ
se ferant: vt in rosis cernitur.porrò odoris sensus in cerebri uentriculis fit:& rerum, quæ odore
percipiuntur,essentia est huiusmodi,ut vaporem exhalet.quæ.n.defluūt e corporibus, aeri nos
ambienti admiscentur.deinde per inspirationem in cerebrum comportantur,sensumq; mouēt.
vaporum tñ differentijs non sunt imposita nomina. vt.n.dicamus quidpiam odorem acidū,aut
acrem habere,certe uel austerum,uel acerbum,uel salsum,uel amarum,ut in humoribus usu ue
nit,non dicemus: sed hisce duabus appellationibus omnia comprehendemus , ut beneolentia,
aut graueolentia nominemus.quocirca e beneolentibus edulijs quęcunque cōputruerunt, quę
que nobis odore molestiam afferunt , ea quamprimum reiicimus , ac ne gustare quidem tenta-
mus.iam eorum,quæ excernuntur,& colores præter naturam,& odores sequi morbos necessa-
rio,non opus est ostendere: si modo nihil tale sine intemperie proueniat.Nūc uero corporis to-
tius,& oris odor quibusdam inest prauus suapte natura:in quibusdam culpa uacat:in quibusdā
uero ex negligentia uitiatur,quod se nihil errare arbitrentur. quam ob rem spectandum est, sit
ne id natura,an præter naturam,& caussæ indagandæ . in ore exempli gratia , an caussam tetri G
odoris afferant gingiuæ putrescentes,an uitiati dentes,an ulcus, quod os obsideat : an id sit ui-
tio stomachi,an aliunde oriatur . eadem est aliarum corporis partium ratio : quemadmodum si
in auribus pus sit,aut ulcus.itemque in sputo,urina,& alui excrementis. nam & urina,quæ ual
de fœteat,quæque pinguis sit,quam oleosam uocant,perniciosa est. sputum uero,quod in peri-
pneumonia,& pleuritide ualde fœtidū est,uehementi dolore, aut difficultate respirationis con
flictari hominem indicat: sicut etiam excretiones in febribus non intermittentibus liuidæ,cruē
tæ, fœtidæq; malæ sunt . quæ quidem plerunque fiunt huiusmodi eo modo, quo ex putridis ul-
ceribus sanies profluit:nōnunquam uero , vt pus ex rupto abscessu prorumpit . eodē modo est
de uomitibus iudicandum. fœtor.n.eorum , quæ uomitu reiecta sint , præsertim uero quæ atra
existant,morbi magnitudinem indicat. siquidem fœtida semper perniciosa sunt : quemadmo-
dum ipse quoq; in libro præsagiorum memorauit : Omnes inquit,subputridi,fœtidique odores „
in ijs omnibus quæ uomitu reiecta sunt,mali.quocirca omnes fœtidos odores,qui præter natu- „
ram excitantur,in symptomatum loco sunt habendi.post hos uero statuenda sunt,quæ in auri-
bus,naribus,alis,& item quæcunq; particulæ propter aliquem affectum computrescunt . Idem
quoq; in ructibus licet inuenire,siue illi fumeam,siue acidam,siue uirosam , siue piscosam , siue H
aliam quāuis qualitatem referant.Cutis quoq; salsa persentiscitur.propterea quod ægroti sudo-
rem in os profluentem nonnunquā gustant:a quo ēt saliuæ qualitas immutatur . Simili quoque
modo quæ ex pulmone reiiciuntur,& quæ ex uentriculo euomuntur,aliis acida,aliis salsa, aliis
amara,aliis dulcia,aliis austera sentiuntur.Quidam ēt medici & sudores, & item sordes aurium
degustant,quod ex illis coniecturam quandam facere se dicant : sicut alui excrementorum fæ-
tor,aut malam concoctionem,aut humores uitiatos indicat.Ita etiam lachrymæ oriuntur,cum
interdum natura superuacaneum humorem expellit:aut ipsum in oculorum glandulis deficien
tem procreat:interdum uero morbosam affectionem consequuntur. Narium autem humiditas
oritur,quod excrementa,quæ in cerebro collecta sint,excernantur. aurium quoq; sordes fiunt,
natura cerebri excrementa repurgante.Saliuæ autem in ore generatio inter ea numeratur,quæ
a natura prouide fieri dicuntur:sicut sputi e pectore, pulmoneq; reiectio . Verum & ab alui ex-
crementis,& a uomitibus sumere utiq; signa poteris.si.n.atra bilis in sputo,alui excremētis, aut
uomitibus,aut urina appareat , mortale admodum signum esse statuunt . post eam uero sequi-
tur flaua bilis , si sincera sit . at ceteri humores , si cum aliquo horum appareant , non ita noxii
censentur.Nunc uero quemadmodum cibi excrementa mirabilem sunt distributionē,quod ad
excretionem pertinet,consecuta.ut in libris de usu partium dictum est: sic etiam quod ad flatū
expellendum

A expellendum pertinet,ſiue is per rectum inteſtinum emittatur,ſiue per gulam,quem ructū nominant,quædam naturæ perſpicitur prouidentia: cum utrunque inſtrumentum, in quo flatus colligitur,ad ipſum extrudendum inſurgat.excernuntur enim flatus etiam ſi ij, in quibus inſunt dormiant.aut propenſione in ſomnum, aut ſopore,aut ueterno, aut delirio ſint occupati. Ideo nunc iubet,ut in cunctis humoribus,& excretionibus,quæ proſint:queq; noceant,intueamur:ut quæ nocent vitantes,auertamus:quæ iuuant,accerſamus,inducamus,& accipiamus,ut paulo poſt dicetur.nunc uero,quod totius dictionis eſt reliquum, explicabo.

Inſomnia qualia quis videat, ſpectandum: & inſomnis qualia faciat. an acute audiat. an animo parato ita ſit,vt obediat an fortiora, pluraque ſint commoda,quæ ſeruant, quam alia. an omnia omnibus ſenſibus ſentiant,& ferant.

Inter ea,quæ aliquam indicare corporporis affectionem ſolent,inſomnia numerantur. quā ob rem ſi quis in ſomnis ſe uidere incendium putet,hunc flaua bilis vexat.ſi imber ei uideatur, ſcito frigidam humiditatem redundare:vt ſi niuem,aut glaciem aut grandinem uideat, pituita frigida ipſum infeſtum habet.qui uero ſe in fœtido eſſe loco putet,corruptelam ſubeſſe humo-
B rum indicabit:ut criſtæ gallorum,aut res quædam fuluæ,ſanguinem redundare ſignificant.at ſi quis caliginoſa uideat,aut tenebricoſis in locis verſari uideatur,flatus in eo eſſe,argumēto erit. Tempus autem,in quo inſomnia fiunt,perquirendum eſt:vtrum appareant in acceſſionis inuaſione,an in ſtatu,an alio tempore:&, vtrum a cibo,an ſine vllo ſumpto cibo excitentur.nā qui in ingreſſu acceſſionis,quæ cum horrore,aut rigore,aut perfrictione fiat, ſe niue conſpergi exiſtimet,id potius tempori,quàm affectionis corporis erit acceptum referendum. at ſi quis in declinatione id intueatur,eo uiſo potius exſuperantium humorum frigiditatem indicari ſuſpicaberis.Idque magis,ſi edulia pituitoſa † non comederit.illi item,qui ſe verſari in ſtercore uideantur in ſomnis,fœtidos in ſe,putreſcentesque humores habent:aut etiam magnam ſtercoris copiam in inteſtinis continent.qui ſe in ſuaueolentibus eſſe locis putant, in contraria illorū ſunt affectione corporis conſtituti:quibus quidem fit rebus,ut ſomnia nobis indigentiam,& redundantiam,& qualitatem humorum ſæpe indicent.Iā uero in morbis,ut in ijs,qui phrenitici ſunt, ita perſpicue & aperte ſomnia uidentur,vt uel e ſomno propter uiſorum euidentiam ex turbabati exiliant,aut loquantur.quæ res affectionē,qua vexantur,indicat.ſiccitas enim ipſa eſt uigiliarum cauſſa:facitque ut ſomnia conſpiciantur.Melancholicis quoque propter ſiccitatem vi-
C ſa in ſomnis prorſus euidentia apparent.ſic etiam in bona valetudine euidentia fiunt inſomnia ijs,qui parcius comederunt.at qui ſe aut cibis expleuerunt,aut uino ingurgitarunt,ijs ne ueſtigia quidem ſomniorum,propter ipſorum obſcuritatem, relinquuntur.omnes item affectus, qui cerebri humiditatem coniunctam habent,comatoſi,ſomniculoſique,& uiſis vacantes ſunt. ſed quoniam ſunt pituitæ multa genera,ſcite conuenit,eam quę dulcis eſt,ſomniculoſos homines, eam uero,quæ acida ſit,famelicos reddere:ſicut ſiticuloſos, cum pituita ſalſa præſtat ceteris,& appetitum tolli,cum cruda abundat;quod autem ad ſomnos attinet,ex alijs quidem pituitæ generibus paulo ſupra naturæ modum excitantur:at crudus humor non ſecus,quàm pituita dulcis ſomniculoſos apperte reddit.cum enim principium ſentiendi humectatur,ac refrigeratur,affectio comatoſa gignitur:ſicut uigilia,cum idem exiccatur,& calefit.proinde bilioſi ex utraq; bili inſomnes ſunt.Quidam tamen comperiuntur,qui & ſomnia,& auguria,& portenta contemnant.at nos præſagia ſępe nobis ab inſomnijs fuiſſe ſuppeditata,habemus exploratum:atq; etiā nos duobus inſomnijs euidentibus admonitos,ad arteriam,quæ inter indicem, magnumq; dextræ manus digitum eſt,incidendam deueniſſe:ac iuſſiſſe tam diu fluere ſanguinem, quàm diu ſua ſponte profluxiſſet:quod ita nobis inſomnium innuiſſet.quinetiam alios pleroſque ſanaui,
D cum ex præſcripto inſomnij remedia adhibuiſſem:immo vero patris inſomnijs admonitus in medicinæ ſtudium incubui.quocirca diligentet intueri ſomnia oportet, ut & qualia in ſomnis uideantur,& quid in eis fiat,intelligas:quo tum præſagire in poſterum,tum uero medicinam recte facere perdiſcas.Deinde uidēdum eſt,an ęger acute audiat:ſiquidem ſurditas male eſſe affectum caput oſtendit.eademq; indicio eſt,cerebrum vexari.ſolet autem ſurditas gigni,quòd aliquis humor ſit in audiendi meatibus infixus uique impactus:interdum uero etiam fit,quòd audiendi facultas ſit extincta:quam ſane in acutis,turbulentiſque morbis cōcidere conſpicimus. ſciendum autem eſt,ſigna,quibus futurum morbum præſagimus,duplici differentia contineri. nos uero recordationis cauſſa afferamus ea,quæ a naturæ ſtatu uariata ſunt quantitatibus,aut qualitatibus,aut temporibus, aut ſuiſmet formis.cuiuſmodi eſt intenta, aut exoluta ciborum appetentia,aut quæ non conſueto tempore excitetur,aut quæ nō conſuetorum eduliorum ſit: aut ad excretionem cibi ſuperfluitatum pertineat,quæ uel plures,uel humidiores,uel duriores ſint.ſic etiam appetitus pręter cōſuetudinem potus copioſioris,aut paucioris,aut calidi,aut frigidi.itemque ſudores plures,aut pauciores,quàm par ſit.& torpor ad motiones,aut grauitas eorum,qui ſe mouere conentur:aut uehemens exolutio:aut ſuppreſſio purgationum menſtruarum:aut maior,uel minor euacuatio.voluptas quoque in eſculentis,aut poculentis maior, aut minor,

† *A vetuſtiſſimo libr. abeſt negatio: in altero eſt. & recte quidem.*

minor,quàm prius.intelligentæ item hebetudo,quæ fuapte natura non ineffet,obliuio etiã in- E
folita.Iam vero auditus,odoratus,afpectusque habetiores,aut magis caliginofi, funt futurorũ morborum notæ.fimili quoque modo quæcunq; per nares,aut palatum,aut aures, quibus vijs cerebrum expurgatur,aut in quantitate,aut in qualitate,aut in temporibus uariantur.preterea uero morfus ventriculi,aut in eius ore,aut in inteftinis,cum aluus fubducitur,aut vomitus cietur,aut vrina excernitur.huc pertinet etiã capitis grauitas,& dolor.fimilisq; ratio guftatus habenda eft:cum quidpiam falfæ,aut amaræ,aut alterius qualitatis fpeciem facit: aut cum faliua talis effe videatur.in odoratu autem,cum aliquam perfentifcimus qualitatem,& tamen nihil, quod fenfum odoratus mouere queat,runc adfit.in auditu,cum fonos,& ftrepitus uidemur audire,& nihil adeft huiufmodi: ficut etiam in afpectu vfu venit,cum multa,eaque & nigra,& rufa,& flaua,& omnis generis obuerfari oculis exiftimentur.in tactu cum quædam inæqualitas, aut fpiffitudo,aut diftentio,aut grauitas totam corporis habitudinem occupare uideantur,enũciare morbum folẽt.quocirca intueri oportet,vtrum quifpiam acutius,an obtufius uideat,vel odoretur,vel guftet,vel magis,minufue,quàm confueuerit,fenfu tactus præditus fit.an prompta quædam uis adfit,vt homo audire,atque intelligere velit omnia. & utrum omnibus fenfibus fentiat.In his enim omnibus illud fcire nos decet,fi plura,eaq; valentiora,tempore oportu F
no accidant,ea ad falutem: fi vero maiora,& plura non fint oportuna, ea ad noxam inuehendam referri.Poftremam omnium ferendi facilitatem fignificauit,cum dixit,Et ferant.nifi enim ægroti ea ferant,figna illa ad falurem effe non poffunt.

3 *Vt odores, fermones, veftitus, figuras.*

Sicut in morbis,ita etiam in fignis iubet odorum habendam effe rationem,vtrum eos ægroti perferant.itemq; fermonũ.ac mentem adhibendam effe,ut quales fermones illi habeant, intelligamus.oratio.n.animi fenfum aperit,& tantum non eft animi interpres.quinetiam decubitum,figuras,ac totius corporis formam,ut iam fupra diximus,fpectare nos oportet.

4 *Atque hæc quidem facile. quæ etiam fi fua fponte appareant, profunt.*

Quæ fua fponte fiunt,ac profunt, ea facile ferunt. quæ uero non profunt,ea difficulter ferre folent.quemadmodum autem quæ profunt,fæpenumero fponte fua eueniũt,ac tum ægroti facile ferunt:ita etiam ipfe hoc nobis confilij dat,ut ea,quæ natura facit,imitemur.

5 *Et cum talia funt,ut iudicationem afferant: itemque tot,& talia,ut flatus & vrina,qualis quãta. & quando. quæ vero contraria funt,ea auertere,eisq; aduerfari par eft.*

Iudicationes fex modis fiunt:nam uel repente fit in fanitatem mutatio:uel repente hominẽ G
perimunt:uel utrunq; horum paulatim,vel per mixtionem contingit:ac paulatim quidem,vel morbo fenefcente ac fe remittente,aut ægri uiribus debilitatis.per mixtionem uero,cum æger in deteriorem,aut meliorem fit ftatum commutatus,ac deinceps vfq; ad perfectam folutionẽ, aut mortem reliquum tempus totum abfumptum fit.illud autem fcito,primam iudicationem, quæ eft repentina in fanitatem mutatio,omnium aliarũ,quæ dictæ funt,effe optimam. ex alijs uero,quæ in fubitam mortem definit,mala eft:quæ uero iudicationes aliquam mutationẽ,non tamen perfectam morbi folutionem afferunt,eæ imperfectæ nominantur: ficut quæ paulatim fiunt,non iam iudicationes,fed folutiones appellantur. ac crifis quidem fit omnino manifeftis quibufdam excretionibus aut abfceffib.notabilibus.has autem excretiones.& abfceffus præcedit quædam non exigua in ægrotantis corpore perturbatio. etenim difficultas tolerandi, & vigiliæ,& deliria,& capitis,aliarumq; multarum partium dolores accidunt. nonnullos uero fonitus aurium exercent,& ipfi lachrymas inuiti mittunt:ipfifq; urina retinetur:& labrum concutitur,& tremores oriuntur,& rerum obliuio,ac præfentium ignoratio eos capit.nec poffunt in eodem fitu decumbere:& omnis generis euacuationes repente fimul accidunt:eaque res non paruum afpicientibus metum incutit.Hippocrates autem in libro præfagiorum multa nobis fi H
gna,quę iudicationis modum indicent,fcripta reliquit:quibus non pauca etiam in prædictionibus,& in libris de morbis uulgaribus figillatim allata fubiunxit: euiufmodi illud eft,Si labrũ „
inferius quatiatur,futurum uomitũ indicari:& illud,Grauis fopor pŏft capitis dolorem,& fur- „
ditas repente oborta,abfceffuum fecundum aures figna funt. Ceterum in iudicationis modo „
folum fpectandum eft,quo natura uergat,ut poft oris uentriculi morfum & rigorem fecuturũ effe uomitum:poft refpirationis difficultatem,& fplendores,qui oculis obuerfantur,fanguinis profluuium e naribus.fi item alui excrementa,neq; biliofa,neq; fincera fint, neq; facile foluantur,neq; copiofa urina fit,multaq; habeat fubfidẽtia,planum erit morbum illuc uergere, & per ea expurgari.Erit quoq; medico integrum ab ætate,anni tempore,regione,& ægri natura iudicationia figna capere.quanquam fi per aluum futura iudicatio fit,non iam ullum ita clarũ, aut proprium,ficut in fanguinis profluuio, & uomitu,fignum habetur: fed illam ita fore cognofcimus,quod iudicationis figna adfint:quæ uero aut uomitus,aut fanguinis profluuium,aut fudores indicant,non appareant.quinetiam fi nihil horum fubfit,etiam per hæmorrhoidas,aut mẽftruas purgationes in mulieribus fieri poteft iudicatio. quo cafu,fi per menftruas purgationes futura fit,ipfas præcedit non mediocris grauitas,itemq; dolor,ac diftentio lumborum.ac notæ

quidem

A quidem propriæ communesq; modi iudicationum sic distinguendæ sunt, vt nos in tertio de crisibus libro disseruimus. Hippocrates autem in præsagijs notas eiusmodi, quasi exempli caussa, tradidit ijs, qui eius intelligere verba possint. est tamen, cum uioletia accessionum anteuertere iudicationes sæpe cogit: id quod faciunt etiam varia ægrorum in se peccata; & item errata medicorum: nec minus quæ ægrotis uitio ministrorum, & quæ item extrinsecus accidunt. quã ob rem existimare conuenit, morborum solutiones, quæ cum magno certamine & subito fiunt, febrium, quæ ex calidis constant humoribus, proprias iudicationes esse. post has uero, solutiones earum affectionum, quæ calidæ ac facile mobiles sunt, easque partes obsident, quæ principatũ tenent. Ephemeræ uero & hecticæ febres, & sine magna perturbatione, & non subitas mutationes faciunt. ubi autem aut facta iam est iudicatio, aut fit, ibi totum negotium est naturæ permittendum, ac nihil noui faciẽdum: ubi uero imperfecta fuit iudicatio, ibi medicus addit, quod restat. Illud etiam de iudicatione scire nos decet, meliorem censeri eam, quę per euacuationem, q̃ eam quæ per abscessum fiat: & eam, quæ noxium, redundantemque humorem, quam eam, quę alium quemuis euacuet: eam denique, quæ recto itinere, quam quæ secus. has porrò excipit illa, quæ iunctam habet tolerandi facilitatem. tum ea, quę concoctis humoribus, & die critico fit;
B de qua in hoc commentario verba fient. Modum vero, ac tempus ipse indicauit, cum dixit, tot, & talia, & quanta, & quando. nam quod ait, quanta, significat quantitatem; quod uero dixit, talia: qualitatem eorum quæ euacuantur, indicauit: cum uero, quãdo, innuit tempus, hoc est diẽ, in quo fiat. si enim iudicatio fiat, tantaq; ac talia, quanta, & qualia oportet, euacuentur, & ægrotus facile toleret: profecto tantum non perfecta vocatur iudicatio. si contraria accidant, tunc danda opera est, ut ea prohibeamus, eaq; auertamus, & ipsis aduersemur. si uero natura nõ perfecte agat, vult hoc loco Hippocrates, nos naturam ipsam adiuuare.

6 *Quæ propinqua, communiaq; affectibus sunt, ea primum, maximeque affliguntur.*

Est a nobis dictum persæpe, cognoscendam ex dissectione esse cuiusq; particulæ naturam, qualis nam ea sit: tum uero actionem, & qua sit cum propinquis societate cõiuncta: id quod in situs, ac positus nomine continetur. nam si vesica distenta, hominem non emittere urinam contingat, ac citra vllũ tumorem, qui vesicam obsideat, vrina retineatur, certe necesse erit, ut in tali urinæ cohibitione obstructio, aut ureteres, aut renes occupet. siquidem quæ propinqua sunt, & cum partibus ægris societate coniuncta, in affectus, dolorisq; consensum ueniunt. proinde in intemperie, spectare caussas oportet, sint ne illæ totius corporis communes, an partium nõ nul-
C larum propriæ, quæ per consensum aliam partem uexent. etenim a capite. *

* * * *

a societate uero cum uicinis partibus, quod idem cum situ esse diximus, sumitur indicatio. gibba iecoris per renes expurgari: caua per ventrem inferiorem. in liene alteram solam esse superuacanei euacuationem,

* * * *

quamuis particulam. * *

In vetustissimo lib. littera exciderunt, verum legi non possunt. in cętero nihil plane est.

Rursus uero quęuis particula in proximas partes, ut crus in femur, tibiam, & pedem: itemq; manus in brachium, cubitum, & summam manum diuidatur: tum digiti in ossa, chartilagines, ligamenta, neruos, arterias, venas, membranas, carnes, & alia permulta. quare spectare oportet, propinqua ne membra sint: ut scias, utrum ipsa per se, & primo, an per consensum, & communionem aliorum patiantur. proximæ enim partes magis, quàm ceteræ laborant; ut si crus fractũ
D sit, tibia magis, itemque pes, & genu uexatur, quàm uel manus, uel brachiũ, ac magis etiam quã partes capitis: nisi aliud quidpiam accedat, ad quod adhibere animum oportet.

7 *Constitutionem autem contemplator, habita ratione eorum, quæ prima incipiunt: quicquid tandem excernatur. ex vrinis, quales nam sint: & qualis sit collapsio corporis, mutatio coloris, imminutio spiritus: & cum his reliquæ victus rationes.*

Hæc etiam ad iudicationem pertinent, ut ea itidem quę sequuntur, usq; ad eum locum, Concocta medicari, & mouere, &c. De vrinis autem illud didicimus, eas, quę tenues, decolores, paucæque sunt, aut crassæ, & paucæ, prauas esse: sicut etiam crassas illas quidem, sed tamen quę nulla aut plane exigua habent subsidentia. idq; eis accidit, propterea quòd non bene subsideant. de prauis autem subsidentibus in libro præsagiorum dictum est. Scire autem conuenit, quodcunq; signum concoctionis apparuerit, id nobis indicare, morbum & breuem fore, & salubrẽ. cuiusmodi nobis indicio est sputum in lateris dolore. excrementum enim cuiusq; particulę corporis, quæ nam affectio particulam ipsam uexet, declarat: ac si concoctum sit, salubrem: si incoctum, morbosam esse significat. in urinis uero, quæ sunt sanorum urinis quàm simillimæ, & satis bene ualere uenas ostendunt: quę crudiores sunt, earundem imbecillitatẽ arguunt. quæ maxime contrariæ urinis sanorum sunt, cum ipsæ ex omni parte crudę sunt, tum uero magnã venarum

narum

narum omnium imbecillitatem,infirmitatemq; significant.quæcũq; autem malitiam caussæ do- E
minantis indicant,ut nigræ,eæ ad summum perniciosæ censentur. hæcq; tria genera signorum propriam cuiusq; concoctionem indicant.ac ventris quidem inferioris concoctionem significant excrementa,secundum naturam prodeuntia: venarum,urinæ: organorum uero respirationis solum,sputa. Ceterum habeas in memoria,Hippocratem in aphorismis accurate de urinis, disseruisse:de ijs uero,quæ morbos acutos comitantur,in libro præsagiorum conscripsisse,nunquam autem usu venit,ut signum concoctionis non boni quid significet.nam & sanguinis profluuia,& sudores,& parotides,& alij abscessus,si oportune fiant,prodesse solent:si importune, nihil iuuant.cum uero signum concoctionis adest,seruatum quidem iri hominem, sed non tamen prorsus iudicatum iri declarat.neque enim siue mutationem in morbo consertim factam, siue eam perturbationem,quæ illam antecessit,iudicationem intelligamus, signa concoctionis erunt necessario:cum illud exploratum habeamus,fieri posse,ut morbus longiore temporis spatio paulatim concoquatur,& ad perfectam solutionem ueniat.In febribus autem,quoniam ve nosi generis affectus sunt,urinis præcipue mentem adhibebis.in morbo lateris,primum sputis, deinde urinis:quod lateris dolor febrim omnino iunctam habeat.in uentris affectionibus,si febris absit,sola alui excrementa inspicies, si febris adsit, etiam urinarum habenda ratio est. Cen- F
set igitur hoc loco morbi constitutionem faciendam esse ex ijs,quæ excerni primum incipiũt, ut ex urinis,si ita fors ferat,aut sputis,aut alui excrementis,aut uomitibus, aut sanguinis profluuijs e naribus, aut etiam ex hæmorrhoidibus.addit etiam collapsionem:hoc est, cum totius corporis moles concidit.ut uideas utrum corpus conciderit,quod ei accidit,cum aliqua lassitudine uictum est,& facultates quasi exsolutæ sunt.quæ res & vehementiam, & malitiam morbi indicat:præsertim uero,si id in primis diebus contingat.Spectandum etiam est,an coloris nati ui flos contabescat:aut magna sit eius facta mutatio:& an spiritus diminuatur: hoc enim ægroti imbecillitatem,& fere casum uirium significat. Alias autem uictus rationes uocat, quæ hæc consequuntur:hoc est,utrum facile toleret,an difficulter:utrum medico dicto audiens sit:utrũ ea sumat, quæ ei offeruntur,eaque contineat.Adde uero & decubitum,& figuras,& somnos,& uigilias,& insomnia turbulenta:quæq; eiusmodi non sint:& item alia permulta,quæ ipse in libro præsagiorum memorauit.

Vtrum vero,quæ decedunt, similia sint,nec ne, sciendum est: exitus,vrina, quæ per vterum,sputa, quæ per nares,oculi,sudor,quæ quæ ex tuberculis,ex vulneribus,ex pustulis, quæ sua sponte,quæ arte, spectanda sunt.quæ indicant,similia esse inter se omnia. G

In eo libro,qui est de officina medici,non secus,quàm hic, censuit uidendum esse, utrum similia,an dissimilia sint.Si enim sint similia,mouere ea non oportebit.si dissimilia,conãdum est, ut ad similitudinem adducantur.spectandum est igitur, utrum quæ decedunt,sint similia : quia ita intelligitur,secũdum naturam esse omnia. Vel quod ait,similia,significat omnia,quæ excũt, unius esse generis:ac tunc ad aliud non esse traducenda: aut similia esse bene ualentibus. ipse enim plerisq; rationibus nobis ostẽdit quomodo communia a proprijs,& similia a dissimilibus discernamus.hæc enim triplex contemplatio,unum idemque potestate est : quæ inquam propria,& communia contemplatur.quæque res,quæ conferuntur similes ne inter se,an dissimiles sint,distinguit:& tertia,quæ quid in eis idem,quid alterum sit,uidet.interdũ enim appellamus similia ea,quæ aliquid,quod idem sit, in se habeant.de quibus omnibus accurate dictum est a nobis in ijs libris,qui sunt de Hippocratis,Platonisque decretis:& in libro præsagiorum.Quibusdam placet,simile duobus dici modis,uno,cum simile intelligitur,quod nullo modo uariat, ut gemini Iouis filij dicuntur:altero,cum quid magis,aut minus ad aliud accedit. ueteres tamẽ confuse,& sine ulla distenctione vocabulum similium vsurparunt.similitudines autem perspi- H
cere oportet, propterea quòd dubitationes, & erroris caussas etiam præclaris medicis afferre solent.atque adeo,ut nõ modo uulgares medici,sed etiam præstantissimi in similitudinibus decipiantur.Itaque si diligenter quispiam ægroti naturam,quam ab ortu nactus est,cognoscat: tũ sciat,quam ob caussam nunc ęgrotet,& ex multis sermonibus,quos ipse paulatim animaduerterit,euidentes similitudines,& quæ esse dissimilitudines uidentur , sit contemplatus; itemque alia,quę necessaria esse,iam diximus,recte compererit,hic profecto curare optime poterit.quibus autem in rebus spectanda similitudo sit,ipse perspicue docuit.connumerauit enim exitus, id est,alui excrementa:itemque vrinas,& quę in mulieribus per uterum excernuntur:tũ sputa, eaque potius in lateris dolore, pulmonisque uitijs,&, uno verbo, in ijs affectibus,qui in organis respirationis insederunt.tum quæ per nares euacuantur, quę ex oculis exprimuntur, ut lachymę, & excrementum id,quod in angulis oculorũ solet consistere:sudorem deniq; uel unius particulæ, uel corporis uniuersi.hęc enim omnia significare etiam cõcoctionem solent.nec minus id faciunt,quę ex tuberculis,quęque ex pustulis,& alijs tumoribus,qui pręter naturam in corpore sunt,effluũt, & exeunt:ut etiam quæ ex uulneribus,ulceribusque emanant.In his autem omnibus uidenda sunt,quę sua sponte fiant,quęque arte parentur:eaque comparanda in-

A ter se,ac diligenter expendenda,vt an iudicationem faciant,uideamus deinde,vtrũ similia sint, an dissimilia:& vtrum,omnia ne,an non,sed partim † * * * * tunc enim ea pertinere ad iudicationem intelligemus.secus vero,non item. * * * hæcque in libris de crisibus sunt recte a nobis explicata:nec par est: ut nos breuitatis studiosi, eadem in hunc locum transferamus.

† In altero lib. hæc in sunt: si multa, quibus æger leuetur, aut magis constictari videatur.

9 *Quæ prosunt,quæ nocent,quæ liberant:vt illa effugiens,auertat: hæc accersat,adducat, & asciscat.*

Hæc verba coniuncte cum superioribus multi legunt,ut post illa,Quæ iudicãt similia esse inter se omnia:statim addantur hæc,Et quæ prosunt,& quę nocent,&c.Verum siue coniuncte,siue separatim legantur,nihil intererit,dat enim nobis hoc consilij,vt uideamus, quæ ex ijs,quæ abeunt,prosint,quo noceant,quæque a morbo ægrotum liberent:ut illa vitemus, quæ nocent: hæc accersamus,quæ prosunt:ea denique admoueamus,& asciscamus,quæ liberent.in quã sen B tentiam addit etiam hæc,quæ sequuntur.

10 *Et item alia eodem modo:vt in cute,extremis hypochondrijs,articulis,oculis,ore,figuris, somnis, qualia indicent,& quando ea machinari oporteat, intelligamus.*

Vtrum cutis humida,an arida,an contenta,an laxa sit,considerandum est:ut ipse in libro prę sagiorum in principio admonuit:ita etiã utrum extrema sint refrigerata,an calida,aut alio quo uis modo affecta.hypochondriorum est eadem ratio,ut uideas,utrum grauitas,an distẽtio,aut aliquis dolor in eis sentiatur.ipse enim dixit optimum hypochondrium esse, quod uacet dolore,molleque,& æquabile sit,ac partes quidem abdominis,quæ crassiores sunt eæ etiam meliores censentur:quæ macilentæ,eæ etiam prauæ,& ut signa,& ut caussę habẽtur. sunt enim signa imbecillitatis partium extenuatarum;caussæ uero,quod nec in ventre ciborum concoctio,nec in iocinore sanguis probe fiat.ad hoc accedit.ut harum partium extenuatio non fit ad infernas purgationes tuta.De flatu autem hypochondriorum multa sunt a nobis dicta:siquidem est tertia quædam melancholiæ differentia,ad morbi comitialis similitudinem, cum a vẽtriculo originem ducit:hancque affectionem medici quidam hypochondriacum,flatuosumque morbum C nominant.ac si prima symptomata circa ventriculum incipiant, & ipsis adauctis melancholici affectus sequantur,profecto alui deiectionibus,uomitibus,ptoba concoctione,ructibusque leuabitur.symptomata autem sunt mœstitia,& metus.Præterea ex hypochondrijs febres quoq; excitantur.quique absolute scripsit,febres ex hypochondrio malignas esse, neque eas addidit distinctiones,quas præsagijs Hippocrates scriptas reliquit,aperte mentitur: quemadmodũ est a nobis demonstratum in ijs commentarijs,quos in prædictiones confecimus. quędã enim ipsarũ malignę,quędam mites sunt,ut in libris de locis affectis docuimus.Idẽ est de articulis,oculis,& ore intelligendum:propterea quod multa contingunt,quę iudicationem futurã nunciãt: ut in pręsagijs,& libris de uulgaribus morbis didicimus.multa autem a natura non fiunt, quæ nos oportet machinari:ad quę noscenda magnam adhibere diligentiam oportet: quando eadem etiam pręclaros medicos,quique longissimo usu rerum periti,& in medicina ualde exercitati sint,fallere cõsueuerint.quando autem ea facienda sint,aut auertenda; docent ij libri,quos de crisibus nos conscripsimus.

11 *Præterea vero quinã tales abscessus fiant:qualia prosint cibis,potionibus, odoribus,aspectu,auditu,* D *cogitatione,egestionibus,humoribus,calefactione,perfrictione,siccitatibus,humectando,siccando, vnctionibus:illitionibus,cataplasmatis,emplastris,inspersionibus,tum vero epithematis,quæ superdantur. Figuræ item spectanda,frictio,curatio,labor,otium,somnus,vigiliæ. Spiritibus superne, inferne, communibus,proprijs,artificiosis:in accessionibus neque præsentibus, neque futuris,neque pedum frigore: sed in morbo,qui deorsum inclinet,adhibenda mens est.*

Fiunt morborum vicissitudines ad perniciem,& ad iudicationem tum pro morborum, tum uero pro locorum affectorum differentia.nam,quę in morbos leuiores,partesque ignobiliores fit,ea est salutaris:quę in grauiores morbos,ac loca pręstantiora, perniciosa est. eadem est abscessuum ratio:qui per effluxum fiunt,meliores sunt:qui per decubitum,minus commodi censentur.atque ex eis,qui longius ab affecto loco,& in partes ęgroti ignobiliores fiunt,boni sunt, horum contrarij,mali.quam ob rem si magna sanguinis copia quouis modo excreta sit, in spe salutis esse nos decet:atque ęger per abscessum,& per commutationẽ incolumis euadet. differunt enim hęc inter se,quod abscessus iudicationem afferat,ægrotumque omnibus liberet molestijs:commutatio uero aliarum accessionum,laborumque principium habeat:ut locus is corporis,in quem noxiorum humorum est facta commigratio, aliud etiam tempus ad concoctionem requirat.Cum autem magna sit crudorum humorum copia,tum fieri abscessus solent.qui

si exigui

si exigui sint,nihil plane iuuant:si magni,eos ferre natura non potest.Itaque eorum, quæ in vẽ E tre concoquuntur,excrementa per aluum deiecta cruditatem,concoctionemque sua forma iu dicant:eorum quæ in pectore,ac pulmone,quæ tussi excernuntur:eorum, quæ in cerebro,quæ per nares educuntur:eorum,quæ in venis,quæ cum vrinis effluunt.Ipse autem plerisque in locis censet maturationes esse spectandas.est autem perspicuum,omnia,quæ moderate calfaciũt maturationes efficere,cuiusmodi sunt cibi,perfusiones,& cataplasmata.frictio quoq; modica, balneum,huius sunt generis.ac nunc etiam mandat,ut abscessus contemplemur.quocirca si ad ventrem excrementa vergant,eis adiumento esse debebimus usu clysterũ,in quibus sit uis materiem illuc attrahendi:& item usu eorum,quæ in tota uictus ratione ad id ipsum accommodata censeantur.si ad renes ferantur,usu eorum,quibus urina cieatur.si ad colõ, acribus illud medicamentis erit calfaciendum.qua in re illud non est ignorandum,cruda, & incocta ad malos, conuerti abscessus.quod in caussa fuit,ut præcedenti oratione dixerit, qualia iudicent : in hac uero scripserit,Qualia prosint:propterea quod quæ prosunt,eę iudicationem afferre,& soluere morbum possunt:at quæ nocent,eæ neque criticæ sunt, neque morbum propellunt. Deinde ueros modos adhibet,quibus abscessus fiant,& ad bonum,& ad malum terminentur.Præterea docet,neque in ipsis accessionibus,dum adsunt,neque si mox futuræ sint,prodesse abscessus, si F tunc fiant : sed neq; etiam in pedum frigore : uerũ cum morbus deorsum inclinat. in illo enim.

* *

Desunt multa : desiderantur enim in libro antiquissimo duæ pagellæ : & in altero tres sunt albæ relictæ.

* *

Vt in libris,qui sunt De methodo medendi,exposuimus.nec minus etiã in libris De crisibus hæc sumus persequuti.Sed hæc ad aliquod memoriæ lumen offerendum dicta sint nobis. tantam

tam

A tam enim talemq; afferunt utilitatem, ut neque me bis eadem scribere, neque eum, qui cupiditate, studioque doctrinæ trahatur, legere iterum, pigere ullo modo debeat.

12 *In accessionibus per circuitum repetentibus cibi dandi non sunt. neque cogere oportet, sed ante indicationes, detrahere de ijs, quæ offeruntur.*

Agit hoc loco de ratione uictus ægrotorum: quam rē ipse in libris De ratione uictus in morbs acutis plane docuit: ac nos in commentarijs in illos libros editis quicquid ad eam rem pertineat, cumulate præstitimus. Loquitur autem de longis, acutisque morbis: atque in acutis quidem, quorum status & iudicatio intra primū quaterniorem futura sit, modo uires robustę sint, ægrum in perpetua inedia continebimus: (exploratum enim habemus, in singulis morbis totam uictus rationis formam duobus e scopis duci, tum ex futuro totius morbi statu, tum ex uiribus ægroti) in quibus uero iudicatio primam hebdomadam non sit superatura, si uires sint ualidæ, sola aqua mulsa uti sufficiet. Si uero non iam satis uiribus ægroti confidamus, ptissanæ cremorem offeremus; atq; ut quispiam accommodate possit sigillatim cibos dare, in hac etiā oratione declarat, cum monet, cauendum esse, ne quid in exacerbationibus demus: ut cum neque
B iamiam sunt futuræ cibum prębeamus: sed cum declinant, ac desinunt. Ceterum quonam potissimum modo futurum morbi statum prænoscas, in quo iudicatio fit, in primo de crisibus libro dictum est. nunc uero id solum dicere conuenit, a morbis ipsis declaratum iri, & quam inter se proportionem seruaturæ sint accessiones, & quę sit ipsorum conditio. ut inter febres intermittentes, tertianam habere celerē iudicationem, quotidianam uero, longam: quartanam, longiorem. inter continuas, ardentem esse acutam: fumantes uero cum humoris succēsi copia, diuturniores: medias inter has esse semitertianas. quomodo autem has febres omnes in prima cognoscere inuasione quispiam possit, nos in secundo De crisibus copiosissime docuimus. non est autem oportunum, ut quę iam alijs in locis recte diximus, huc transferamus: & de eadem re loqui plerisq; locis sępe conemur. quocirca ad sententiam nobis propositam redeamus. Itaq; uictus ratio ad tria capita potissimum redigitur: vt quanta, ut qualia, ut quomodo des, intelligas. quantum uero sit dandum, alibi est declaratum, ut in libris de ratione uictus in morbis acutis, & item in aphorismis; ut cum ait, Qui augentur, plurimum natiui caloris habent: itaq; plurimi alimenti indigent. itemque in illo loco, Ventres hieme, & uere sunt natura calidissimi, & somni longissimi: quamobrem his temporibus plura quoque alimenta danda sunt. de qualitate autē disseruit in eo aphorismo, cuius initium est, Humidę dietę omnes febricitantibus prosunt. deni
C que uero de modo egit in illo, Quibus semel, aut iterū, aut plura, aut pauciora, & particulatim: dandum uero est etiam aliquid tempori, regioni, ætati, & consuetudini tum in eo, qui hūc aphorismum deinceps excipit, & item in alio, quem esse eundē cum eo, qui nunc est in manibus, affirmamus: nisi quod in uno, aut duobus verbis differt. Sic enim se habet: qui per circuitus exacerbantur, nihil dare, nec cogere, sed detrahere de his, quæ offeruntur, ante iudicationes oportet. In morbis autem; qui ordine quodam inuadunt, ex ipsis exacerbationibus, quo præcipue tempore dare cibum conueniat, cognoscere poterimus. at si accessiones quidem fiant, non tamen statis circuitibus, neque ordine seruato, in ijs uix, aut ne uix quidem uerum & accommodatum cibi offerendi tempus inueniri potest. in ijs uero, quę per circuitum redeunt, ordinemq; seruāt, uitare oportet, ut diximus, ne in principio demus. quo, ne, sicut in oratione superiore ipse censuit, iam præsente, ne ue mox futura accessione ægrum alas. Dixit autem ante iudicationes: si futuram esse iudicationem suspicemur. Vel potest etiam intelligi perinde, ac si dixisset, ante statum: siquidem iudicationes in statu morbi fieri solent: quod in libris de crisibus demonstratum est. erit igitur accommodatum & tutum, ægros in morbi declinatione alere.

D 23 *Quæ iudicantur, iudicataque ἀκμαῖα sunt, nec mouere, nec quicquam nouare, siue medicamentis, siue alijs irritamentis: sed committere oportet.*

Est ab Hippocrate hæc pronunciata sententia, Incipientibus morbis, siquid mouendum uidetur, moue: uigentibus uero, pręstat quiescere: propterea quod omnia symptomata circa principia & fines imbecilliora sunt: circa statum, ualentiora: ac circa statum iudicatio fere fit. unde planum est, nihil mouendum, nihilque innouandum. si enim in iudicatione quædam fit turbatio, magnaque concertatio esse solet, certe sequitur, ut natura labore conflictata neque remedia, neque medicamenta, neque irritamenta ferre queat, Itaque cum fit iudicatio, totum negotium est naturæ committendum, ut ne tu, quidpiam molitus magis pręgraues, aut ad immoderatam euacuationem irrites, atque ita ægroto mortem afferas. Dum igitur tibi sit propositū medicamentum dare, quod aluum subducat, caue, ne id facias in morbi exacerbationibus, atq; inuasionibus, & diebus ijs, in quibus fieri iudicationes solent. uis enim medicamenti corrūpitur, quod forte humores sursum vergant, & contra, quàm ut fieri euacuationem oporteat. Si uero necessitas urgeat, vt vacuare cogaris in exacerbatione, tū scito, per superiores partes esse euacuandum ut per sanguinis profluuium, aut uomitum, aut quid huiusmodi. cum uero exacerbatio

tio desierit,tum per inferiora euacuabis,vt per urinam,aut per sedem,& eiusmodi loca,quẽad E modum esse accommodatius uidebitur.Idem esse post iudicationem faciendum monet:pręsertim si morbus iudicatus sit ἀπαρτὶ,hoc est perfecte;in quam significationem vsus eodem aduerbio est Hippocrates in secundo de ratione victus in morbis acutis.Sed quod hic ait ἀπαρτὶ, in aphorismis dixit ἀρτίως,hoc est nuper.Significat enim perfecte,vt dixi, & integre,& non diminute,& absolute.Quare si perfecta iudicatio sit facta,aut fiat,iubet,ut totum negotium naturæ permittamus,ac nos nihil noui moliamur.Si uero non integre,sed diminute fiat iudicatio,monet,ut qđ restat,nos faciamus.Etenim si in aphorismis pro uerbo ἀρτίως hoc est nuper, scriptũ esset ἀπαρτὶ,aut integre,& perfecte,certe nullus scrupulus iniectus esset in animis interpretum de verbi ἀρτίως significatione cõtrouersantibus.Quidam enim uolunt ἀρτίως significare in diebus ἀρτίοις hoc est paribus : quod minime verum est , quemadmodum eo ipso in loco a nobis explicatur .

14 *Iudicantia in melius,non statim appareant.*

Quod ait statim,significat hoc loco idem,quod in princípio.morbi poirò principium intelligo totum illud tempus,in quo nondum sunt signa concoctionis.hac autem de significatione di F ctum est a nobis alio in loco.cum enim morborũ tempora diuideremus, morbos ipsos ex principio,incremento,statu,declinationeq; constare affirmauimus,sed iudicari in principio nullus pòt:hacq; de re in libris de crisibus est a nobis abunde conscriptũ.quare quicquid ad hanc rem pertinet,ex illis libris qui velit,perdiscat.ego.n.totá illam disputationem, utpote quæ longior sir,q̃ ut eam nunc persequar,huc transferre nequaquam volo:sed hoc solum memorabo:postquam natura ad excretionem impellitur,perturbationem quandam notabilem in corpore excitari,quæ caussam afferat,vt multa symptomata cum manifestissimis concoctionis signis appareãt.sed caue,ne signa concoctionis te fallant,qđ ea esse iudicationis signa putes:propterea qđ quæ iudicationis sunt,non statim,hoc est,non in morbi principio apparent.nec sunt eædẽ iudicationis,& concoctionis notæ.neq;.n.vsu venit,quin illæ omnino uel bonam, uel malam iudicationem faciant.at signa concoctionis salutem quidem hominis ostendunt: non tñ per iudicationem oĩno seruatum iri ægrotum declarant: propterea quòd possit morbus longiore tractu temporis paulatim concoctus ad perfectam solutionem deuenire , ceterum qũo symptomata iudicationis a signis concoctionis differant,in primo de crisibus aperuimus: quo in loco perfectę,& non perfectæ concoctionis signa declarauimus.etenim & perfectam esse concoctionem G docui,cum in urinis subsidet quid album,lene, æquale,& continuum:non perfectam uero,cum vrina ex aquosa modice subpallida sit facta.ac signa quidem concoctionis nunquam male apparent:iudicationis vero,quandoque male apparent.eaque non in principijs,non in incrementis,sed in statibus debent apparere.quare neque sudores,(sæpe.n.iteranda sunt ea , ex quibus summns ferri fructus potest)neque uomitus,neq; alui excrementa, neq; parotides , neque sanguinis profluuia,quæ in principio,statimque apparuerint, morbum vnquam iudicarunt.atque ab his quidem,uelut a caussis expelli morbos homines credunt.pro signis uero,quibus hæc indicẽtur,putant dementias,graues sopores,dolores,lachrymas, respirandi difficultates,aliaque huius generis permulta:quæ si absque signis coctionis appareant, notæ pessimarum affectionũ censentur.Verum hæc omnia,& quæ tanquam caussæ,& quæ tanquam signa iudicationis sunt, nc statim,hoc est in primo tempore morbi,appareant.si enin tunc apparebunt , profecto non boni quid,sed mali indicabũt. at quæ concoctionem significant,etiam si in prima primæ accessionis hora appareant,certe ea erunt æqui,& boni consulenda.

15 *Concocta medicari,& mouere, non cruda oportet:neque in principijs,nisi turgeant : multa autem non turgent.* H

Expositis ijs signis,quæ concoctionem,iudicationemq; futuram indicant,de medicamentis propinandis deinceps differit.ac nos optimus medicus docet,usum medicamentorum esse ad concoctos humores accommodatum:ad crudos non item:nisi turgere eos sentiamus.ac uerbũ quidem turgẽdi proprie dici de animantibus solet,quæ ad rerum ueneteарũ usum impellũtur . nunc uero est ad eos translatum morbos,qui properant,celeriterque mouentur:pręcipue autẽ cum sensus ægroti hominis ab inordinata humorum,spiritusque agitatione quodam modo irritatur;quo sane casu tantummodo quispiam in principio medicamentis conuenienter rationi, & accommodate utetur:quippe qui motum humorum, ac succorum in corpore redundantium ad facilius attrahendum adiuuantem habeat,quòd ea,quæ ex toto incocta sunt , stabilia , infixaque sint,ideoque vix,& difficulter trahi a medicamentis purgantibus queant.eumq; prædixisset, concocta medicari oportet,intulit,non cruda:neque in principijs:ut,cum principium est,crudũ,& incoctum morbum plerunq; esse,declararet.cum enim in corpore sanguinis probi exigua sit copia,& crudi humores sint admodum multi,tum nec uenam secare,nec purgare, nec exercere hominem oportet . immo uero neque mouere penitus , neque lauare conuenit.

Si

A Si quidem uenæ sectiones probum sanguinem euacuant: & prauum, qui in primis potissimum uenis, quę in iecore, & lactibus sunt, colligitur, in totum corpus attrahūt. purgatio uero in ijs, & tormina, & morsus creat, itemque animi defectiones. adde quod nec quicquā notabile educit; quod crudi omnes humores, pigri, & ad motum inepti propter crassitudinem, frigiditatē q; sint: omnesq; uias angustas obstruant, per quas id, quod purgando euacuatur, cōportari ad uētrē oporteat. ex quo fit, ut neque ipsi educātur, & alios, ne euacuētur, impediāt. quocirca ita affectis esculenta, poculenta, ac medicamenta dāda sunt, quæ sine insigni caliditate, crassitudinem humorum exteouent, incidant, atq; conficiant. quanquā si quis abscessu urgeatur, qui ab humore bilioso, aut melancholico, aut etiam pituitoso exortus sit, uitare debet, ne humorem medicamēto purgante diminuat. itemque cum anni tempus admodum calidum sit, abscessusq; costas obsideat, qui ex sanguine constet, isq; humor, qui exuperat in corpore, sit biliosus, tunc omnino cauendum est. humor enim sanguineus in bilim uertitur. id quod cognoscit ex eo, quòd ægrotus post sanguinis sputum reijcere biliosum sputum soleat. hoc idem faciei rubor interdum indicat: sicut alia quoque multa significant. ceterum in crudis, omnino abstinendum a purgatione est. Recte igitur censet Hippocrates, medicari oportere concocta, & nō cruda, neque in princi-
B pijs, nisi turgeant: hoc est, nisi motus ad excretionē ipsa cōcitet: neque ad unam partem adhuc ullam firmam inclinationem ac stationē habeat: sed humores ita contineat, ut moueantur, ferantur, & fluant. Ceterum de hac sententia in primo aphorismorū libro, sicut etiā de ea, quæ deinceps sequitur, agetur: quāuis in quibusdam exemplaribus aphorismorum non reperiatur. De ea uero, quæ sequitur, iam supra locuti sumus: ea autem est huiusmodi.

16 *Quæ ducere oportet, quo maxime uergant, locis oportunis ducito.*

In primo commentario, cū de locis ad euacuationem peragendam accommodatis loquere mur, intestina, uesicam, uterum, cutim uniuersam, stomachum, palatū, naresq; memorauimus. cum igitur humores deorsum uergunt, si ad intestina tendant, tunc euacuatio erit per sedem facięda. cum uero ad uesicam uergant, tum per ea, quibus urina prouocatur: ut in mēstruis mulierum purgationibus, per uterum euacuandum est; per sudorem, si ad cutim repant: & per uomitum, si sursum ferātur: ac tunc quidem per stomachum: ut cum cerebrum expurgamus, per palatum, ac per nares in sanguinis profluuio. Illud autem sciendum est, nunc nobis hoc consilij dari ducenda ea, quæ neque iudicantur, neque nuper iudicata sunt: quæ quidem eo ducenda sunt, quo natura uergit: ac uidendum esse diligenter, ne inclinatio humorum noxiorum in loca mi-
C nus oportuna fiat: quo sane tempore tantum abest: ut educere, & naturam adiuuare debeamus, ut etiam prohibere, ac reuellere humores oporteat.

17 *Quæ uacuantur, multitudine metienda non sunt. Sed quandiu prodeant, qualia oportet. & æger facile ferat. Vbi uero opus est, ibi & debilitare, & animi defectionem inducere, donec id effeceris, cuius causa hoc fit, interim uero alio uertere, aut siccare, aut humectare, aut reuellere, si sufficere æger possit.*

In omni genere euacuationum, ut iam ante monuimus, iudicādi ratio ducitur a tolerandi facilitate. Si enim magna uis atque copia euacuetur, & tamen ægrotus se leuari non persentiscit, neque facile fert, plane constat, neque quod noxiū est, neque quod redundat, sed quod naturæ accommodatum est, euacuari, ac uires dissolui. quocirca cōsulit, ne copiæ eorum, quæ euacuantur, animum adhibeamus, sed ijs ipsis, quæ excernuntur, utrum qualia oporteat, excernantur: & tolerandi facilitatem attendamus: idque esse obseruandū, siue natura corpus expurget, siue nos medicamentum purgans demus, ac molesti humores euacuentur. Vbi uero debilitare, & ad animi defectionem usque euacuare opus est, id faciendum erit usque, dum id sis cōsecutus, quod uoles. quo sane tempore tibi licebit, aut alio uertere, aut siccare, aut humectare, aut reuellere,
D donec æger sufficiat. Quoniam autem multis modis animi defectio fieri solet. scito nunc intelligi defectionē eam oportere: quę ex magna euacuatione fit. Cuius in febribus cōtinētibus usus est maximus: ut in methodo medeodi demonstrauimus: itēque in maximis inflammationibus, & doloribus uehementissimis. adhibenda tamen distinctio est, utrum hoc uenæ sectione, an purgatione faciēdum esse uideatur. habes autem distinctiones in libro de uenæ sectione perspicue explicatas. Iam uero in ea lassitudine, quam inflammationis speciem præferre dicimus, nisi quis detractione sanguinis malo prius occurrat, uehementissima febris statim accendetur. nā & sanguis in huiusmodi lassitudinibus calidissimus est, & omnes fere, qui in eas inciderunt, copiosissimam eius euacuationem postulant. & quamuis etiam sanguis mittatur, tamen plerique eorum in febrim incidunt. quocirca nō conuenit, parum eius detrahere, sed & celeriter mittendus est. & ad animi defectionem usq; educendus: siquidē nihil aliud impediat. Si uero bis eodem die detrahere sanguinē uelis, primū ita euacuabis, ut ne animi defectionē inducas: secundo loco uero nihil est, quod animi defectionem afferre uerearis. at si prima euacuatione ægrotus exoluat. secundam euacuationem ferre nullo modo poterit. De ardentissima autem febri nihil est, cur longiore oratione nūc differam: qn̄ in nono methodi medendi, nullū inueniri maius, aut p̄sentius

remedium,quàm euacuationem usq; ad animi defectionẽ posse,demonstrauimus. quod idẽ in E
uehementissimis doloribus est intelligendum. semper tñ habenda ratio est uirium ægrotantis, quod ipse significauit,cum dixit,si sufficere æger possit: vt iam duæ notæ sint,facilitas nimirum tolerandi,& uires ægrotantis. ac si alterutra ipsarum non adsit, id neutiquam erit faciendum.

18 *Ex his facito coniecturam: sicca quidem erunt calida; humida uero, frigida: quæ uero aluum mouent, plerunque contraria.*

Hæc inquit erunt propriæ notæ argumenta,ex quibus nosse poteris,utrum ęgrotus sufficiat, nec nec:& ntrum euacuatio usque ad animi defectionem fiat.nam quæ prius fuisse sicciora sentiebas,nunc calida: quæ humida eranr, nunc frigida esse uidebis, quæ uero aluum subducunt, erunt contraria.id tamen non semper,sed plerunque ita comperies. uocat autem * * * quibus aluus subducitur. propterea quòd nisi contraria sint, natura eadem superabit. soluitur enim uenter inferior: ac multa,eaq; uaria expellit * * * * alui enim excrementorum mutationes,quæ multas humorum formas euacuant, corpus ipsum accuratius ex- F
purgant:nisi forte aut colliquationis, aut corruptelæ signa adiuncta habeant: de quibus ipse in præsagijs locutus est in illo loco,in quo fecit de pinguibus,deq; fœtidis mentionem.

19 *Hæc diebus imparibus sursum fiunt: si & circuitus, & constitutio ex ipsis exacerbationibus talis fiat. plurima autem paribus diebus fiunt deorsum. Sic enim etiam quæ sua sponte eueniunt, prosunt: si circuitus in diebus paribus exacerbationes non faciant. in huiusmodi autem, in paribus sursum; in imparibus, deorsum. tales autem pauci sunt: & tales etiam constitutiones difficilius iudicantur.*

Qui nostros de crisibus libros accurate perlegit, ei nihil opus est longiore oratione ad hæc, quibus de agitur,intelligenda.in illis enim quæ ad iudicationes, quæ ad earum uacuitates,quæ deniq; ad malas iudicationes pertinent, scripta sunt omnia. illud item docuimus, quæ paribus diebus exacerbantur,in paribus iudicari: quorũ uero exacerbationes diebus imparibus fiunt, ea quoq; imparibus iudicari.adiunximus etiam,iudicationes in exacerbationibus fieri, propterea quòd humores in illis uehementer moueantur, ac ueluti feruentes aut per sanguinis profluuium,aut per sudores,aut per uomitus,aut per secessum, aut per hæmorrhoides, aut per menstruas purgationes in mulieribus prorumpant:& quòd natura eo tempore ad illorum excretio- G
nem impellatur: & quòd pressa pondere,& male affecta ad humores excernendos irritetur: & quòd illis magis fusis,noxia promptius expellantur,faciliusq; fiat iudicatio.proinde dictum est, mutationem quattuor modis effici, ad salutem,ad mortem,ad inclinationem in melius,ad eandem in peius ruentem. itemq;,iudicationem, quæ per euacuationem fit,meliorem esse ea,quæ per abscessum contingat:tum quæ noxium potius,quàm quæ alium quemuis humorẽ euacuet: tertio eam,quæ directo,& ex eadem parte,quàm quæ secus.ipse autem,quod nos per rectitudinem dicimus,appellat directo:præterea uero,eam quæ cum tolerandi facilitate; & cũ coctione, & die critico fiat. Siquidem hæc omnia habere perfectam iudicationem oportet. Ne sis tamen nescius,in febribus omnibus non simili modo dies numerari: nam quod in continuis unus dies potest,id ipsum facit in intermittentibus accessio: & iudicationes pro accessionum numeratione fiunt. ac nos etiam obseruauimus,in tertianis,& quartanis iudicationes fieri nõ ad dierum, sed ad circuituum numerum.id quod uerũ esse,ipsemet attestatur, vbi, tertianam puram septẽ circuitibus iudicari, affirmauit. septima.n.a principio accessio in decimumtertiũ diem incidit: in quo sæpe iudicatur,nec in quartumdecimum,qui criticus est,extenditur Quemadmodũ autem acutorum morborum ipse dies quartusdecimus est terminus: & peracutorum septimus:sic H
in intermittentibus tertiana febris septimo circuitu terminatur. quocirca si iudicatio in diebus imparibus accidat,per superiores partes fiet:si modo & circuitus,& morbi cõstitutio in ordine accessionum talis fuerit.Si uero in paribus,per inferiores fiet. porrò censet, eorum, quæ sponte eueniunt,eandem esse rationem oportere.eaq; prodesse,si accessiones paribus diebus ex circuitibus fiant:propterea quòd in eiusmodi contrarium usu uenict:siquidem in paribus,sursum: in imparibus uero deorsum.addit tamen paucas constitutiones inueniri tales; &, quæ huiusmodi sunt, eas esse ad iudicandum difficiliores. cuius rei caussam nos in libris de diebus criticis exposuimus.

20 *Quin etiam quæ tempore sunt progressa longius, ita fiant necesse est, ut ad decimumtertium, decimumq; quartum diem pertineant. ac decimo quidem tertio, deorsum: decimoquarto uero, sursum. sic enim ad iudicationem confert: & quæ ad uigesimum: præter ea, quæ deorsum feruntur.*

Quemadmodum iam diximus,tum in libris de crisibus,tum in ijs,qui sunt de criticis diebus, ea omnia,quæ ad hanc tractationem pertinent,explicauimus. proinde hoc loco solum memorabo capita eorũ,quæ in illis sunt conscripta cõmentarijs.Iudicatio igiť est repentina in morbo cõmutatio.ea quattuor fit modis.nam uel est subita morborũ liberatio,uel magnã mutationem

in me-

A in meliorem statum; vel mortem repente affert: vel facit, ut ægrotus sit multo peiore in statu. Iudicatio omnis cum aliqua manifesta euacuatione, uel abscessu fit, vt paulo post dicetur. Criticos porrò dies appellamus, in quibus huiusmodi mutationes & fideles, & plurimæ fieri solent: cum in alijs diebus neque fideles, neque frequentes contingant. Hippocrates autem omnium bonorum inuentor, hosce dies indicauit: & septimum dierum criticorum circuitum esse ualentiorem reliquis dixit: & ab eo secundum potestate esse quaternarium, quod septimum diuidat in partes duas: & quod iudicationes per circuitus septenarios futuræ a quaternarijs indicentur. quartus enim est septimi index: undecimus quartidecimi. hos uero dies ipse indices uocat. Hebdomadas uero sic numerari censet oportere: vt duæ priores inter se uicinæ p disiunctionem: tertia, q̃ has sequitur, per connexionem numeretur: vt prior in unum diem desinat, & ab alio incipiat secunda: tum uero tertia ab eodem incipiat, in quẽ secunda desierat: quod in caussa est, vt uigesimus dies sit tertiæ hebdomadis ultimus. quod etiam esse uerum cõperiemus: quandoquidem uigesimus & plurima, & firmiter iudicare deprehenditur. quam ob rem Hippocrates diem quadragesimum, non quadragesimum secundum esse criticum statuit. ita etiam sexagesimum, & octogesimum: non sexagesimumtertium, neq; quartum octogesimum. In morbis aũt acutis intercidunt
B in criticos hi, tertius, quintus, & nonus; ac quandoq; etiam sextus: malus nimirum index, quòd aliquando cum symptomatibus periculose iudicet. horum autem omniũ exempla tibi in libris de vulgaribus morbis poterũt suppetere. sed eos ægrotos hoc loco describere longum fuerit. ac tibi integrum est, eam sententiam, quæ in libro præsagiorũ habetur, perlegere, cuius hoc est ini-
" tium, Febres iisdem numero diebus iudicantur, ex quibus homines tum seruanť, tum pereunt;
" & quæ sequuntur. Quin etiã in secundo aphorismorum multa sunt de criticis diebus monimentis consignata litterarum: ex quibus plane constat, tertiam hebdomadam per coniunctionem cum secunda numerari: & uigesimum diem septimi indicem statui: & septimum decimum uigesimi. tum explanari, qui nam dies indices in uniuersum sint, quiq; contemplatione digni ab Hippocrate censeantur. Multa quoq; alia cõperies, quæ ipse plerisq; in libris cõscripsit: quæ omnia in unum nos uolumen redegimus, quod de criticis diebus inscribitur. ac qui præsagire in posterum, quid futurum sit, accurate uelit, is & hoc opus, & quod de crisibus est, perlegat, oportet. res enim huiusmodi nõ afferunt utilitatis, ut cum ego hanc contemplationem apud Eudemum philosophum, qui tres quartanas habebat, prædicens, monuissem fore, ut una earũ, quæ certis diebus inuadebat, post tot circuitus primum sedaretur: cumq; hæc depulsa esset, altera certo die di
C scedere: similiq; modo de tertia prædixissem; hæc ex arte diuinandi, non ex medica cognitione a me pronunciari contenderent. ac nos non modo in illo homine, sed etiam, quod Deo approbante dictum sit, in nulla unquam prædictione offendimus. Quæ cum ita se habeãt, propositum nobis est explicare, quænam in hoc libro Hippocrates conscripserit. Igitur quæ ante tempus iudicationis prodeunt, hoc modo fiant necesse est, vt in decimotertio die per inferiores partes ducantur: in quartodecimo uero, per superiores. id quod ad iudicationem pertinet, & ad ipsam est utile, & accommodatum. Simili quoq; modo quæ die uigesimo fiunt, præter ea, quæ deorsum feruntur. dictum enim est, uigesimum criticum esse. quæ autem inferius uergunt, ea per inferiora adducenda sunt, vt ipse monuit. sed iam ad ea, quæ deinceps sequuntur, quæ ipsa quoque ad iudicationem faciunt, transeamus.

21 *Multa autem purganda sunt: eaq; non prope indicationem, sed longius. raro autem in acutis multa ducenda sunt: in delassatis uero, totum.*

Iudicatio, vt dictum est, cum certamine notabiliq; perturbatione plerunq; fit. perturbationis autem uiolentia, naturam, ea, quæ infesta sunt, etiam ante tempus cogit extrudere. est enim uir-
D tus ipsa, qua aliena expelluntur. ac tempus id agendi est post finem eius, quæ res alterat, facultatis. tunc enim obit functionem suam, omniaque secundum naturam absoluta sunt, cum illa ab actione desistit. verum cogitur interdum ea, quæ molesta sunt, ante perfectam coctionẽ amoliri: sicut etiam interdum cõcoctione iam absoluta, moratur, & præ imbecillitate lente ad munus obeundum progreditur. Facultas igitur, quæ aliena expellit, ea est, quæ iudicationes in morbis facit. proinde, cum omnia ea, quæ in animante sunt, iam concocta sint, tunc optimæ iudicationes fiunt. prius autem expelli, ac iudicationem pũenire, malum est: propterea quòd cum ijs, quę noxia sunt, ẽt utilia excernãtur. id quod fieri solet, cũ natura uel a medico, vel ab ijs, quæ corpore continentur, irritetur. quanquam nõ medicus solum afferre caussam erroris possit, si quid minus recte fecerit; sed ẽt ægrotus, & ministri, & alia, q̃ proprie externa nominantur: vt in ipso corpore offendunt morbi, caussæ, & accessiones. ac si accessio sit, quæ naturã stimulet, nullam quietem, nullamq; moram concedit; sed excitat, mouetq;, & tanquã ad pugnã prouocat. quæ admodum igitur natura pressa magna ui excrementorũ, & humorum infestãtium cogitur sæpenumero eos extrudere; idq; malum est, si id antequam concocti humores sint, & ante tempus iudicationis faciat; ita nostrum erratum iudicandum est, si idem prope iudicationem fecerimus. quocirca expectandũ est, vt longius a iudicatione id fiat: vt si natura nihil tũc fecerit, nos faciamus;

quod non bonum sit, si prius expurges. Quod autem addit, Raro autem in acutis multa ducenda sunt, recte censuit. est enim explicata sententia, in morbis acutis solum in principijs interdũ utiliter adhiberi purgationẽ posse: sicut in longis morbis semper est expectanda maturatio: in acutis uero etiam in principio medicamento purgante uti possumus, si turgeant. idque erit magna animaduersione faciendum: siquidem non mediocre periculum impendet, si quis in morbo acuto male medicetur. debet enim medicus hoc attendere, ut æger maiorem fructum ex noxiorum humorum euacuatione ferat, quàm noxam: qua corpora a medicamentis purgantibus necessario afficiuntur. erit autem maior utilitas, si omnis humor molestus cum tolerandi facilitate, ac fine molestia euacuetur. cum uero morbus non modo acutus sit, sed etiam uehementissimam febrim adiunctam habeat; tunc multo magis, ne purgans medicamentum demus, uitandum erit: ac potius per uenæ sectionem facienda euacuatio: ex qua minor quidem existet, quã ex purgatione, utilitas: multo tamẽ sit futura securior: cum maximum a purgatione periculum immineat, præsertim uero si quis naturam ægroti non cognitam habuerit. quidã enim ita natura comparati sunt, ut ægre purgentur: quidam uel exiguo epoto medicamento copiose purgantur. at si hominis naturam ignores, periculum est, ne aut maior, quàm par sit, fiat euacuatio: aut ne omnino purgatio moueatur: aut si moneatur, ut ne tamen quod satis sit euacuetur. quæ omnia maximas in morbis acutis noxas afferunt. quæ res fecit, ut ipse in aphorismis hanc sententiam scriptam reliquerit: In acutis morbis raro, & in principijs purgante medicamento uti oportere. atque id considerate admodum faciendum. In delassatis uero totũ ducendum est. quando uero id faciendum sit, attende, ut intelligas. cũ sit duplex plenitudo, alteraque ad uires referatur, & ad corruptelam facile perueniat, atq; etiam interdum partes quasdã petat, & in eis tumores præter naturam excitet; altera uero ad effusionem pertineat, quæ sæpe in partes irruit, & tumores præter naturam creat, ac morbos comitiales, uenarumque ruptiones efficit, conandũ est, eam celeriter euacuare prius, quàm magnum aliquod in homine gignere malum incipiat. Sed quomodo utrunque dignoscere, ac curare affectum oporteat, in libris de tuenda sanitate copiosius explicauimus. quocirca de eadem re nunc scribere, superuacaneum existimo. igitur ad consequentem transibo orationem, quæ his fere uerbis continetur.

22 *In febribus abscessus maxime in articulos, maxillasque fiunt, prope cuiusque dolores, magisque ad supernam partem, & in totum. Si uero morbus lentus fuerit, & deorsum repat, etiam abscessus inferne fient. maxime autem pedes calidi, inferne significant: frigidi uero superne.*

Abscessus inquit in febribus ad articulos, maxillasque fiunt maxime. idque accidit, quia propter calorem febris magna copia humorum sursum in caput tollitur, quã postea inde ruentem glãdulæ maxillarum suscipiunt: quemadmodum usu uenit, cũ e superioribus partibus in inguina, & alas quidpiam descendit. febres autẽ omnes, quæ ex lassitudine ortæ sunt, proprium quendam calorem habent in articulis excitatum. unde nihil mirabile fit, abscessus in articulos decũbere, quippe qui plus, quã par sit, laborauerint, atque incaluerint. id quod illis potissimum contingit, quibus plenitudo morbi caussam attulit: ac magis, ut ipse ait, ad supernã partem, hoc est ad caput, propter eam caussam, quam attulimus. at si deorsum morbus uergat, tunc etiã abscessus in partes infernas descendunt, cuius rei signum ipse statuit pedum calorem, & frigus. nam si pedes calidi sint, abscessum in partibus infernis fore indicant. caussa est, quia humorum copia deorsum comportatur, locumque illum calore perfundit. si frigidi sint, in supernis abscessum futurum significant: quod eo tempore omnia sursum ad caput ferantur, extremaque, præsertim pedes refrigerentur. Quomodo autem supernas, infernasq; partes in corpore esse, debeamus intelligere, ipse in sexto de morbis vulgaribus declarauit, cũ ait, An ea quoque, quæ infra iecur sunt, e supernis distributa sint. ibi enim iecur esse terminum omnium supernarũ, infernarumq; corporis partium statuit. conuexa enim eius pars septo trãsuerso annexa est. itaque omnia, quæ supra iecur sita sunt, eadẽ etiam supra septũ transuersum sunt collocata, ut cor, pulmo, pectus, colum, ac multo etiam magis, caput: cetera omnia infra in corpore esse uoluit. ceterũ abscessus in partibus superioribus ut plurimum difficiliores sunt. caussa est, quia è partibus superioribus, cum eodem affectu confligantur, maius periculum, quàm ab inferioribus, impendet. perspicuũ enim est, si cor, aut pulmonem, aut cerebrum inflammatio obsideat, mortiferum morbum esse. at si partes infra iecur sitæ inflammatione tententur, pauci admodum mori solent: nisi male eis adhibeatur curatio. idque ipse attestatur, cum ait, Si autem ea, quæ è superiorbus partibus in articulos infra decubuerunt, infra umbilicum cõstiterint, bonum: si uero supra, non pariter morbum soluũt, nisi suppurauerint. eo enim in loco habemus, abscessus, qui in partes infra umbilicum decumbunt, bonos esse: qui supra, non bonos, atque malitiam ipsorum aliqua ex parte diminui, si tumores forte suppurauerint. Qui porrò morbi iudicari per abscessum consueuerint, Hippocrates ipse in præsagijs conscripsit.

23 *In ys, qui ex morbis exurgunt, si statim manus ac pedes dolore confligentur, in eis abscessus oriuntur.*

Qui ex morbo conualescunt, non admodum robustas uires habent: quocirca si in laboribus

uersentur,

A uersentur,ac mulras,uehementesque motiones obeant,facile læduntur. ac maiorem etiam no-
xam sentiunt,si humores,morbum efficientes,nô bene sint expurgati : & quædam fortasse reli-
quiæ adhuc adsint. Scimus enim quæ post iudicationem in morbis relinquuntur,recidiuas exci
tare consuesse.Itaq; cum in eo staru aut manus,aut pedes laborarint,aut dolore conflictentur,il
luc irruere abscessus scribit.Labor.n.caussæ rationem obtinet : dolor,signi.ac non mirabile est,
ut iam dixi,si maior caliditas in particula accenditur: eiusq; imbecillitas augetur:& tanquã uia
fit superuacaneis,vt abscessus gignatur. Hoc autem loco uidetur tria abscessuum tempora con-
stituere: vnum in morbis,de quo egit oratione superiore : alterum,dum ægroti conualescũt;de
quo nunc differit:tertiũ,quod morbos antecedit, de quo deinceps ad hunc modum loquitur.

24 *Sed si qua pars ante morbum laborarit,ibi morbi sedes erit : ut accidit ijs,qui Perinthi tussi, angi-naq; laborarant . tusses enim,non secus quàm febres, abscessus excitant.*

Si antequam quispiam in morbũ incideret,aliqua corporis pars laborauerit, timendum erit,
ne aliquis in eam abscessus fiat.in omnibus enim morbis , qui prius per excretionem non iudi-
cantur,in ijs abscessus decumbere in eas partes solent,quæ prius laborarint . cum enim illæ sinr
B imbecilliores,ét magis,ac facilius humorum copiam excipiunt.Id quod in ijs potissimum mor-
bis intelliges, in quibus futurors abscessus suspicabere.ipse uero rem exemplis declarauit eorũ,
qui in Perinthia urbe tussem,aut anginam passi erãt: in quibus uerisimile est abscessus aut in cer
uice; aur in pulmone,aut etiam in pectore exortos esse:quãdo tusses abscessus tales faciant, qua
les etiam excitari a febribus solenr.

25 *Simili quoque modo euenit uel ab humoribus,uel a corporis colliquatione, & item animi.*

Hæc quoq; de abscessibus dicta uideri possunt: vt censeat,ipsos a copia etiam humorum,aut
colliquatione corporis,& item animi exoriri.cum.n.sit humorum magna uis,vt non possit om-
nis excerni,tunc in partieulam quandam imbecilliorem fixa innititur: cumq; magna est huino
rum tenuitas,& corporis raritas,tunc per eam perspirationem,quæ sensum nostrum fugit,cor-
pora celerrime euacuantur:vt,nisi occurras,facile colliquẽtur.quod idem in colliquatione cor-
poris usu uenit.atq; in febribus quidem uehementissimis colliquari sæpe corpus, cõcidereq;, &
extenuari conspeximus.idq; interdum plus,quàm par sit,accidit, aut propter febris magnitudi
nem,aut propter morbi tempus, aut propter ætatem,aut êt regionem,aut anni tempus, aut ae-
C ris constitutionem,aut euacuationes,quæ sub sensum cadunt,aut uigilias,aut curas,aut inediã,
aut immoderatos motus.nam & magnitudo,& malitia febrium interdum graciles homines,ex
tenuatosq; uel in primis diebus reddit,quemadmodum est ab ipso in libro præsagiorum de ca-
dauerosa facie conscriptum.idem quoq; morbi prolixitas facit.ætas quoque tum puerorum,tũ
eorum , qui ultima sunt senectute . ac in pueris propter humiditatem & caliditatem plurimum
fluit,& corpus euacuatum extenuatur:in ijs uero,qui summa sunt senectute,propter uiriũ im-
becillitatem corpus collabitur. Iam uero ex anni partibus,& regionibus,& aeris constitutioni-
bus planũ est calidiores ac sicciores magis euacuare corpora; frigidiores ac humidiores,ne cu-
tis perspiratione digeratur,& inaniatur,prohibere.Sed etiã sequi macies corporis solet ex san-
guinis eruptione,sudoribus,urinis,uomitibus,& alui deiectione nimia:itemque ex inedia,uigi
lijs,solicitudinibus. nec minus etiam ex delirio,cum ægroti assidue exurgunt . Quæ uero colli-
quatio proprie nominatur,plerunque fit,quòd pinguedo, aut etiam tenera caro propter mali-
gnam febrim colliquetur.quam sane ex urinis potissimũ cognosces.sunt enim illæ oleosæ: eæq;
principium colliquationis significant.cumq; & in colore , & in consistentia quid ueluti oleum
sit,tum affectionis indicat statum.Verum ne huiusmodi urinæ in fraudem te conijciant:propte
D rea quòd tales ferme excerni solent, cum renum pinguedo dissoluitur . Sed distinctiones allatæ
" sunt ab Hippocrate,cum diceret,Quibus subsidentia pinguia sunt,& cónsertim exeunt,in ijs re
num affectiones indicãt.caussa est,quia in renibus celeriter fit excretio.at in pinguedine totius
corporis,non celeriter,sed tarde.De his autem,& de alijs omnibus,quæ acutis,malignisq; mor
bis accidũt,Hippocrates in libro præsagiorum accurate disseruit: quocirca minime necesse est,
pluribus ea uerbis persequi.

26 *Intelligendum autem est, in quibus temporibus humores floreant : & quales in singulis morbos faciant : & quales in unoquoque morbo affectiones pariant .*

Erat hoc in libro de humoribus propositum,nosse humorum naturam,qui in humano insunt
corpore:& quo nam tempore quisq; dominetur,& quot,qualesq; morbi ab humoribus gignan
tur:deniq; non ignorare,quinam sint modi morborum : quam nos rem in tertio horum cõmen
tariorum explanabimus.nunc uero de humoribus , cum in principio omnia fere , quæ ad hanc
rem pertinent,conscripserimus,pauca quædam afferemus . Anni tempora differunt inter se hu-
miditate,caliditate,frigiditate,ac siccitate:vt hiems humiditate,frigiditateque præstet ceteris:
æstas caliditate, ac siccitate:uer sit accurate in medio utriusq; constitutum.autũni uero non est

eadem ratio: sed frigus mane uiget, meridie magnus calor, ad uesperam calor rursus in frigus E commutatur: in eo tamen siccum humido, frigus calori dominatur: hæcque in anni temporibus fere comperies. In singulis uero temporibus proprius quidam humor exuperat, vt hieme, pituita; uere, sanguis: æstate, bilis: autumno, acida bilis. Morbi autem frequentes in omnibus anni temporibus infesti sunt, vt uerno tempore qui a melancholia oriuntur, itemque insaniæ, morbi comitiales, sanguinis profluuia, & alij permulti, quorũ ipse & in aphorismis, & in libro de aere, aquis, & locis mẽtionem fecit: cuiusmodi sunt anginæ, grauedines, raucitates, tusses, lepræ, impetigines, uitiligines, & ulceratæ pustulæ quamplurimæ, & pani, & quæcunque articulos attingũt. per æstatem uero cum ex his quidã, tum uero alij morbi uigent, vt continuæ febres, & ardentes, & tertianæ, cæteræq; plurimæ: quartanæ item, & uomitus, & alui profluuia, & lippitudines, & auriũ dolores, & oris ulcerationes, & pudendorũ corruptelæ, & sudores: autumno aũt & multi æstiui, & quartanæ febres, & erraticæ, & lienis morbi, & aqua inter cutẽ, & tabes, & leuitas intestinorũ, & eorundem difficultas, & coxendicis mala: itemq; suspiria, & uoluulus, & alia permulta. hieme lateris dolor, pulmonis inflammatio, grauedo, raucitas, tussis, dolor pectoris, costarum, lumborum, & capitis: uertigines, & morbus attonitus. Ipse uero addit ẽt morbos, qui in cuiusq; ætate exoriuntur: itemque eos, qui ex uictus ratione originem ducunt: & qui a regione, & uitæ institu F tis excitantur. Censet autem, vt quibus tẽporibus humores florcãt, intelligamus: qua de re ipse ita scriptum reliquit: Augetur inquit, in homine pituita hieme. tum caussam addit. eius.n. inqt, » natura maxime omnium eorum, quæ insunt in corpore, hiemi respondet. est.n. frigidissima. De » uere autem scribit hæc: Vere autem pituita adhuc ualens manet in corpore, & sanguis augetur. » hæc.n. anni pars ei per naturam maxime respondet: siquidem humidus, calidusq; est. Aestate ualidus adhuc sanguis est, & bilis in corpore sese extollit, & in autumnum pertinet. autumno exiguus sanguis gignitur, propterea quod autumnus est ei natura contrarius. proinde fit, vt autumno paucissimum sanguinis in homine gignatur. at bilis atra & copiosissima, & ualentissima autũ no est. ac merito quidem humor huiusmodi est exortus: siquidem humores æstate prius assati erant. assatorum aũt reliquiæ, cum primum extinctus calor est, frigidæ, siccæq; redduntur: ac frigidæ, quia extinctus calor est: siccæ, quia dum assaretur, humor uniuersus sit absumptus. Quod igitur ait, humores efflorescere, nihil aliud uidetur significare, quàm hunc, vel illum humorẽ superare ceteros, vti diximus, vt pituitam hieme; sanguinẽ uere: flauam, aut pallidã bilim æstate: melancholicum humorẽ autumno. De morbis autem qui per anni tempora, ac partes oriunt, in tertio commentario differemus. Iam uero, illud ẽt non esse nobis ignotum uult, vt quot in singu G lis morbis † affectus sint, plane sciamus. quod ut sit perspicuum, scire cõuenit, omnem corporis affectionem, quæ de statu naturæ deflexit, aut morbum esse, aut morbi caussam censeri, aut symptoma, quod etiam † affectus nomine appellatur. morbus aũt est sanitati cõtrarius: & ab utrisq; affectus differt. quod.n. cunq; patitur quispiam, id affectus nomine appellandum est: quam ob rem, vt ego quidem puto, factum est, vt sensuum alterationes appellentur affectus: vt in aspectu, quæ a nigro, albo, flauo, ceterisq; coloribus proficiscuntur: in tactu, quæ a calore, frigore, humiditate, duritie, mollitie, & alijs omnibus, quæ sunt huius generis, accidunt: idem in ceteris sensibus intelligendum est Voluptatẽ quoq; affectum appellamus: & omnino omnem motũ, qui ab alio in alio excitetur. motus.n. eius, qui facit, actio est: at eius, qui ab illo quodãmodo afficitur, affectus. unde apparet, affectum tum, cum fit mutatio, alteratio, & motio, gigni. id uero iam nos, in libro de uocabulis medicis demonstrauimus. ac proprie quidẽ affectus nomine ueteres oẽm motum externum significant. qui uero iam ipso noĩe abutuntur, eas etiam affectiones, quæ ex affectu sunt genitæ, nec amplius sunt in motu, affectus nominant. affectio tñ neq; diuturnior, neque solutu difficilior est, quàm habitus: & tñ affectum esse idẽ fere est, quod pati: & affectio ab affectu differt motione. nam cum cessauit, quod alterabat, ea, quę in affecto permanet alteratio, H est patientis affectio. nomen uero affectionis inde est declinatum, quod modo quodam quis afficiatur: siquidem omnia, quæ in terũ natura sunt, siue sana sint, siue ægra, siue neutra, afficiant.

† πάθημα.

† πάθος.

27 *Tum uero corpus reliquum spectandum est, ad quem morbum maxime natura uergit: & quid nam lien intumescens facit. horum etiam quidpiam natura facit: ac colores ferme deteriores sunt, & corpora tument. & si quid aliud sit, te in huiusmodi exerceas.*

Quemadmodum initio dixi, color morbum plerunq; indicat. ideo ne in morbis, & habitu naturali fallamur, nobis consulit, ut quomodo totius corporis habitus natura se habeat, cognoscamus; interdum enim colores deteriores sunt, quàm tu fortasse eos secundum naturam esse existimares: ac tunc etiam non bene ualere hominem suspicabere. quocirca corporis habitum nosse oportet, ut quam in partem morbi effectrix natura repat, non ignores. plerique enim in morbum regium cadunt, quod male affectum iecur sit: interdum uero etiam secundũ naturam tales sunt propterea quòd in prima conformatione male affecti sint. quod esse tibi planum debet, ne decipiaris, & eos ægrotare tum, cum non ægrotant, existimes, atq; eo quidem tempore ægrotis auxiliari conuenit iis coloribus, qui sint ipsorũ colori persimiles. cõtra uero faciendũ est in ijs, q.

A sanguinem cōspuunt, ruber enim color prouocare sanguinem uidetur: siquidem humor omnis similibus admotis expurgatur: vt adhibitis cōtrarijs, intra corpus pelli consueuit. Ceterum quo modo scire, ac dignoscere naturalem habitum oporteat, ipse unius appositione exempli declarauit: vt quidnam, inquit, lien intumescens facit. quemadmodum enim multiplices tumores ex liene male affecto oriuntur, ita etiam facere ipse habitus potest: cuiusmodi sunt uitia coloris, corporis, euacuationes, ac reliqua genera affectionum, in quibus esse exercitatum medicū oportet. Multi autem præter naturam tumores obsidere lienem solent, vt duritia in partibus inferioribus, vt quidam sit rotundus, quidam latus, quidam in longitudinem auctus. porrò autē qui a parte inferna durus est, qui deorsum uergit, ideo ipsum κατάρροπον Hippocrates uocat. Vel ideo sic uocat, quia prauos humores, quos in se continet, in partes corporis inferiores propellit. Neque enim de liene dubitādum est, an quod sibi proprium est, trahat, & alienū secernat, alteretq;, & contineat quicquid attrahere suapte natura potest: si quidem in ijs commentarijs, qui sunt a nobis de naturalibus facultalibus conscripti, quattuor facultates unicuiq; particulæ, quę nutriēda sit, esse necessarias demonstrauimus. Veruntamen in excrementis secernendis errores committuntur: cuius rei triplex est caussa: prima est partium ipsa expurgantium imbecillitas: altera
B est angustia uiarum, tertia est excrementi ipsius uitium; præterea uero imbecillitatis caussa est intemperies: angustiæ uero, obstructio, aut aliquis instrumētorum tumor. tumorum uero caussa est humorū defluxio, quæ in ipsum instrumentorum corpus irruit: obstructionis, aut crassitudo, aut tenacitas humorum, aut quid, uelut germen, adnatum: uitia autem excrementorum sunt multitudo, crassitudo, & tenacitas. excrementa autem concoctionis, quę in uenis fit, tria sunt, ut biliosum, vt melancholicū, vt serosum. biliosum uero uesica iecinori adiuncta expurgat: melancholicum, lien: serosum, renes. inde fit, vt in lienis uitijs color totius corporis ad nigrius uergat, prout ipsius imbecillitatis affectus postulat, quando hæc est ei a natura tributa actio, vt melancholicū sanguinem iecinore in se trahat, eoq; nutriatur. itaq; ubi attrahendi uis, quæ in ipso est, infirma sit facta, tum sanguis iecore prodiens impurus in totum corpus comportatur; ideoq; color fit nigrior. interdum etiam illud excrementum animi deiectiones, & mœstitias melancholicas gignit: interdum uero uehementissimas ciborum appetentias excitat, sæpe etiam auersionem. immo uero etiam cum scirrhum cōtraxit, aquā inter cutem affert, iecore nimirum in affectus consensum perducto. nec minus etiam idem male affectus diutius aut propter inflammationem, aut propter scirrhum, ad nigriorem colorem conuersus toti corpori uitia coloris im-
C pertitur: qua in re scire debes, album, uiridemq; colorem nobis indicare, abscessum in iecinore esse: uiridem & nigrum, in liene: album, & * in pulmone. horum autem colorum forma seruatur, cum abscessus minime succensi sunt. sed ipse lien uniuersi corporis colores uitiat, ac deteriores facit. quin etiam ipse est semper iecinore nigrior: præsertim uero in ijs animantibus, quorum calidior est temperatura, atq; siccior. Tu uero unum habes a nobis compositum de atra bili librum: in quo & hæc, & cetera, quæ sunt huius generis, omnia continentur.

28 *Animi impotentia in cibis, potibus, somno, uigilia: aut propter amores quosdam, ut tesserarum; aut propter artes: aut propter necessitatem, laborum tolerantia: & quorum ordinata est, aut inordinata.*

Tres sunt animi partes, quibus ad uoluntarium motum incitamur. atque has quidem omnes, seu partes, seu facultates animi appelles, a quibus uita nostra gubernatur, est iam a nobis demōstratum, vt una sit, qua ratiocinamur: altera, qua irascimur: tertia, qua cupimus. itemq; eas substantia inter sese differre, ac multo etiam magis in differentibus esse locis sitas, perspicuum esse arbitramur. omnes enim possunt cognoscere, partem animi, qua cupimus, esse ab ca, qua ratiocinamur, diuersam. nam & cum fame urgemur, impleri cibis expetimus: cum sitis urget, potus cu-
D piditate ducimur. at in pueritia, more brutorum, saturitati operam damus, neque utrum profuturum illud sit, aut nociturū, consideramus. cum aūt in uiros nō solum ætate, sed etiam ratione euaserimus, sæpe nihil plane bibimus, quod potum esse nociturum, persuasum habeamus. sæpe etiam minus, quàm cupiamus, sumimus: si maiore sumptum copia noxam allaturum sit. sæpe etiam pugnam eius partis animi, in qua mens & ratio elucet, cum ea, quæ cupiditate alitur, cum in morbis, tum alijs plerisq; conditionibus spectamus: in quibus nondum esse oportunū uidet, ut esurienti cibus, sitienti potus offeratur: nec eum, qui riget, calfaciamus: nec refrigeremus eū, qui calore sit perfusus: nec rebus uenereis utatur is, qui ad eas incitetur. facultas enim, quæ in nobis est rationis expers, ad singula nos trahit, quæ cupimus: ratio retrahit impetum intempestiuum, ac cohibet. Et tamen quidam sunt, qui unam esse animi substantiam uolunt. eam porrò substantiam aiunt esse cuiusque naturæ perfectionem. si uero tale quidpiam est, uirtus una erit: siquidem una est perfectio. atq; ita in animi parte, in qua inest ratio, scientiam esse uirtutem erit necessarium. sique una sola pars animi, quæ rationis est compos, insit in nobis, nihil est, cur multas uirtutes requiramus. si uero etiam iracundiam statuamus, eius quoque uirtutem esse necesse erit. sic si ad has duas tertia quoque pars, in qua cupiditates uersantur, accedat, tres subinde uirtutes erunt. & quarta item ex mutua harum relatione exorietur. atque ita diuersa erit pars

rationis,diuersa pars cupiditatum,diuersa deniq; ea,quæ irarum æstu fluctuat:eritq; una cuius- E
que partis uirtus propria:vt eam,quę in parte,quę rationis particeps est,sapientiam,aut pruden
tiam,aut scientiam uocent:eam,quæ in parte iracundiæ uersatur,fortitudinem : quæ in cupidi-
tatum inest parte,temperantiam. Cum autem sola ratio in caussa est,vt animus appetitione du-
catur,penes ipsam etiã est sedandæ appetitionis facultas: si uero aut iracundia,aur cupiditas ad
ipsam accesserint,quæ nimirum facultates sunt expertes rationis,& corporis grauitati persimi-
les,illico non potest,ubi uult,consistere:progressu tamen temporis,vt in currentibus usu uenit,
hoc fortasse consequetur.interdum uero etiam ratio cum affectu concurrit:ac tunc quę affectus
facit, ea comprobat ratio. quod in intemperantibus perspicitur : qui iucundissimis rebus frui
summum bonum esse existimant,quòd ratio in animo ipsorum cupiditatem spõte sequatur. re-
sistit uero etiam affectui ratio,cum homo uoluptatis eius,quæ proposita est , non opinatur qui-
dem honestam esse, aut bonam delectationem:sed tamen a ualenti quodam facultatis,quæ con
cupiscit,motu ad ipsam attrahitur.quo loco si ratio superabit,is homo & sui,& suorum affectuũ
continens erit,& nominabitur. si cupiditas uincet,contrario nomine appellabitur,& impotens
dicetur. cum uero a sola ratione ad usum rerum iucundarum ducetur , ipsarum perceptionem
non fruitione, sed usu metitus , is temperans uocabitur: sicut intemperans,qui solum a cupidi- F
tate trahitur,quam etiam ratio consequatur.quocirca cũ dormientibus ea pars animi,quę men
tis & rationis particeps sit,cupiditatibusq; imperet,sopita langueat:illa autẽ,in qua feritas quę
dam sit,atque agrestis immanitas,ut appellare Plato solet,cum sit immoderato obstupefacta po
tu,atque pastu,exultat in somno,& iactatur, quæritq́ue quomodo id ipsum , quod vult,conse-
quatur. quo tempore nihil est,quod non audeat : quasi omnem uerecundiam, prudentiamq́ue
exuerit.multa enim impure conatur,ac trucidare aliquem uidetur, atq; a nullo potus , pastusq́;
genere abstinere:& omnia facere tetre cum temeritate,atque impudentia.at,qui salubri & mo-
derato uictu quieti se tradiderit,ea parte animi,quæ mentis, & consilij est,agitata , & bonarum
cogitationum epulis saturata,& ea parte animi , in qua uoluptates uersanť , nec inopia enecta,
nec satietate affluenti,ut conquiescat,neque tumultum ullum præstantissimæ parti afferat ; aut
lætitia ipsam perfundens,aut mœrore conficiens:sed sinat,ut ipsa per se sola,atq; pura conside-
ret,earumq́; rerum studio ducatur,quas non nouit,siue eæ præsentes sint,siue præteritæ,siue fu
turæ:illa etiam tertia pars,in qua irarũ existit ardor,sedata,ac restincta sit, nec ulli infensa,quie
scat: atq; ita duabus animi partibus compressis,illa tertia pars rationis,& mentis eluceat, seque
acrem ad somniandum præbeat ; tum ueritatem maxime attingit, neque ei uisa absurda occur- G
runt.atque hæc quidem ex impotentia,intemperantiaq́; oriuntur. sed quid artinet dicere cete-
ra mala,& item morbos,qui ex ipsa originem ducunt?innumerabiles sane sunt ferme, & tot,ut
paucis explicari non possint. nos enim perspectum habemus,morbos eos , qui ex nimia omniũ
humorum copia existunt, hinc potissimum exoriri . & cum me ad eiusmodi homines quidã ac-
cerserent,eo tempore feci omnia,quæcunque ad bonam ualetudinem esse necessaria existima-
bam:deinde aũt ineunte uere eos euacuare conatus sum.nonnulli etiam sunt,qui multas corpo
ris partes imbecillas habent,ut caput,ut oculos: aut qui affectibus iis,qui a uertigine oriuntur,
facile corripi solent.hi sunt a nobis euacuatione curati:cum tñ prius,quid coaceruari in eis so-
leret,considerauissemus. nonnulli.n.amaræ bilis humorem copiosiorem , q̃ aliorum colligunt:
alijs melancholicus,alijs pituitosus:in alijs ex æquo omnes coaceruantur: in quibus redunda-
re sanguis dicitur. Equidem permultos curaui , qui multorum annorũ spatio pedum doloribus
per interualla fuerant conflictati: cum in eis redundantẽ humorem in principio ueris euacuas-
sem,aur sanguinẽ detraxissem . Illud tñ sciendum est,eos in tota uictus ratione esse moderatos
oportere,cum intemperantes,uinosos, & abdomini datos siue purges, siue sanguinem eis mit-
tas,magnopere iuuare non possis.intemperanter enim uiuentes,magnam crudorum humorum H
copiam celeriter coaceruant: quorum ne aggredi quidem curationem oportet . contra uero, si
medico sint dicto audientes,maxime adiuuantur, si initio ueris euacuentur , & ad salubrem ui-
ctus rationem adducãtur.Idem in morbo comitiali,attonitoq́;, & uertigine,& sputo sanguinis,
& melancholia esse faciendum uidetur. Vtrum autem hæc omnia ex intemperantia,an uero ex
alia caussa profecta sint,spectare oportet.alias porrò caussas ipse cõmemorat : somnum inquã,
uigilias,aut si propter rei alicuius amorem,ut tesserarum;aut artem,aut necessitatem, sit laborũ
tolerantia.quæ sane caussæ alterare corpus possint: quemadmodum sæpe usu uenit,ut propter
uehementem uigiliam,aut alimenti inopiam,aut amorem,talis fiat facies , qualem esse cadaue-
rosam descripsit Hippocrates . quod idem euenit propter lassitudines quasdam , quæ præcesse-
rint,itemq́; solicitudines:præsertim uero si regio calida sit,tempus anni æstiuum, cęli flatus ca
lidus,& siccus:ac multo magis si homo sit natura biliosiore. præterea uero si quis ventriculi os
habeat imbecillũ,huius habitus facile digeritur,& perspiratur . hoc ipsum fit nõ solum propter
famem,& cibi inopiam,ac uigilias:sed etiam propter alui profluuium , aut immodicam sangui-
nis euacuationem,quæ uel ex naribus, vel ex utero, vel ex hæmorrhoide,vel ex uulnere fluat:
itemq; pp uehementem tristitiam,aut amorem:id quod pulsus , cum primum uisa est quædam

A ex ijs mulieribus,quæ in domo sunt,indicat:siquidem statim inæqualis,& inordinatus redditur:ac paulo post,vbi illa,quæ visa est,discessit,in suum naturalem statum redit. is enim pulsus turbulentam quandam in animo hominis factam esse perturbationem indicat.Fit etiam idem inæqualis,cum quædã nunciantur:quod ægroti ijs ipsis,quæ audierunt,perturbentur.sed hanc a pulsibus profectam notitiam vel non habuit Hippocrates,uel certe non exercuit.quanquam ipse non amorem,quem in mulierem quis habeat,sed aliarum rerum significare vř,ut tesserarũ & talorum.sunt.n.quidam,qui tantum temporis in conuiuijs,talis,tesserisq, consumant, quantum uir probus,ac virtutis studio ductus in bonis,ingenuisq; artibus ponere consueuit. atque in ijs ipsis studijs non ita præclaris tantum perseuerant,ut & frigus uehemens, & immodicum æstum perferant,& eo tempore vix quidpiam sentiant:immo vero & fame,& siti enecantur:& in graues,& insanabiles affectiones cadunt.Vt autem hi amore talorum,atq; alcæ uigilant noctesq;,diesq;,& a ceteris rebus oĩbus cauent:sic qui in artibus,scientijsq; versantur,studio doctrinæ,cupiditateq; scientiarum ducti,multa sua sponte faciunt,quæ & morbos, & affectus in ipsis pariunt.Quid iam ego de bellicis rebus,de agricultura,de uenatione,vt de terrestribus,aut aquatilibus animalibus capiendis,&,uno verbo,de omni genere uenationis dicam? hæc.n. ut
B magnum vsum ad bonam valetudinem,magnosque fructus afferant, tamen tot, ac tantos labores,ac timores,& pericula habent adiuncta,ut multa,eaque terribilia,& grauia perferre necesse sit.nam & vulnera,& plagas pati,& uigilare,& itinera conficere cum nollent, & frigoris, æstusque iniurias perferre, & pluuias sustinere sæpissime homines coguntur. Alij etiam sunt, quos necesse est,paupertate compulsos,& quia non ita,ut reliqui, rebus abundant,quod ipse significauit,cum dixit,aut propter necessitatem:quos inquam necesse est laborare, atque in artibus versari,ut telam texere,aut ferrariam exercere,aut in corio incidendo versari, aut alias artes,quę sordidæ nominantur,pertractare:alij uero non perpetuo hæc faciunt, sed coguntur, interdum labores perferre,aut famem,aut frigus,aut quidpiam aliud,quod foris adueniat, tolerare.quocirca scire oportet,illud ne ordinatũ sit,an uero inordinatum:hoc est,utrum semper an ad alicuius spatium temporis patiantur.siquidem hæc cognitio erit ad curandum morbum, & ad præsagiendum accommodata.

29 *Mutationes ex quibus in quæ fiant,attendendum*

Aeris nos ambientis mutationes,quæque a nobis paulatim fiunt,periculosę non sunt. solas
C vero magnas,ac repentinas esse periculosas,quod ad sanitatem pertinet,habemus exploratum. quam ob rem cauendæ sunt.quæ caussa fecit,ut ita in aphorismis scriptum reliquerit: Tempo-
« rum inquit,mutationes maxime morbos pariunt:&,In anni temporibus magnæ mutationes, fiunt:ut has esse,quas alibi cauendas monet,intelligamus.ergo debemus admouere contraria, vt aeris inæqualitatibus occurramus:hoc est,ut in humidis mutationibus corpus exiccemus: idemq; humectemus in siccitatibus:itemq; calfaciamus,ac refrigeremus,cum hæc ambo postulare vsus videbitur.eadem quoque erit victus habenda ratio,ut ab exercitationibus ad otium paulatim,& ab otio similiter ad exercitationes progrediamur:simili quoque modo in alijs om
« nibus.idque ipse iubet in eo aphorismo,cuius hoc est initium,Multum,ac repente vacuare,vel
« replere,uel calfacere,uel refrigerare,aut omnino corpus mouere,periculosum,& quicquid nimium est,id naturæ est inimicum:paulatim uero quod fit,tutum. est igitur perspicuum, mutationes magnas repente præter cõsuetudinem factas non modo ægrotis,sed sanis etiam non mediocres noxas afferre. si quis,exempli caussa,qui prandere non consueuerit, prandium sumat, is totum corpus infirmum, & graue persentiet, ipseque debilis,& piger reddetur:quod uires a cibo,veluti a pondere quodam prægrauentur.in ijs uero,qui prandere soliti sunt, si non pran-
D deant, uirium inesse imbecillitas perspicitur: propterea quod in eiusmodi mutationibus vi-
« res suapte ratione infirmæ redduntur.uiscera quoq;,ut Hippocrates scriptum reliquit,eis pen-
« dere uidentur,urina calida,pallidaq; redditur,stercus exuritur,oculi concaui redduntur, tem-
« pora palpitant,& extrema perfrigerantur.Deinde uero,ut magnas mutationes esse cauendas,
« maxime intelligamus addit:cum igitur ijs,qui sani adhuc sunt hæc accidant,si per dimidiũ diei
« consuetam victus rationem mutent,certe planum est,nihil aut addi,aut detrahi utiliter posse.
« tum subiungit:Hoc autem satis magno argumento est,quod maximæ mutationes tum naturę,
« tum uero habitus nostri,potissimum morbos pariunt.itaque nihil est repente commutandum: at si qua fiat mutatio,tum ex qualibus in qualia fiat,uidendum erit,utrum paulatim,an confertim:utrum in qualitate,an in quantitate:utrum in corporibus,an in caussis, an uero in signis: atque in corporibus,an in sanis,an uero etiam in ægrotis:siquidem sana corpora ita conseruanda sunt:ægrotis adhibẽda medicina est.In signis uero,quæ ipsis accidũt corporibus,ex quibus & corpora,& ipsorum naturæ dignoscuntur.in caussis deniq;,ex quibus sanitatis custodia perficitur.Cum autem hoc planum sit,scito horum omnium esse differentias quatuor,quæ admouẽtur:quæ educuntur:quę fiunt,quæq; extrinsecus incidunt.quæ admouentur,sunt cibi,potus,& medicamenta quędam,quæ intra corpus sumuntur: itemque aer,quem spiritu ducimus.Quæ

fiunt,

fiunt, funt frictiones,deambulationes,gestationes,equitationes,& omnes motiones. Caussę uero & multæ sunt,& multorum generum:quorum genere continentur etiam uigiliæ,somni, & res venereæ.Quæ foris incidunt,sunt hęc, aer in primis:deinde balnea, inunctionesque. hæc enim omnia immutare statum nostri corporis & in qualitate, & in quantitate possunt: atq; in qualitate quidē,si calfaciant,si refrigerent,si exiccent,si humectent:in quantitate vero,si alāt, sique euacuent. Est autem duplex euacuatio,altera excrementorum : altera,cum propria hominis substantia defluit.quocirca attendenda est omnis mutatio,ut ex quibus in quæ fiat, nos non lateat. E

30 *Ex moribus animi industria,aut quærens,aut meditans,aut videns,aut loquens,aut aliud quid faciens : velut tristitiæ,iracundiæ, cupiditates.*

Quattuor humores sunt ad aptos mores gignēdos accommodati.etenim mores animi sequi temperaturam corporis,est iam a nobis demōstratum;unusque extat noster hac de re libellus. quod cum ita statutum sit,acies animi,atque intelligentia a bilioso humore: constantia, & firmitas a melancholico:simplicitas,& stoliditas a sanguine gignetur.pituitæ autem natura, quā in prima ciborum mutatione gigni necessario apparet,est ad mores conformandos inutilis.cō F uenire uero etiam mores regionibus,attestatus est in libro de aere,aquis,& locis Hippocrates: ubi mores hominum temperatos in regione temperata esse dixit : Plurimum inquit, Asia ab Europa differt,& quod ad rerum omnium,quę ex terra prodeunt,& quod ad hominum naturas pertinet:nam regio est regione mitior,& mores item hominum mitiores sunt. horū caussa est anni temporum temperatura.deinde vero subiungit hæc:Feritas autem,& societatis uacuitas,& iracundia in huiusmodi natura generantur.tum addit,Qui uero mōtanam regionē, aspe ram,altā,& aquosam habitant,& apud quos mutationes anni temporū fiunt, magna differētia est,& feræ, atque agresti immanitate imbutæ naturę nō minus sunt.Et paulo post,Comperies, inquit,& formas hominum,& mores plerunque regionis naturam consequentes.ad summā eo in libro planissime docuit,non mores solum,sed hebetudinem quoque animi, sicut aciem ingenij temporum temperaturas sequi. Iam uero ubi ait, At ubi nuda regio est, ac niue per hieme opprimitur,aut etiam a sole exuritur,ibi & duros,& fortes,& articulatos,robustos,& hirsutos, conspicies.acumen quoq; ad agendum accommodatum in hmōi natura,& uigilantiam cognosces. erunt quoq; in ira,& moribus obstinati,ac suæ potius sententiæ, & agrestiores potius, q̄ mitiores.Plato quoque idem,quod senex noster,sensit:siquidem multum locis ipse itidē & ter- G ræ habitationibus ad animi mores conformandos,& ad intelligentiam, prudentiamque comparandam tribuit:ut uidere est in quinto de legibus,in quo sic fere scriptum reliquit:Nec quenquam fugiat,quod ad loca pertinet,ut meliores,aut deteriores homines gigni possint. quæ cū dixisset,hæc etiam ad illa subiecit,Quippe cum,inquit,alij uarietate uentorum, & turbine difficiles ac proterui sint,alij propter aquas,alij propter cibos,quos tellus subministrat,qui & corpus melius,aut deterius,& animum quoq; non minus ita afficere plane queant.Quę cū ita sint, hominum mores cognoscendi sunt:atq; ijs loco signorum uti debemus.ut.n.signa,quæ in facie consistunt,facillime,sic mores omnium dignoscere,nihil est,quod fieri posse uideatur. quocirca uix in paucis aliquibus hæc non inquirenda sunt.quippe cum interdum non magnum quid ipsa significare inueniamus, ut in decubitu : quandoque uero maximum, ut in modestis, si aspectum trucem,uocemque habeant. crepitus quoque uentris,vel dolorem, uel delirium indicat in ijs,quos id facere audientibus aliquibus puderet. at si præsentes nihil uereantur, nullius erit rei nota. quocirca hoc etiam loco mores ægrotantis attendendi sunt: sicut etiam consuetudo illorum scienda est,qui proni in uentrem cubant; & natura eorum quibus dormientibus strident dentes,aut oculis accurate non clausis dormiunt. hæc enim omnia, ubi naturam moresque ægrotantis pręnoris,aut ab aliquo,qui norit,audieris,hunc usum afferent,ut firmam H dignotionem inde sumas:ac signa modo bona,modo mala sint : quæ sane præcognosci accurate non possunt,nisi ægrotantis hominis mores cognitos habeamus.Sic etiam est de pulsu iudicandum. vsu enim venit interdum, ut febricitantibus pulsus ad magnitudinem attollatur, neque tamen id propter febrim fiat : sed caussa exterior quædam id efficiat.huius generis sunt balnea,aut cursus,aut frictiones,aut aliæ motiones,quæ ad breue spatium temporis perdurāt: aut etiam uinum,& alimentum : id quod in corpore diutissime permanet.quinetiam ab iracundia magnus simul,& uehemens pulsus fieri solet. quæ res non latebit peritum medicum in oculos,& totam faciem intuentem.quosdam etiam comperias, qui cohibere iram uelint : in quibus pter magnitudinem,uidere ēt est inæqualitatem : quam quidem maiorē in ijs,qui angunē, quiq; erubescūt,intuebere.Simili quoq; modo si quis in sole,aut ad ignem sit calfactus; atq; aliquo medicamento calfacienti sit inunctus. Itaq;,cū is,qui curationē adhibet,nō adest pperuo; si ægroti uerū dicere noluerint, certe caussam explicate afferre difficile est.immo uero pter ea, q̄ diximus,quidā sunt tam medicamentorū amantes,ac studiosi,ut uel interim,dum nos absumus,medicamenta calfacientia,& naturam mirifice alterantia sumant: quod tu duobus distinguere

A guere modis poteris, habita inquam temporis ratione, & perspecta ægroti consuetudine, ac moribus. nam si aliud sit tempus præter illud, in quo fieri solet exacerbatio: tum a medicamento calfacienti potius, quàm ratione exacerbationis, factam esse alterationem verisimile fuerit. Si vero in tempore exacerbationis id fiat, tum inuasionis impetu id accidere est vero similius. a consuetudine uero, & moribus ægrotantis sic deprehendes: quidam insoliti sunt medicamenta sumere, suntque ad eam rem timidi: quidam soliti, atque adeo, ut nisi medicamenta sumant, plane nescire uitam ducere videantur. ergo in ijs, qui timidi sunt, exigua suspitio est: in consuetis, bene magna. mores vero non parum ad cognitionem adiuuant. quibusdam enim est natura comparatum, ut insidias faciant, & familiares in fraudem impellant, conenturque omnes homines coarguere, quasi nihil certi, ac firmi scire queant: quidam bonis sunt moribus, & aperte faciunt omnia: in his nulla caussa est, cur quicquam esse clam factum suspiceris: in illis uero, qui insidiari solent, suspecta tibi esse debebunt omnia: & diligenter circumspicienda, & distinguenda: sicut etiam aduersus homines ineptos ingenio opus est, atque prudentia. Quibus quidem fit rebus, ut negligenda non sit puerorum educatio: sed optimis illi sint imbuendi moribus: propterea quòd si eorum natura eum fructum percipiat, quem nostra pariet diligentia, ij-

B dem in præstantes uiros, ac bonos euadent: si nobis non erunt dicto audientes, nos certe culpa vacabimus. alij enim ipsorum verecundi sunt, inuerecũdi alij: alij studiosi honoris, & honestatis, alij contra, & honorem, & decus despiciunt; ut alij timidi, alij audaces sunt, alijque veraces, alij mendaces. etenim puerorum educatio est ei studio, quod plantis adhibemus persimilis. agricola enim nunquam faciet, vt rubus racemos ferat. caussa est, quia ipsius natura fuit ab initio talis, ne huiusmodi in ipsam perfectio caderet. Vites quoque, quæ suapte natura promptæ, & aptę sunt, quatenus in se est, vt fructũ ferant, si colonus negligat, solique naturæ curandas relinquat, aut paruum, aut certe nullum fructum ferent. idem in animantibus accidere animaduertimus. nam si equum erudieris, ipsum ad multas res utilem habebis: vrsum vero quamuis olim mansuefeceris, eius tamen firmus habitus non erit. mihi uero felici quodam fato contigit, ut optimum, humanissimumque patrem habuerim. qua uero ipse natura pręditus sim, dignoscere non possum: illud quidem scio, patrem meum in hoc studium incubuisse, ut ego quàm optimus, & disciplinis omnibus quàm ornatissimus euaderem. atque hæc quidem, quæ dicta sunt omnia, nobis indicant, mores esse studiose, accurateque considerandos: & habita eorum ratione, de morbo faciendam esse coniecturam. Verum alij interpretes, in quibus Glaucias est, hæc uerba

C aliter, quàm nos, exponunt. nam ex moribus cognosci studium ac sedulitatem agendi, & item odium rerum gerendarum affirmant: ut uel hoc modo ingeniosos, pigros, segnes, tardos, & celeres possimus dignoscere: aiunt hoc præceptum ad medicinam non pertinere: quæ sententia vera non est. quid. n. significat, cũ addit hæc, aut quærens, aut meditans, aut uidens, aut loquẽs, aut aliud quid faciens, si id nobis ad morbum indicandum, †non est adiumento? An perspicuũ est, ex responsionibus posse cognosci, quomodo ægrotantis mens se habeat? itemque ex ijs sermonibus, quos habet ægrotus, extare potest aliqua utilitas, ut præsentia dignoscamus, & futura præsagiamus? quin etiam e meditationibus, & cogitationibus fructus percipitur, nam qui cogitabat, quid futurum esset, si Atlas nollet cælum sustinere, certe instantis desipientię signum nobis dedit: cuius etiam inditio est trux aspectus, & alia pleraque præter mores, & consuetudinem facta, ad hæc uero, tristitiæ. ueteres enim hæc quinque vocant animi perturbationes, vt tristitiam, ut iram, ut excandescentiam, ut cupiditatem, ac metum. ac multis de caussis homines tristantur: alij mortuis filijs, aut familiaribus, aut cognatis, aut amicis: alij quòd expectent, uel seipsos solum malis affici, aut patriam uniuersam euersum iri, sed mærent etiam ij, qui studio pecuniæ ducuntur, cum eadem priuantur: & cupidi honoris, cum gloria spoliantur: & ut quisque

† In Græ. libr. legitur sine negatione: qua tamen videtur desiderari. & in secundo exẽplari habetur.

D cupidus est, ita illis rebus priuatus tristatur. sunt etiam, qui propter amorem in mœrorem cadant, & graciles reddantur: ut nos de eo, qui diuitis cuiusdam rem familiarem tuebatur, ostendimus: quem etiam ad pristinam ualetudinem, cognita morbi caussa, quamprimum reuocauimus. sic etiam multos inuenies, qui morum bonitate atque præstantia mites, quietique sint, sed tamen propter morbi vehementiam, atque malitiam uehementer irascantur, ac celeriter excãdescant. atque hæc quidem commutatio & mali magnitudinem nobis indicat, & acutum esse morbum declarat: unde nobis & præsagiendi ratio, & curationis modus suppeditatur. Ceterũ de cupiditatibus, quin sæpenumero affectiones significent, nullo modo ambigendum est: si quidem & morsum stomachi, & interdum absurdos humores quosdam uentriculo contentos commonstrent. interdum uero uitiata ratio est, ut neque quid bonum, neque quid malum sit, queat agnoscere: quo quidem casu efficitur, ut ægroti petant omnia: & quicquid dederis, reijciant. quoniam igitur affectibus quibusdam homines corripiuntur, qui cogitationis, ac memorię uim quasi obstupefaciũt, aut somnos graues, ac profundos inuehunt: iure, ac merito vult, ut nos eos cognitos, & perspectos habeamus. ad hos depellendos interdum utiles sunt cogitationes, ut ipse quoque alibi docuit, excandescentiam esse ad bonos humores creandos, & ad naturalem habitum recuperandum accommodatum. Ego uero interpretes, qui multis modis, & aliter atque

aliter hanc sententiam commutant, satis admirari non possum. si quis enim a vetere lectione, E vult discedere, is facere hoc ipsum debet aliqua probabili ratione impulsus; sicut ego sæpe demōstraui. nam veterem lectionem hanc fuisse, quam attuli, tum omnes veteres intepretes agnoscunt, tum vero Zeusis esse optimus testis uidetur: is enim cum Glauciam male hæc uerba interpretantem reprehendit, nihil ei obijcit, quod ad lectionem pertineat: at quia verbis negationē adiunxit, in hoc ipso plane coarguit: ait enim eum fuisse animo dubio: nec potuisse hanc explicare sententiam, nisi negationem addidisset: ac si Hippocrates ad hunc modum scriptum reliquisset: Ex moribus animi industria: non quærens, aut cogitans, & reliqua. Verum si aientibus licet negationes adiungere, profecto ita omnis corrumpi sententia poterit: neq; ulla ueterū opinio integra, firmaque seruabitur.

31 *Quæ a casu proueniunt, animi molestiæ, aut aspectu, aut auditu contractæ.*

Nunc agit de molestijs, quæ casu proueniunt: supra autem de ijs disseruit, quæ in nobis insunt: itemque de cupiditatibus, de iracundia, deq; animi industria. Molestiæ autē, quæ ab externis caussis proficiscuntur, plerunq; aspectu, aut auditu percipiuntur: uelut cū quid terribile intuemur, aut uiro innocenti fieri iniuriam: siquidem eo tempore indignamur, & ægre ferimus: F vel cum parentes defunctos, aut etiam amicos uidemus: aut cum hoc ipsum ad nos alij perferunt: propterea quòd nunc ij tristes, & mali non minus, q̄ uisa. afferre nobis molestias consueuerint. hoc. n. fere fit, si quis cogitet ac videat iucunda, & tristia, eius animum uarijs affici modis. nam & cogitare, & uidere, quæ iucunda sunt, animum lætitia perfundit, natiuumq; calorem dilatat. at tristia animo uoluere, eaq; uidere, lædit animum, nostrumq; calorem constringit; eaque res terribilia, formidinisque plena uisa in somnis excitat.

32 *Vt etiam corpora afficiuntur. nam mola cum altera attrita, dentes stupescunt: circa cauum locum ambulanti, crura tremunt. cum quis ea, quibus opus habet, manibus extollit, ea tremunt: serpens derepente conspectus, pallorem inducit.*

Vidēdum est, quomodo corpora affecta sint, ut intelligamus, audaces ne, an timidi homines sint: an facile in morbos cadant, an ne quiduis facile patiantur. sunt enim, quibus dentes stupescant, si molas inter se atteri audiant: alij uero propter rem quampiā uisu terribilem, pallescāt. Stupor. n. hic significat affectum solius oris quendam, qui non totum os, sed dentes, gingiuasq; G occupat: quem sane ne oratione quidē possis explicare. sed cum quidam & austeros, & acidos cibos ingesserit, affectus vero aliquis sequatur, qui dentes, gingiuasq; obsideat, eundem exoriri in omnibus existimamus. Cumque hic affectus ab acidis, aut acerbis excitetur, obseruatum est, portulacam esse medicamentum accommodatum. quanquam portulaca dentium stuporē a fluxione, aut propter uomitum, aut a serræ stridore, aut ab attritu molę excitatum nihil plane iuuerit. quo circa prius inuestiganda est stuporis dentium caussa: tum adhibenda curatio. De tremore autem satis constat, ei qui prope locum præcipitem iter faciat, crura tremere. timor. n. uires deijcit. ita etiam si quis serpentem, quem conspexerit, fugiat, tremulus redditur. quinetiā qui circa dominum, aut formidabilem iudicem est, toto corpore tremit. & quidam, si eos corā rege loqui uelis, ne uocem quidem non tremulam mittent. Quemadmodum igitur animi affectus, qui motricē facultatem debilitauit, tremulas actiones reddit: ita corporis morbi, qui uiribus noxam afferunt, in caussa sunt, ut tremoris symptomata excitētur. Illud porrò sciendū est, ex ijs motioxibus, quæ citra uoluntatem fiunt in instrumentis uoluntarijs, quæ sunt ad motum comparata, aliam appellari conuulsionem, aliam palpitationem, aliam denique rigorem: quæ H inter se differant. ac de ijs est a nobis in uniuersum uno integro libro disputatum. eius uero motus, qui fit voluntarius ille quidem, sed non secundum naturam, una est species, quæ nomine tremoris appellatur: de quo nunc est nobis propositum differere. Tremor igitur fit, non solum musculis, ac neruis affectis, sed etiam naturalem statum retinentibus: id quod ipse quoque declarauit, cum ait, Cum quis ea, quibus opus habet, manibus extollit, eę tremulæ redduntur. significat enim manus naturalem statum retinentes. idque fere fit, cum quis onus grauius, quàm uires ferre possint, aut manibus sublatum, aut humeris impositum portare conetur. quosdam enim robustissimos iuuenes uidemus, qui cum pergraue onus ferunt, tremuli redduntur; ac tū præcipue, cum ascendere scalas conantur. Iam uero etiam animi perturbationes, vt dixi, tremētes homines faciunt. caussa est, quia uires exoluunt: quod illi aperte attestantur, qui aut feram, aut latrones, aut aduersarios conspiciunt. ac nos iam in eo libro, quem De tremore, conuulsione, & rigore inscripsimus, tremorem perpetuo ex uirium imbecillitate gigni demonstrauimus. quoniam autem hæ interdum per se ipsæ infirmæ sunt, interdum uero propter animi affectum, ideo tres ipsarum caussarum differentias, ut instrumentorum, quæ uoluntaria sunt, intemperiem: ut animi affectum, prægrauans onus, esse confirmauimus. itaque ubi oritur tremor, nec metus eum excitauit, nec eius caussa fuit oneris gestatio, duorum alterutrum fit oportet: vt vel intemperies

A intemperies inſtrumentornm ſit,vel aliquod in corpore põdus,quod muſculos,aut neruos ob-
ſideat.ſcito etiam eandem eſſe timoris cauſſam, cum quis derepente ſerpentem uidet,ac palle-
ſcit.porrò de ſignificatione huius nominis χλωροῦ,quod pallidum,aut uiride ſignificat,iam ſæpe
ſumus loquuti.ſed hoc interdum per conſenſum fit:velut nonnullos conſpicimus,qui ſi alij min
gant,aut aluum deiiciant,idem in ſe a natura excitari ſentiant.ita ſiquis in oculos,quos lippitu
do male afficiat,intueatur,primum eius oculi humore implentur:deinde uero,ſi acrius,ac diu-
tius inſpiciat,ipſe quoque eodem affectu corripitur.oculi enim affectum illum formidantes,
ideoque imbecilliores facti,eo morbo facilius corripiuntur.

33 *Timores,ſicut pudor,mœror,lætitia,ira,aliaq; huiuſmodi,vt obediunt.vnicuique autem pars cor
poris ad actionem accommodata in his obedit: ſudores,cordis palpitatio, & eiuſmodi facultates.*

Timores,inquit,naturalem habitum immutant,& affectionem quandam afferunt; ſicut etiã
facit pudor,mœror,lætitia,ira,& alia,quæ communi nomine perturbationes appellantur. tale
enim corpus reddunt,qualis vna earum quæque ſit.quoniam autem quęque ipſarum in corpus
incidit,uiribus debilitatis,ob eam cauſſam inuehere eundem affectum videtur.ac de ijs copio-
B ſior eſt nobis in libris de Hippocratis,Platoniſque decretis diſputatum:& item ſeorſum uno in
libello,cuius Index eſt,De animi peccatis,ac perturbationibus.Iam uero ſudores,& cordis pal
pitatio actioni corporis obediunt,ut etiam alia,quæ ſunt huiuſmodi.eſt enim palpitatio dilata
tio quædam præter naturam,quæ omnibus particulis,quæ diſtẽdi poſſunt,accidere conſueuit.
hoc autem ideo adiunxi,propterea quòd nec oſſa, nec chartilagines unquã palpitãt,cauſſa eſt,
quia diſtendi non poſſunt.cadit autem palpitatio non modo in cor, ſed etiam in uentriculum,
veſicam,uterum,inteſtina,iecur,lienem,ac ſeptum tranſuerſum. cum uero arterijs,cordiq; ac-
cidit,tum alius quidam,præter pulſum,motus in eis oritur.ex quo apparet,hunc affectum neq;
uoluntariæ facultatis,neque organorum,quæ uoluntati obediunt,eſſe proprium,cuiuſmodi eſt
tremor,atque conuulſio:ſed ijs corporibus omnibus, quę dilatari queunt,accidit.illa porrò non
ſua vi diſtenduntur,ſed a ſubſtantia quadam,quæ intrinſecus in ipſa influit.hæc autem ſubſtan
tia aut humor eſt,aut aerea natura quædam. humorem eſſe, repugnat palpitationis motus, &
eiuſdem ſolutionis celeritas.ergo neceſſario concludenda ratio eſt, quandam aeream naturam
ſubeſſe:quæ ſi exigua,& ſubtilium eſſet partium,per corpus facile transflueret. qui uero totam
de hoc affectu tractationem ſcire aueat,is noſtrum de ea re librum percurrat.

34 *Quæ extrinſecus proſunt,aut nocent:vnctio,perfuſio,illitio,cataplaſmatum vſus, lanarum deliga
C tio,& rerum earum,quæ ſunt huiuſmodi.interna item partes talibus obediunt:at nõ ſolum externis ijs,
quæ intro aſſumuntur:ſed etiam quæ in lanis ab ouili ſuccidis adhibentur:& quod a rege nomen duxit
cuminum videntibus,& olfacientibus quæ de capite ducunt.*

His de rebus egit in ijs,quę ſupra dicta ſunt,Hippocrates:noſque eaſdem expoſuimus:quo-
circa non iam eadem de eiſdem afferenda ſunt.ceterum interna perſæpe externis obediũt, &
modo prodeſſe, modo obeſſe ſolent,& cutis etiam colorem immutare non ſecus,quàm quę in-
tro aſſumuntur,ſi quis.n. cuminum potui datum ſumat,is pallidus reddetur.atq; etiam hoc ſci-
tum eſt,multa non ſolum hoc ipſum facere,ſi quis ea odoretur, ſed caput quoque expurgare:
cuiuſmodi ſunt,quę per nares caput purgantia,quæq; pituitam euocãtia,& lachrymas irritãtia
nominantur & alia item huius generis.Quod uero ait,Et quod a rege nomen habet.

* * *

35 *Perturbant ſermones,vox,& huiuſmodi.*

Sic ſcribunt veteres interpretes.mea uero ſentẽtia eſt,uerbum,perturbant,eſſe orationis ſu-
D perioris finem,ut ſic legatur,Quæ de capite ducunt,turbationem afferunt:tum ſubiungatur,ſer
mones,uox,& conſimilia:ut intelligamus,ſermonem quoque perturbare, & item uocem ma-
gnam,quę ſubito miſſa ſit:& clamorem,& alia ſimilia,quæ hominibus,nihil tale ſuſpicantibus,
accidunt.

36 *Mammæ,genitura,vterus,ſigna in ætatibus in ſuffocationibus,in tuſſi,& quæ ad teſticulos pertinẽt.*

Aetatis ſigna eſſe uult mammas,genituram,& uterum:quorum duo communia viris ac mu-
lieribus,ut genitura,& mammæ quodam modo:tertium eſt fœminarum proprium,hoc eſt ute-
rus.etenim in mutatione ętatis,cum pueri in adoleſcentiam tranſeunt,ut ſemen genitale in eis
gignitur,& pili circum pudenda oriuntur,ita teſticuli affatim augentur,ſicut mammæ in uirgi-
nibus creſcunt,ac ſimul menſtruæ purgationes erumpunt:& vox,prẹſertim in maribus, immu
tatur.Inter mammas autem & uterum communio quędam per uenas,ut etiam cum teſticulis,
intercedit:& ob hanc naturæ communionem,quę in particulis cernitur, humorũ migrationes
fiunt:ita fit,ut teſticulus in tumorem elatus,in tuſſi uexatis argumentum ſit communionis,quę
inter pectus,mammas,genituram,& uterum intercedit,interdum uero fit, ut qui diutius ſine

dolore

dolore costarum tussi vexantur,ijs abscessus in testiculum fiat.quemadmodum igitur in ætati- E
bus,inque tussibus,ita etiam in suffocationibus usu venit.etenim in suffocatione,quæ ex utero fit,tum sensus,tum motus uacuitas est:& pulsus languidus & paruus redditur:& interdū pulsus ex toto esse deperditus uidetur:interdū voce priuantur:alijs artus contrahuntur: quæ propter frigiditatem fieri plane constat:vt nos in libris de locis affectis demonstrauimus.

37 *Quemadmodum terra arboribus,ita animantibus est venter,alit,calfacit,ac refrigerat.refrigerat aūt dum euacuatur,calfacit,dum impletur:sicut vera terra stercorata,hieme calida est:ita etiam vēter.*

Apud Hippocratem est superior venter,& inferior.ac quandoque veteres medici thoracem, superiorem ventrem nominantes, vniuersum uas alimenti,quod post septum transuersum collocatum est,ventrē inferiorem appellant: quandoque ēt ventrem superiorem uocant eum, in quem cibos deglutimus:interdum uero ea,quæ post illum sunt omnia. ac uentrem quidem inferiorem nuncupant interdum sola intestina crassa;sed sunt etiam, qui solum colon inferiorem uētrem dici nolint.hoc uero loco non dubium est,quin uentrem inferiorem uocet id uasculum solum,quod alimenta excipit:in quo etiam concoctiones fiunt:cuius facultates,facta comparatione cum terra,Hippocrates declarat.ut.n.arbores alimentum e terra per radices trahunt,ita oēs particulæ a uentre per uenas aluntur.ipseq; uenter ad naturales actiones obeūdas opus ha F
buit neruis maximis a cerebro profectis,ut præstantiorem,quā in alia omnia,sensum nancisceretur.omne autem animal in ambientē nos aerem per cutim digeritur.ac membra,quę sub ipsa sunt,prius uacuantur:quorum uis,quæ cum eis genita est,alimentum trahit ab ijs, quæ proxime accedunt,ut id ipsum,quod euacuatur reficiat: deinde rursus illa ex ijs,quæ sibi proxima sunt:tum quæ tertio in loco sita sunt,ab ijs,quæ propinqua sunt:atque ita semper facta per continuum translatione ad uenas in uentriculum pertinentes euacuatio peruenit. hæ uero alimentum ex uentriculo trahunt,sicut stirpium radices,quæ in terram demissæ sunt,e terra porrò terra ipsa,vsquedum anni tempora suum statum seruent,stirpibus paratum, copiosumque alimentum subministrat.ac si quando propter nimium squalorem eius humor exiccescat,tunc stirpes alimento destitutæ marcescunt.in animantibus aūt natura ventriculum,ceu alimenti penū est machinata,cuiusmodi terra ipsa esse stirpibus solet.ei quoq; appetitum impertita est,qui excitatur,cū penuriæ sensus exoritur:cum.s.uenæ aliquid ab ipso uentriculo trahunt.Quemadmodum autem stirpes e terra humorem ueluti exsugunt, & emulgent:ita etiam particulæ omnes a uentriculo faciunt : nisi quod hoc opus uniuersum non animale, sed naturale censetur. In libris.n.de facultatibus naturalibus docuimus,uim quandā esse in uentriculo,quæ contineat ea, G
quę sumpta sint:& itē aliam,quæ excrementa reijciat:& ante has oēs esse eam,quæ alteret:cui natura sensum eorū,quę desunt, adiūxit:ut uel hac ratione differret a stirpibus.ac stirpibus qui dē ut aliæ quattuor facultates,quas modo memorauimus,maxime insint æque,ac in animātibus,certe sensus eorum,quæ desunt,ab ipsis abest.neque.n.futurum erat,ut per os alimentū sumerent,cum terram ueluti copiosi alimenti promptuarium habeant,cui inhęrent,ipsaq; illis alimoniam perpetuo suppeditet.animalibus uero,præter quàm quòd a terra procul distāt innatis particularum qualitatibus,hoc etiam attributum est,ut motu uoluntario cieantur,ac locum ex loco commutent.itaq; exsugere ex terra humorem non possint. Hoc aūt est inter stirpes,& animantes simile,quòd medullæ,ac quasi canali in stirpibus proportione respōdet uena caua,quæ in animantibus inest.ut enim ex sinistro cordis uentriculo arteria oritur,quę est omnium arteriarum,quæ in corpore animalis sunt,ueluti truncus:ita a uena caua exoriuntur uenę,ueluti rami quidam a trunco,in totum corpus pertinentes.Ita etiam uentriculus duas hēt tunicas,sicut stirpibus natura corticem,membranamq; tribuit.Quando uero calfaciat,& quando refrigeret, non secus,quàm terra; ipse aperte exposuit. * * *

38 *Arbores corticem tenuem,siccumq; habent:intrinsecus vero carne sicca,sanæ,imputres, diuturnæ: & ex animantibus,testudines,& quicquid est huiusmodi ætatibus, temporibus, annis similia animalia non atteruntur,si melioribus moderate vtantur.quemadmodū hydria quod recens est,transmittit,quod inueteratum est,retinet:sic ventriculus alimentum transmittit,& facem,veluti vasculum,retinet.* H

Quod in stirpibus uidetur,idem in uētriculi tunicis apparet.exterior enim tunica magis carnosa est:interior uero magis membranosa.hęc porrò fibras habet rectas,quę superne deorsum feruntur:externa uero,obliquas.huius autem rei caussam exposuimus in ijs commentarijs,qui sunt de usu partium. * * * In ætatibus autem, quemadmodum supra dixi,eandem habet rationem puer,quam uer in anni temporibus:eandem iuuenis,quam æstas:eandem,cuius ætas declinat,quam autumnus:eandem denique senex , quam hiems.Sic etiam prima diei pars est ueri similis:proxima æstati:tēps uespertinum autumno:hora ultima hiemi.qđ in caussa est,ut morbi autumnales acuti sint,ac mortiferi:& hora uespertina uehementiores reddantur:& in suis accessionibus exacuantur. Hippocrates uero eleganti comparatione quadam,sententiam suam aperuit. *

* *

GALENI

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE HVMORIBVS

COMMENTARIVS TERTIVS.

Huius commentarij initium in vno libro manuscripto, quem prius nacti sumus, desiderabatur : in altero vero, qui postea ad nos allatus est, pauca deesse uidebantur.

I *MODI morborum sunt hi: partim cognati morbi sunt, quos interrogando licet cognoscere: partim a regione proficiscuntur. multis enim sunt regionibus familiares : ut multi ipsos norunt : partim ex corpore, & victus ratione, & * morbi constitutione : vel a temporibus.*

Vt morbos tum dignoscas, tum uero etiam recte cures, genera ipsorum*
B perspecta esse, maxime conducit. quo in genere illud est, ut scias, morbos
esse quasdam actionum noxas: atque ita vnum esse genus corporũ, alterũ
actionum: ac corporum quidem genus præcedere actiones, easque producere: illas uero sequi,
ac, si statum naturalem corpora conseruent, culpa uacantes, naturalesque existere: si præter
naturam corpora affecta sint, illas aut nullas prorsus, aut certe omnino impeditas. ad hæc tertium genus accedit caussarum, quæ affectiones gignunt. post hoc est item aliud quartum genus
eorum, quæ insunt corporibus, siue ea naturaliter, siue præter naturam affecta sint: quæ neque
commodo, neque incommodo esse actionibus solent: velut exempli gratia, si color corporis ex
diuturna mora in sole ex albo niger: aut contra ex nigro albus fiat, quod quis in umbra uitam
duxerit: aut ruber in lotis, aut pallidus in expauefactis videatur. hæc enim neq; actio est, neque
affectio corporis; quæ caussa actionis sit: ac multo minus caussa est, quæ affectus præter naturã
afferat. est uero symptoma, quod uarias corporum alterationes, siue illa secundum naturam, siue præter naturam affecta sint, necessario consequitur. ad hæc omnia accedunt modi morborum, quos non minus, quàm quæ dicta sunt, esse nobis cognitos oportet. Veteres hoc nomine,
τρόπων, vtuntur in duabus significationibus: interdum ad animi mores explicandos adhibent:
C interdum, ut differentias, & formas rei, qua de agitur, significent: ut si quis dicat, modos uictus
rationis, is differẽtias, aut formas ipsius indicabit, sicut febrium esse multos modos dicimus, vt
earũ differentias, aut species significemus. hoc uero loco nomen τρόπων non significat mores animi, sed formas morborum. utrum uero differentias, aut formas, aut species modo dicas, nihil interest. Sic quoq; est ab ipso in libro de officina medici conscriptum, lucis duas esse species, perinde ac si differentias, & modos dixisset: cum fuerit hoc in more positum, institutoq; maiorũ,
vt quæ ex diuisione rerum generalium exoriuntur, differentias, species, & modos appellarent.
In eandem significationem illud quoq; dictum est in primo de morbis uulgaribus, ubi scriptũ
est. Sunt, inquit, modi, status, & accessiones singularum harum febrium. planum enim est, ibi species, differentiasque significari: propterea quòd statim subiungit, cõtinuam incipere aliquibus
vehemẽtissimam, & paulatim usq; ad iudicationem fieri leuiorem: quibusdam uero contra: interdum quendam esse ex utraque conflatum modum. quæ quidem accidũt omnibus febribus,
quæ continuæ sunt, & diuturnæ, & item alijs morbis omnibus, qui & acuti sunt, & lõgi. Cognoscimus autem modos morborum tum ex communi omnium natura, tum ex cuiusque hominis
propria: item ex ijs, quæ offeruntur, & ex uniuersa aeris nos ambientis constitutione, & cuiusq;
D regionis, & ex consuetudine, & uictus ratione, & institutis, & ætate, & accessionibus, & alui excrementis, & urinis, & uomitibus, & sudoribus, & sputis: prætcrea uero ex rigore, frigore, tussi,
sternutatione, singultu, æstu, flatu, sanguinis e naribus, & hæmorrhoidibus ꝓfluuio, & abscessibus: de quibus omnibus deinceps differetur: præterquam de communi omnium, & de cuiusque propria natura, & de sermonibus, & de abscessibus, & insomnijs, & anni temporibus, & statu, & alui excrementis, & urinis, & uomitibus, & sputis, & sudoribus, & singultibus, & alijs plerisque, de quibus supra copiose locuti sumus. Itaque ex ijs, quæ offeruntur, suppetit nobis præcognitio, si, cum illa praua sint, ægrotus nihil se habeat deterius, mediocris morbus censebitur.
at si omnia, ut par est, fiant, ęgrotus uero præterquam quòd nullum fructum ferat, vehementius
conflictetur, prauus morbus iudicabitur. mihi enim sępenumero uel ex oblatis modos morborum dignoscere contigit. Regionem uero magnopere nobis esse ad prænotionem adiumento,
ipsemet in libro de aere aquis, & locis, apertissime declarat in eo loco, in quo docet, quinam
morbi in singulis regionibus plurimum uersentur. *

* *

Desiderantur permulta.

possumus

possumus enim ex arte coniectura cōsequi, quales, quantique humores redundent in corpore. E
* * * ceterum vocant instituta, ea omnia, quę homines aut vsu, aut necessitate coacti faciunt: ut quæ ad terram colendam, aut ad studium literarum, aut artem medicinalem: aut philosophiæ scientiam, aut ad alias artes, & actiones pertinent. nā qui in agro uitam degit æstiuo tempore, & in sole sub dio, & tenui diæta utitur, ac laboribus se tradit, is quantum ad hanc uitam attinet, amaram bilim potius, quàm pituitam coacervabit, vt qui in umbra, in otioque uiuit, & se se expler, pituitosum humorem potius colliget.
* * * Nam & in libris de temperamentis, & interim in aphorismis dictum est copiosius. nunc uero sufficiet dicere, nō mediocrem vtilitatem nos etiam ex ætatis cognitione percipere. * * * aliud enim significat in principio accessionis refrigeratio: aliud, si in declinatione oriatur: sicut etiam, si per totam exacerbationem perdurarit, non bonum signum fuerit. Flatus autem in genere spirituum continentur: de quibus in præsagijs verba fecimus. † * * * Differunt enim. ac sic nominant eos morbos, qui in corpore diu permanent: ut ipse in aphorismis declarauit, cū ait, Maximam partem senes minus, q̄ iuuenes, ægrotant: si uero diuturnis morbis corripiantur, cum ijs fere moriuntur. id autem perinde accipiendum est, ac si dixisset, morbos simul F nutritos. illi enim huiusmodi non sunt: sed potius oriri in regione solent: quos etiam patrios in libro de aere, aquis, locis, & regionibus uocat. interdum etiam populares, ut hi ex altera parte communibus omnium, & uulgaribus respondeant: cuiusque autem, inquit, futuri temporis, annique statum, & qui morbi omnium communes aut æstate, aut hieme sint ciuitatem inuasuri, prædicer. & item, cum ait: Atque hi quidem morbi sunt eis patrij, præter quam quòd si quis morbus omnium communis ex mutatione temporum existat. & item inferius, cum subiungit: Hic autem morbus eis æstate, & hieme connutritus est. ex quibus apparet, morbum congenitum, & connutritum, non eundem esse, ut diximus: sed *

† *Hic uidentur deesse, quæ ad morbos cognatos pertinent.*

* *Quædam desiderantur.* *

2 *Regiones autem, quæ ad tempora male affectæ sunt, tales morbos pariunt, quale fuerit tempus, cuius similitudinem gerunt. verbi caussa, si eadem die frigus & calor fuerint, autumnales morbos in regione, creabunt: hacque proportio in alys item temporibus seruabitur.*

G

Cum, inquit, regiones male affectæ sunt ad anni tempora, tales morbos pariunt, qualia tempora fuerint. atq; id quidem merito fit. neque enim temporum appellationes, sed temperaturæ sunt morborum caussæ; cum igitur hæ a sua natura desciscunt, morbos quoq; diuersos gigni necesse est. quoniam autem tempora propriæ temperaturæ, non appellationis ratione, humores adaugent, ideo si aeris nos ambientis temperies immutetur, etiam humores necessario immutabuntur. ut igitur tempora, propriam sui temperaturam retinentia morbos eos pariunt, qui naturis temporum proportione respondeant, sic etiam morbi tempora præter naturam immutata consequuntur. Itaque cum in aphorismis legeris, morbos, quorum æstiuo tempore magnus prouentus est, febres continuas, ardentes, ac maximam partem tertianas esse, in primis adhibe animum, ne male intelligas, quòd æstatis, quæ præter naturam affecta sit, mentionem Hippocrates fecerit: sed potius, quæ suum ordinem, modumque seruauerit. ut enim hiems est totius anni partibus humidior, ac frigidior, ita eius contraria esse æstas debet, ut siccissima, calidissima que sit. at contra si hiems sicca sit, æstasq; humida succedat, certe tempora suam naturam non seruabunt, proindeeo tempore morbi æstiui per æstatem non abundabunt. neque hiberni per hiemem, neque uerni per uer, si ipsum fuerit inæquale, & non ordinem seruarit. eadem erit autumni ratio. neque enim, ut dixi, propter temporum nomina singuli morbi accidunt, ut tales, H aut tales sint, sed pro aeris, qui nobis circunfluus est, temperatura oriuntur. nam ut est huius ipsius natura, ita etiam nos afficit. atque in hanc sententiam dictum ab Hippocrate est, Cū uer simile autumno fuerit, tum autumnales expectare morbos oportet. hiems autem humidam, frigidamq; habere constitutionem quandam debet: æstas calidā, & siccam: uer in medio utriusq; est accurate constitutum: sed in autumno frigus mane, meridie uero magnus calor, & rursus ad uesperam in frigus fit commutatio. Itaq; si in alio anni tempore, q̄ autumno, inęquale fuerit, & frigus, & calor, idq; eadem die accidat, tunc autūnales morbi sunt expectandi. manifesta caussa est. illa enim constitutio autumnali statui proportione respondet. quare haud mirabile est, si tales morbi eo tempore oriantur. at si anni tempora suam naturam seruarint, nihil tale, quatenus ad anni tempora pertinet, unquam eueniet. quare tempus ęstiuum, quod calidum, siccumq; est, magnam afferet febrium tertianarum copiam: ac regio item calida, & sicca maiorem uim illarū febrium, quàm humida, frigidaque producet. sed ęgrotantis quoque temperatura ad hanc ipsam rem magnore faciet. quòd si uictus ratione calidiore, sicciorq; utatur, quæ quidem posita est in pluribus laboribus, uigilijs, curis, solicitudinibus, & cibis copiosioribus, & bili gignendæ

aptioribus;

A aptioribus;is etiam se ipso biliosior fiet:atque ita nimirum siccior,atq; calidior. eadem est aliorum temporum ratio. nam si uere non solum frigus,sed etiam humiditas dominetur, profecto morbi hiberni abundabunt.idem est de æstate, deque aliis temporibus existimandum. neq;.n. tempora,sed qualitates sunt,quæ humores gignunt:& humores ipsas qualitates pariunt.perspicimus enim iracundiam excitari maxime, in quo bilis exuperat: & uicissim, in quo iracundia exuperat,in eo biliosos humores gigni.Sic etiam timor, & animi demissio melancholicum humorem efficiunt:& humor ipse melancholicus timorem,animique demissionem parit. de ceteris idem est censendum.

3 *Alij ab odoribus cœnosis, & palustribus.*

Duplex est genus caussarum,morbos efficientium,aliæ enim foris aduentunt,aliæ a nobis ipsis proficiscuntur. atque ad noxas externas quædam interdum nostræ particulæ infirmæ sunt: quædam uero ad internas.nam morbi nostra ui fiunt,aut a plenitudine, aut a malitia humorũ: caussæ uero externæ ideo corpora aïantium lædunt,partim quòd intẽperiem quandã gignant: partim quòd frangant,aut incidant.nulla tñ res est,quam uitare non possimus,præter aerẽ nos
B ambientem. is.n.immoderatius calfactus, aut refrigeratus, aut humidior,aut siccior redditus, nostram immutat naturam:& symmetriam corporum,quæ sanitas est,corrũpit.ac ceteris quidem caussis,neq; perpetuo occurrimus,neq; ipsæ totum diem circa nos sunt: at in aere morari sp,ipsumq; spiritu ducere oportet:nec possunt corpora ad illius immutationem nõ simul & affici,& immutari.itaq; medicus,qui recte curaturus sit,optimum, uitiosumque aerem debet cognoscere:ut qui ex illo morbi fiant,qui secus:& qui uitandus aer sit,aut non,intelligat.ac de iis omnibus iam est a nobis in commentariis in librum De aere,aquis,& locis,regionibus,& habitationibus dictum.nunc tamẽ quædam & summatim, recordationis caussa afferemus. Aer igitur accurate purus,esse optimus uidetur.est autem hmôi, qui neque è stagnorum, aut paludum halitu sit perturbatus,neque ex profundo specu emissus,cuiusmodi sunt,quæ Charonia appellantur.hæc.n.ideo,quòd aerem corrumpunt,morbos creant.idẽ facit is aer,qui uitium ex cloacis magnam aliquam urbem expurgantibus,contraxit:itemq; is prauus est, qui ab aliqua corruptela,aut fimo inquinatur,ut ille etiam,qui propter uicinum stagnum, aut flumen nebulosus est.qui uero cauo in loco altis montibus est ex omni parte conclusus, nec ullum perflatum recipit,suffocans,putrisque censetur. quemadmodum aũt oĩbus æque conducit, ut optimũ aera
C spiritu ducant,utileq; est,ut eo puer,iuuenis,& senex utantur:sic prauum uitare oẽs decet:propterea quòd ætates oẽs lædit.ceterum aer a sole illustratus ab eo, quem sol non attingit, & ab umbroso:itemque diuturnus a nocturno differt.nam quem sol tangit,calidior, tenuiorque est: umbrosus uero crassior est.calidior porrò,ac tenuior corpora,quæ melius perflentur,efficit:frigidus,& crassus,contraria.Præterea peior est is,qui in urbe est,q̃ qui ruri habetur:caussa est,q̃a urbanus aer non secus,q̃ qui conuallibus cohibetur,calidior,crassiorq; est. Sol.n.acrem perflatu uacatem calfacit,motionis uero uacuitas crassum reddit.id quod pati aer uidetur,quia multæ,& omnis generis exhalationes ex urbe in ipsum fluunt.qui vero ruri aer est,cum tenuis, purusque sit, hoĩes cibi appetentiores facit; & vt meatus magis fluxiles sint, & sensus vegeriores fiant,& melius alantur homines,meliusque concoquant.eum tamen aerem, qui in hortis habetur,uitare conuenit:idque propter cloacas,quæ latrinas plerunque in hortos repurgant,& magnum quoque fœtorem.& halitum ex oleribus,arboribus,fruticibusq; prodeuntem,qualis est, quem brassica,& carea,& buxus mittunt:quorum uicinitas aerem circunfluum uitiat. Quibus quidem fit rebus,vt Hippocrates hoc loco censeat,cognoscendum esse,quinam morbi ex odoribus cœnosis,aut palustribus oriantur:siquidem hi & vulgares,& omnis generis morbos excitare consueuerunt.auctor.n.secundi de natura humana libri aerem communissimã morborum
D caussam appellat.nec minus fere,q̃ aer,aqua efficit.quocirca eius quoq; naturam, & qualitates præstat habere cognitas,atq; perspectas: quando sunt quædam lutulentæ, quædam palustres: vt quædam salsæ,quædam aluminis naturam referunt,quædam æris, aut alterius rei qualitates imitantur.copiosius autem est actum de his in libro De aere,aquis,& locis: ac plerunque morbi ex prauis aquis,& quæ aliquam habeant qualitatẽ proficiscuutur.quare præstantissima aqua debet omni prorsus vacare qualitate.& quod ad gustatum, & quod ad adoratum pertineat: & suauissima item bibenti,& pura videri,&cito hypochondria permeare.Hippocrates ipse leuissimam præfert ceteris. eam cognosces, quòd cito calefiat, citoque frigefiat. huiusmodi autem sunt,quæ hieme calidæ,æstate frigidæ:vt pessimæ sunt,quæ æque atque anni tempora vel frigidæ sunt,vel calidæ.æstate enim calor extimam terræ partem adit, hieme uero ima petit, quod in caussa ego esse existimo, vt, quia fontes è profundissimis locis manant: omnes sint hiberno tempore calidissimi; æstiuo, frigidissimi. De aquis autem sponte nascentibus nihil opus est modo disserere. palustres uero, fœtidas, aut in quibus absurdæ qualitates insunt, priusquam decoquendo immutaris,ne offerto.aquam enim,quæ decoquitur,calor totam æque fundit, & ad secretionem aptam facit.nam dum refrigeratur, terreæ partes innata grauitate descendẽtes

in fundo uasis residebunt : ac nos aqua in aliud uas sensim transfusa , uti sine noxa poterimus . E
Aquæ autem omnes, quæ e stagnis hauriuntur, pessimæ sunt . habent enim absurdum odorem
quendam, perinde ac putrescentes. eædem æstate calidæ sunt, hieme frigidæ: quod est prauarũ
aquarum argumentum uel maximum . Solæ autem paludes Aegyptiæ inter omnes , quas ego
quidem norim, salubres sunt: propterea quòd aqua hieme non putrescit: siquidem non superca
lesit. Nilus uero paludes per autumnum explens, ueterem aquam eijcit: & nouam inuehit. Sunt
etiam quędam aquarum differentiæ ex herbis, quæ in illis nascuntur, profectæ, & a metallis cõ
tractæ. ac metalla quidem in caussa sunt , ut aquæ sint ad potum noxiæ : herbæ uero partim a-
quam uitiant, partim corrigunt. nam & sium, & nepita, & adiantum, aquam bonam uitiant; ei,
quæ alioqui praua sit, commodi quidpiam impertiunt. atque huiusmodi aquę sunt ad meiendũ
aptiores: sicut etiam ab aliis herbis alias ducere qualitates possunt: a quibus ueluti medicamen
tum quoddam commixtum aquis comparetur.

4 *Alij ab aquis calculosi, lienosiq́; : alij a uentis bonis, & malis incipiunt.*

Prauæ aquæ potus non modo calculum gignere, sed morbum etiam omnibus cõem excita-
re potest, idque in exercitu quodam usu uenisse, memoriæ proditum est . Ipse uero in libro De F
aere, aquis, & locis, ita de aquis scribit: Quæcunq; inquit, stagnãtes, stabilesq́;, & palustres sunt,
eas æstate calidas, & crassas, & fœtentes esse necesse est: itẽque decolores, prauas, biliosas: quip
pe quæ non defluant, sed aqua pluuia semper noua accedat, solq; adurat ; hieme uero cõcretas,
frigidas, ac prę niue, glacieq; perturbatas. qui uero eas bibunt, eorum lienes semper magni, uen
tresque duri, tenues, ac calidi erunt. Præterea addit, Ad hæc inquit , aqua inter cutem plurima,
maximeque perniciosa exoritur. tum subdit. Quæ autem ex niuibus, glacieq; fiunt , prauæ sunt
omnes. cum enim semel concretæ sunt, in pristinam naturam non amplius redeunt: immo ue-
ro earum leuitas, dulcedoque excernitur, & euanescit; quod uero turbidissimum, ponderosissi-
mumque in eis est, ibi relinquitur. quæ res facit, ut eas esse pessimas dicat. hæc autem subiungit;
Homines uero inquit, potissimum calculis, renumque doloribus, & urinæ stillicidio , coxendi-
cumque morbo corripiuntur, herniasque patiuntur , cum aquas cuiusque generis bibunt . De
uentis autem aquas immutantibus, hæc sunt ab ipso conscripta . Huic autem uim adhibet bo-
reas, huic auster. de ceteris est eadem ratio . . Calculi igitur non mòdo ex aquis gignuntur , sed
multis aliis de caussis. atque in pueris quidam uolunt calculos fieri, quia, propter uasorum exi-
guitatem, meatus adhuc angustos habeant. quod tamen uerum non est . ita.n. potius oporteret G
calculos in renibus eorum gigni; propterea quod transitus , & uiæ renum sint angustæ : & non
fieri in uesica, cuius lata ceruix est. in iis autem , qui progressa ætate iam sunt , caussam calculis
gignendis affert actionum imbecillitas , crassorumque humorum cruditas : in pueris uero , in
quibus est magna natiui caloris copia, & ualidæ sunt actiones, materia crassa funditur, & in re-
nes comportatur, & in uesicam facile percolatur. quia uero uesica frigida est, ut pote neruea, &
pauco prædita sanguine, & quia est amplissima in ea cauitas, ideo crassitudo in ipsam transmis-
sa, ibi iterum cogitur, & concrescit ; & concretionis huiusce principium accipit , cum in uesica
diu commoratur. quin etiam crassa in pueris urina, & edacitas, & motiones a cibo, cum ludũt ,
ac prosiliunt, caussæ calculorum esse possunt. Iam uero usus casei, & lactis , quod suapte natura
crassum est, ad gignendum lapidem esse aptissimus uidetur , aliam quoque subiungere caussam
possumus , quæ est huiusmodi : ex magna caloris copia, quæ in pueris est, materia in uaporem
abiens lapidem generat. Interdum etiam grauem dolorem homines sentiunt , atque ubi angor
sit, ignorant, quamuis ille renes obsidere uideatur. incertum.n. est, utrum in colo, an in renibus
constiterit. interdum uero calculum, qui dolorem afferebat, solum esse excretum uidimus . in-
terdum ẽt cum cruore: abrasis nimirũ iis corporibus, per quę transiuit: præsertim si lapis asper, H
aut acutus fuerit. post hæc autem in urinis erunt sabulosa subsidentia. at si colon patiatur, tunc
neq; sabulum, neq; lapis, neq; sanguis subsidere inuenietur: sed humor quidam , quem uitreum
Praxagoras uocabat: qui & colore, & consistentia est uitro liquefacto persimilis . Et qm̃ lien e-
rat crassum, & limosum humorem ad se attracturus, ideo melancholicum excrementum, quod
suo pondere deorsum fertur, in ipsum uergit: & quandam ueluti gulam ex simis ipsius lienis par
tibus productam, uenosum uas, ad portas extendit, ut nihilo minus iecur purgetur, quàm si pro
pe ipsum lien esset collocatus . est enim ueluti sanguinis limus quidam , qualis in uinis crassis
subsidere solet, quam fæcem nominant . quæ si diutius retineatur in corpore , nec per aliquem
sensibilem, aut occultum meatum excernatur, sed mutetur, ac computrescat , atra bilis accura-
te gignitur. uerum antequam hæc generetur, lien illam ueluti fæcem sanguinis ad se trahit, & ie
cur expurgat: hocq; melancholico humore lien ad sui nutritionem abutitur . Si qñ igitur lien
non ita recte iecur expurgauerit, & sanguis multum huius limi hẽat, tunc illa, quæ nigra appel-
lantur, excrementa deiiciuntur: ac multi alij affectus: atq; etiam progressu temporis ij , qui lie-
nosi appellantur, consequuntur. Lienosi.n. sunt, quorum lienes obsidet inflammatio, nec ad na-
turalem statum redeunt, nec abit inflãmatio, sed duritia in eis manet, & natiuus corporis color

A immutatur.atque hi lienem habent natura imbecillum. Lien uero etiam uel in molem assurgit, uel intumescit, uel inflammatione tentatur. Verum,quia dixit absolute lienosi,merito existit quæstio,quos nam hic affectus uelit intelligi. Scito autem hoc loco intelligendos esse oẽs eos, quos prauæ aquæ gignunt : & qui ex illarum tum potione, tum uero omni usu proueniunt : & qui ex hisce caussis,atque occasionibus oriuntur:& omnes,qui ab affectibus lienis originẽ ducunt, cuiusmodi sunt aquæ inter cutem,herniæ,calculi,morbus regius, & qui sunt huius generis:itemque scirrhi,inflammationes,& omnino obstructiones, ac colliquationes. Quod uero subiungit,Alij a bonis uentis,& malis incipiunt,habet hanc sententiam.quosdam morbos esse, qui originem a certis uentis ducunt.Qui uero boni,aut mali uenri sint, ipse deinceps docebit. præterquam quod in aphorismis multa de eis dixit,& in libris De vulgaribus morbis non pauca memorauit.Alij uolunt illo nomine πνευμάτων, non uentos hic significari, sed aerem, quem spiritu ducimus,& mittimus:in qua significatione dictum ab Hippocrate est,morbos tum a victus ratione,tum a spiritu,quem introducentes uiuimus,exoriri.id quod illis placet, quia sæpe homines propter aeris inspirationem lædi solent,ut in locis,quæ charonia appellantur,accidere perspeximus. hoc tamen mihi non probatur : siquidem de aere dictum est superius.nunc.n.
B aperte in ipso statim initio præposuit hoc,alij ab aquis, & tamen ea quoque est uera sententia.

5 *Qualia fuerint tempora,tales etiam morbi erunt:& ex his constitutiones ducentur: si tempora tempestiue,& ordinate progrediantur, morbos iudicatu faciles parient: morbi autem temporibus familiares, indicant mutationes.*

Propria constitutionum elementa sunt iam a nobis demonstrata:& eadem in libro De aere, aquis,& locis Hippocrates docuit.anni.n.tempora qualitatibus,ut humiditate,caliditate,frigiditate,ac siccitate differunt:atque hiemem alia tempora superare humiditate, ac frigiditate ostensum est:æstatem caliditate,ac siccitate:uere, neutrum in neutra repugnantiæ parte excellere,neq; siccum humido,neq; calidum frigido:sed esse oĩum totius diei,ac noctis horarum similitudinem,ac nullam magnam in illis fieri mutationem:autumno mane frigus,meridie æstum, uesperi frigus iterum uigere:& tamen in ipso siccum humido,& frigidum calido præstare.hæcq́ne est temporum ordinem suũ seruantium constitutio,quæ in annis plerunque cernitur: atq; hoĩes eam mutationem,quæ paulatim fit,uix toto tpe persentiscunt.quod si ea fiat maior, tum neq; tempestiue,neq: ordinate anni tempora procedunt.Quænam aũt sint prædictarum quali-
C tatum uires,ut humiditatis,siccitatis,caliditatis,& frigiditatis,docet ipse in aphorismis,cũ ait : Ex anni cõstitutionibus in uniuersum siccitates sunt imbribus salubriores, & minus mortales. Imbribus.n.morbi fere nascuntur hi,febres longæ,alui fluores, putredines, morbi comitiales, attonitique,& anginæ:siccitatibus uero hi,tabidæ lippitudines,articulorum dolores,urinæ stillicidia;quæ ab Hippocrate de ea differentia,quæ in humiditate, siccitateq; est,dicta sunt. de ea uero,quæ in caliditate,frigiditateq; uersatur,locutus est,cum de aquilonibus, austrinisq; constitutionibus agit:de quibus paulo post differetur. Nunc uero,cum primas constitutionũ uires didicerimus,facta de omnibus ijs,quæ accidunt,constitutionibus coniectura, debemus uia & ratione progredi sic,vt qui morbi futuri sint,& quo modo prohiberi possint, aut si iam constiterint,quomodo curandi sint,inueniamus. neq; in his rebus disquirendis non est adhibenda diligẽtia,ut quod ad regionis naturam pertinet,intelligamus: propterea quòd regio quoq; aliquid indicat,quod ad prænotionem morborum facit:sicut ẽt cuiusq; natura,ætas,uitę institutum,& uictus ratio.humidæ enim,frigidæq; naturæ ẽt propter externas caussas facilius in eos morbos cadent,quos humida,frigidaq; pariet constitutio:contrariæ uero,difficilius.Itaque si omnia anni tempora suam naturam seruarint, morbos iudicatu facillimos parient : sin secus, difficiles:
D hoc est,qui male iudicabuntur.alterutrum enim horum duorum continget,uel ut iudicationes cum periculosis symptomatis coniunctæ,uel perniciosæ sint:uel,hoc tertium accidat, ut recidiuæ fiant. De morbis autem patrijs,ac familiaribus habes quæ ipse scripta reliquerit.

* *

Cetera non extant. *

6 *Vt autem tempus uariabit,ita similes,aut dissimiles morbi erunt,qui eo tempore orientur. Si uero similiter procedat,morbi quoque huiusmodi erunt,& ad talem modum tracti, qualis est morbus regius autumnalis: frigora enim ex caloribus:& calor ex frigore.*

Quomodo anni tempora uarientur,ipse in libro De aere,aquis, & locis aperte demõstrauit :
" itemq; in libris De morbis vulgaribus,nec minus ẽt in aphorismis:ueluti cum ait, Cum hiems
" squalida,aquilonalisq; fiat, uer pluuium,& austrinum, tum æstate acutæ febres, lippitudines,
" & difficultates intestinorum erunt. Et cum ait,Si hiems pluuia,& austrina sit, uer squalidum, & hibernum, mulieres, quibus sub uer partus instat, ex quauis occasione abortum faciunt.

Et in libro de vulgaribus morbis hoc modo, cum totus ille ductus ad austrinum statum uerge- E
ret,& cum squaloribus iunctus esset:& cum subdit: Cum autē totus annus frigidus, humidus,
aquilonalisq; fuisset. Post has omnes constitutiones aliam ualde inæqualem subiunxit, quæ in
principio frigida, humidaque fuit: deinde austrina, cum humiditatibus immodetatis iuncta ab
autumnali æquinoctio usque ad uergiliarum occasum: deinceps uero frigida, & sicca, in qua
uenti aquilones maximi per totam fere hiemem spirarunt: tum frigida,& sicca usq; ad caniculę
exortum. inde magni æstus usq; ad arcturum uiguerunt: circa quem pluuiæ austrinæ vsque ad
æquinoctium fuerunt, atque in ea frigidum, & siccum superasse ceteras qualitates conscripsit.
Licet ēt alias plerasque constitutiones in libris De vulgaribus morbis, quæ inæquales fuerint,
conscriptas intueri: de quibus loqui non est huius loci, ac temporis. immo uero ēt in aphoris-
mis scriptum reliquit, Temporum mutationes maxime morbos gignere. addiditq; magnas mu
tationes, aut frigoris, aut caloris,& alias ad harum proportionem idem efficere. Præterea uero
subdit hæc, de quibus est item supradictū: In anni tpibus, cum eadem die modo frigus, modo
calor uiget, autumnales expectare morbos oportet. in præsenti uero ait, morbos similes, aut dis
similes ex temporum mutationibus oriri. deberent.n. similes gigni, quatenus temporum postu
lat ratio: dissimiles uero, qualis est mutatio, atq; uarietas. Ipse uero exempli caussa, ut uarietatē F
cognosceremus, autumnalem morbum regium proposuit. planum enim est, morbum regium
de numero eorum esse, qui æstate solent hominem inuadere. itaque si autumnus talis sit, ut æsta
ti proportione respondeat, in eo morbi ęstiui uigebunt. gignet enim pallidam bilim, quam æsta
te uigere perspectum habemus. ea enim bilis quandoque in totum corpus diffunditur, idque ra
tione iudicationis, prout ipse in aphorismis memorauit: Regius morbus ante diem septimum,
in malis habendus est: caussa mali est, quia hic abscessus nobis indicat prohiberi, ne iecur bili
expurgetur: eamque per uentrem excerni, iecore nimirum obstructione, aut inflammatione ob
sesso. hoc etiam symptoma fit uiscere ipso male affecto, aut quia scirrbum, aut quia inflamma-
tionem, aut quia obstructionem patiatur. quorum duo postrema fieri derepente possunt. Quan
doque uero alia, quàm iecoris, affectio eundem affectum pariet: propterea quòd etiam citra iu
dicationem, atque ullam prorsus iecoris affectionem, sanguinem bili infectum ex quadam ab-
† Serpentum. surda corruptela perspicimus: qualem morsus † ferarum afferre solent: quam nos curare ea an-
tidoto, quam theriacam uocamus; sicut alias medicamento, quod bilim ducat, purgare consue-
uimus.

7 *Et si æstas biliosa fuerit, bilisq; aucta intus relicta sit, etiam modice lienosi fiunt.* G

Bilis æstate adaugetur, propterea quòd corpus præter naturam æstiuo tempore excalfit. id
quod ipse in libro De natura humana conscripsit his fere uerbis: Aestate inquit, sanguis adhuc
robur obtinet,& bilis sese extollit in corpore,& usque ad autumnum manet: sanguis uero exi-
guus redditur: quòd ei sit autumnus natura contrarius. bilis autem & æstiuo tempore occupat
corpus,& autumno. Si igitur bilis per æstatem aucta intus in autumno sit relicta, tunc morbi a
bili exorti homines corripient:& eorum ortum anni tempus nihil prohibebit. cum enim sit mu
tata constitutio, haud mirum est, si aliorum temporum morbi in illa exoriantur.

8 *Cum autem uer quoque ita progressum sit, tum uere etiam morbus regius nascetur. hic enim motus est secundum hanc formam tempori anni proximus.*

Quemadmodum autumno æstiui morbi oriuntur, cum autumnale tempus sit æstiuo persimi
le; ita si ueris progressus sit statui æstiuo similis, idem usu ueniet. ergo morbus regius ex bili, aut
flaua, aut pallida, quæ æstate redundat, exortus, etiam uere proueniet: si modo illud tempus na
turam æstatis seruarit. etenim uere sanguis augetur: ac si corpus præter naturam excalfiat, bi- H
lim coaceruabit: ex qua morbi æstiui proficiscuntur. hunc enim motum esse tempori anni, hoc
est æstiuo, proximum dicit. nam æstas est inter uer & autumnum media interiecta: & cum uer
desinit, æstas incipit.

9 *At cum æstas sit ueri similis, sudores in febribus, & febres faciles, & non peracutæ, neque peraridæ, quod ad linguas attinet, fient.*

Est iam supra dictum, non appellationem, sed temperaturam anni temporum in caussa esse,
cur morbi oriantur. cum igitur tempora propriam naturam seruabunt, tum morbi cōuenienter
temporibus ipsis stati, ac certi, & ut conuenit, fient. cum uero tpa de suo statu deflectunt, etiā
morbi necessario de suo cursu declinant: propterea quòd statum temporis consequuntur. Itaq;
sicut dixit, cum uer sit æstati simili, tunc morbos æstiuos expectādos esse, sic modo, si æstas fiat
ueri similis, multos sudores in febribus fore. uer enim calidum, humidumque est: neque quic-
quam in eo per ullam partem repugnantiæ dominatur: ut neque sicco humidum præstet: neq;
calido frigidum. horum autem alterum, hoc est calidum, in æstate est: alterum hoc est humidū,
hiemi etiam tribuitur. Copiosi uero esse sudores non possunt, nisi aer nos ambiens, calidus sit:

A id quod & ueri, & æstati esse commune apparet: sed tñ uaria ratione: ac nisi humiditas quędam in corpore redundet: quod est ab æstatis natura alienum: estque & ueri, & hiemi cōe. ex quo fit, vt in statu æstiuo, qui sit uerno similis, copiosi sudores merito dimanent. æstas enim, quæ secundum suam naturam procedat, quæ quidem satis squalida esse consueuit: superuacaneas humiditates per halitum digerit, quæ nimirum hieme, uereq; sint coacernatæ. quæ uero sit ueri similis, ea ꝑꝑ calorem ad extimas partes trahit. uerum propter magnam uim humiditatis, quæ intus in corpore est copiosius relicta, id quod traxit, discutere, atq; dissoluere in uaporis speciem non pōt. ex quo sequi uidetur, ut humiditas, dum tota per æstatem in iudicationibus excernitur, multos sudores efficiat. eadem caussa facit, ut morbi neque peracuti sint, quos alioqui esse acutos necesse esset; neq; aridam linguam reddant; siquidē non est uehemens quidā calor, qualis in æstate esse solet: qui hæc ipsa non suam, sed ueris naturam seruat. proinde fit, ut neq; adurat materiam, neq; exsiccet, prout æstiuus calor facit: qui etiam citra febrim, linguam exsiccat.

10 *Cum uero hibernum uer fiat, & postremum hiemis tempus, hiberni etiam morbi, & tusses, & peripneumonia, & angina existunt.*

B Merito dixit hibernos morbos fore uerno tempore, si uer hibernum fuerit. eadem .n. tibi suppetet aliorum temporum ratio: ut qualis sit mutatio, tales ēt morbi excitentur. atq; hieme quidem hi solent oriri; pleuritides, peripneumoniæ, grauedines, raucitates, tusses, & alia item permulta genera. quocirca si uer fuerit hibernum, conuenienter quoq; ei tempestati morbi hiberni existent. etenim hieme fiunt peripneumoniæ, & pleuritides, quod instrumenta respirationis propter uim frigoris læduntur. ob eandem caussam febres, dolores costarum, grauedines, raucitatesq; fiunt. nam ut illic instrumenta respirationis, ita hic caput frigus lædit. Ait uero illo item tpe anginas fieri, licet angina morbus autumnalis sit. quanquam esse ēt uernus uidetur, ut ipse in aphorismis adnumerauit: Vere inquit, insanię, melancholiæ, morbi comitiales, sanguinis profluuia, anginæ, grauedines, & cetera. angina uero fit autumno ex humoribus biliosis in fauces decūbentibus: uere aūt ex humoribus pituitosioribus constat, quòd excrementorū magna uis fit ad fauces comportata: uel quòd destillationes a capite in faucibus impactæ, firmatæq; sint.

11 *Autumnus quoque si non in tempore, ac derepente hibernarit, non assidue tales morbos facit, propterea quod non in tempore incepit, sed inæqualiter fiat. ideo etiam tempora indicatione uacantia, &* C *inconstantia sunt: quemadmodum morbi quoque, si prærumpant, aut prius excernantur, aut intus relinquantur. recidiuas quoque tempora faciunt, sicut & morbos ita pariunt.*

Autumnus ab arcturi exortu sumit initium. oritur autem arcturus ante autumnale æquinoctium: sicut etiam ueris principium censetur æquinoctium, quod eo tpe accidit: finis est ortus uergiliarum. hunc uero ortum esse æstatis initium, sicut esse finem æstatis, & principium autūni ortum arcturi, qui autumnale æquinoctium diebus fere duodecim anticipat, perspectum habemus. quinetiā occasus uergiliarum est hiemis initium, & autumni finis. Si igitur autumnus non in tempore, sed de repente hibernabit, hoc est ad hiemis naturam uerget, hiemisq; constitutionem nanciscetur, tunc morbi autumnales non assidue excitabuntur. caussa est, quia in suo tempore non incepit, neque item oportune. Ipse .n. in primo De vulgaribus morbis, ita scriptum reliquit, In Thaso ante autumnum frigora non in tempore, sed repente, aquilone, austroq; multū spirantibus, humida, & quæ prius proruperunt, nam propter humorum malitiam, quæ eo tempore est, & propter inæqualem aeris temperaturam, quartanæ, erraticæq; febres, lienes, aquæ inter cutem, tabes, urinæ stillicidia, leuitates intestinorum, & eorundem difficultates, & coxen D dicum morbi, & anginæ, & suspiria, & tenuioris intestini morbus, & comitialis, & insania: itēq; dolor cordis, horror, & uno uerbo, melancholici morbi oriuntur: qui sane omnes ex prædicta caussa proueniunt: atque ortum fere ex atra bili ducunt: quæ nimirum aut ex flaua nimium assata, aut ex sanguine crasso facta sit: quando ipse quoque sit uelut fæx sanguinis quædam. erraticæ uero febres propter inæqualem temperaturam oriuntur: ut lienes magni ex melancholici humoris redundantia redduntur. Vrinæ stillicidium gignit siccitas, & refrigeratio: siquidem uesica in mutationibus ijs, quæ sine ordine, & repente fiunt, refrigeratur. Coxendicum porrò dolores tum a malitia humorum, tum a refrigeratione potissimum excitari, perspicuū est. quia aūt tpa uacant indicatione, suumq; statum non seruant, ideo † anhelationes tum propter motum ad interiora, tum propter refrigerationem fiunt: sicut etiam probabile est in refrigeratione, inæqualitate, malitiaque temporis uitiari uentrem, atq; intestina, ut leuitates intestinorum, difficultatesq;, & tenuioris intestini morbi oriantur. Quoniā autem calorem meridie, & frigus mane, & uesperi persentiscimus, haud mirabile est, si comitiales morbi interdum in hominem irruant: præsertim uero si cui ita sit natura comparatum, ut in hmôi morbum cadat. Insaniæ autem morbi ab ea malitia, quæ in tenuibus humoribus biliosis inest, nasci solent: melancholici uero ab atra bili: cuius prouentus autumno colligitur. Iam uero nihil est, cur mireris, si propter

† *Asthmata.*

temporis malitiam,& temperaturæ aeris nos ambientis inæqualitatem cordis dolores,horrores,& huiusmodi alia per autumnum dominentur.Copiosius autẽ de morbis omnibus,& symptomatis,quæ accidere autumno solent,differetur in ea explicatione,quæ in secundum de vulgaribus morbis edetur:ipse uero nonnulla ẽt in aphorismis memorauit:quo in loco hoc quoq; ostensum est,autumnũ esse omnibus ætatibus,naturis,regionibusq; malum . inter ipsas tñ minus quàm alias,eo tempore humidas,& calidas lædi:quam ob rem morbi, inquit, iudicatione uacantes,inconstantesq; fiunt.nam quia oportuno tempore non fiunt, sed in repentinis mutationibus,ideo fit,ut neque in tempore accommodato solui , explicariq; possint . sed neq; statis temporibus,neque tempestiue,ut ipse loqui solitus est.Stata autem tempora ab ipso uocari scimus ea,quæ propriam temperaturam ordine sortiuntur.atq; ita etiam ipse annos statos , ac certos uocat in libro De aere,aquis,& locis eos,qui conuenienter rationi procedant . ac si autũno fiant pluuiæ,hiemsq; moderata , nec ualde serena , nec frigore excedens , & uere,atque æstate imbres tempestiui fiant,sic,inquam,hunc annum fore saluberrimum uerisimile ait esse. cum uero tempora stati anni progressionem non seruarint,tunc Hippocrates incõstantia uocat:& morbos in ipsis exortos pari modo inconstantes noĩat:ac supra eosdem difficiles iudicatu, nunc uacantes iudicatione in eandem fere sententiam appellat: ut eos non recte , sed male iudicari intelligamus:quod nihil aliud est,quàm ut uel cum malis symptomatis iudicentur,uel postea repetãt.huius porrò malæ iudicationis,aut recidiuæ caussa est, quia prius prorumpunt,aut prius excernuntur,aut intus relinquuntur.& quia prærumpunt,& prius excernuntur,ideo non iudicantur:& quia intus relinquuntur , ideo repetunt.id autem ipse in libris De morbis vulgaribus docuit,cum ait,Quæ post iudicationem relinquuntur , recidiuas faciunt . parui enim humores in corpore relicti,morbos pariunt,& temporis progressu computrescentes solent febres excitare.quinetiam in præsagiis,ita scriptum comperimus,Febres,quæ neque salutaribus notis apparentibus,neque in criticis finitæ sunt diebus,fere repetunt.nam quæ sine ratione leuata sunt,ea solent repetere: licet hoc in die critico eueniat.Iudicationes uero ipsæ in omnibus quidem diebus fiunt,sed neque pari numero dierum,neque ita fidæ,ac certæ.differunt autem , quod quædam bonæ, quædam malæ sunt:& quædam cum multis , grauibusque coniunctæ symptomatibus,& maiore angore:quædam statim in ipso initio, & tuto . Ceterum quod ait,prærumpere , quod non oportune quid fieri,& iudicationis tempus præuenire significat, malum est : siquidẽ cum noxiis humoribus boni etiam excernuntur.hoc autẽ usu uenit,quia natura irritata fit,uel ab externa caussa quadã,ut a medico,aut ęgrotãte,aut a ministris nõ recte aliquid moliẽtibus: G
uel ab ijs,quæ in ipso corpore continentur,cuiusmodi sunt morbi , aut caussæ, aut exacerbationes.exacerbatio enim naturam irritat,& tanquam lacessit:nec requiem,ei nec moram concedit:sed excitat,& veluti ad pugnam prouocat . Quoniam igitur natura non semper accommodatis,aptisque temporibus impulsa morbos iudicat,sed sæpe aliter ab alijs atque alijs caussis stimulatur,ideo merito fit,ut prærumpant humores,nec perfecta fiat iudicatio. atque ubi hoc factum sit,vbi expectare recidiuas oportet.tempora enim,a quibus fieri morbos ait, recidiuas afferre plerunque solent:& morbi quoque in ijs exorti temporibus proportione respondent.Itaque adhibere animum temporibus anni,& ijs mutationibus,quæ in ipsis fiunt,accurate debes: vt morbos cito dignoscere,& eosdem curare recte possis.

12 *Illud insuper cõsiderandum est,quomodo corpora se habeant,cum ab anni tẽporibus suscipiuntur.*

Hoc præceptum est ad eam medicinæ partem,quæ sanitatem tuetur,& ad eam,quæ morbos curat,accommodatissimum,ad conseruandam enim sanitatem facit, quia temperatis corporibus aer temperatus est optimus . in quibus uerò aliqua exuperans qualitas dominatur , ijs vtilissimus est aer,qui exuperanti qualitati sit contrarius uel maxime : vt frigidus calidæ , calidus frigidæ.humidiori siccus:sicciori uerò,quàm par est,tanto humidior,quanto illa sit,quàm moderata portio,siccior.quo sane tempore victus ratio et temperaturæ temporis contraria instituenda:in quo non ignorandum est,ea, quæ similia sint , magis nocere , & temporis actionem adiuuare.Ad curationem uerò morborũ adiumento est,quia contraria sunt contrariorum medicamina. Itaq; si tempus uernum corpus alicuius excipiat bonis præditum humoribus,id etiã in optima sanitate conseruabit; nihil ex sua natura noui afferens:id tamen neque æstas, neque autumnus,neque hiems faciet;hæc enim tempora licet corpus purum,& omni ex parte vacans culpa exceperint,tamen æstas pallidam,aut flauam bilim copiosiorem,quàm par sit,autumnus atram bilim,hiems pituitam , gignere consueuit . vnde efficitur, vt frigidæ,& humidæ naturæ sint optime ad æstatem comparatæ:calidæ,& siccæ ad hiemem:contra uerò,calidæ,& siccæ male ad æstatem;humidæ verò, & frigidæ male ad hiemem affectæ sint . Tres autem sunt omnes corporis constitutiones in rerum natura,optima,praua,& ægrotans. sed optima vna est. aliarũ duarũ sunt differentiæ innumerabiles : propterea quod malæ quædam corporis constitutiones sunt,quæ in toto animante habent intemperiem:quædam verò in constructione partium inæquali.quo circa spectandum est,quo modo corpora affecta sint,quando anni tempora ipsa excipiunt,hoc est,vtrum perfecta sanitate perfruantur:an uerò nondum ægrotent, sed inibi sint, vt

prope

A prope in morbum cadant. cum enim ſqualida, ſiccaque tempora ſunt, tunc tantum abeſt, ut naturæ humidæ quicquam a tali conſtitutione lædantur, ut etiam magnopere adiuuentur. conſtitutiones autem omnes, quas Hippocrates literarum monimentis conſignauit, intelligere debemus in temperatis orbis terræ partibus extitiſſe: exceptis iis Thraciæ locis, quæ a mari ſunt remota. quæ & humidiora, & frigidiora, quàm oporteat, in commẽtarijs in librum De aere, aquis & locis docuimus: & item Aegypti, & Libyæ regionibus calidis, & ſiccis, demptis ijs tractibus qui ad mare ſiti ſunt. humiliores enim Thraciæ, ac Ponti regiones, quæ maritimæ ſunt, calidiore etiam ſunt temperatura. in Aegypto uero, & Libya, quæ calidæ ſunt, ideo loca eſſe minus calida, quàm q̃ a mari ad continentem receſſerunt, experti ſumus, quia per æſtatem uentis ab urſa perflata refrigerantur. Qui uerò accurate temperatam, & mediam mundi zonam cognoſcere aueat, is ad partem eam, quæ ad Cnidum, & Co pertinet, mentem adhibeat, eique adiungat loca, quæ ab ijs inſulis non longe receſſerunt. Eſt etiam uerisimile anni tempora in ea zona ſtata eſſe, & non morboſa. contraria uerò ſunt de ijs, quæ non ſunt huiuſmodi iudicanda. proinde ſpectandum eſt, quo modo affecta corpora ſint, quando ab anni temporibus excipiuntur.

13 B *Auſtri auditui grauitatem, oculis caliginem, capiti pondus, membris tarditatem, languoremque afferunt. cum hic uentus dominatur, talia ægroti patiuntur: ulcera madida, præſertim uero os, pudenda, aliasq; partes. Si uero aquilo, tuſſes, fauces, alui duriores, urinæ difficultates, horrores, coſtarum, pectoriſque dolores. hoc autem dominante, tales morbos magis expectare oportet.*

ii Ventorum, aut ſpirituum, aut flatuum (licet enim, ut uelis, eos appellare) diſciplina, atque dignotio magnum ad res omnes præſtare medico uſum uidetur: ſiquidem, & ad præſagia facienda conducit, & ad curationem adhibendam utilis eſt uel maxime. quocirca non fuerit fortaſſe abſurdum, ſi hoc loco mihi propoſuero de uentis agere copioſius, & accuratius, licet hoc ipſum in libro De aere aquis, & locis iam ſit pertractatum: atque in commentarijs in libro De uulgaribus morbis, multis in locis ſit nobis de hac re neceſſario differendum. tantam enim talemque res ipſa utilitatem præbet, ut neque nobis graue uideri debeat bis, terue de eadem ſcribere: neque pigere ſtudioſos, medicinæque cupidos homines iterum legere. In primis autem eſt de eſſentia uentorum inter philoſophos cõtrouerſia. Anaximander enim putat, uentum eſſe fluxũ aeris, cuius ſubtiliſſimæ humidiſſimæq; partes à ſole motæ, conſumptæque ſint. Anaximenis opinio eſt, uẽtos ex aere, & aqua gigni, & impetu quodã ignoto uiolenter ferri, & celerrime, ſi- C cut uolatilia, uolare. Stoici de ſolis nominibus diſputãt. eum enim qui a tenebris, & occaſu flat, fauonium: qui ab ortu ſolis, ſubſolanum: qui a ſeptentrione aquilonem: qui a meridie, africum uocant. nunc uerò narrare ut aliis, quod ad hanc rem pertinet, alia placeant, mihi ſuperuacaneũ uidetur: cũ poſſim de uentorum natura uere differere. Itaque ſcire conuenit, halituum eſſe duo genera, quorum unus humidus eſt, aridus alter, atque ille quidem uapor appellatur: qui uero eſt aridus, is ueluti fumus eſt. atque ut humor ſine ſiccitate, ita nec ſiccitas ſine humore conſtabit. hæc tamen omnia ex materia in ipſis redundante dicuntur. quocirca halitus qui plus habet humoris, is pluuiarum eſt principium: aridus uero eſt flatuum origo, & natura omniũ: ex quo fit, ut flatus ſit aridus uapor. hoc autem loco minime mirari debemus, ſi quidam exiſtimarunt, eandem eſſe naturam uentorum, & imbrium, ducti nimirum maxima, quæ intercedit, ſimilitudine. eadem tamen non eſt, ut quidam arbitrantur. eundem enim aerem, ſi moueatur, eſſe uentum: ſi concreſcat, eſſe aquam affirmãt. etenim abſurdum fuerit, ſi aer is, qui nos ambit, dum motu cietur, flatus fiat, & unde uis motu pulſus, uentus ſit. nam quia continenter, ſed plus, uel minus, & maior uel minor fieri halitus ſolet, ſemper nubes, ac flatus in ſingulis anni tẽporibus fiunt. quia uero interdum multis partibus magis uaporoſus, interdum uero aridus, ac fumeus, ideo fit, ut D anni modo pluuii, & humidi: modo uentoſi, & ſqualidi ſint. terra enim poſt pluuiam, & ſuo, & a ſuperno calore reſiccata, halitum, qui uentorum materia eſt, profundit: cumque huiuſmodi ſecretio exiſtit, tunc uenti uigent. quibus ponentibus, quia calor ſemper ſecernitur, & in ſublime fertur, uapor refrigeratus conſiſtit, & aqua efficitur. ceterum uenti plurimi a ſeptentrione, & meridie ſpirant: ſiquidem aquilones, & auſtri flare plurimum ſolent. cauſſa eſt, quia ſol ea loca nõ adit: cum ad occaſum ortumque ſemper feratur. Cum igitur uentus ſit aeris fluens unda, cum incerta motus redundantia, ac naſcatur, cum feruor humorẽ inuenit, & impetus feruoris uim ſpiritus flantis exprimit; certe nubes ad latera curſus ſolis conſiſtunt. & cum ſol accedit, humor exhalat: cum recedit aduerſam in partem, imbres, hiemesq; excitantur. atque ubi terra plurimas aquas recipit, ibi maximam uim halituum gigni neceſſe eſt: ipſe autem halitus eſt uentus ideo merito fit, ut a ſeptentrione, ac meridie plurimi uenti oriantur. quia a ſeptentrione flant, aquilones: qui a meridie, auſtri nominantur. hæc autem non modo pulchrum, atq; honoratum, ſed etiam utile eſt ſcire. Venti enim ſi ſint ab ipſis habitationibus excluſi, nõ ſolum efficient corporibus integra ſanitate utentibus ſalubrem locum, ſed etiam ſi qui morbi ex aliis occaſionibus forte excitantur, qui aliis in locis difficulter curarentur, in his, propterea quòd excluſi uenti ſint, expeditius curari poſſent. morbi autem, qui difficulter curantur in regionibus, quæ uen-

tis subiectæ sunt, hi fuerint, grauedo, morbus articulorũ, tussis, pleuritis, tabes, fluxus sanguinis: E
& qui non detractione, sed porius adiectione curantur. Hippoctates uerò alias affectiones numerauit, de quibus deinceps differetur. Nunc uero illud obscurum nõ est, flatus a sole cõprimi, & excitari. halitus enim imbecillos, & exiguos tabefacit, & suo calore, qui est amplior, calorem halitus, qui minor est discernit, ac dissipat: prætereà uerò terram prius exsiccat, quàm affatim fiat secretio: sicut magnus ignis, exiguam materiã deurit prius, quàm fumum excitet; quã ob rem circa exortum orionis maxime uenti ponunt usque ad Etesias, & prodromos. quod duabus de caussis usu uenit. uel quia halitus ui frigoris extinctus fit: aut quia ab æstu elanguescat. Ceterum quatuor uenti sunt aliorum principes, eurus, qui ab ortu solis: anster, qui a meridie: fauonius, qui ab occasu solis; aquilo, qui a septentrione spirat. hæc autem loca inter se opposita sunt, magnamque habent latitudinem. quanquam octo uentorum differentiæ comperiuntur: si quidem inter austrum, & ortum solis hibernum flat is, qui euronotus nominatur: inter hunc uerò, & uerticem, & hibernum occasum libonotus: qui quidem omnes, & humidi, & calidi censentur: ideoque caput replent.

Sic legitur in exemplari secundo. deerat enim in primo καταλαίει τὸ ὀλίγον πρὶν καπνὸν ποιῆσαι.

* F

Hoc loco in utroque exemplari deest quidpiam.

*

Sunt etiam aliæ duæ differentiæ: quidam enim uenti uniuersales sunt alii proprii locorum, qui etiam regionibus attributi uocantur: cuiusmodi est is, qui in Apulia flat, atabulus nomine: uniuersales autem sunt, qui ubique locorum eodem nomine uocantur. qui ad loca pertinent. naturam sequuntur locorum, a quibus spirant: ut qui a salubribus salubres, qui a morbosis morbosi sint: & qui a terra spirant, ficciores: qui ab aquis, humidiores censeantur. & qui a mari, salnbres sint, maxime hieme, & uere: æstate uerò calidiores, quàm par sit. qui à fluminibus mittuntur, sunt his humidiores, sed hiberno tempore deteriores habent: æstiuo meliores. qui a stagnis, utrisque absurdiores: pessimi autem sunt, qui e paludibus prodeunt. qui a campis, & terra, quæ recte perfletur, meliores existimantur. ad summam omnes, qui sunt locis attributi, sunt uniuersalibus morbosiores. aquilones uero saluberrimi: fauonius ab occasu solis spirans humidus est, ac lenis, minus tamen salubris, quàm aquilo. noti quoque ab oriente flantes sunt ad bonam ualetudinem praui. itaque melior uentus est is, qui e magno mari flat. hunc uerò in bonita G
te sequitur qui a monribus descendit: peior, qui a cloacis urbem, & sordes expurgantibus, quiq; e stagnis, & locis palustribus emittitur, inter hos medium locum tenet is, qui ab alijs locis effunditur. planum enim est, loca sublimia, quia undique adaperta sunt, nec quicquam est, quod flatus arceat, facilius perflari. proinde fit, ut qui in illis uitam degunt, fere sani uiuant: humilia uerò minus salubria sunt propter calorem: præsertim uerò æstate: & quia minus perspirent, quòd regio fit humilior. Loca uerò, in quibus stagna, ac paludes sunt, morbosa putantur. caussa est, quia omnis adiacens regio humida redditur, & aer, qui ijs locis continetur, humidus, crassusq; est, & multos halitus excitat: ac si quis aliunde in ea loca se recipiat, is grauibus morbis corripietur: ut etiam solet in occasu, ortuque orionis propter mutationem contingere. etenim mutationes locorum non secus, quàm temporum, turbationem propter ipsarũ uarietatem afferunt. nunc autem, ut quomodo uenti siti sint, & unde proficiscãtur, intelligamus, non erit fortasse ab instituto nostro alienum, eos omnes forma quadam, ut geometrę faciunt describere. nam de eorum numero nõ iam inter omnes conuenit: alij enim esse quatuor præcipuos uolunt, tum alios innumeros statuunt: aliis octo esse placet: aliis duodecim. alii item quatuor, & uiginti commemorant. re uera autem si quis eos numeret, qui a locis, fluminibus, paludibus, stagnisque mittun H
tur, quamplurimos certe comperiet. nos uerò in hac forma orbem terrarum, ut censuit Eratosthenes Cyrenaicus, in quatuor partes, in ortũ, occasum, meridiem, & septentrionem diuidemus: ac principes uentos in iis collocabimus, tum alios statuemus, qui inter illos quattuor erunt interiecti. quemadmodum inter eum, qui subsolanus uocatur, & austrum ad ortum solis hibernum ponemus eurum: inter austrum, & fauonium ad hibernum occasum, africum. inter africũ & aparctiam, eum qui caurus nominatur: inter aparctiam, & subsolanum, aquilonem.

Decussatio

A



B

MERIDIES

Esto aũt in æqua planitie centrũ,ubi est littera a.gnomonis aũt, qui est littera r, antemeridiana umbra q̃ est p,ubi est b.& a centro ubi est a,diducto circino ad signũ umbræ, ubi est b.circulus ducaẽ.tũ expectanda est,dũ minor fiat,& iterũ crescat,& post meridianã umbrã,q̃ est q,antemeridianæ parẽ faciat:& lineã rotundationis,ubi est littera c, cõtingat.tũ a signo ubi est b,& ab eo,ubi est c,circino decussatim describaẽ,ubi erit d.deinde ꝑ decussationẽ ubi ẽ d, & cẽtrũ, linea ad extremũ,in qua e,& f,litteræ erũt,ꝑducaẽ.hæc linea meridianã,septẽtrionaléq; regio- C nẽ indicabit.tũc circino totius rotũdationis pars sextadecima sumẽda est, & cẽtrũ circini ponẽdũ in linea meridiana,q̃ tangit rotũdationẽ,ubi est littera e,& dextra,sinistraq; signãdũ , ubi g. h.litteræ erũt. simili quoq; mõ in plaga septẽtrionali centrũ circini ponendũ est in linea septentrionali rotundationis,ubi est littera f.& signandũ dextra,ac sinistra,ubi sunt litteræ i.& K.& a, g,ad K,& ab h,ad i,per centrũ lineæ perducendæ sunt.quare qđ spatiũ erit a,g,ad h,id erit uẽti noti,& meridianæ partis spatiũ.qđ uero erit ab i,ad K,erit septentrionis:reliquæ partes,ut tres a dextris,& tres a sinistris æqualiter diuidanẽ:q̃ sunt ad orientẽ,in quibus,litteræ l,& m.ab occidente,in quibus sunt litteræ n,& o,ab m,ad o,& ab l,ad n. ꝑducendæ sunt lineæ decussatim: atq; ita octo uentorũ spatia in circuitionẽ erunt æqualia.Tres igiẽ orientales uẽti sunt,eurus, q̃ ab aurora ruat:alter ab æstiua,& solstitiali meta uenit,aquilo,quẽ Homerus αἰθρηγενέτην,qđ cœlũ sudũ reddat,uocare cõsueuit:tertius est,qui ab oriẽte hiberno spirat: qui cũ inter eurũ & notũ sit medius , † euronotus appellaẽ . his oppositi sunt alij tres occidui,unus est argestes,quẽ ẽt caurũ aliqui noĩant:qui aduersus aquilonẽ: alter est fauonius,qui aduersus eurũ flat.terti⁹ africus,qui flare aduersus euronotũ vr̃. meridies vnũ meridionalẽ hẽre uentũ dr̃ , qui a sua natura nomen duxit.νότος.n.hoc est auster,appellaẽ,q͞a nebulosus est,atq; humectus . septentrio quoq; unum hẽt aparctiã.huius rei caussa est,quia ortus,& occasus commutatur:meridies uero & se- D ptentrio stabiles,fixiq; sunt.Sol.n.non sͤp eodem modo oxoriẽ,sed mõ ortus æquinoctialis, cũ sol eũ circulum,qui æquinoctialis dr̃,conficit,mõ solstitialis,& brumalis uocatur.similiter occasus eius mõ æquinoctialis,modo solstitialis,modo hibernus noĩatur. Qui uero esse modo quattuor uentos uolunt,ij Homerum auctorem hñt,qui quattuor solum numerauit in his uersibus:

Vna eurus,grauiter spirans , Zephyrusque , notusque ,
Et boreas uastos uoluunt ad littora fluctus .

qui multos statuũt,hãc cõiecturã ex illorũ situ,ac positu sumunt.ꝑspectũ.n.hẽmus,fauoniũ ab occasu æquinoctiali flare:subsolanũ uero huius contrariũ,ab ortu æquinoctiali: austrũ porrò a meridie,aquilonẽ,& aparctiã a septentrione.aiunt.n.per tñ spatiũ,atq; interuallũ nõ posse hos solos aduersus sese flare:neq; alios oĩno uentos inueniri,q͞ inter hos sint medij: id qđ esse uerũ vr̃:atq; id ita cõfirmãt. ab ortu æstiuo flat cæcias,cui cõtrarius est africus, qui quidẽ ab æstiuo occasu flat:sicut ab ortu hiberno flare eurus vr̃,qui est noto ꝓpinquus.ex quo fit , ut sæpe flare euronotus dicaẽ.ei uero cõtrarius est argestes,q͞ ab æstiuo occasu flat.hos aũt esse cõtrarios,& ꝑ diametrũ oppositos aiũt.Inter argestẽ, & aparctiã est is,quẽ thrasciã uocãt:medi⁹ uero inter cæciã,& aparctiã est is,quẽ mesen noĩant.est ꝑterea alius,q͞ phœnicias appellaẽ.Quæ cũ ita sint,

illud

In Græco libro omnes fere litteræ,ex quibus hæc forma conficitur;erãt deprauatæ. itaq; eas ita, u. uides restituimus.

† *Vulturnus.*

illud quoq; pterire quemq̃ non dẽt, eos uentos, qui ab occasu flãt esse frigidiores: qui ab ortu, E
calidiores: ppterea qđ orientales diutius sub sole morantur: at eos, qui ab occasu, cũ Sol citius
deserit, tum uero serius ẽt ad ea loca accedit, quã rem Hippocrates quoq; in libro de aere, aquis
& locis scriptam reliquit. Si qua inquit ciuitas ad uentos sita sit calidos: cuiusmodi sunt, quæ in
ter hibernũ ortũ solis, & hibernũ occasum, & cetera. cõtrarij aũt flare simul nõ põt; sed necesse
est, ut eorum alteruter ui alterius compressus, conquiescat. eos vero, qui nõ sunt per diametron
oppositi, nihil uetat simul spirare. Iam uero ẽt in contrarijs anni partibus venti contrarij flant
maxime; ut circa autũnale æquinoctiũ flat africus: circa solstitiũ fauonius, circa brumã eurus.
in alios uero incidunt, eosq; sedant aparctiæ, thrasciæ, & argestæ. hi. n. sæpe nubes dispellunt, ac
cęlũ sudum reddunt, nisi forte vsu ueniat, ut frigidi simul sint: siquidẽ tunc sereni esse non solẽt.
humidi porrò sunt africus, & cæcias. atq; hic quidem serenus nõ est, quia in se ipsum reflectitur.
argestes & eurus sicci sunt. meses & aparctias niuosi. aparctias, thrascias, & argestes grandinem
gignunt. æstuosi auster, fauonius, & eurus. Sunt qui austrum esse perpetuo humidũ putẽt: qđ tñ
non est; siquidem interdum siccus vr̃: eumq; plerique leuconotum uocant. Hippocrates quoq; in
primo de uulgaribus morbis cum primum statum recenseret, ita scripsit: Cum inquit, totus hic
ductus esset austrinus, & squalidus. ac talis auster subinde est vehemens, † eiusq; motus semper F
est perspicuus. alter est auster, q lenis est, atq; in aere, & nubibus motus semper est perspicuus.
alter est auster, qui lenis est. atq; in aere, & nubibus motum hẽt, qui sensum fugiat. atq; hic qui-
dem est perpetuo calidus. at qui leuconotus uocat̃, interdũ frigidus vr̃. sunt præterea etesiæ, qui
transeũt ad occidẽtalis plagæ incolas ex aparctia, in thrascias, argestas, & fauonios: incipiũtq;
a septentrione, & in eos, qui procul absũt, desinunt. apud orientales uero, usq; ad subsolanum
transeunt. atq; hi flant cũ canis orit̃: & æstatis lenire æstũ solẽt. ac quædã quasi suffocatio ęstate
esse solet, cũ æstas suapte natura calida sit, nisi venti, qui præcurrant, quos prodromos uocãt,
& qui consequuntur, quos etesias nominant, perflarent: quos canis ortus distinguit. Ventus aũt
magnã sępe utilitatem, aut damnũ inuehit: quia non semper conducit hoĩem aeri exponere, ut
hieme pp frigus, æstate pp calorem: itemq;, quia uitare uentos oportet. horum. n. caussa sæpe-
numero fit, vt non modo in liberũ aerem, uerũ ẽt ad ianuas, & ad fenestras, qua uentus uehemẽ
ter perflat, deducere ægrotum caueamus. in illis aũt potissimũ uentos cauemus, in quibus ner-
uos pati aliquid ueremur: sicut ẽt solẽ in putrescentibus uitamus, cum ea ad sanguinis eruptio-
nem esse apta uideantur. atq; hæc quidem de ventis generatim, & speciatim dicta sint. nũc uero
particulatim de austro, deq; aquilone, & ijs malis, quæ afferunt, dicendũ est. Hi igitur uenti con G
trariam hñt temperaturam: nam aquilo siccus, frigidusq; est; auster calidus & humidus natura.
quocirca ille absumit oĩa, quæ in corpore sunt superuacanea, instrumenta stabilit, cõstringit, ac
cogit: aĩales, naturalesq; actiones meliores facit, ut corpora ad audiendũ, ad mouẽdumq; aptio
ra, & coloratiota reddantur: sed aluũ sistit, oculos mordet, & antecedentes pectoris dolores irri
tat. auster uero maiora aduehit mala: nam corpora dissoluit, capiti grauitatẽ affert, difficultatẽ
auditus parit, excitat uertigines, quæ morbum comitialẽ, atq; attonitum præcedunt: aliaq; pra
ua symptomata efficit: cuiusmodi est difficultas motionis in oculis, ac toto corpore: aluum aũt
humectat. quam ob rem merito dixit austrũ afferre grauem auditũ, oculis caliginẽ offundere,
caput prægrauare, torpẽtes, ac lãguidos efficere. Solidæ. n. animantis particulæ actiones obeũt.
itaq; illæ plenæ humorum peius suis actionibus funguntur. neq; admirabile cuiquã uideri dẽt,
hæc esse ab Hippocrate de austro memorata, si uelit expendere, quænã sit eius uenti, ut dixi, na
tura. perspicuum. n. est, ipsum humida, calidaq; natura esse. quæ uero sunt hmõi, ea uim replẽdi
capitis hñt oĩa. vnde capitis grauitates gignuntur, oculiq; caligine obducuntur. cum. n. cerebrũ
humidiorem constitutionem persentiscit, tunc uoluntarię actiones deteriores necessario reddũ
tur. atq; hinc torpor, ac ueluti dissolutio & lãguor, corporis exoritur. Cũ igitur auster uiget, hęc H
fieri cõfirmat. contraria fere in aquilonalibus constitutionibus contingunt. ut. n. auster torpẽtia
facit corpora, ita aquilo ad motum reddit prõptiora: ut ille dissoluit: sic hic contenta efficit: ut
ille hebetem auditũ parit, sic aquilo auditũ exacuit: ut ille aluũ humectat, sic iste exsiccat. ut ẽt
auster caput grauat; ita aquilo, excrementa consumens, totũ corpus leuius reddit. Addit aũt, cũ
auster regnat, hoĩes pati ulcera madentia, præsertim uero in ore, ac pudendis, & alijs partibus:
idq; uerum est: cuius rei caussa facile põt excogitari. quæ. n. putrescunt, ea ui coloris maxime pu
trescunt, cui rei adiumento est ẽt humiditas: auster aũt utranq; qualitatem, hoc est colorem, hu
miditatemq; hẽt. merito igitur fit, ut hoĩes in austrina constitutione hosce morbos patiantur.
quinetiam locorum natura non parum facit, ut corruptelæ in eis oriantur: nam & ori, & puden
dis magnam uim humiditatis natura tribuit: & habent præterea glandulas propinquas, quibus
est natura comparatum, ut quæcunq; superuacanea sunt, in se excipiant. immo uero pudenda
computrescunt semper, cum æstas multo humidior, aut uẽtis magis vacans, aut magis austrina
fuerit. nã ubi plurimũ a statu naturali ad humiditatẽ, ac uentorum uacuitatẽ recessit, nõ mõ ge
nitaliũ, sed cuiusuis etiam alterius partis corruptelas facit. talis sane fuit ea tempestas, quam ip-
se in tertio de morbis uulgaribus descripsit his uerbis: Annus inquit, erat austrinus, pluuius,

† In Gal. li. est negatio, quam expunximus, ut ab altero austra differat.

omnino

A omnino uentis vacans:& item in ſecundi libri initio:Carbones Cranoni erant æſtiui,pluit per æſtum largo imbri.hoc per totum contigit,preſertim ſub auſtro.Iam uerò mutationes,quę paulatim fiunt, ac non ſolum quæ affatim eueniunt, pudenda attingunt: ſiquidem ipſa de quauis leui cauſſa ſolēt putreſcere,talia igitur in auſtrina tempeſtate homines patiuntur. alijs uerò malis urgentur in aquilonali:nam & tuſſes,& fauces aſperæ,& alui duriores,& urinæ difficultates, †horrorem inducentes,& dolores coſtarum,& pectoris homines exercent.ac tuſſes quidem ex organorum reſpirationis intemperie,& faucium aſperitate oriuntur.male enim afficiuntur fauces,cum aquilo ſpirat:propterea quòd ſiccantur,ac refrigerantur, ideoque aſperæ redduntur, quinetiam inferior venter arida excernit,ſic a ſicca conſtitutione coactus.Quoniā autem aquilo non modo ſiccat,ſed etiam refrigerat,idcirco ueſica etiam læditur.quam ob rem urinæ difficultas excitatur.nam partes exangues facile a cauſſis frigus inuehentibus aliquid mali patiuntur.ac non modo idem frigus aquilonis urinæ difficultatem parit,ſed etiam horrores, & coſtarum,pectoriſque aut mammarum dolores.cum igitur is dominatur,tunc magis,quàm alias, expectare huiuſmodi morbos oportebit.Id autem ipſe uidetur de uehementibus auſtrinis,& aquilonijs conſtitutionibus uelle intelligi : quæ longo tempore perdurarint : quod ipſe uerbo illo, B δυναστεύῃ,quod dominari ſignificat,indicauit:ut neque de uentis breui tempore flantibus,neq; de ijs,qui pluribus illi quidem diebus,ſed tamen infirmiter ſpirent, ſed de ijs, qui uehementer perflent,uerbum illud eſſe dictum intelligamus,

† *Alter liber habet opinat. tamē. 3. apho. 5 legitur opiρινῶς.*

14 *Si is magis dominetur,e ſqualoribus febres conſequuntur,itemque ex imbribus, ex quibus utique redundantiæ inciderint:& quomodocunque affecta ſint corpora, ut ex alio anni tempore quid ſuſcipiūt; & quicunque tandem humor ſit,qui in corpore dominetur,*

Hoc idem eſt accuratius in aphoriſmis conſcriptum, hoc fere modo: In ſqualoribus febres acutæ fiunt.ait enim in ſqualoribus non multas,ſed acutas febres fieri;ſiquidem humores magis biliosi redduntur,& pauci morbi oriuntur;quod ipſe confirmauit,cum dixit,Ex anni temporibus in uniuerſum ſqualores ſunt imbribus ſalubriores,& minus mortiferi.in ſqualoribus enim ſuperuacanei humores per halitum digeruntur:imbribus uerò,quę intus collecta ſunt in corpore putreſcunt:niſi quis ea,quæ quotidie congeſta ſint,expurget exercitationibus,& balneis: ſiquidem ſiccis potius,quàm humidis tempeſtatibus uacuantur.quocirca ſqualores,tanquam ſalubriores,ſunt imbribus anteferendi,licet febres acutas afferant. Quod uerò addit, itemque ex imbribus: indicat febres quoque ſequi, cum humidæ conſtitutiones ſint, præſertim uerò ſi redundantiæ C excremetaque adſint:& corpora malitiam ex alio anni tempore, & ex illo ipſo ſtatu contraxerint.tunc enim longæ febres fere fiunt.atque id merito.magna enim uis humiditatis,quæ concoctionem poſtulat, longiore temporis ſpatio concoquitur. proinde longi morbi fiunt.ad hoc accedit etiam is,quem ipſe dicit, humor redundans, qui frigidior,pituitoſiorque eſt.quæ uel una cauſſa cogit,ut lōgiores etiam febres ſint.Cuius autem modi futuri ſint morbi, ipſe aperte non expoſuit:innuit tamen,cum ait,Et quomodocunque affecta ſint corpora: hoc eſt,ut facile a morbis,corripiantur, aut ſecus: & quoſcunque tandem habeant collectos humores in corpore.nam quales fuerint humores,tales erunt morbi.hac autem de re dictum eſt ſuperius,neque eadem nunc iterare opus eſt.

15 *Sed ſiccitates auſtrinæ,aquilonaleſque ſunt: differunt enim,& alia hoc modo.nam,& hoc magnum eſt:aliud enim alio tempore,atque in alia regione magnum eſt:ut æſtas bilim,uer ſanguinem parit:& alia tempora,ut ſingulorum fert natura.*

Vtrum ſiccum,an ſqualidum,an aquis uacans dicas,nihil intereſſe, norunt oēs, qui uel mediocriter ſint in linguæ cognitione exercitati.ſunt autem ſiccitates non modo aquilonales, ſed etiam auſtrinæ,quamuis auſter ſuapte natura humidus ſit.In primo autem de morbis uulgari-D bus libro auſtrinum cæli ſtatum, & eundem aquis uacantem deſcripſit. de quo ipſe in eodem libro extremo ita uerba fecit:Cum autem,inquit,tota illa progreſſio eſſet auſtrina,& ſqualida. ceterum huiuſmodi tempeſtates multum a naturalibus differunt:ac morbos,qui uarietati ipſorum proportione reſpondeant,afferunt.immo uerò etiam ſi humores uariantur: ut qui æſtate redundare conſueſſet,is autumno, aut uere exuperet, tum morbi naturam humorum conſequuntur.hocque ipſe magnum quid eſſe affirmat;ac nullo pacto negligendum.exemplo autem rem totam declarat.æſtas,inquit,bilim;uer ſanguinem parit.In libro De natura hominis aperte de humoribus diſſeruit,deque ijs temporibus,in quibus uigent. Augetur inquit,in homine pituita hieme.Ipſa enim inter ea omnia,quæ inſunt in corpore,ſuapte natura hiemi reſpondet. frigidiſſima enim eſt.itemque cum ait,Vere ſanguis augetur,tum cauſſam addit, etenim frigus remittitur,& aquæ ſuccedūt. ſanguis enim ſub his augetur.de æſtate autem habet hæc.Aeſtate bilis ſe in corpore extollit,& in autumnum uſque pertinet. atra autem bilis cum plurima, tum uerò etiam uehemētiſſima autumno eſt.Itaque ſi uere pituita ſit,æſtate uerò atra bilis,aut alius quidam humor,qui illius naturæ non conueniat, tunc tales morbi orientur, qualis ille humor exiſtat.quod uerò ait,& alia tempora;autumnum,hiememque ſignificat.nam in hac pituita, ut dictum eſt,in illo atra bilis redundat.

Mutationes

16 *Mutationes potissimum morbos pariunt: præcipue autem maximæ. & in temporibus magnæ mutationes: & in alijs. quædam sensim progressu fiunt, atque huiusmodi tempora sunt securissima: sicut etiam diæta, & frigus, & calor maxime progressu sensim facto. itemque ætates ita commutantur.* E

Hanc orationem habes in aphorismis a nobis explicatam: quo in loco, & quas mutationes hic intelligere oporteat, & quot modis hæc variata scriptura sit, ostendimus. vt igitur mutationes potissimum morbos pariunt, sic magnæ mutationes in temporibus, & item in alijs rebus, q̃ in vita contingunt, si affatim, ac simul fiant, afferre morbos solent. quæ verò progressu quodam & sensim, & paulatim fiunt, non item. quinetiam anni tempora, diætæ, calor, frigus maxime progressu quodam sensim facto, & paulatim commutata, securissima sunt: quod ipse quoque in libro De ratione victus in morbis acutis, vbi de consuetudinis mutatione disseruit, plane declarauit.

17 *Naturæ, quod ad anni tempora attinet, aliæ ad æstatem, aliæ ad hiemem, aliæ ad regiones, ætates, diætas: & alias constitutiones, bene aut male affectæ sunt.*

Quæ in commentarijs de temperamentis dicta sunt, nihil opus est huc transferre. satis enim fuerit, nosse, positum esse, vnam solam temperaturam temperatam, optimamque esse: intemperatas verò, ac prauas octo: hasq; aut simplices, aut compositas. simplices quatuor sunt, calida, frigida, humida, & sicca: compositæ sunt hæ, calida, & sicca: humida, & calida: frigida, & humida; frigida, & sicca. priusquam de ijs dico, quid naturæ nomen significet, explicare decreui. Natura igitur significat primam substantiam, quæ omnibus corporibus, quæ generantur, & corrumpũtur, subiecta est: vnde quibusdam philosophis nomen est ductum, vt naturales uocati sint. Itaq; illi, qui de stirpibus, herbisq; conscribunt, eorumque substantiam explicãt, sensibilem ipsorum docere naturam dicuntur. nunc verò ipse naturam appellat, quã nos temperaturam vocamus: quæ ex quatuor elementis humido, sicco, calido, & frigido: aut ex quatuor humoribus, sanguine, pituita, & utraq; bili coflata est. hanc autẽ naturam bene, uel male affectam esse, vel ad æstatem, vel ad hiemem, vel ad regiones, ætates, victus rationem, & alia studia confirmat: vt humidæ, & frigidæ naturæ sunt optime ad æstatem comparatæ: calidæ, & siccæ ad hiemem: male verò ad æstatem, sicut frigidæ, & humidæ male ad hiemem. aliæ naturæ modice se habent, sicut calidæ, & humidæ ad æstatem, & hiemem: atque æstate quidem melius affectæ sunt, quatenus humidæ: & item melius hieme, quatenus calidæ. ita etiam in regionibus se res habet: humidæ naturę ad siccas: siccæ ad humidas bene sunt affectæ: calidæ quoque, & frigidæ simili modo sunt bene ad contrarias affectæ. eadem est ætatum ratio. Vt enim dies toti anno proportione respondet, vt ver matutino tempori: æstas meridiei, autumnus vesperæ, hiems nocti similis sit; ita etiã ætas: nam puerorum ætas veri similis est; florentium æstati: declinantium, autumno: senum denique hiemi. ita fit, vt tempus consimile prosit, dissimile noceat. Quod verò ait, alias constitutiones: significat aerem, qui nos ambit. etenim morborum differentiæ ex temperatura aeris nos ambientis fiunt pro cuiusq; natura, & diæta, quam quisque dum bene ualeret, seruarit. Diætam autem hoc loco non intelligo eam solam, quæ in esculentis, poculentisq; consistit, sed in alijs ẽt omnibus uersatur, vt in otio, negotio, balneis, rebus venereis, somno, uigilia, & cæteris oĩbus quæ in hominum corporibus quouis modo possunt accidere: quæ ipse vno nomine appellare instituta consueuit. F G

† In primo exẽplari sic legitur. in altero uero, hac particula est cũ sequenti contextu uerborũ cõiuncta: & ita uelle Galenus uidetur.

18 *Morborum alij ad alias bene, aut male affecti sunt. & ætates ad tempora, & regiones, & diætam † & morborum constitutiones.*

Calidæ naturæ, ætati, anni tempori, constitutioni, ac regioni familiares esse calidos morbos nouimus. frigidis frigidos: aut siccioribus sicciores: humidioribus humidiores. quocirca si febris ardens æstate oriatur, non admodum admirabile fuerit: quando est ad illius temporis naturam comparata. at si hieme consistat, scire conuenit, sine maxima affectione constare eam eo tẽpore non posse. tunc enim nunquam aliter exorta esset, nisi causæ uehementia ac ui contrariũ statum temporis suprauisset. quam ob rem in duabus febribus ardentibus, quarum par sit magnitudo, ea perniciosior est, quæ hieme existit. vnde illud non esse uerum apparet, quod quidam dictitant, familiarem esse ægrotantis naturæ morbum, qui sit temperaturæ contrarius, perinde quasi aptus morbus dicatur. Adhibere igitur Hippocratis verbis mẽtem oportet, ut cum ait, morbos esse bene affectos ad anni tẽpora, intelligamus, similia tempora ualere ad morbos gignendos: contraria verò ad expellendos. sic etiam ætates, naturæque affectæ sunt, ut frigidæ naturæ ad calida tempora, calidæ ad frigida bene sint comparatæ: & ætates quoque, vt senum ad æstatem, florẽtium, ad hiemem. morbi item atq; ætates ad regiones sunt comparatæ. nam in calidis regionibus morbi calidi proueniunt: & minus periculum afferunt: & calidiores ætates in locis frigidioribus salubrius degunt: in calidioribus frigidiores. eademque in alijs qualitatibus est ratio. Iam verò, & morbi, & ætates ad uictus rationem bene, & male sunt affectæ. ac de morbis quidem ipse multis in locis uerba facit: ut cum ait, Humida diæta febricitantibus conuenit, & item, Victus tenuis, & exquisitus in morbis quidem longis semper, in acutis uerò vbi non conuenit, non est tutus. & deinceps: In tenui victu ægroti peccant: proinde magis læduntur, H

tur,

A tur. Et cum optimum, vtileque præceptum nobis hoc aphorismo tribuit, Cum morbus inquit, in statu sit, tum vel tenuissimo victu vtendum; tum verò multa addit, quæ ad victus rationem in morbis seruandam pertinent, vt ne ea commemorem, quæ ipse in libro De ratione victus in morbis acutis, & alibi sexcentis in locis conscripsit. Aetates porrò non secus, quàm morbi, sicciores ad humidiorem victus rationem: humidiores contra ad sicciorem sunt bene comparatę. quoniam autem morborum, constitutionum, & aliarum rerum male affectarum medicamina contraria sunt, ideo contrariæ ætates, & morbi ad contrarias victus rationes bene: similes contra, male affectæ sunt. præter quam si temperata ætas cum temperata victus ratione, itemque anni tempore, & regione comparetur: quia eo casu similes a similibus bene afficiũtur. aliter uerò, secus fit. eandem autem sententiam, & ijsdem fere verbis expressam in aphorismis, & a nobis explicatam poteris perlegere. quare iam ad ea, quæ sequuntur, transitum faciamus.

19 *Atque in temporibus diæta, cibi, ac potus, quales sint: nam hiems uacationem habet ab actionibus: & quæ in corpus ingeruntur, ea matura, simplicia que requirit. hoc enim etiam per magni refert. ὀπώρη laboribus est dicata. sub insolationibus autem crebri sunt potus, cibi inconstantes, uina, arborum baccæ.*

B Diætam, cibosque ac potus offerre debemus, cum morbi constitutio, ac tẽpus postulat: nec dare, cum hæc contra indicare videantur. nam si quis in statu morbi dare quidpiam velit, is nõ animaduertit, se naturam, quæ prius magna ui in concoctionem humorum morbum facientiũ illo tempore incumbebat, auertere, atque ad aliam concoctionem adtrahere. atque hoc est perpetuo uerum in ijs morbis, in quibus diæta omnino, & curatione nitimur, atque confidimus. Tempora autem ipse distinguit, sed non omnia: siquidem hiemem modo, partemque æstatis cõ memorat. In aphorismis autem de hieme, deque vere locutus est, cum ait, Ventres hieme, & vere natura calidissimi, & somni longissimi. his igitur temporibus plus cibi dandum est: siquidem plus natiui caloris habent. quare maiorem alimenti copiam requirunt. ergo non solum ait, hieme plus cibi dandum esse, quia etiam homines plus expetunt, sed caussam quoq; adiungit: quia inquam, plus natiui caloris inest in corpore, somnique longissimi sunt: quę res facit ut homines facilius, quod sumpserunt, concoquant. illa porro sunt huiusmodi, propterea quod hieme, & vere calidissimi uentres sunt. quoniam enim per hiemẽ natiuus calor propter circunstans frigus refugit, & in partes intimas corporis se recipit; per æstatem verò ad cognatum calorem extenditur: ideo accidit, ut illo tempore propter frigus augeatur, in hoc uerò propter æstum digeratur.

C Est enim Hippocratis sententia, corpora animantium cum aeris nos ambientis constitutionibus affici. ut dum illius temperatura sicca est, ipsa quoque siccata sint: dum illa est humida, ipsa sint humecta: ita etiam calefacta in calidis aeris constitutionibus, & refrigerata in frigidis habeantur. Vt uerò aer nos ambiens calidus sit, quem calorem æstiuo tempore habet, in caussa est sol, qui prope ad uerticem nostrum peruenit, & lõgiorem diem facit. frigoris quoque, quod hieme uiget, idem sol auctor est. neq; hoc mirabile est. obliquus enim humilisq;, & exiguo spatio tẽporis supra terram latus, cursum suum conficit; ac longiores noctes efficit: quod non parum ad concoctionem conferre, nemo est, qui ignoret. ceterum ipse alias etiam caussas attulit: quia inquam, hiems uacationem habet ab actionibus, & quæ in corpus ingeruntur, matura, simpliciaque sunt, quæ omnia faciunt, ne natura alio diuertatur, & ad aliud quidpiam conficiendum distrahatur: sed maxime, & sine ullo impedimento in concoctionem eorũ, quę sumpta sint, incumbat. æstate autem contra fit, itemq; autumno, ut ipse in aphorismis docuit: Aestate inquit, & autumno cibos ferunt difficillime: hieme facillime, uere minus. id quod propter antedictam caussam usu uenit: quia inquam, hieme natiuus calor est copiosior, & alimento indiget: ideo plura etiam danda sunt. & omnes alimenti copiam hieme facile ferunt: difficulter æstate; propterea quòd natiuus calor, qui alimẽta concoquit, & conficit, est exiguus. quam ob rem si hieme raro

D quidem, sed tamen multa alimenta offerre uelis, non errabis. æstate uerò ne uniuersum, multũque des, modis omnibus cauendum est. ex alijs duobus anni temporibus autumnus æstatem consequitur: uer hiemem. nec difficile est, caussam inuenire: nam autumno corpora refrigerari cogi, ac densari: uere, laxari, & rara fieri incipiunt. simili quoque modo ab ætate, consuetudine, & a regionibus quispiam dandi cibi, ac potus indicationes sumpserit. hæc enim singula uires aut imbecillas, aut robustas, & corpus, aut plethoricum, aut indigens, aut malis humoribus refertum reddunt. Quod uerò ipse ait, in autumno, cõtrario nomine opponitur ijs, quæ in hieme dicta sunt. hoc enim tempore cibi simplices sunt, hoc uerò incõstantes, & itẽ fructus arborum, & uina. nisi forte ὀπώραν, appellat medium æstatis, quod tempus Græci ὥραν nominant: quanquam hoc nomine appellant etiam autumnum, hiemem, & uer; per excellentiam tamen ὥραν nuncupant eam anni partem, in qua fructus, quos horæos uocant, ad maturitatem perueniunt. porrò ordo temporum, ut ipse persæpe in libris De uulgaribus morbis, & qui in his rebus principem locum tenent, conscripserunt, est huiusmodi. ortus uergiliarum est æstàtis initium: post quas caniculæ ortus oporam, quam uocant, inchoat: quam secundam æstatis partem quidam statuunt. post eam arcturus suo exortu autumni facit initium: deinde occasus uergiliarum dat

hiemi

hiemi principium: quam excipiens equinoctium ueri initium tribuit. ex quo fit, ut in oporis sint E insolationes, & uina. nam mora in sole cogit, ut sæpe homines bibant: quod etiam ad agendum impellunt opera, & actiones. ceterũ uinorum sunt multa genera: inter quę ea, quę aquea noĩant tur, perexiguum corpori alimentum præbent: crassa, & sulua multum alunt: ac multo etiam magis nigra. aquea autem per urinas facillime secedunt: propterea quòd tota fere quàm cellerime prius ad iecur subuehantur, quàm quicquam per aluum descendat. alia uerò omnia, ex quibus manifestum quid subit per uentrem, secedunt ad proportionem temporis, quo nutriunt. Iam uerò multæ uigiliæ ex biliosis excrementis proueniunt. quam ob rem & pinguedo, & tenera caro colliquatur, & sanguis ipse corrumpitur, etenim ex continua * * *

Videntur hic multa desiderari:

immo uerò ad hæc omnia ualde erunt accomodata balnea, & frictiones: quæ quidem maxime ad uigilias ualebunt: siquidem hæ non modo in morbis antedictis, sed etiam in febribus molestæ esse solent. quocirca præter auxilia, quæ iam adscripsi, hoc perquam admirabile compertũ F est, cuius ego persæpe periculum feci, & nunquam * Eo igitur tempore, quo se quieti ac somno tradere homines solebant, crura, & manus excipere uinculis oportet, tum iubemus, ut excitentur: eosque palpebras aperire; & conniuere cogimus, donec sint abunde fatigati. tum repente uincula soluimus, lucernam auferimus, ac multam quietem imperamus. per diem uerò alia multa esse ad hanc rem accomodata in libris methodi medendi demonstrauimus. de quibus. * * *

* In secundo exemplari sic, ea spes me frustrata est.

20 *Quemadmodum ex anni temporibus licet facere de morbis coniecturam: ita quãdaque etiam ex morbis † aquas, uentos, & siccitates, & aquilonales, & austrinas constitutiones licet præsagire in posterum. hoc enim et integrum erit facere, qui probe, ac recte didicerit, unde hæc consideranda sint: ueluti lepra quædam, & circa articulos dolores, ubi futuræ sunt † aquæ, pruritum excitant, & alia huiusmodi.*

† pluuias.

† pluuia.

† Aquæ uel morbosæ sunt, uel salubres. ideo ex eis bona, & mala esse prouentura, uerisimile est. palustres igitur, stabiles, & lacustres æstate calidas esse, crassasque, & fœtentes necesse est: ut ipse in libro De aere, aquis, & locis docuit: quo in loco etiam caussam attulit, his uerbis: quia in quit, non defluunt, sed aqua pluuia semper noua accedit, solque adurit, ideo decolores, prauæ, G ac biliosæ sunt necessario. hieme uerò concretæ, frigidæ, ac præ niue glacieque perturbatæ: ac proinde maxime pituitosæ. quæ cum dixisset, morbos etiam ex ijs profectos subiunxit: Quique inquit, eas bibunt, eorum lienes semper magni, ac pleni, uentresq; duri, & tenues, & calidi sunt humeri, claiculæ, & facies extenuata. tum addit, uentresque, & supernos, & infernos habent aridissimos: hoc est thoracem, & uniuersum alimenti uas, quod infra septum trãsuersum est, & intestina. deinceps uerò hæc quoq; adiecit: præterea uerò, & aqua inter cutẽ plurima, maximeque perniciosa oritur. atque æstate difficultates intestinorum plures, aluique profluuia, & quartanæ febres diuturnæ excitantur: Quæ cũ de ęstate dixisset, deinceps de hieme scripsit ad hunc fere modum: Hieme inquit, peripneumoniæ, & insaniæ morbi, iuniores inuadunt: seniores uerò febres ardentes, idq; propter uentris duritiam, exercent. mulieribus œdemata molesta sunt, albaque pituita: uix in utero concipiunt, ac difficulter pariunt. Ad hęc uerò subiunxit etiã alia: pueris inquit, herniç, uiris uarices, ulceraque tibiarum pręcipue oriuntur. ex quo fit, ut huiusmodi naturæ esse longęuę non possint. De altero uerò aquæ genere scripsit hæc: Secundo loco censentur, quarum fontes e petris scatent: easque duras esse necesse est: aut ubi aquæ calidę sunt, aut in quibus ferrum, aut æs, aut argentum, aut sulfur, aut alumen, aut bitumen, aut nitrũ gignitur: quæ omnia uis caloris efficit. quocirca, & ad usum, & ad bonam ualetudinem huiusmodi H aquas uituperat. præstantissimas autem putat eas, quæcunque e sublimibus locis, & collibus terreis manant. caussa est, quia & dulces, & albæ sunt, & hieme calidæ, æstate frigidę. eas uerò laudibus ornat maxime, quarum defluxiones ad ortum solis, pręsertim ęstiuum erumpunt: quod necesse sit, eas splendidas esse, suaui odore præditas, & leues. damnat salsas, indomitas, durasque: utpote ad potum inutiles, ac noxias. aqua pluuia leuissima dulcissimaque est, itemque tenuissima, & limpidissima. Quam ob rem merito ait, ut ex anni temporibus facimus de morbis coniecturam, ita etiam ex morbis nos prænoscere aquas futuras, & alia posse. nam, ut est apud Hippocratem conscriptum, calculi maxime gignuntur: & renum uitia homines corripiunt, & lotium ægre it, & coxendicum dolor suboritur, & herniç fiunt, cum aquas cuiusque generis bibunt: & ex magnis fluminibus hauriunt, in quæ alij fluuij ingrediuntur, & e lacu, in quem multę defluxiones deriuant. Iam uenti quoque aquas uariant maxime. nam alijs aquilo, alijs auster uires adiungit. idcirco in huiusmodi necesse est limum, & arenam in uasculis subsidere: atque ex harum potu morbos antedictos exoriri. ne uerò hoc de omnibus esse aquis dictum existimemus, addit hæc: Quorum igitur uenter facile fluit, sanusque est, & uesica non feruida, ac

† Hippoc. uidetur de pluuia agere, & tamen hic de bonitate, & uitio aquarum disseritur. fortasse igitur aliquid desideratur.

uesicæ

A vesicæ ceruix non admodum simul ardescit, ij facile mingent, ac nihil in uesica coaceruabitur: at quorum venter feruidus est, uesicam quoque idem pati necesse est: propterea quòd cum supra suam naturam sit excalfacta, eius ceruix inflammatione excipitur. his autem conflictata malis, urinam non emittit, sed in se ipsa concoquit, & adurit: quodq; eius tenuissimum est, excernitur: quod uerò purissimum est, permeat, ac mingitur. at quod crassissimum, turbidissimumque est, id coaceruatur, ac concrescit: ac primum quidem, parum: deinde vero magis. Atque hęc quidem ipse de morbis, qui ex aquis oriuntur, memorauit: ut ex illarum usu genera morborum cognoscamus. Quomodo autem ex anni temporibus idem nobis notum fit, non omisit ipse, quin paucis exponeret: Si, inquit, in astris orientibus, occidentibusque signa ex ratione fient, sique in autumno pluat, atque hiems moderata sit, ut neque ualde clemens, neque suo frigore modum illius temporis excedat, ac uere, & æstate pluuiæ tempestiuæ decidant; tunc uerisimile est, annum fore saluberrimū. at si hiems sicca, aquilonalisq; sit, uer pluuiū, & austrinum, æstas illa febres, lippitudinesque afferat, necesse est. cum enim æstus derepente accedat, terraque adhuc humida, & propter uernos imbres, & propter austrum, sit, tunc necessitas cogit, æstum a terra humecta, & & calida, & a sole urente esse conduplicatum. paulo uerò post hæc etiam habet: ut acutissimæ febres omnes homines, præsertim pituitosos inuadant: uerisimile etiam est, difficultates intestinorum affligere, & mulieres, & eos, quorū natura est humidior. si uerò circa ortū canis, & pluuia, & tempestas accedant, etesiæque spirent, spes est, morbos sedatum iri, autumnumque salubrem fore: sin secus, & pueri, & mulieres periclitantur, ne de uita excedant; senibus hoc periculum minime imminet. tum uerò addit: At si hiems austrina, pluuia, clemensque fuerit, uer aquilonale, & squalidum, & hibernum, in primis ait, mulieres partum abijcere. & quæ fœtum in lucem edunt, eas, puerulos imbecillos, morbososq; parere: homines uero lippitudinibus siccis, ac difficultatibus intestinorum corripi: ac nonnullos destillationibus a capite in pulmones. quam ob rem fieri posse uidetur, ut quis habita ratione tēporum, & eorū cognita mutatione, possit futuros morbos prædicere: quemadmodum Hippocratem fecisse, & nouimus, & monuimus. pluuię autem futuræ multis modis cognoscūtur; ut a luna, uelut Aratus cecinisse uidetur his uersibus:

Cum uero incedit sublimi Cynthia cornu,
Tum segnes borea campi spirante rigebunt;
Sin prono, terris pluuium denunciat austrum,

C Hippocrates uerò ait, † arcturo exoriente pluuiam cum uentis frigidis plerunque decidisse. scribit uero etiam hæc, Pluuiæ inquit, multæ, continuæ, lenes, ut cum auster flat. Itaque si uerum est, corpora animantium cum aere nos ambiente immutari, certe per imbres humidiora, per squalores sicciora reddentur. ad quod accedit, ut per imbres humores frigidiores, pituitosioresque fiant: sicut uicissim per squalores, magis biliosi efficiantur. quæ res facit, ut admirari non debeamus, si dolores circa articulos oriantur, cum pluuiæ futuræ sunt. itemq; lepræ, quas cutē obsidere, atque affligere perspectum habemus: sicut etiam scabiem, uitiligines albas, & nigras, & impetiginem, & myrmecia, & uerrucas, & cetera, quæ sunt huius generis. ceterum lepra ex humore gignitur melancholico non secus, quàm scabies, & morbus, qui elephas nominatur. atque his coniunctus pruritus est. nam illoti, & sordidi, & quos cruditas exercet, & qui cibis mali succi uescuntur, pruritu conflictantur, multoq; magis scabiosi, ac leprosi: propterea quod in his affectibus humor est, & copiosior, & crassior, & † plurimum in cute manet. quocirca cum pluuiæ futuræ sunt, lepræ pruritum excitant, & dolores articulorum hominem uexant; & alia huius generis usu uenire consueuerunt.

† In primo De uulgarib. morbis. sic habet alter lib.

† In altero legitur πλεῖστος. i. copiosissimus, ut ad humoris copiam referatur.

21 *Et quæ pluuia alternis, aut singulis diebus, aut per alios circuitus continentes fient.*

D Negat hoc loco Hippocrates, pluuias eodem modo in terram decidere: quod etiam uerum est: sed monet, ut uideamus ac cognoscamus, quæ tertio quoque die, aut singulis diebus, aut quarto, aut quinto, aut alio quodam die; aut quæ continuæ futuræ sint.

* * *

Hic multa desiderantur non modo, quæ ad uerba, quæ proposita sunt, explananda, pertinent, sed etiam in quibus alia erant Hippocratis sententiæ.

22 * * * *Venti aliqui per multos dies flant, & contrarij inter se spirant, alij per pauciores, & ijdem per circuitum. Hæc autem habent cum temporū constitutionibus similitudinē: sed talia breuius.*

Ventos ita esse positos diximus, ut alij ab ortu solis, alij ab occasu, alij a septentrione, alij denique a meridie perflent. supra enim docuimus, eurum contra fauonium flare: aquilonem cōtra austrum, & uicissim hos contra illos: sic etiam facere alios, qui medij sunt inter illos interiecti. aliqui item potius per diem, aliqui per noctem spirant, ut alij per circuitum quēdam, alij secus:

atque

atque alij diutius, alij breuius. itaque ubi plus aliqui spirarint, tunc aeris nos ambientis constitutionem immutabunt, ac sibi similem reddent: cum verò minus, tum non admodum immutabunt, sed usque dum perflauerint. nam si auster dominetur, ut ipse ante dixit, austrina erit constitutio; si aquilo, aquilonalis. aliorum est eadem ratio. Si uerò ventus per circuitum spiret, constitutio erit magis inæqualis: & in tali cæli statu plures multo morbi orientur. præterquam enim quòd venti multas, atq; omnis generis mutationes in aere faciunt, hoc accedit etiam quòd uentorum uarietas corpora animantium immutat. atque id est, quod ipse scriptum reliquit, Mutationes temporum maxime morbos pariunt: hoc est, immutationes temperaturæ temporum morbos excitant: cuiusmodi sunt magnæ mutationes frigoris, caloris, humiditatis, siccitatis, ventorum, aut cum vacuitas uentorum est, aut etiam aliarum rerum multarum, quæ esse huiusmodi uidentur. E

23 *Si uerò annus talis diutius fuerit, qualem constitutionem fecerit, certe tales quoque morbi diutius erunt. ac si magis fortes fuerint, maximi quoque morbi sic erunt, & communissimi, & ad longissimi spatium temporis.*

Merito hæc adiunxit. vt enim breuiores mutationes faciunt, ut breuiores, ac minores similitudines consequantur, sic ex longioribus mutationibus diuturniores similitudines cum illis cōstitutionibus, & ad longissimum temporis spatium perdurant. cetera perspicua sunt, præsertim ei, qui aphorismum eum perlegerit, cuius hoc initium est, Squaloribus acutæ febres fiunt. ac si annus talis diutius fuerit: & reliqua. F

24 *Ex primis pluuijs, ubi post multam siccitatem, futura pluuia est, licet aquam inter cutem prædicere: & ubi talia parua signa in uacuitate uentorum in mutatione apparuerint.*

Aquam inter cutem esse frigidum, humidumque morbum, & ex frigidorum humidorumq; succorum nasci redundantia, perspectum habemus. sed oritur etiam ex nimia prauorum humorum copia. hæc enim omnia genera morborum in alio, atque alio corpore, ac non solum aquam inter cutem afferre potest. nō igitur absurdum est, ex primis pluuijs, cum diuturna siccitas iam antecesserit, hoc sumere, ut de aqua inter cutem futura prædicas. Quidam autem sunt, atque in ijs Erasistratus in primis, qui existiment, nulla alia ratione oriri aquam inter cutem posse, nisi quod uiarum angustia sanguis ultra per iecur procedere prohibeatur, nec posse ipsam excitari uitio lienis, aut alterius membri: sed semper ex scirrho, qui iecur obsideat. Et tamen quotidie uidemus, ex diuturnis hæmorrhoidibus suppræssis, uel immodica euacuatione, ad extremā refrigerationem hominem ducente, hunc ipsum morbum oriri. mulieres quoq; perfecta menstruæ purgationis cessatio, & item immodica eiusdem profusio, cum interdum ipsarum uteri sanguinem vehementer profundunt, in hunc morbum perduxit, immo uerò etiam fluor, qui muliebris appellatur, in hunc affectum quandoque terminauit. Contra uero hanc sententiam nos alibi copiosius disseruimus, nunc uerò minime oportunum est, quenquam reprehendere: sed potius ostendendum est, unum hydropum copiam humoris tenuis in tota thoracis inferna regione aceruare; quam interdum pungentes, humorem ipsum euacuamus. alter uerò hunc ipsum locum non aqua, sed flatu plenum habet, & fere omnes superiores partes in eo intumescunt: huncque tympaniā, a tympani similitudine, vocāt: alius autem totum habitum pituitæ plenum habet; quem nonnulli hyposarcidion nominant. cæterum quo in loco sit collecta aqua in hoc morbi genere, & si dictum est nobis in quinto de locis affectis, non tamen fuerit alienum hoc quoque loco exponere. G

* *

Quædam non extant. H

Alijs autem signis, & ventorum uacuitatibus, & aeris nos ambientis mutationi adhibere mentem oportet: siquidem hæc ad futura prædicenda conferunt uel maxime.

25 *Colores non sunt similes in anni temporibus, neque in aquilonalibus, neque in austrinis constitutionibus: neque in ætatibus; neque etiam quispiam secum, neque alius cum alio collatus. considerandi autem colores sunt ex ijs, quæ præsentia, quiescentiaque esse nouimus: & ætates similes tēporibus esse, & colore, & modo.*

In aphorismis quoque scriptum est, aquilonijs constitutionibus corpora cogi, firmarique. & expeditiora, coloratioraq; reddi. planum enim est, colores multis de caussis immutari, ut in primo commentario docuimus. nam mutantur uel propter humores, qui à forma naturali recessērunt, uel qui in imas corporis partes reuersi sunt: uel qui ueluti ad cutim sunt attracti. sunt uero etiam caussæ quædam, quæ humores ad tales motus, talesque affectus impellunt. in his autem statuendæ sunt animi perturbationes, & aeris nos ambientis in calorem, & frigus mutationes, de quibus Hippocrates hoc loco uerba facit: itemque affectiones corporis, in quo sanguis uel calidior inest, uel frigidior, uel parcior, uel copiosior, uel foras protrusus, uel intro retractus. omnis præterea malitia succorum totius corporis colorem immutat: ut in morbo regio, aqua inter

 cutem,

A cutem, elephantiasi, & lienis, ac iecoris uitijs usu uenit. idem in quauis particula licet intueri, præsertim in ijs uitijs colorum, quę oculorum iudicio dignoscuntur: siue hæc totum corpus, siue particulam quandam obsideant. atque in toto quidem corpore, ut in arquatis, ut diximus, res se habet, & iecoris, lienisque morbis, & hydropibus: in particula quapiam, quemadmodum in lingua sola color alienus sæpe conspicitur: tum uero in particulis, quæ propter abscessum uel nigricant, uel liuent. Simili quoque modo in multis tumoribus preter naturam, ut in carbunculis, igni sacro, herpete, gangræna, naturales colores immutantur. Iam uero natiuum quoque colorem uariant uitiligines, quæ albæ, quæque nigræ appellantur, & quæ sunt huius generis. licet etiam sæpenumero colorum mutationes in cruribus, aut in facie, aut in toto superno corpore, aut toto imo intueri. equidem hominem uidi, quem uipera momorderat, in quo totus color immutatus, ut porri colorem referret, conspiciebatur. quinetiam uel citra hanc caussam, & sine ulla obstructione aut inflãmatione, aut scirrho iecoris, humores huiusmodi uitio afficiuntur, ut corpus totum simile herbis candenti pallore infectis fiat: interdum colore fit plumbeo, aut etiam magis fusco; interdum alias colorum proprietates habeat, quas nosse medicum oportet: quemadmodum ego, cum Stefianum, multis præsentibus, uidissem, ut primum in cubiculum, in quo decumbebat, ingressus sum, dixi, ipsum habere abscessum non in iecore, ut plerique ex alijs medicis arbitrabantur: sed in imis musculis, qui pus iam contraxerat, in medio spatio eorũ musculorum, qui per transuersum incedunt, & eorum, qui obliqui ab infernis sursum feruntur. Tu autem nosti, me alios plerosque notasse, ac morbos, quibus conflictabantur, ex solo colore cognouisse: de quibus iam in libris meis, suo loco, mentionem feci. quocirca nihil opus est, de eis nunc agere copiosius. Ipse autem admonet, spectemus ea, quę iam nobis sint perspicua, & ea, ex quibus iam peritiam nacti sumus in ijs hominibus, qui noti nobis sunt; utrum præsentia sint præteritis similia, an uero aucta, imminutave sint: atq; utrum idem sit color, an immutatus, & utrum ætas similis, parq; sit anni tempori, & colore, & morbi modo. Sic etiam iubet in præsagiis, ut in faciem, & naturalem colorem intueamur: ac tunc periculum imminere existimemus, cum a naturali statu multum recessit: minus uero, cum hoc parum esse factum inuenimus. si enim ipse sibi nulla in re similis cõperiatur, scito, eum ad extremum periculum esse perductũ. ac bene cum illo agetur, si euadere mortem poterit. si uero superstes fuerit, eaprofecto erit diuturnior affectio. idque ipse confirmauit, cum dixit, Cum toto corpore mutationes accidunt, &, si corpus refrigeretur, ac uicissim calefiat, uel color alius ex alio oriatur, morbi longitudinem significat. Sed de his hactenus. C ad sequentes autem dictiones transeamus, ut huic commentario finem commode, & oportune imponamus.

26 *Qui hæmorrhoidas habent, ij neque dolore lateris, neque pulmonis inflammatione, neque phagedæna, neque furunculis, neque terminthis, forte uero etiam neque lepra, ac forte neque alijs corripiuntur.*

Hæmorrhoides, quamuis omnes homines, omnemq; ætatem, & omni in tempore anni uexare queant, tamen re uera sunt affectus ætatis declinantis proprij non secus, quàm melancholiæ. fiunt. n. ab atra bili, quę ad uenas sedis uberius, cumulatiusq; decumbit. quocirca cũ melancholicis, & uitio renum laborantibus superueniunt, curare eos solent. quod non solum ratione euacuationis, sed etiam humoris, qui euacuatur, qualitate faciunt. effundere enim crassum sanguinem, humoris melancholici plenum, solent: qualem nos fæcem in uino appellamus. Itaq;, cum hæmorrhoides ueluti fæcem sanguinis euacuent, merito fit, ut melancholiam curẽt. hæc autem euacuatio tantam uim habet, ut qui soliti sunt per eam partem euacuari, si totam excretionem cohibere uelint, atq; ita, ut ne una quidem hæmorrhois aperta seruetur, periculum subeant, ne D postea multos, insanabilesq; morbos, præsertim uero aquam inter cutem, & tabem patiãtur. huius rei caussa est, quia uenæ illæ propter plenitudinem in sede aperiuntur, & ad ipsas sanguis fæculentus & melancholicus a iecore reijcitur. siquis igitur hanc uiam illi præcluserit, tum scirrhũ iecur contrahet, tum multitudine, ac crassitudine grauatum reddetur: unde eius calor paulatim minuetur, & quasi extinguetur. atq; ita bonum generare sanguinem nõ poterit. Perspicuum autem est, aquam inter cutem frustrata sanguinis procreatione effici. propter eandem uero cohibitionem tabes fit. cum iecur plenitudinem in uenas pulmonis protrudit, & uasculum inibi ruptum est: his porrò morbis homines liberantur, si hęmorrhoides superueniant, aut etiam si una adaperta sit conseruata. qua sane ratione scimus etiam melãcholiam interdum uaricum benefi-

mihi inſidiabantur : erat etiam uir quidam præclarus, ac fortunatus L. Martius, qui quotannis E
incidere in melancholiam conſueuerat. erat porrò admirabile uidere dementiam ſimul, & inſci
tiam, & temeritatem illorum medicorum, quibus eo tempore cuncti principem locum tribue-
bant. alij enim pituitoſos, alij bilioſos humores euacuabant. at Lucius, cum nihil proficeret, nec
meliuſculus eſſe inciperet, ac de me eſſet ad ipſum perlatum, ſtatim me aduocandum cenſuit: vt
ego quoq; & de origine, & de curatione morbi diſſererem. ego uero acceſſi, & ex ſolo colore fe-
ci de noxio humore coniecturam, ipſumq; eſſe melancholicum cognoui. itaq; eum ipſum eua-
cuaui, & ſtatim Lucius eſt melancholia liberatus. hoc præterea illi cõſilij dedi, ut ſingulis annis
uerno tempore, ac ſi opus etiam fuiſſet, autumno idem faceret: eiq; recepi fore, ut poſtea eodem
morbo non corriperetur. quod cum feciſſet, meam uocem ex aureo Apollinis tripode miſſam & et
hodie prędicat. Ea autẽ euacuatio fit, aut uenę ſectione, aut medicamento, aut hęmorrhoidibus
reſeratis: id quod etiam tutius eſt. ex quo fit, ut cum hęc euacuatio ſit alicui conſueta, tum uero
ſuppreſſa, exiſtere melancholia ſoleat. ac ſi quis id parui faciat, nec prius corpus expurget, eum
ſymptomata huiuſce affectus perſentiſcere neceſſe ſit. Sed conſequuntur etiam ea omnia, quæ
ipſe memorauit, vt abſceſſus, morbus attonitus, conuulſio, inſania, aut alij affectus, quorũ nulla
poſſit inueniri leuatio, cũ humor melancholicus plus uel aduſtus, uel putris redditus malignam F
acrimoniam contraxerit. ceterum conferre hæmorrhoidas ei, quem atrabilis occupet, non iam
omnes norunt, quamuis hoc Hippocrates aperte doceat: ſed illi ſoli ab ipſo didicerũt, qui in eius
libris ſunt uere, legitimeq; uerſati, quomodo hæmorrhoides, uariceſque gignantur: ac non ſem-
per opus eſſe, has ipſas prohibere, cum iam conſtiterint: ſed quandoq; ſimul adiuuandum eſſe:
aut, cum natura quietem agit, ei totum eſſe negotium committendum, quando ſic fore utile ui-
deatur. qui enim hæc didicerunt, tantum abeſt, ut hęmorrhoidas ante tempus curare feſtinent,
ut uel ipſi eas, quæ penitus non ſunt, efficere ſtudeant. ac quis tandem ignorat, pleroſque in me
lancholiam, inſaniamque, hiſce excretionibus inſcitia medicorum ſuppreſſis, incidiſſe? alii do-
lore lateris, alii renum uitiis correpti ſunt: aliis accidit, ut ſanguinem e uentriculo uomerent:
aut ex pectore tuſſi reijcerent: aut † pareplegia, aut aqua inter cutem oppreſſi interirent. quo-
circa ſeruandæ hæmorrhoides ſunt, utpote quæ melancholicos affectus curent. enimuero eius
melancholiæ, quæ iam conſtiterit, maximum eſt in hæmorrhoidibus remedium: futuram uero
eædem prohibent. ideo fuit ipſius ſententia hæc, Melancholicis hæmorrhoides ſuperuenientes,
bono ſunt. itemque hæc, Inſanis ſi uarices, aut hæmorrhoides ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio.
Melancholias igitur, atque inſanias ex hæmorrhoidibus leuari, euidenter conſtat. atque adiu- G
mento eſſe hæmorrhoidas apertas, nocere uero, quæ ſuppreſſę ſint: & aperiẽdas eſſe, ſi claudan-
tur. atque id eſt, quod ipſe libro ſexto de vulgaribus morbis ſcriptum reliquit: Atræ bilis, ut ſi-
mile per hæmorrhoidas profluat. Scire tamen conuenit, non ſemper boni conſulendum eſſe, ut
ſanguis per infernas partes ex hæmorrhoidibus effluat: ſed tum denique cum nigra excernun-
tur: & cum hominis natura multum humoris huiuſmodi accumulat: alioqui natura non eſt tali
euacuationi aſſuefacienda: quippe quæ utrunque exceſſum periculoſum habeat, & cũ ſanguis
ultra modum excernitur, & cum ex toto cohibetur. nã in immodica euacuatione uetemur, ne
homo derepente moriatur: aut hydrops fiat, aut malum habitum contrahat: cõtra uero, iis, qui
ex cohibitis hæmorrhoidibus ſanguinem coaceruant, ſecare uenam oportet: ne in magnum ali
quem morbum euadant. fieri enim poteſt, ut apti ſint ad magnum quempiam affectum contra-
hendum, nondum tamen adhuc, propter euacuationem ex hæmorrhoidibus, quicquam patian
tur. verum non ſemper nobis ſcopi ſuppeditant, ut ſanguinem detrahere tuto poſſimus. quam
ob rem in quarto de ratione uictus in morbis acutis ſcriptum eſt, unam hæmorrhoida ſemper
eſſe relinquendam. Recte igitur ab Hippocrate dictum eſt, eos, qui hæmorrhoidas habent, ne-
que dolore lateris, neque peripneumonia, neque phagedæna, neque furunculis, neque termin- H
this corripi. cauſſa eſt, quia uitioſitas humorum, ex qua huiuſmodi morbi oriuntur, per hæmor-
rhoidas excernitur. Phagedęnas autem nunc uocat ulcera exedentia, quæ omnia ſemper maio-
ra, deterioraque redduntur. atque ea ita ueteres appellabant. quidã uero poſtea ipſa diſtingue-
re conati ſunt: & quædam Chironia, quædam Telephia, quædam etiam phagedænas nomina-
runt. nos uero phagedænas uocamus, omnia ulcera, quæ ſubiectam carnem corrumpunt: cum
uero in ſuperficie, aut in ipſa cute conſiſtunt, herpetes nuncupamus: ut carbunculus dicitur, ul-
cus cruſtam excitans cum magna partium uicinarum inflammatione. Furunculos porrò uocat
eos, qui ex ſimilibus humoribus, ueluti uari, generantur. ſunt autem per uniuerſum corpus du-
plices: alij duri, & qui ægre concoquuntur: alii pituitoſi. hi autem interdum febrim accendunt,
ipſique in magnitudinem attolluntur, & in pus commutantur. Terminthi uero ſunt eminentiæ
in cute conſiſtentes, rotundæ, colore ex nigro & uiridi, ſimiles ciceris fructui. De uerbis autem,
quæ in extrema oratione ſcripta ſunt, incertum eſt, ſcribendum ne ſit, neque aliis, an uero, ne-
que alphis: cum utrunque ſit huic loco accommodatum: quando alphi quoque, hoc eſt uiti-
ligines, ex humorum uitioſitate, quæ in cute fit, quemadmodum etiam de lepra planum eſt,
oriuntur.

† *Alter liber habet παραπληξίας, i. morbo attonito.*

A 27 *Multi igitur importune ſanati, non ita multo poſt ijs ipſis correpti ſunt. eaque ita pernicioſa fuerunt.*

Eſt iam a nobis antedictum, eos, qui ſingulis annis, & quodam temporum circuitu, aut per multos dies euacuatione hæmorrhoidum uexãtur, neque eam euacuationem quamprimũ comprimere, neque omnes auferre hæmorrhoidas oportere: ſed ſi quis curare eas uelit, id ipſum efficere aut uenæ ſectione, aut medicamento corpus euacuare: ac nunquam omnes adimere: immo potius, ut conſueta fiat excretio, unam relinquere. Ipſe aũt ait, eos medicos & importune, & male curare, qui neque uenæ ſectione, neque medicamento aluum ſubducente, neque exercitationibus euacuationem moliuntur: ſed omnes ſimul ablatas uolunt: nec ullam relinquunt.

28 *Et quicunque alij abſceſſus, ut fiſtula; aliorum remedia ſunt.*

De abſceſſibus actum eſt copioſius in ſecundo in præſagia commentario: nec decet, ut quæ illic, mea quidem ſententia, recte dicta ſunt, huc transferamus. quinẽt de eiſdem ſupra prolixa habita eſt oratio, & deinceps habebitur. exemplum autẽ ſupponit, quod eſſe remedium aliorũ ſcribit. Vt fiſtulæ. eſt autem fiſtula, ſinus qui fere ex abſceſſibus conſtat. ita enim appellatur per
B tranſlationem a fiſtulis arundinum ductam. ac ſi in os fiſtula deſinat, ſine opera chirurgi curari nullo modo poteſt: ſecus uero, poteſt. ſi uero ad os uſque perueniat, & progreſſu temporis ſquama ſua ſponte, aut etiam os abſcedat, tum medicamenta proderunt. Si uero in os non deſinat, tum medicamentis ijs, quæ callos adimunt, & in quibus agglutinãdi uis ineſt, curabitur. quẽadmodum nos in libro de ratione curandi ab Glauconem docuimus. In hanc porrò ſignificationem hoc nomẽ accepit Hippocrates alio in loco, cũ ait: Quibus ex pulmonis inflammatione abſceſſus circa aures fiunt, & in partibus infernis ſuppurantur, ac fiſtulam efficiunt, ij ſaneſcunt. quo in loco uerbo *συριγγοῦνται*, hoc eſt, fiſtulam efficiunt, uſus eſt, ut oblongas cauitates ſignificaret, in corporibus animantium exortas, quæ muſicis inſtrumentis, quæ fiſtulæ ab omnibus appellantur, ſimiles ſunt. ab his enim, ſicut etiã ab hæmorrhoidibus, redundantia humorum in corpore animantis collectorum expurgatur: ac plerique non ſecus, quàm ex hæmorrhoidum excretione, huius euacuationis beneficio integra ualetudine perfruuntur. Vt igitur neque oſcitanter, neque ſine magna diligentia curare hæmorrhoidas oportet, ita ne fiſtulas quidẽ. neceſſe .n. eſt, ut humores ſuppreſſi & dolores, & morbos pariant: eosque eiuſmodi, cuiuſmodi ſint humores, qui redundent. non igitur alienum a ratione eſt, quod dixit, fiſtulas eſſe aliorum morbo-
C rum remedio: ſicut de hæmorrhoidibus loquens affirmauit, eos, in quibus illæ eſſent, neque lateris dolore, neque pulmonis inflammatione, neque ceteris corripi morbis poſſe.

29 *Quæ apta ſunt ſedare cum poſt apparent, ea cum prius fiunt impedimenta, liberant: alijs autem ſocietates.*

Quemadmodum quæ ab Hippocrate ſunt literarum monimentis rite, ac ſæpe cum demõſtratione, perſpicuitate, & oportunis diſtinctionibus conſignata, uti nobis doctrinam afferunt: ita nihil docere nos poſſunt illa, quæ ita diſiuncta, diſſolutaque ſunt, ut multa eorum, quæ in hoc libro comperiuntur. & tamẽ pleriſque hominibus ſuaderi non poteſt, ut ea ſola ſcripta, quæ clara ſunt, perlegant: quę uero nõ ſunt huiuſmodi, ea relinquant ijs, qui ea conſcripſerunt. ſi enim nullam illi curam impenderunt, ut nos ea, quæ ipſi ſcripſerunt, intelligeremus: par etiam eſſe cenſeo, ut neque nos in ſtudio tum perquirendi, tum diuinandi, quę ab ipſis dicantur, diligenter uerſemur. quanquam illa contemnenda, & parui plane momẽti ſunt, quæ de uerbis, ſeruata rerum ueritate, diſputantur. Si uero res euertantur, huiuſmodi quoque ſcripturæ nobis fugiendæ ſunt. Sed tamen non debemus exiſtimare huius culpę affinem eſſe Hippocratem, neque huius diffi-
D cultatis autorem: ſicut neque etiã aliarum multarum, quas in eius libris inuenimus: ſed potius librarios: qui cũ uerborũ ſñĩam non intelligunt, neq; artis medicæ ſunt periti, alia pro alijs ſæpe deſcribunt, quæ neq; coniuncta inter ſe ſint, neq; ullam habere ſententiam uideantur. Etenim in his uerbis, quæ modo ſunt in manibus, admirabile eſt omnium interpretum, uarietatem, quę non ſolum in ſcriptura uerborum, ſed etiam in ſenſu uerſatur, intueri. Dioſcorides. n. putat hoc loco uerba fieri de hæmorrhoidibus: ut Hippocrates dicat, ueriſimile, & uerum etiam eſſe, ſi excretio per hæmorrhoidas ſuperueniens, ſoluit morbos, de quibus actum eſt: hoc quoq; uerum eſſe, eandem, ſi prius fiat, impedire, ne illi morbi oriantur. & uerbũ, *ἐπιφαινόμενα*, pro *ἐπιφαινομένη* intelligit: ut ſit ſuperueniẽs hęmorrhois. ſic etiam illud *προγινόμενα*, id eſt, prius ſit. ipſeq; uerbum, liberant, non ſcribit, ſed mutat in uerbum prohibet; ac cetera quæ ſequuntur, habere non uidetur. Artemidorus autem quid ſibi uelit, ne uiuam, ſi ſcio. multa enim ita confuſa, itaque abſurda, & aliena affert, ut ne ipſe quidem, ut mea fert opinio, quicquam illorum intelligat. Ait autem, iubere Hippocratem, dandam nobis eſſe operam, ut quæ poſt apparẽt, hoc eſt, quæ poſt morbum aliquem apparent, poſtquam conſtiterint, ſedemus. deinde uero, expellamus ea, quæ prius facta fuerint. & ſententiam omnino diſtorquet, multaque adiicit; quæ, ut dicebam, ignota ſunt omnibus. Sabinus uerba ita ſcripta habuit: conſiderandum, in quibus facta liberat. alii uero

in libris antiquissimis ita fuisse scriptum attestantur: σκῆψις in quibus facta soluit, in eis eadem E
ante facta prohibet: & σκῆψιν pro abscessu intelligunt: vt sit hæc Hippocratis sententia: In qui-
bus morbis abscessus, q. fiunt, possunt morbos soluere, si prius fiant, prohibent, ne morbi postea
fint. Si uero scribas non σκῆψις, sed σκίψις, ita hanc sententiam poteris accipere, vt dicat, confide
randa esse omnia, in quibus quæ fiunt, liberent: ac sciendum, si hęc prius fiant, prohibere, ne illa
oriantur. vt hoc præceptum sit ad consiliũ dandum accommodatum, & insuper ad curationem
ualeat: vt cum talia quædam, quæ prohibere futuros morbos possunt, ante morbos facta sint, ea
non cures prius, quàm usum præstiterint, utilitatemq; attulerint. ac fortasse uetus hæc scriptura
fuit. deinde uero cum primus librarius errauisset, inde & interpretum discordia, & sententię ob
scuritas est consecuta.

30 *Loca suspecta alterius loci excipientia aut præ dolore, aut præ grauitate, aut ob aliud quidpiam liberant: aut alijs societates.*

Quattuor sunt in nostro corpore naturales facultates, ut in commentarijs de facultatibus na-
turalibus demonstratum est: prima est attrahens, secunda continens, tertia expellens, quarta al-
terans. vt. n. quælibet particula uim habet, quæ sunt ei propria, attrahendi: sic etiã aliena excer- F
nendi: duplex autem est id, quod alienum est, tum quantitate, tum qualitate. non omnis tamen
particula eodem modo affecta est ad ea, quæ irruunt, excipienda; & ad ea, quæ infestant, reijciẽ-
da: sed carnes ac glandulæ cùm alias tres facultates habent imbecillas, tũ uero solã alterantem
haud ita multo ceteris partibus minorem possident. post glandulas sequitur pulmo, qui, quoniã
corpus laxum habet, & tres facultates infirmas, ideo est fluxioni excipiendę promptissimus: de-
inde lien: tum cerebrum uel æq; ut illi, uel ẽt magis aptum ad excipiendam fluxionẽ. Sed ad ea,
quæ excepit, eijcienda, hoc illis præstat, quod magnos uentriculos habet, qui decliuibus meati-
bus euacuantur. quocirca uidemus persæpe in glandulas, & carnes comportari fluxiones in ijs,
in quibus hæc instrumenta, hoc est pulmo, lien, & cerebrũ, sunt carnoso genere robustiora. hæc
caussa facit, ut licet aliqua pars nõ grauetur ab ijs humoribus, qui in ipsa continentur, ab ijs tñ,
qui ex alijs partibus in ipsam irruũt, grauari plane queat: ac si excrementa quædã habeat in qua
litate præter naturam, ad eorum excretionem per uenas, quæ in ipsa sunt, ceu per canales, insur
gat. Si uero id, quod influit, prauus sanguis sit, siue alius humor, tunc necesse est, ut in aliquam
propinquam partem perueniat. qui cum ibi constiterit, aut concoquetur, aut corrumpetur: aut
neutrũ horũ fiet, sed in aliam partẽ quampiã dilabetur: tũ ex illa in aliã transfluet, idq; semper G
fiet usque dum in aliquam huiusmodi decumbat, quæ amplius in aliam propellere, quod in ipsa
redundat, non possit. quæ res illis potissimum accidere partibus solet, quarum uis expellens im-
becilla est: atq; ẽt magis, si uicinæ partes robustiores sint. tunc. n. pars infirma repellere id, quod
molestum est, in propinquas, quæ propter uirium robur illud non excipiunt, non potest: immo
uero illæ partes, utpote robustiores, id ipsum remittunt, & contra repellunt. Itaq; humores ex
alijs locis in alia cõmigrant: qui translati gignere morbos solent. multis autẽ de caussis morbos
pariũt. ipse uero dolorem, ac grauitatem memorauit. ac propter dolorem morbi fiunt, cũ mem-
brum dolore conflictatur, in quod commigrantes humores decumbũt. propter grauitatẽ uero,
cum humores grauantes ferri ab ipsa particula non possunt. atq; ita quidem morbus generatur.
interdum uero idem facit medicamentũ acre, aut frictio, aut calor quis foris adueniens: sicut ẽt
uehementes quædam animi motiones, ut iracundia, & metus eandem afferre caussam uidẽtur.
Fiunt ẽt hæ migrationes propter naturæ membrorum communionem: vt scimus inter mãmas
& uterum cõmunionem intercedere. quocirca in sexto de vulgaribus morbis ita scriptum com
peties, Si papillæ mammarum, & rubrum earum pallidum sit, uasculum ægrotat. ac merito qui- „
dem affecto utero simul etiam mammæ quid patiuntur: siquidem natura ambas has partes ad H
unius operis ministerium est machinata: ideo ipsas per uasa coniunxit, & uenas, atq; arterias in
hypochondria, totumq; hypogastriũ deduxit. deinde ijs, quæ a partibus infernis sursum ferun-
tur, coniunxit: a quibus uenæ ad uterum, scrotumq; perueniunt. Hæc autem communio per hęc
uasa facta est, ut cũ foetus in utero augeretur, ac conformaretur, cõmunes uenæ illi soli ab utris-
que alimentum affundant: cum uero in lucem editus sit, rursus totum alimentũ mammis affluat.
Nunc uero, ut inter uterũ ac mammas societas est, sic in sinistrum testiculum, & sinistram uteri
partem uasa quædã perueniũt, quæ in renẽ e directo situm inseruntur. Et testiculus tumefactus,
in tussientibus indicat ei cũ mammis, pectore, genitura, & utero societatem intercedere. Est ẽt
ori uentriculi cũ corde societas. quã ob rem ueteres os ipsius, ducto ab ijs symptomatibus, q̃ in-
ducere vñ, noĩe, cor appellarũt. non. n. solũ ut syncopis cardiacis, ita & stomachicis quidã corri-
piunẽ: sed ẽt conuulsionibus, soporibus, morbis comitialibus, & melancholijs. atq; oẽs hi affe-
ctus, cõsentientibus ei ceteris partibus, in eo fiunt. quocirca in libris de locis affectis docuimus,
nos adhibere animũ accurate debere ijs morbis, q per consensum in ea parte exoriunẽ, de qua
parte habeatur oratio: eosq; distinguere ab illis, qui prima ratione partium nascũtur. quod non
difficulter discernet is, qui fit in notionibus, quas nos tradidimus, diligenter versatus. Scire au-
tem

A tem conuenit, hanc ipsam dictionem esse in tertia libri sexti de uulgaribus morbis parte cõscriptam, ut sunt ẽt ceteræ oẽs, quæ deinceps ad finem vsq; consequuntur: non tñ eisdem expressæ verbis. nam Rufus Ephesius aliter, aliter Sabinus, aliter deniq; Artemidorus, qui Capito cognomento dicebatur, conscripsit. Rufus. n. sic in ueteribus libris scriptam esse hanc sententiam memorat, Alterius loci loca excipientia aut dolore, aut grauitate, aut alia re quadam liberantur. & sequentis orationis hoc esse initium vult, Diuersæ societates: vt Hippocratem ad aliud societatis genus pertransisse intelligamus. Sabinus aũt hæc coniunxit oĩa: & sequentis dictionis hoc principium fecit, Propter propensionem. Artemidorus rursum sic scribẽdum censuit. Aut alijs, secundum societates. nos uero cum iam sententiam exposuerimus, de uetere scriptura nihil amplius habemus, qđ offciamus. ideo ad ea. quæ sequuntur, transibimus, ut nihil non explicatum habeas. nosti. n, tu quoq;, in oĩbus fere Hippocratis libris nihil esse, qđ perdiscere queãt illi, qui artis percipiendæ studio ducũtur, præter ea, quæ ego fusa, & perpetua oratione in medicis lucubrationibus exposui: ut etiam qui hebeti, tardoq; ingenio sunt, assequi, ea quę dicuntur, possint. puderet autem me hæc dicere, nisi prius quæ ad medicinalem artem accommodata sunt, omnia fere pertractassem, ac tu, me verum dicere, plane scires.

B 31 *Propter propensionem non iam sanguis prodit: sed pro succi affinitate talia expuunt.*

Sanguis multis de caussis fluit, & per multa loca excernitur, nam & secta uena hoc primũ euenit, & item arteria reserata. tunc. n. tenuem, flauumq; sanguinem, tenui multòq; spiritui cõmixtum arteria eiaculatur, si contracto iam aneurysmate sit conuulnerata. isq; sanguis est eo, qui

" venis continetur, calidior. Iam uero e naribus quoq; sanguis prorumpit. qua in re scis, me qñq;

" prædixisse, sanguinem eo die e dextra nare proruptūrum: quod cum esset factum, ceteri medici, qui aderant, hoc magnopere admirabantur. nec tũ erat difficile id præsagire. & tñ plerisq; medicis non modo difficile, sed ne fieri quidẽ posse videbatur, quippe qui hęc duo considerare nõ possent, & vñ naturæ motus agatur, & quam in partem; ut quę deficiunt, adiuuemus, & q̃ immoderate feruntũ coerceamus, quæ res fecit, ut nos modo e dextra, modo e sinistra nare fluxurum esse sanguinem certa, veraq; scientia prædixerimus. Ceterum ex gula, ac stommacho sanguinẽ vomitu reiectari, fere inter medicos constat: sicut cum tussi ex organis respirationis reijci solet. atq; ut ex ore simplici expuitione, sic ex faucibus, & † screatu expellitur. erosa ẽt uena persæpe sanguis affatim tussiendo eijcitur, ut cũ aliquod graue pondus in thoracẽ ceciderit, copiosa fiat cum tussi sanguinis profusio. Si uero spumosum quidpiam simul educatur, signo erit, excretionẽ

† γαργαρεῶνα habet alter liber. i. gurgulione.

C e pulmone fieri, quam medici optimi aut insanabilem, aut certe uix sanabilem esse censuerunt. at in thorace non admodũ difficile est, disrupta uasa, a quibus sanguis expuitur, conglutinare. Quemadmodum aũt sanguis ex thorace, pulmoneq; euomitur: ex renibus mingitur: ex intestinis deijcitur. Sępe ẽt a capite quasi emungitur, licet neq; dolor adsit, neq; grauitas caput uexet, neq; plaga ibi sit accepta. considerandum igitur est, utrum hirudo aliqua illic adhæreat, ac sanguinis fluxum efficiat: sicut etiam cruor, epota hirudine, ex uẽtriculo interdum euomitur. Ego enim multos medicos noui, qui affectiones eas, in quibus sanguis excernitur, dignoscere, ac distinguere non ualerent. at quæ ex hęmorrhoidibus fit, ne ægrotos quidem latet. cruenta uerò, quæ desuper ad sedem deferuntur, alia statim a principio ueniunt; alia ubi tale aliquid præcesserit. Si repente multum sanguinis deijcitur, adapertum esse uasis osculum cognosces. ex iecoris autem infirmitate, ut plurimum uelut carnium dilutum excernitur: ac quandoq; purus sanguis non multus: quandoque cum flaua bili commixtus: quandoque velut fæx sanguinis. nunc uerò minime opus est exponere, sanguinem quoque ex utero, & alijs quibusdam partibus fluere: & quomodo mali consulendus sit, si in febribus non intermittentibus prodeat: id. n. ipse docuit, cũ ita scriptum reliquit: Excreationes in febribus non intermittentibus liuidæ, cruentę, fœtidæ bi

D liosæ, omnes malæ. Cum igitur sanguis ex multis locis excernatur, si per nares, aut ex ventriculo, aut a capite, aut ab utero, aut a sede, aut a iecore, aut a renibus, aut a uesica uulnerata, aut ab alia parte quadam incisa, aut uase rupto, aut alio modo male affecto excretus ad alias partes repat, planum est, ipsum non iam per priorem locum euacuari. ut si ex iecore in renes euacuetur, cum in thoracem, aut in pulmonem uertatur: tunc enim neque cum urina exit, neq; per aluum secedit, sed expui solet. ac si humor pituitosus sit, spumeus erit sanguis: si biliosus, tunc sanguis flauus exibit: & in alijs pro humoris affinitate continget. Alij uero nomen ῥοπὴν, hoc est propẽsionem, in τροπὴν, hoc est uersionem uertunt. quorum sentẽtia est, sanguinẽ uerti multis modis, ut in malencholicũ, ut in biliosum, ut in pituitosum: sicut in rubrũ colorem, cum maior est puri sanguinis, quàm aliorum humorum copia. Si ita scriptum sit, uerum etiam erit, quod aiunt, & Hippocratis accommodatum sententiæ: siquidem ęgroti expuunt talia persæpe, & interdum non ita facile est, humores, qui in sputis confusi sunt, discernere: nisi quis sit in arte exercenda, diu multumque uersatus.

32 *Est interdum sanguinem detrahi ijs, qui huiusmodi sunt: in alijs vero, vt in ijs, non par est.*

In primo horum commentariorum, multos esse mittendi sanguinis scopos diximus: ac pri-

mos

mos esse eos, qui morbi magnitudinem, ac robur uirium attingũt: ijs oĩbus obseruatis, quę ibĩ A iam dicta sunt. cum igitur sanguis copiosior sit in quibusdã eorum, de quibus ante facta est mẽtio, hoc consilij dat Hippocrates hoc loco, detractionem utilem fore: præsertim uero si non in alium quempiam humorem insigniter conuertatur. Si uero uersus sit, non erit facienda detractio, quocirca non fuerit fortasse absurdum in superiore sententia, si, uersionem, nõ autem propensionem, scribamus.

33 *Impedimentum ijs, qui cruenta expuunt, tempus anni, pleuritis, bilis.*

Hæc sententia magnam interpretibus molestiam attulit: siquidem alij atque alij ipsam & scribunt aliter, & exponunt. ego uero nolo hoc loco in nugis aliorum recensendis, ac redarguendis immorari. immò potius ad finem mihi esse properandum proposui. Sententia autem horũ verborum esse hæc uidetur. adhibendam esse mentem ijs, qui sanguinem exspuunt, vtrum sanguis mittendus sit secta vena, an secus; nam habita cruenti sputi ratione, uena esset omnino incidenda: sed sectionẽ prohibet anni tp̃s, aut pleuritis, aut bilis, hoc est humor biliosus, qui redundet in corpore. perspicuum enim est sub canem venam non secari. neq; etiam si homo sit admodũ biliosus. Quod uero ad pleuritidem pertinet, esse controuersum uidetur: propterea qđ si morbum attendas, venæ sectionem postulat: ipsa tamen nõ semper id exigit, nisi alia quoq; adsint, B quæcunque sanguinis detractionem indicant: de quibus iam sæpe in nostris libris disseruimus. Interdum enim pleuritis placida est, ac mitis, neque necesse est sanguinem mittere, etiam si homo sanguinẽ exspuat: sed alijs remedijs ad pleuritidem accõmodatis curare morbũ prodest. quocirca probabile est, venę sectionẽ prohiberi in ijs, qui sanguinem exspunt, si anni tẽpus ualde calidum sit, si homo sit natura biliosa, & si morbus lateris adsit: cum is, qui cruenta exspuit, p̃p pleuritida id facit; quod nimirum parua, mitisque pleuritis existat. Scito autem, non modo detrahendum esse sanguinẽ ijs, qui sanguinẽ sputo reijciunt, sed ẽt ijs, qui reiecerunt, & modo curati sunt: præsertim si eam in partibus thoracis, ac pulmonis † habeant, ut si uel plusculũ sanguinis colligatur, rursus aut osculum uasis aperiatur, aut rumpatur. his, etiam si nullum symptoma sit in corpore, vena secanda est ineunte uere: sicut etiam ijs, qui facile in morbum comitialem, atq; attonitum cadunt: & itẽ ijs, quos facile ab alijs corripi morbis sciamus: ut nos sępe admonuimus: ubi etiam caussam subiunximus.

† κατασκευὴν .s. structuram: sic in altero libr. scriptũ est.

34 *Quæ in aliquibus sub indicationem iuxta aures exorta, non suppurauit, eo subducto fit recidiua, pro recidiuarum ratione, facta autem recidiua, iterum tument, ac permanent; ut febrium in simili circuitu recidiuæ: atque in eis spes est abscessum in articulos futurum.* C

Nihil est, cur explicari a molestijs possimus, si ueteres scripturas huius loci, & uarias interpretum superiorum sententias, explanationesque afferre uoluerimus. hi. n. omnes fere, Glaucias, Heraclides, & Sabinus tum in lectione, tum in expositione inter se differunt. Lycus uero quomodo ipse quoque de hac sententia differat, non sat scio. Satyrus porrò, ac Ficianus, quibus ego doctoribus usus sum, probabiliorem explanationem attulerunt: quorum sentẽtiã nos sequuti, mentem ueteris magistri, quoad eius fieri a nobis poterit, breuiter, dilucideque exponemus. Tumores inquit, qui οἰδήματα, vel ἐπάρματα dicũtur, qui propter aures iudicationis tempore nati, nec suppurati euanescunt, facere recidiuam solent. facta autem recidiua, tumores iterum augentur, & pro ratione recidiuarum iudicantur. & ijs ita affectis abscessus quosdam in articulos futuros expectandum est. quod præcipue in diuturnis morbis usu uenit. atque hæc quidem est Hippocratis de tumoribus, aut de parotidibus explicata sententia. De ueterum autem interpretum dissensione, hoc tantum habeo dicere: in primis, de scriptura, cum aliqui sic legant, hoc subducto. aliqui uero sic, his sublatis, aliqui denique ad hunc modum: ex his fit recidiua; in ueteribus libris, quos quidem nos uidimus, sic scriptum esse: *

* * D

Hoc loco multa interciderunt.

Veteres autem scripturas non decet pro cuiusque arbitrio, & ut sors ferat, immutare: nisi uelit quis omnia ueterum decreta ad hunc modum peruertere, atque infirmare: quod Dioscorides, & Capito, & qui illorum sunt studium æmulati, maxime uidentur fecisse. *

* ipse enim hoc vsurpat uel simpliciter & absolute, uel proprio adiuncto nomine: ut in libris de vulgaribus morbis. *

Cetera non extant.

35 *Vrina crassa, alba, qualis Archigenis erat in laboriosis quartanis quando queit, abscessuque liberat, si præterea sanguis etiam de naribus abunde, copioseque fluat.*

Vnici exẽpli appositione in Archigene docet, eos, qui ex lassitudinibus in febrim inciderunt, cum febris ex magna crassorum, prauorumque humorum copia constat curari, ac sanescere, si euacuatio per urinas fiat. quocirca dixit, urina crassa. Si uero etiam excretio in critico die inceperit, fideliorem, ac firmiorem fore morbi solutionem, sperandum erit. quinetiam morbus sedabitur,

A dabitur, si sanguis e naribus profluat. sed attendenda est ea, quam adiunxit, distinctio. sic enim loquitur: si abunde, copioseque fluat: perinde ac si, neque copiose, neque abunde, & nõ tantum quantum opus sit, fluxerit, non sit futura morbi solutio. Indicat etiam in quem casuri morbum sint, qui neque excretione vrinæ, neque sanguinis profusione iudicantur, cum nomẽ abscessus adiungat: propterea quòd in huiusmodi hominibus abscessum afferre morbus cõsueuerit, quẽ tamen excitare in ijs nõ potest, qui iam urinæ, aut sanguinis e naribus euacuatione sint iudicati. Ceterum hoc loco omissa interpretum dissensione, quæ in horum uerborum lectione uersatur, ad sequentem sententiam, quæ est earum, quæ hoc libro de humoribus continentur, ultima, pertransibo.

36 *Cui intestinũ in dextra parte, arthritico affectu laborauit: quietior erat. illo ãt sanato, magis doluit.*

Dissensio, quæ in verbis cernitur, cum eadem sententia seruatur, omittenda est: cum sensum immutat, non est plane contemnenda: ut hoc loco fieri uidemus. antiquior enim lectio est hæc, Cui intestinũ in dextra parte, & arthriticus factus est: altera uero huiusmodi: Alterum in dextra parte arthritico affectu factum est: ut ex priore lectione intelligamus, hic uerba fieri de ijs, qui-bus intestinum dolet, aut distenditur: ex posteriore uero, agi de altero eorum œdematum, quæ B secũdum aures oriuntur, de quibus supra dixit. Sed qui fieri poterit, ut qui dolore articulorum uexatur, a tumore, qui secundum aures consistat, leuetur? Fuerit igitur fortassis probabile, ut dolores articulorum, coli intestini dolore, qui uehementior est, leuentur. ita enim est apud eum in aphorismis conscriptum: In doloribus simul excitatis, non eundem tamẽ locum obsidentibus, uehementior alterum obscurat. Non desunt, qui hæc de intestino, quod cæcũ uocant, dicta esse arbitrentur. mea uero sententia est, minime par esse, ut cum multa, quæ ad rerum contemplationem, & ad artẽ exercendã accõmodata sunt, copiose nobis suppetant, in quibus utiliter, ac laudabiliter uersari possumus: in obscuris, & ænigmatum similibus orationibus diutius versemur.

FINIS TERTIAE CLASSIS

aaa bbb ccc ddd eee fff ggg hhh iii KKK lll mmm nnn ooo
ppp qqq rrr sss ttt uuu xxx yyy zzz
AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL

Omnes sunt quaterniones, præter ppp & qqq terniones, & LLL duerniones.



VENETIIS, APVD IVNTAS.